BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
12
13 R
16

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE ROMA
55
4 G
20

Digitized by Google

COMITIS IO. BAPTISTAE CORTESII,

IN PATRIO OLIM
BONONIENSI ARCHIGYMNASIO
MEDICINAE, ET ANATOMES
Profeſſoris eximij,

NVNC IN FLORENTISSIMA MESSANENSI
Academia triginta ſex ab hinc annis Praxim è prima Sede
ſcientiſſimè Interpretantis

PRACTICÆ MEDICINÆ

Pars Tertia,

IN QVA INTERNI PARTIVM GENERATIONI,
famulantium affectus, Febriumq; Tractatio illuſtri methodo explicantur.

Cum duplici Indice, Capitum, & rerum notabilium.



MESSANAE, Typis hæredum Petri Breæ. MDCXXXV.

Superiorum Permiſſu.

ILLVSTRISSIMIS SENATORIBVS NOBILIS VRBIS MESSANAE

DD. D. BARTHOLOMAEO PAPARDO, SEBASTIANO DE MARINIS, D. ANDREAE STAYTI, PLACIDO GIONA, D. PLACIDO PORTIO, SIMONI FOTI.

S. P. D.

ADhuc me iuueniles laceſſentem curas, adhuc iuuentutis decora fatigantem, an affectantem, mirabuntur plerique, Senatus Illuſtriſſime. Quid enim (aient) addat immortalitas nominis, viro ſedecim annorũ Olympiadas præteruecto? Quid cum litteris ad famam dirigendis illi, qui Neſtora imitatus corpore viget, ac animo ſoſpite, ſtruditque Podalyrij præcepta, vel ore diſerto magis, quàm plures alij non vno calamo præſtitere? Et rectè ſanè iſti, ſi conſuetum rerum ordinem ſpectemus: nam vt plerique Parentes ſuæ vitæ non ſecuri, immortalitatem in prole optant; ita plerunque viri docti, quibus ferè breuior, & caducior vita, in literis, hoc eſt, ingeniorum partu, vitam prorogant ad ſæcula duraturam; non id forſitan facturi

§ cum

cum tanta contentione, ſi ipſa ſe in corpore victuros diu certo ſcirent. Sed enim ita mori, vt ſemper viuas, præclarum cenſuit vel Menippus omnium deriſor, ſi tamen diu viuas; vt multis in Rempublicam beneficijs diues, gloriam, ac laudem cumules; hoc verò bis viuere, nec vnquam mori cenſuere ſapientes Solonis laudatores. Viuit enimuerò memoria factorum illuſtrium, vel ijs, qui ea præſtitere, decedentibus, ſi tamen decedere queant, qui, iuxta Philoſophum, in operibus ſuis viuunt; quando cuiuſque opus, quodammodo eſt ipſum eiuſdem eſſe. Sed ne fortaſſe cum ſenectute, quod aiunt, tetrica videatur eſſe Philoſophia, libentiſſimè patiar vobis, Senatus Illuſtriſſime, veſtræque Vrbi perſuaderi, valere me ſemper animo, valere, & viribus corporis, quod vobis licebit prodeſſe; licebit verò, ſi eam probaueritis operam, vt hactenus ſoliti eſtis, quam à ſeptem annorum luſtris, inſigni Reipublicæ bono à me occupatam, indefeſſè laudauiſtis. Ita, mihi creditote, nihil poteſt annorum tyrannis in viros quantumuis ætate confectos, ſi iſti norint, gratam ciuibus eſſe quam toto curriculo diligenter exercuere prouinciam; quin, vt ita dicam, Athlanticam etiam molem aſſumant lubentiſſimè, ſi labores ſuos probari ſciant; vt non immeritò quidam ex Græcis dixerit: gratia (gratitudinem hodie diceres) vires, & animum addi pro patria certantibus. Quæ dum dico, dumque me intueor, dum vires in hac ætate conſtantes admiror, quid à veſtra benignitate animi hactenus ſumpſerim, facilè conijcio, vobiſque obijcio, faciliùs vt mihi perſuadeam, humanitatem veſtram tantam in me gratiam redundantem, vehiculum fuiſſe quodammodo ætatis meæ, & curarum, nihil vt eſſet difficilè præſtare in litteris, vel defectum viribus, ſi veſtra benignitate vegetus animus fulciretur: noui illud Luciani dictum in Ocypo: Iuuenis eſt quiuis ſenex, quoties neceſſitas, & opus hoc poſtulant. Cuius rei, vt non vna ſit cauſa, mihi tamen potiſſima illa eſt, quod labores meos à vobis probari, & amari non neſciam. hoc vnum eſt, quod mihi iuuentutem reddit, robur addit, magis quàm herba illa Mercuriana, quam qui ediſſet, ſenectutis neſcius, ſed fabuloſè, putabatur. Verùm quo abripior? Quidquid enimuerò tot voluminibus ex arte medicinæ præcepi, hoc vno facilè concludatur, quod hic experiens quidem, ſed inopinus, complexus ſum; non alia magis medicina vitam ſeruari, morbos propelli, iuuentutem reddi, quàm gratia curarum, & laboris propulſatrice. Credent mihi omnes experientes; ſi tamen, quemadmodum ego, periclitati, cum quibus decet fortuna fauente, fuerint. Qui ſi me fortaſſe

de

de gratia in gratijs loqui putant, vtique ſenectuti initio conteſtatæ fidem non derogabunt. Itaque ſi corpore, & mente in ætate graui integerrimus, adhuc indefeſſum pro communi bono calamum exerceo, quæ de arte medicinæ, ſeruandaque ſalute doceo, reipſa, atque in meipſo me probauiſſe norint, eoque fidem facere teſtatiorem, quàm qui theoricè multa ſcribentes in curriculo ipſi defecerunt, ſua inſtituta, facto damnauerunt. Quæ tamen non ita fidens mei, loquor, vt his lucubrationibus non extremum, & ego exemplum ponere velim: quin & vltimam manum hucuſque me ducturum exiſtimaui, quo luce, & gratia veſtra quidquid hactenus edidiſſem, ſpiratura, & victura ſemper in poſterum cogitarem. Quod verò reliquum eſſet temporis, illi quietis interuallo concederem, vnde mei, huiuſque operis, ſed veſtri in primis immortalitatem nominis ordiendam meditarer. Valete.

Ioannes Baptiſta Corteſius.

Alloquitur Librum

ANDREAS TRIMARCHIVS PHILOSOPHIAE, ET MEDICINAE, AC ALMI COLLEGII MESSANENSIS ORDINARIVS DOCTOR.

I Liber, i magnum haud timeas errare per orbem;
Peruigili lima namque politus abis.
Culmina ſumma petas viridanti tempora lauro
Exornans, & ſic lætus adire potes.
Tu inſinuas ſpecies perbelle, moreſq; motuſque
Morborum, & cauſas, tu quoque ſigna doces.
Omnia noſcuntur per te ſymptomata morbi,
Paruus ne, an magnus ſit, grauis, autq; leuis.
Ipſorum euentum tu aperis, tempuſque, modumque
Curare, & omnes tu ratione doces.
Per te lethales pelluntur è corpore morbi,
Et ſtatim in membris ſurgit amiſſa ſalus.
Inſuper oſtendis, quo pacto ritè cibandi,
Sint ægrotantes, viuere vt hi valeant.
Sectio venarum, vt veniat celebranda per auum
Monſtras, & ſuccum pellere è corde malum.
Nil mirum talis talis ſi ex arbore fructus
Sis, nam es CORTESI ingenio genitus.
Inſignes Vrbes per te certamine pugnant,
Te Meſſana cupit, Felſina teque petit.
Inuidia maior velocibus æthera pennis
Perpetuò feries, i liber, atque vale.

AD CLARISSIMVM

COMITEM

IO. BAPTISTAM CORTESIVM PRAECEPTOREM MEVM

Vnicè obſeruandum

FEDERICVS PROSIMI COLLEGII MEDICORVM,

Ac Philoſophorum Meſſanenſium Doctor Ordinarius.

EMicet in toto Phœbeis artibus orbe,
Teq; tuum nomen deſuper Aſtra ſonet,
Faucibus extinctos rapias CORTESIVS *Orci,*
Sunt hæc ingenio facta minora tuo.
Aeternam at calamo tentes, poſt funera vitam,
Dat calamos, calàmo mors tibi victa tuo.

EIVSDEM.

LAncea, CORTESI, *tenuit quam fortis Achilles,*
Hoſtibus vna ſuis hoſtis, opiſq; fuit.
Illuſtri, quo bella geris, concedat honores
Sed calamo, calamum non habet iſte parem.
Hic veterum cædit laudes, hic vulnera ſanat.
Immortale necat, quæ peritura, fouet.

DIDACVS CAPRI
I. V. CONSVLTVS MESSANENSIS,

In Authoris Laudem.

MEnti vbi ſe præbet tua terris inclyta fama,
Fama quidem meritis eſt minor ipſa tuis:
Per te iterum redeunt iam ferrea tempora; per te
Perpetua vitæ fas modò luce frui.
En formidatæ contemnere robora mortis
Inſtruis, atque ægris accelerare pedes.
Te nè, Deum fatear? pro tali ab aethere miſſum
Cenſeri meritò te tua ſcripta iubent?
Quis iam non credat, ſuperum te veſte potitum?
En colo, te veneror, viribus, ore, animo.



BARTHOLOMÆI GOMEZ

MEDICI, ET PHILOSOPHI MESSANENSIS,

Ad Auctorem,

Hexaſtichon.

QVid lacrymis Parcæ crudelia lumina ſpargunt?
Torpere ad vitæ ſtamina cultra vident,
Quæ modo præſenti languent medicamine tincta
Dedala CORTESII, quod tulit arte manus.
Concordes aliò victum mox quærite Parcæ:
Iam licet æternas viuere olympiades.

IOSEPHI BERTVCCII
MEDICI ET PHILOSOPHI.
AD CLARISSIMVM
IO. BAPTISTAM
CORTESIVM
COMITEM PALATINVM
Mœcenatem, Præceptoremque
ſuum beneficentiſſimum.

PHæbus adeſt, totum ſpirant præcordia Phæbum,
Et ſi quid ſcribit dextera, Phæbus adeſt,
Dic mihi Phæbe potens, quo te, quo munere traxit
CORTESI ſcriptis Numen adeſſe ſuis?
Sic ego; ſed Phæbus; quæ te ſententia fallit?
Illius (an neſcis?) me quoque lingua docet.



ANTONINI SACCANO
PHILOSOPHI MESSANENSIS
In laudem Authoris.

EPIGRAMMA.

V T tua peruenit diuas ad Apollinis aures,
CORTESI, praxis nunc data docta typis;
Obſtupuit ſubito pretioſa uolumina cernens,
Et fertur tales ore dediſſe ſonos.
Nunc ſileant artis medicæ magnalia priſcæ,
Et ſileant Coi dogmata docta Senis.
En ſuperat cunctos CORTESIVS, optima gaude
Felſina, tu pariter Martia Zancla tume.

IOSEPHI ANGELICAE
AVCTORIS EX FILIA NEPOTIS;
Decaſtichon.

ERgo ne crudeles fruſtra mens ſuſcitat iras,
Et fruſtra in venas irruit atra manus?
Quid valuit (miſeri) communis viſcera matris
Scindere, & æratas inde referre neces?
Morbus abit, pallorque fugit, vulnuſque ſaluti
Cedit: mors vita ſæpè mirata moras,
Dum tua, CORTESI, *pertentat vulnera ferro,*
Et medicam lenis dextera fundit opem.
I nunc, & diuum iacta Meſſenia ciuem;
Iam Meſſana tuo numine maius habet.

Perilluſtris, & Reuerendiſſime Domine.

PErlegi Tertiam Partem Practicæ Medicinæ Comitis Ioannis Baptiſtæ Corteſij, & ne dum nihil in ea non ſanum reperi, & Chriſtianis moribus, Catholicæque doctrinæ conſonum; verùm etiam opus vſquequaque ſaluberrimum, ac proficuum duxi, typiſque magna cum gloria conſignandum.

Vincentius Riccius Abbas Monaſterij S. Nicolai S. T. D. & Protonotarius Apoſtolicus.

Imprimatur.
D. Ioſeph Stagnus Canonicus, & Vicarius Gen. Meſſan.

Imprimatur.
Hieronymus Donato pro Illuſtr. Præſide de Blaſchis.

ELENCHVS
AVTHORVM,
Qui in hac Tertia Parte citati reperiuntur.

A

Aeneas Vizzanus.
Aetius.
Albertus Magnus.
Alexander Aphrodiſeus.
Alexander de Benedictis.
Alexander Iatros.
Alexander Maſſaria.
Alexander Trallianus.
Aliabbas.
Amatus Luſitanus.
Ambroſius Paræus.
Andreas Matthiolus.
Andreas Veſſalius.
Antonius Porta.
Anutius Phœſius.
Aretæus.
Ariſtoteles.
Athenæus.
Auctuarius.
Auerroes.
Auguſtinus Niphus Sueſſanus.
Auicenna.

B

Bartholomęus Montagnana.
Benedictus Victorius.
Bernardus Gordonius.

C

Camillus Baldus.
Cælius Aurelianus.
Chriſtophorus Auega.
Conciliator.
Cornelius Celſus.

D

Diodorus Siculus.
Dioſcorides.
Donatus ab Altomari.

E

Epiphanius Ferdinandus.
Euſtachius Rudius.

F

Federicus Bonauentura.
Franciſcus Perellus.
Franciſcus Rouſſetus.
Franciſcus Valleriola.
Franciſcus Valleſius.

G

Gabriel Falloppius.
Galenus.
Gentilis Fulginas.
D. Gregorius.

H

Hercules Saxonia.
Hieremia Brachelus.
D. Hieronymus.
Hippocrates
Horatius Augenius.
Hieronymus Caleſtanus.
Hieronymus Capiuaccius.
Hieronymus Cardanius.
Hieronymus Mercurialis.

I

Iacobus de Partibus.
Iacobus Hollerius.

Io:

Ioannes Argenterius.
Ioannes Coſtæus.
Ioannes Fernelius.
Ioannes Meſues.
Ioannes Schenchius.
Ioannes Baptiſta Codronchius.
Ioannes Baptiſta Herculanus.
Ioannes Iandunus.
Ioannes Baptiſta Montanus.
Ioannes de Vigo.
Ioannes Baptiſta Syluaticus.
Iſaac.

L

Laurentius Ioubertus.
Laurentius Scholzius.
Leonardus Fuchſius.
Ludouicus Duretus.
Ludouicus Mercatus.

M

Macrobius.
Marcellus Donatus.
Martinus AcaKia.
Mauritius Galerius.
Meſue.
Moſchio.

N

Nicolaus Florentinus.
Nicolaus Leonicenus.
Nicolaus Piſo.

O

Oribaſius.

P

Paulus Aegineta.
Pauſanias.
Petrus Aponenſis.
Petrus Bayrus.
Petrus Foreſtus.
Petrus Monauius.
Plato.
Plinius.
Plutarchus.

Q

Quintus Serenus.

R

Raſis.
Rodericus à Caſtro.

S

Sanctorius de Sanctorijs.
Scipio Mercurius.
Serapio.

T

Theodoricus Gandauus.
Theodorus Angelutius.
Theodorus Gaza.
Theophraſtes.
Thomas de Garbo.
Thomas à Vega.
Thucidides.
Turiſanus.

V

Valerius Maximus.
Victorius Trincauellius
Vidus Vidius.

INDEX CAPITVM HVIVS TERTIAE PARTIS.

De morbis partium generationi inſeruientium.

CAPVT I.

De ablata, & diminuta colis erectione, ſeu impotentia ad coeundum. fol. 7.
De cauſis impotentiæ coeundi. fol. 8.
De ſignis impotentiæ coeundi. ibid.
De futuro euentu impotentiæ coeundi. fol. 9.
De curatione impotentiæ coeundi per victus rationem. ibid.
De curatione impotentiæ coeundi per pharmaciam. fol. 10.

CAPVT II.

De deprauata colis actione, ideſt priapiſmo, ac ſatyriaſi. fol. 13.
De cauſis priapiſmi, & ſatyriaſis. fol. 14.
De ſignis priapiſmi, & ſatyriaſis. ibidem.
De futuro euentu priapiſmi, & ſatyriaſis. fol. 15.
De curatione priapiſmi, & ſatyriaſis per victus rationem. ibid.
De curatione priapiſmi, & ſatyriaſis per chirurgiam. fol. 16.
De curatione priapiſmi, & ſatyriaſis per pharmaciam. ibid.

CAPVT III.

De gonorrhœa. fol. 18.
De cauſis gonorrhϾ. fol. 19.
De ſignis gonorrhϾ. ibid.
De futuro euentu gonorrhϾ. fol 21.
De curatione gonorrhϾ ex humorum copia prouenientis per victus rationem. ibidem.
De curatione gonorrhϾ ex humorum copia prouenientis per pharmaciam. ibid.
De curatione gonorrhϾ ex nimia ſeminis tenuitate prouenientis per medicamenta localia, fol 22.
De curatione gonorrhϾ ex ſeminis tenui-

tenuitate prouenientis per chirurgiam. *fol.* 23.
De *curatione gonorrhææ ex ſeminis tenuitate prouenientis per pharmaciam.* *ibid.*
De *curatione gonorrhææ ex lue venera contracta.* *fol.* 25.

De morbis mulierum.

CAPVT IV.

De *menſtruorum eſſentia, generatione, & cauſis.* *fol.* 27.

CAPVT V.

De *ſuppreſſione menſium.* *fol.* 32.
De *cauſis ſuppreſſionis menſium.* *fol.* 33.
De *ſignis cauſarum, & differentiarum ſuppreſſionis menſtruorum.* *fol.* 35.
De *futuro euentu ſuppreſſionis menſtruorum.* *fol.* 36.
De *curatione ſuppreſſionis menſium ab intemperie frigida, & vitio ſanguinis glutinoſi, per victus rationem.* *fol.* 37.
De *curatione ſuppreſſionis menſium ab intemperie frigida per chirurgiam.* *fol.* 38.
De *tempore, quantitate, & modo mittendi ſanguinis in menſium ſuppreſſione.* *fol.* 41.
De *curatione ſuppreſſionis menſium per pharmaciam.* *fol.* 42.
De *curatione ſuppreſſionis menſium per medicamenta externa.* *fol.* 45.

CAPVT VI.

De *immoderato menſium fluxu,* *fol.* 47.
De *cauſis immoderati menſium fluxus.* *fol.* 48.
De *ſignis immoderati menſium fluxus.* *fol.* 49.
De *curatione immoderati menſium fluxus.* *ibidem.*
De *futuro euentu immoderati menſium fluxus.* *fol.* 50.
De *curatione immoderati menſium fluxus.* *ibid.*

CAPVT VII.

De *profluuio muliebri, ſeu menſtruis albis.* *fol.* 53.
De *parte affecta in profluuio muliebri.* *ibidem.*
De *cauſis profluuij muliebris.* *fol.* 54.
De *ſignis profluuij muliebris.* *ibid.*
De *curatione profluuij muliebris.* *ibidem.*

CAPVT VIII.

De *modo conceptionis.* *fol.* 56.

CAPVT IX.

De *ſterilitate.* *fol.* 63.
De *cauſis ſterilitatis.* *fol.* 64.
De *cauſis ſterilitatis ex parte virorum.* *ibid.*

De

De cauſis ſterilitatis ex parte mulierum. fol. 66.
De cauſis ſterilitatis viro, & fœmina communibus. fol. 69.
De ſignis ſterilitatis. fol. 70.
De curatione ſterilitatis. fol. 71.

CAPVT X.

De conceptu deprauato. fol. 75.
De mola. ibid.
De differentijs molæ. fol. 76.
De ſignis molæ. fol. 77.
De curatione molæ. fol. 78.

CAPVT XI.

De inflatione vteri. fol. 79.
De ſignis inflationis vteri. fol. 80.
De curatione inflationis vteri. ibid.

CAPVT XII.

De hydrope vteri. fol. 81.
De cauſis hydropis vteri. fol. 82.
De ſignis hydropis vteri. ibid.
De curatione hydropis vteri. fol 83.

CAPVT XIII.

De abortu. fol. 84.
De cauſis abortus. ibid.
De ſignis abortus. fol. 87.
De præſeruatione ab abortu. ibid.
De curatione abortus. fol. 88.

CAPVT XIV.

De difficultate partus. fol. 89.
De cauſis difficilis partus. fol. 90.
De ſignis difficilis partus. fol. 91.
De curatione difficilis partus. ibid.

CAPVT XV.

De puerperio. fol. 92.

CAPVT XVI.

De mammis infanti in lucem edito alimentum producentibus. fol. 96.
De glandulis in genere. fol. 97.
De glaudulis mammarum. fol. 98.
Cur hominibus pectori, & duæ, reliquis animantibus abdomini, & plures datæ ſint mammæ? fol. 100.
De mammarum vſu. fol. 101.
An in mammis generetur lac? f. 102.
De lactis natura. fol. 103.

CAPVT XVII.

De lactis defectu. fol. 104.
De cauſis defectus lactis. fol. 105.
De ſignis defectus lactis. fol. 106.
De futuro euentu defectus lactis: ibidem.
De curatione defectus lactis. ibid.

CAPVT XVIII.

De lactis ſuperfluitate. fol. 107.
De cauſis ſuperfluitatis lactis. ibid
De ſignis ſuperfluitatis lactis. f. 108.
De futuro euentu ſuperfluitatis lactis. ibidem.
De curatione ſuperfluitatis lactis per chirurgiam. ibid.

De curatione ſuperfluitatis lactis per Chirurgiam. ibid.
De curatione ſuperfluitatis lactis per localia. ibid.
De curatione ſuperfluitatis lactis per victus rationem. fol. 109.

CAPVT XIX.

De lactis caſeatione. fol. 110.
De cauſis caſeationis lactis. fol. ibid.
De ſignis caſeationis lactis. fol. 111.
De futuro euentu caſeationis lactis. fol. 112.
De curatione caſeationis lactis per victus rationem. ibid.
De curatione caſeationis lactis per localia inhibentia. fol. 114.
De curatione caſeationis lactis per localia reſoluentia. fol. 118.
De curatione caſeationis à cauſa frigida. ibid.

CAPVT XX.

De lactis congelatione, ac putrefactione, nec non de mammillæ extenſione, & tumore. fol. 124.
Soluitur quoddam dubium in dictis Auicennæ. fol. 125.
De curatione congelationis, & putrefactionis lactis. fol. 129.
De curatione caſeationis ſanguinis. fol. 130.

De febribus tractatus :

CAPVT I.

De putredine. fol. 131.

CAPVT II.

De periodicatione. fol. 147.

CAPVT III.

De febris definitione. fol. 173.

CAPVT IV.

De differentijs febrium. fol. 196.
De cauſis febrium vniuerſalibus. fol. 204.

CAPVT V.

De corporibus ad febrem paratis. folio 210.

CAPVT VI.

De temporibus febrium. fol. 215.

CAPVT VII.

De cognitione temporum febris, & præcognitione ſtatus. fol. 219.

De febribus bilioſis.

CAPVT VIII.

De tertiana exquiſita. fol. 230.
De cauſis tertianæ exquiſitæ. fol. 233.
De ſignis febris tertianæ exquiſitæ. fol. 235.
De futuro euentu tertianæ exquiſitæ. fol. 239.
De curatione febris tertianæ exquiſitæ per victus rationem. fol. 241.
De curatione febris tertianæ exquiſitæ per pharmaciam. fol. 244.
De curatione febris tertianæ exquiſitæ per chirurgiam. fol. 251.

CAPVT IX.

De febre tertiana non pura periodica. fol. 255.
De cauſis febris tertianæ nothæ. fol. 256.
De ſignis febris tertianæ nothæ. folio 258.
De futuro euentu febris tertianæ nothæ. fol. 259.
De curatione febris tertianæ nothæ per victus rationem. fol. 260.
De curatione febris tertianæ nothæ per chirurgiam. fol. 265.
De curatione febris tertianæ nothæ per pharmaciam. ibid.

CAPVT X.

De febribus bilioſis continuis. f. 269.
De cauſis febrium bilioſarum continuarum. fol. 271.
De ſignis febrium bilioſarum continuarum. fol. 273.
De futuro euentu febrium bilioſarum continuarum. fol. 274.
De curatione febrium bilioſarum continuarum per victus rationem. fol. 276.
De curatione febrium bilioſarum continuarum per chirurgiam. fol. 284.
De curatione febrium bilioſarum continuarum per pharmaciam. ibid.

CAPVT XI.

De febre tritæophya. fol. 288.
De cauſis tritæophyæ. fol. 292.
De ſignis tritæophyæ. fol. 294.
De futuro euentu tritęophyę. fol. 295.
De curatione febris tritęophyę per victus rationem. fol. 296.
De curatione febris tritæophyæ per chirurgiam. fol. 308.
De curatione febris tritęophyę per pharmaciam. fol. 312.

De febribus ſanguineis.

CAPVT XII.

De ſynocho imputri. fol. 317.
De cauſis ſynochi imputris. fol. 318.
De ſignis ſynochi imputris. fol. 319.
De futuro euentu febris ſynochi impu-

putris. fol. 321.
De curatione febris ſynochi imputris per victus rationem. fol. 322.
De curatione febris ſynochi imputris per chirurgiam. fol. 323.
De curatione febris ſynochi imputris per pharmaciam. fol. 324.

CAPVT XIII.

De febre ſynocho putri. ibidem.
De cauſis febris ſynochi putris. f. 330.
De ſignis, futuro euentu, & curatione febris ſynochi putris. ibid.

De febribus pituitoſis.

CAPVT XIV.

De febre quotidiana. ibid.
De cauſis febris quotidianæ. fol. 333.
De ſignis febris quotidianæ. fol. 334.
De futuro euentu febris quotidianæ. fol. 337.
De curatione febris quotidianæ per victus rationem. fol. 338.
De curatione febris quotidianæ per pharmaciam. fol. 340.
De curatione febris quotidianæ per chirurgiam. fol. 348.

CAPVT XV.

De febre epyala. fol. 349.
De cauſis febris epyalæ. fol. 354.
De ſignis febris epyalæ. fol. 355.
De futuro euentu epyalæ. fol. 356.
De curatione febris epyalæ. ibid.
De curatione epyalæ per chirurgiam. fol. 357.

CAPVT XVI.

De febre lipyria. ibid.

CAPVT XVII.

De febre ſyncopali. fol. 358.
De cauſis febris ſyncopalis. fol. 359.
De ſignis febris ſyncopalis. fol. 361.
De futuro euentu febris ſyncopalis. ibidem.
De curatione febris ſyncopalis per victus rationem. ibid.
De curatione febris ſyncopalis per pharmaciam. fol. 362.

CAPVT XVIII.

De cauſo illegitimo. fol. 363.
De ſignis cauſi illegitimi. fol. 365.
De futuro euentu cauſi illegitimi. fol. 366.
De curatione cauſi illegitimi in communi. ibid.
De curatione cauſi illegitimi per victus rationem. fol. 368.
De curatione cauſi illegitimi per pharmaciam, & chirurgiam. fol. 369.

De febribus melancholicis.

CAPVT XIX.

De febre quartana. fol. 370.
De cauſis febris quartanæ. fol. 371.
De ſignis febris quartanæ. fol. 373.
De futuro euentu febris quartanæ. fol. 376.
De curatione febris quartanæ per victus rationem. fol. 377.
De curatione febris quartanæ per pharmaciam. fol. 380.
De curatione febris quartanæ per chirurgiam. fol. 385.

CAPVT XX.

De quintana, ſextana, ſeptimana, & nonana febre. fol. 388.

CAPVT XXI.

De febribus compoſitis in genere. fol. 391.

CAPVT XXII.

De febre hemitritæo. fol. 393.
De ſignis hemitritæi. fol. 396.
De futuro euentu hemitritæi. folio 397.
De curatione hemitritæi fol. 398.

De febribus ephemeris.

CAPVT XXIII.

De cauſis febris ephemeræ. fol. 401.
De ſignis febris ephemeræ. fol. 403.
De futuro euentu febris ephemeræ. fol. 408.
De curatione febris ephemeræ fol. 409
De febre ephemera ex laſſitudine. fol. 413.
De curatione febris ephemeræ ex laſſitudine. fol. 414.
De febre ephemera ex prohibita tranſpiratione. fol. 415.
De ſignis febris ephemeræ ex prohibita tranſpiratione. fol. 417.
De futuro euentu febris ephemeræ ex prohibita tranſpiratione. fol. 418.
De curatione febris ephemeræ ex prohibita tranſpiratione per victus rationem. ibid.
De curatione febris ephemeræ ex prohibita tranſpiratione per chirurgiam. fol. 419.
De curatione febris ephemeræ ex prohibita tranſpiratione per pharmaciam. fol. 423.
De febre ephemera ex cruditate. fol. 425.
De cauſis febris ephemeræ à cruditate. ibid.
De ſignis febris ephemeræ ex cruditate. fol. 426.
De futuro euentu febris ephemeræ ex cruditate. fol. 427.
De curatione febris ephemeræ ex cruditate

ditate per victus rationem. *ibid.*
De *curatione febris ephemeræ ex cruditate per chirurgiam.* *fol.* 428.
De *curatione febris ephemeræ ex cruditate per pharmaciam.* *fol.* 429.
De *febre ephemera ex bubone, ſeu ex apoſtemate.* *fol.* 431.
De *ſignis febris ephemeræ ex bubone, ſeu apoſtemate.* *fol.* 433.
De *futuro euentu febris ephemeræ ex bubone, ſeu apoſtemate.* *ibid.*
De *curatione febris ephemeræ ex bubone, ſeu apoſtemate.* *ibid.*
De *curatione febris ephemeræ ex bubone, ſeu apoſtemate per chirurgiam, & pharmaciam.* *ibid.*

De febribus hecticis.

CAPVT XXIV.

De *cauſis febris hecticæ.* *fol.* 443.
De *ſignis febrium hecticarum.* *folio* 445.
De *futuro euentu febris hecticæ.* *f.* 450.
De *curatione febris hecticæ per victus rationem.* *fol.* 451.
De *curatione febris hecticæ per pharmaciam.* *fol.* 455.
De *curatione maraſmi.* *fol.* 459.

Methodus conſultandi.

De neceſſitate artis collegiandi f. 462.
De vtilitate artis collegiandi fol. 463.
De *definitione conſultationis medicę, eiuſq; eſſentia.* *fol.* 464.
De *modo, & ordine ſeruando in conſultatione.* *fol.* 465.

Conſultatio Medica.

Pro Proſpero Coſſo Philoſopho, ac Medico Doctiſſimo. *fol.* 484.

COMITIS

IOANNIS BAPTISTAE CORTESII

MEDICI, ET PHILOSOPHI

Præclariſſimi

PRACTICAE MEDICINAE

Pars Tertia,

QVAE AFFECTVS PARTIVM VTRIVSQVE SEXVS GENERATIONI FAMVLANTIVM, FEBRIVMQVE TRACTATIONEM ILLVSTRI METHODO EXPLICAT.

(sts)

DE MORBIS PARTIVM Generationi famulantium.

PRopagandæ ſpeciei, quas natura [illegible] partes, quæ[illegible] in abdo[illegible] continentur, nō [illegible]us atque partes indiuidui conſeruationem reſpicientes [illegible] minus præter quam quod pluribus [illegible] ſeiunguntur ab inuicem, in h[illegible] potiſſimum diſtingui non ſine animi o[illegible]tione vniuerſi hactenus obſeruarunt [illegible] indiuiduum conſeruantes ſine alterius indiuidui ope ad determinatum vſque tempus [illegible], [illegible], [illegible] atque enixè [illegible]ruunt. hæ verò ſpeciem, pro[illegible] gignendam aſpicientes nequeunt ſuum obire munus, niſi alterius indiuidui, alteriuſque ſexus partes ad opus conficiendum mutuum auxilium conferant.

Hinc factum, vt virilis ſexus fœmineum ſibi adiunctum concupiat, ex copula enim, & conſuetudine vtriuſque partes quædam eorum cuilibet ſeorſim a natura conceſſæ ad generationem, ita ſe aptant [illegible] vt non modò cum vtilitate, ſed [illegible]

minæ iucunditate, & delectatione ſequatur optatus finis, ſpeciei videlicet propagatio.

Ant[illegible]am morbos hiſce generatiuis partibus o[illegible]ientes examinemus, de quibus (D[illegible]o fauente) hoc anno agemus, lubet p[illegible]im[illegible] viriles omnes fœmineaſque p[illegible]es quarum interuentu pro[illegible]ficatio co[illegible]letur, recenſere.

Partes igitur in maribus ſunt illæ omnes, quæ fœmini tribuuntur, quarum aliquæ ſeminis materiam præbent; aliæ ad ſe[illegible]inis productionem eam deſponũt aliæ ſemen iam generant; aliæ ipſum genitum abducunt; aliæ quoq; a partibus abducentibus recipiunt, & conſeruant; aliæ denique illud à partibus conſeruantibus recipiunt, & in muliebrem ſinum eiaculant.

Priores ſunt vaſa ſeminalia conſtantia ex venis, & arterijs ortum ducentibus à caua vena, & ab arteria aorta vtrimque ad venæ latera, quarum vna vena à trunco venæ magnæ, & vna arteria à trunco arteriæ enaſcuntur, deorſumque per muſculos lumborum deſcẽdunt ad pubis vſque regionem.

Quo in loco ea vaſa ad inuicem ita coniunguntur, vt non niſi ratione ſeparari poſſint, & nomẽ ſibi acquirunt proprium ob implicationem, quam recipiunt, hederæ, aut capreolorum vitis ad modum; altis enim gyris intorta repetiuntur, vnde etiam dicuntur vaſa pampiniformia, aut hederaria.

Hæc igitur ſunt quatuor vaſa duo vtrinque, nempe vna vena, & vna arteria. Verùm in dextro latere tam vena, quàm arteria à proprio trunco ortum ducunt; in ſiniſtro verò arteria prodit ab emulgenti arteria.

Hæc eadem vaſa ſanguinem, & ſpiritus a ſuis truncis, tanquam canaliculi quidam à ſuis fontibus trahunt pro ſeminis materia. & hæc ſunt prima vaſa, quæ materiam pro ſemine generãdo vehunt vſque ad implicationem, vbi virtutem præparandi [illegible] [illegible]piunt, tamquam

A irradiatione quadam a teſtibus miſſa.

[illegible]modi vaſa hederaria, quod h[illegible]dum complicantur, quæ n[illegible] ali[illegible]d ſunt quam (vt dixi) ven[illegible] [illegible] [illegible]rum prædictarum implicationes, & reuolutiones deorſum del[illegible] per pubis regionem, & quaſi r[illegible] [illegible]cculo quodam à per[illegible]ço d[illegible], & portionibus quibuſdam ca[illegible], (quas muſculos cre-

B maſteres appellant) vnitæ, & neruulis exiguis qui tandem mirabili artificio in teſtium ſubſtantiam degenerant; ſanguinem verò rudi quadam delineatione ſeminali mutatum in ſubſtantiam teſtium deponunt.

Teſtes in viris duo ſunt exterius collocati vtrimque v[illegible], quatuor membranis circu[illegible]ti quarum duæ vtrique

C teſti communes ſunt, duæ verò propriæ.

Inter communes illa eſt, quæ exterius apparet c[illegible]a[illegible] rugoſa in duas partes linea quadam media diuiſa initium ſuum a c[illegible]te ducens, quæ ſcrotum, & ſcortum appellatur.

Altera ſub hac continetur à membrana carnoſa [illegible] [illegible] proprio carens nomine, [illegible] quibuſdam d[illegible].

D P[illegible], quæ ſeiun[illegible] v[illegible] amplectuntur, [illegible] a peritonęo ex[illegible] muſculi [illegible] ine definunt.

Vltima [illegible] cæteris o[illegible] eſt, quæ immediatè t[illegible], & dartos appellatur.

E Subſtantia [illegible]m ab his membranis denudata glandoloſa eſt, aut glanduloſæ ſubſtantiæ ſimilis, mollis, & cauernoſa, in quam ſemen recipitur, aut, vt ſupra dixi, ſanguinem recipit ſemine delineatum, in qua excoquitur perfectè, & naturam ſeminis acquirit, non ſecus atque lac generatur ex ſanguine in mammis, aut in ſubſtantia cerebri ſpiritus vi-

talis

talis in animalem conuertitur, & chylus in parenchymate hepatis mutatur in ſanguinem.

Hæc eſt tritiſſima Galeni doctrina pluribus in locis ſcripta, quem medici omnes ſectati ſunt, quamuis non lateat nos Ariſtotelem, & Philoſophos fuiſſe alterius ſententiæ, ſed hæc ſunt extra inſtitutum noſtrum. Legere vnuſquiſque veſtrum poterit Ariſt. de gener. an. 1. & 2. lib. & Galenum tum lib. de ſemine, tum 16. de vſ. part. & alibi.

Semen iam in teſtium ſubſtantia genitum, vt à teſtibus educatur oportet, ideo vaſa quædam vnicuique teſti data fuerunt, vnum, quo ſemen confectum extra ducitur; nam cum teſtes ex eo nutriri fuerint, quod relinquitur, onus illis euadit, proinde à vaſis, quæ ab officio abducendi dicuntur vaſa abducentia, extra fertur.

Huiuſmodi autem vaſa neruea ſunt, rotunda, dura prodeuntia ab illo corpore, quod epidimis appellãt teſtium ſuperiori parte incumbens, varicoſum, candidum, & oblongum, in quam partem vaſa hederaria, ſecundum aliquos, ſed falsò definere dicunt, quamuis ab inferiori ſui parte vaſa hæc abducentia ſemen ortum ducant, necnon minimè perforata ſint; nihilominus ſemen à teſtibus mirabili naturæ arcano in alia vaſa ſeminalia deponunt.

Hæc dicuntur varicoſi paraſtatę, quia in ea quaſi varicoſo, & anfractuoſo fine deſinunt, qui finis magnus eſt, & pampini in modũ pluribus reuolutionibus terminans. Cum autem duo ſint vaſa vtrimque vnum ad latera veſicæ terminantia, ab Herophilo paraſtatæ cirſoides dicuntur.

Præterea quia veſiculæ in modum facta videntur, Falloppius veſiculas appellauit, in quas ſemen perfectum ab abducentibus deponitur, & conſeruatur ad tempus vſque coctionis.

Huiuſmodi veſiculæ vtrimque terminantur in communem canalem vrinę, at-

A que ſeminis per corpus illud glãdoſum, & ad humillimam veſicæ partem, ceruiciſque ipſius initium reponitur, quod adenoſum paraſtatam vocant.

Corpus hoc glandoſum, quamuis nõ faciat ad ſeminis generationem ex Galeno 13. de vſ. par. cap. 1. ineſt tamen tã viris, quàm mulieribus, triplicemque vſum præbet. Primus eſt ad excitandam venerem: ſecundus, vt in coitu

B delectatio percipiatur: tertius, vt meatum vrinarium madore aſpergat.

Iſthæc ſunt omnia vaſa ſeminalia, tam in vno, quàm in alio ſexu conſtituta, quorum quędam materiam ſeminis præparant, alia ſemen generant, alia genitum abducunt, alia ipſum conſeruant.

Relinquuntur duæ partes, quæ ſunt verè, & propriè generationis inſtrumẽta immediata. Vnum quorum eſt homi-

C nis; aliud verò mulieris proprium.

Virilis ſexus proprium inſtrumentum pluribus nominibus donatur, vt pudendum virile, genitale, penis, mentula, & priapus, cuius ſubſtantia, quamuis à Galeno deſcribatur 15. de par. vſ cap. 1. Veſſalius tamẽ eius in humano corpore ſubſtantiam rectiùs conſiderauit, ac deſcripſit, dicens conſtare ex duobus li-

D gamentis digitorum duorum inſtar inrextis, & ita appoſitè concinatis, vt vnũ corpus efficiant intus cauum.

Iſthæc duo ligamenta ab oſſibus pubis procedunt, & inferius excauatum canaliculum habent, qui ſemini eiaculando, & vrinæ eijciendæ dicatus eſt; proinde dicitur communis canalis, licet ab Ariſtotele 1. hiſt. cap. 19. ſcriptum ſit duo orificia genitali eſſe, quorum vnus

E ad veſicam, alius ad teſtes tendit.

Hic animaduertendum eſt Ariſtotelẽ hiſtoricè locutum fuiſſe, & ad vulgares, quod etiam cauſa fuit, vt multi ex Arabum familia hanc opinionẽ falsò ſequuti ſint, qui ſi legiſſent eundem Philoſophum 1. lib. de gen. animal. cap. 18. vidiſſent ipſum docere meatum adeſſe communem ſemini, & vrinæ.

Si intimius hæc Ariſtotelis ſententia inquiratur, non eſt tam abſurda; nam manifeſtè, & immediatè terminatur canalis hic in veſicam, cùm ſit continuus ipſi: terminatur etiam in teſtes, at non immediatè, ſed medianribus paraſtatis varicoſis, & vaſis abducentibus.

Sed longè magis errarunt alij ſectatores Auicennæ, qui lib. 3. ſen. 23. putant in virga tres eſſe meatus; vnum ſemini, alterum vrinæ, alterũ algadi deſtinatos Si vultis plura de hoc inſtrumẽto, legite Ariſt. 4. de par. an. c. 10. 1. de gen. an. c. 5. & 6. 1. de hiſt. an. 13. Galenum 15. de vſ. part. & Auicennam præcitato loco.

Hoc loco tantummodò addam ad faciliorem eorum, quæ dictutus ſum, intelligentiam, quod corpus penis à duobus illis ligamentis ita conſtructũ in fine ſui in carneam quandam ſubſtantiam deſinit, quæ glans ob ſimilitudinem, quã cum glande quercus habet, ab omnibus appellatur; quare glans eſt penis ſuprema pars, quæ corporibus iam dictis adnaſcitur, & communi canali.

Igitur corpus penis cõſtat ex duobus ligamentis intus excauatis, canali communi, & glande, talilque conſtructio à cute tota obtegitur, & inuoluitur, quæ cutis caret nomine, niſi quod, vbi glandem tegit, ab Anatomicis communiter præputium appellatur.

Cutis huius portio illa eſt, quam Iudæi in circumciſione ſcindunt. Ariſt. tamen 1. hiſt. cap. 13. non hanc præputium appellauit, ſed aggregatum totum ex glande, & cute: hoc eſt igitur inſtrumẽtum illud, quod ſexum virilem à muliebri diſtinguit.

Mulier verò vtero à viro diſtinguitur. Ex his itaque partibus, vt dictum eſt ſupra, ſpecies propagatur, vnde pulchrè admodum, & eleganter Galenus 6. de par. vſu. 7. & 14 ſcriptum reliquit naturam in efformandis animalium partibus ſibi tres ſcopos propoſuiſſe.

Primo ſcopo partes ad vitam neceſſarias procreauit, vt cor, cerebrum, & hepar; ſecundò ſcopo eas reſpexit, quæ ad meliorem, & commodiorem vitam faciunt, vt oculi, aures, & alij ſenſus; tandem aliquas partes ad ſpeciem propagandam attinentes, vt ſunt teſtes, vterus, & reliquæ.

Ex quibus luce clarius conſtat adeſſe diſtinctionem inter marem, & fœminam, quare non ſunt audiẽdi illi Philoſophi, qui affirmant fœminam præter naturæ inſtitutum, veluti monſtrum generari, cùm certum ſit neque hominem, neque aliorum animalium vllum perfectum abſque vtroque ſexu generare poſſe, quã generandi neceſſitatẽ conſiderans Ariſt. 1. de gener. an. ca. 2. dicebat veteres omnium rerum vniuerſalium terram quaſi matrem ſtatuiſſe, cœlum autem, & ſolem vt genitorem.

Ponitque ibi differentiam in genere inter marem, & fœminam, atque duplici, inquit, ratione ab inuicem differre; facultate nempe, & quibuſdam partibus. Facultate quidem, quia mas potentiam habet generandi in altero, fœmina verò in ſe ipſa.

Quoniam ad omnem officij functionẽ opus eſt inſtrumentis, & inſtrumenta facultatibus debent eſſe accommodata, ideo quẽadmodũ (ſupra dictum eſt) neceſſariò enatæ ſunt nonnullæ partes in vtroque diuerſæ, quæ tanquam inſtrumenta illis virtutibus inſeruirent in coitu, & operatione; hæc autem apud Ariſtotelem ſunt in muliere pudendũ, & vterus, in viro teſtes, & membrũ virile.

Quamuis Galenus non omni ex parte ea, quæ ab Ariſtotele hoc loci ſcribuntur, videtur recipere, quandoquidem lib. 14. de par. vſu 6. & 2. de ſemine cap. 5. ait omnes partes, quæ ſunt in viris eſſe etiam in mulieribus, ſed hac tantùm differentia, quod in mulieribus ſunt abſconditæ.

Sed Galeni ſententia nõ habet omnimodam veritatem, quia ſi ſermo fit de vaſis ſpermaticis ſupra enarratis, de teſtibus

ſtibus, de recurrentibus, & de veſicis, in quibus ſemen retinetur, & conſeruatur, veriſſima eſt.

At ſi ſermo ſit de genitali membro, de tunicis teſtes inueſtientibus, falſa quidē eſt, nec intelligi poteſt, niſi metaphoricè, quia quamuis extra vterus, & pudendum muliebre exirent, nunquam tamen poſſent genitale virile conſtituere, quod aptum eſſet ad ea munera obeunda, quæ à virili membro fiunt.

Deinde in mare nulla eſt pars, quę proportionari poſſit vtero, quare mihi videntur fabulę illorum, qui dicunt mulieres quandoque in mares degeneraſſe, quia quamuis pudendum, quod vaginā penis in muliere appellatur, ſit longitudinis eiuſdem, aliquaſque partes exterius habeat proportionatas glandi in pene virili, non tamen illam habet tendinum duorum conſtitutionem, quæ erigi poſſit, neque vnquam canalis communis vrinæ, & ſemini in eo iſculpi poterit, quibus officio, & muneri virili ſatisfacere valeat.

Nulli tamen dubium eſſe debet, neque ſolum marem, neque ſolam fœminam ſufficere pro generatione, aut ſpecie propaganda, neque & vtrumque poſſe niſi ſimul copularentur, propterea natura omni ſolertia curauit vtrique in coitum propenſionem indere, ne defectu ipſius coitus eſſet periculum, ac deficeret propagatio.

Et quod à Galeno ſummè laudatur, tantam voluptatem natura mari, atque fœminæ in coitu communicare voluit; vt hac ipſa non ſolùm homines allecti, ſed bruta etiam animalia irritata ſuum genus ſuperſtes ſeruant, quemadmodū ſi ratione eſſent prædita, huius autem facilis propenſionis cauſas multas legere poteſtis apud Ariſtot. tum. 4. probl. & 6. hiſt. cap. 9. tum apud Galenum 14. de par. vſ. cap. 9.

Tanto enim amore natura egregium hoc opificium proſecuta eſt, vt voluiſſet omninò illud immortale, atque æternū procreare, vt ait Galenus 14 de vſ. part. A 2. verùm cum animaduertiſſet factum eſſe ex materia corruptibili, nempe offibus, neruis, arterijs, ac proinde non poſſe perpetuò conſeruari, quod potuit auxilium ferre voluit, vt ſaltem, per ſpeciei propagationem conſeruaretur mediantibus partibus iam dictis, & coniunctione maris cum fœmina.

In qua coniunctione ſemē illud, quod collectum, & conſeruatum eſt, impetuosè in communem canalem deſcendit, B atque celeriter, & recta in vterum, tamquam in fœcundiſſimam terram eiaculatur, proinde penis ſtructura talis eſt, qualis ad congreſſus venereos, ſeminis eiaculationem, ſtimuloſque libidinis requirebatur.

Ex duobus itaque corporibus tendineis, vel nerueis cauis, meatu vnico membranoſo ſemini, & vrinæ communi, quatuor muſculis, venis, arterijs, & neruis quamplurimis, membrana neruoſa, & cute miro artificio conſtat, vt ſemen C recta, & impetu in os vteri internum emitteretur; natura enim mira ſagacitate, & induſtria ita ipſum conſtituit, vt diſtendi cum duritie citra vteri moleſtiā, nec non etiam flacceſcere poſſet.

Canalis igitur in penem inſculptus hanc ſemini vtilitatem præbet, quæ eſt ipſum ad vterum vſque deducere, vt autem rectā feratur, directio ipſius penis fauet; nam ſi flaccidum eſſet, aut rigidū, ſed contortum, inutile prorſus redderetur ad ſeminis eiaculationem. D

Muſculi verò illi deſtinati cum ſint quatuor, omnes in ſeminis eiaculationē conſpirant, eique opitulantur; duo enim horum ſunt, qui canalem, ceu manibus duabus vtrimque poſitis aperiunt, alij verò duo ipſum tumidum, ac rigidum factum ad arbitrium mouent.

E Hinc fruſtra inquiritur, an motus penis naturalis ſit, an voluntarius, cum appareat naturalem eſſe, atque voluntariū. Quod naturalis ſit, habetur ex Galeni diſcurſu 6. de locis aff. cap. 6. vbi ſcribit

de

de fac.nat.& ait eũ hac præditũ eſſe, qua vbi animal ad coitum promouetur, ſua ſponte dilatatur, non ſecus atque faciat cor, & ipſius arteria, quæ à propria earum facultate mouentur.

Verùm cum hac differentia, quia illæ partes, nempe cor, & arteriæ ſemper dilatantur, atque conſtringuntur, penis verò non ſemper mouetur, niſi quãdo vſus id requirit.

Modus eſt, quando ipſe penis dilatatur, atque extenditur, ſequitur ex arterijs ſpiritus, quemadmodum ſequitur pulmo thoracem ob eam, quam ad motum habent, ſequelam.

At poſſet quiſpiam dubitare, an vis illa, quæ fiſtuloſum hunc neruum, aut ligamentum, penem conſtituentem, cũ ad coitum accingitur, rigidum, & tumidum reddit, poſſit potiùs ad arteriarum ſpiritus vim referri, quàm ad ipſius nerui conſtitutionem.

Reſpondet Galenus id non ex arterijs euenire poſſe, ſed ex propria cõſtitutione huius fiſtuloſi nerui à natura in hunc vſum facti, quandoquidem actiones partium ex propria earum natura emanant, non autem ex ſitu mutato.

Nam ſi cor, & iecur ſitum mutarent, non aliam operationem facerent, quàm eam, quam nunc faciunt, vbi ſunt poſita; quæ Galeni ratio ex ſinu philoſophię emanat, vbi dicitur, quod tale eſt ſuapte natura eſt, sẽper eſt tale, ita igitur à natura comparatum eſt, vt arteriæ ſuam dilatandi, & conſtringendi actionem habeant, neque aliam ex mutato ſitu habere poſſint.

Quamobrem rationi quam maximè conſonum eſt, vt arteriæ nullam aliam in cole habeant operationem, quàm in alijs partibus obtinent: at quod magis lata contineant ora cæteris arterijs, quæ ſunt in corpore, id factum eſt à natura, vt promptius, & celerius ſequi poſſint, quod euacuatur, nullamque habent actionis facultatem aliam cum ad pudendum venerint.

A Et licet aliquando lũbi calefiant, hinc arteriæ calidiores reddantur, magiſque pateant ipſarum ora, & proinde non exiguam ſpiritus eſſentiam in fiſtuloſum neruum effundant, qui paulatim impletus colem intendit, quaſi tota ipſius eſſentia in fiſtuloſo neruo conſiſtat; non tamen videtur colis dilatari, eo quod impleatur vtris in modum, ſed quia dilatatur, à ſpiritu repletur.

B Quamobrem ex Galeno concludendum eſt turgeſcentiam in pene non ab arteriarum ſpiritu, ſed ab innata ſua facultate prouenire, non ſecus atque cordi datum eſt dilatari, & conſtringi.

Quando verò inflatus, & dilatatus eſt, tunc aliquos habet motus à voluntate dependentes, ſed exiguos admodum.

Duplici igitur motu mouetur penis, C naturali, & voluntario: naturalis eſt turgeſcentia, ſeu rigiditas: voluntarius verò eſt motus exiguus, cum iam tumidus redditus eſt.

Intellexiſtis igitur, quãto artificio vtatur natura, quantauè induſtria in illis partibus efformandis, quas ſemini dedicauit, vnde animalia perfecta generari debent, inter quæ homo præcipuas partes obtinet, omnium animalium prudẽ- D tiſſimum, atque dominus, cui omnia alia ſubijciuntur, atque famulantur.

In eo itaque iam dictæ partes eleganter admodum fabrefactæ ſunt, & licet in vnam ſeminis naturam conſpirent; non tamen eodem modo; nam vt audiuiſtis, harum vna eſt, cui debetur prima agendi ratio, & ſunt teſtes, aliæ ſine quibus, aliæ ad perfectionem actionem, & tandem aliæ ad conſeruationem.

E Penis inter alias partes enumerari debet, quæ habent rationem cauſæ, ſine qua non ſemen in vterum eiaculari poteſt, qui quidem cum ſecundùm naturã ſe habet, ſuo muneri probè ſatisfacit, at ſi præter naturam afficiatur, impeditur generatio.

Sed cum audieritis, quę ſit ipſius natura, & conſtitutio naturalis, tempeſti-

ſum eſt, vt ipſius morbos contemplemur, à quibus ita læditur, vt inde contingat ſuam eiaculandi ſeminis operationẽ perfici minimè poſſe, dicturi deinde de morbis illius partis, quæ fœminam à mare diſtinguit, & per conſequẽs de omnibus vitijs quæ prodeunt ab vtero malè affecto.

Morbi igitur ſpectantes ad membrũ virile ſunt, vel ex parte ſui, aut ratione vaſorum, in quibus ſemen generatur ex parte ſui; vel quia canalis communis ita afficitur, vt non poſſit ſemen per eum permeare, vel quia non erigitur, ita vt poſſit ſemen eiaculari, vel tandem ſemper erectus, ac rigidus manet.

De prima affectione, quæ nihil aliud eſt, quàm obſtructio in communi canali facta, vel a carne calloſa, aut aliqua alia materia intus cauitatem retenta, aut adnata, non eſt, vt quidquam dicamus, cum ſatis de ipſius vitijs tractatum ſit in ſermone de vrinæ ſuppreſſione.

Sat igitur nobis eſt morbos penis pro

A prios eius actionem vitiãtes proponere, & ſic relinquimus communes morbos, quemadmodum ſunt tumores, vel inflammationes, aut gangrænæ ita mortificantes, vt neceſſe ſit totum amputare, qui morbi ad partem chirurgicam referuntur.

Sed cum actio penis, quæ eſt erectio, trifariam lædi contingat, vt de aliarum partium actionibus eſt dictum, abolitè,

B diminutè, & deprauatè, actio penis abolita, & diminuta eſt ea, quæ coeundi impotentia vocatur, & qui hac detinentur, dici ſolent frigidi, & maleficiati.

Morbi autem ipſius membri virilis actionem vitioſè lædentes duo à ſcriptoribus recenſentur, quorum vnus priapiſmus, alter ſatyriaſis appellatur.

Sed quia vterque affectus eandem re-

C quirit curationem, proinde vtrumque ſub nomine priapiſmi comprehẽdemus, qua in re enucleanda præſcriptum ordinem ſeruabo.

DE ABLATA ET DIMINVTA COLIS ERECTIONE, SEV IMPOTENTIA AD COEVNDVM.

CAPVT PRIMVM.

Vitium iſtud ad ablatam, vel diminutam colis actionem pertinens a medicis appellatur ignauia partium ge[illegible] ris vel ad coitum impotentia [illegible] colis reſolutio, ſi Paulo cre[illegible] lib. 3. cap. 58. & Aetio lib. 6. cap. 35. [illegible] dicta fuit.

Quod ad [illegible] huius affectus ſpectat, eſt omn[illegible] erectio[illegible] penis ablata, aut dimin[illegible] ablata quidem, quando etiam præ[illegible] delectabili obiecto, non mouetur [illegible] vero, quãdo mouetur, ſed fruſtra, [illegible] ſtatim flac-

ceſcat, neque ſuum opus non modo perficere, ſed ne vix inchoare poſſit.

D Eſt (vt propius rem attingam) ſymptoma in actione læſa motricis facultatis. Iam verò ſymptoma à morbo o[illegible] ducit, at qui nam morbus is ſit, a [illegible] prodit, non tam clarè patet [illegible] a dictum a nobis fuerit ex Galeno 6. de locis affectis cap. 6 [illegible] penis ita con[illegible] eſſe, vt [illegible], non ſecus atque [illegible] dilatari, at-

E que conſtringi [illegible] ſi v[illegible] expoſtulãte dilatari, at[illegible] non contingat, con[illegible] morbo[illegible].

Patitur autem duobus modis per eſ-

ſen-

[illegible]tium, & per conſenſum, per eſſentiã; quando intemperie afficitur frigida, & humida tam cum materia, quam ſine materia, deinde quando ſubſtantia ipſius rara, aut fiſtuloſa conſtipatur; tertiò quia etiam huiuſmodi membrum tumoribus afficitur, qui ipſius erectionem impediunt: poteſt add[illegible] & [illegible] rarefactio, per quam ſpirituoſa materia diſſlatur.

Per conſenſum verò duobus modis, B primò, quia ad ipſum ſpiritus vitales non tranſmittuntur, quibus eiuſdem turgeſcentia conſeruari poteſt.

Deinde quia eius muſculi paralyſi afficiuntur, non tranſmiſſis, videlicet ſpiritibus animalibus ad eos, quibus in erectione ſeruatur, & rigidus mouetur ad [illegible]bitum.

Reliquo modò dæmonum illuſiones, quibus tam veneficæ quam per[illegible] meretrices vtuntur, cum hęc tranſcendant C medicorum terminos.

DE CAVSIS IMPOTENTIÆ coeundi.

VEnio ad cauſas prædictorum morborum, quæ referuntur [illegible] ad internas, & externas: internæ [illegible] res frigidi intempe[illegible] frig[illegible], [illegible]midam producentes, ſiue cum [illegible], D ſiue abſque materia qui & [illegible] alienò or[illegible] n à mala viuendi ratione, h[illegible] à ſex rebus non [illegible] ordinatis, vt ab aere frigido, & humido, &c.

Co[illegible] propriæ [illegible] a frigiditate [illegible], ſiue [illegible] onſtio [illegible] a, [illegible] ſpiritum pro[illegible] [illegible]s [illegible] ha[illegible].

[illegible] habi[illegible] [illegible] [illegible] q[illegible] [illegible] [illegible] longa [illegible] [illegible] ca[illegible], au[illegible] [illegible] a, vel a[illegible]is flu[illegible] [illegible]ius, [illegible]

nis, [illegible] ex [illegible]o.

Vel [illegible] medicamenti alicuius ſemen [illegible], aut ſpiritus diſſoluentis longus vſus; nam à ſemine contento in vaſis ſpermaticis eleuari ſolet quidam vapor, [illegible]us, qui erectioni colis maxime ſuet.

Succed[illegible] etiam pauca ſeminis copia, quia vaſa ſeminalia ſæpe anguſta ſunt, per quæ pauca [illegible] ſanguinis copia fluxerit, hinc ſeminis pauci, aut nullius fit generatio.

A[illegible]ere poteſt is vaſorum ſeminaliũ, aut teſtium intemperiem frigidam, atque imbe[illegible].

H[illegible]modi [illegible]æ, pro vt ſunt ſecund[illegible] [illegible]gi[illegible], [illegible] vehementes, modò a[illegible] deſtruxerit, modò ipſam [illegible].

DE SIGNIS IMPOTENTIÆ coeundi.

NOn eſt [illegible] laborandum circa [illegible] præſentem affectum dem[illegible] [illegible]ere poterit [illegible] propter ad c[illegible] deueniendũ, [illegible], ſiue diminuta.

[illegible] ratione præcedente, à D [illegible], & nocentibus [illegible]r, nam ſi ægrotans v[illegible] ratione, quæ potuer[illegible] pituitoſos, & [illegible] habitus pituitoſi, [illegible] frigidæ, & humidę, [illegible] loco frigido, percip[illegible] applicatione [illegible], è contrà [illegible] a frigidis E [illegible], hanc [illegible] faci[illegible] [illegible] pia[illegible] [illegible]dorum [illegible].

[illegible] pote[illegible] eſſa ſit, [illegible] frigidi, [illegible] vel etiã mar-

marmotis, ſuper quod diu ſederit æger, quod ex relatione ipſius ægrotantis haberi poterit, hoc modo cognoſcitur læſio per eſſentiam.

Per conſenſum verò hanc impotentiam prouenire poteritis conijcere ex ijs, quæ interrogatus reſpondet æger; nam vbi intelligatis longam præceſſiſſe inediam, & famem, vel fluxum ſanguinis immoderatum, aut alui, aut immoderatas vigilias, adhæc etiam adſit totius corporis macies quædam, indicium eſt non poſſe generari ſpirituum copiam ad ſpecieì propagationem.

Vel ſi audiatis iecur, & ventriculum ita lædi, vt ſuis minimè fungantur officijs; ad hæc teſtes, & vaſa ſeminalia nimium quàm conueniat intemperata eſſe ad frigiditatem, tandem ſi videatis caput refrigeratum eſſe, ita vt generet, aut coaceruet copiam humoris pituitoſi, qui ad neruoſum genus deſcendat, & potiſſimùm ad eos neruos, qui à ſpinali medulla ad os vſque ſacrum extenduntur, tunc conijcietis muſculos ipſius colis paralyſi affectos eſſe: hoc modo indagandæ ſunt cauſæ huius impotentiæ virilis morbi.

At qui ſi quis bonę complexionis, ætatis florentis, bonique habitus, aſſuetus libidini, ac rebus veuereis de repente incidat in hanc coeundi impotentiam, ſuſpicandum erit id ei eueniſſe ratione alicuius incantamenti (vt dicunt) aut maleficij.

Eo magis ſuſpicio hæc augebitur, ſi idem iuuenis fateatur, ſe longo tempore cum impudica aliqua muliere familiaritatem habuiſſe, ab eaque, vel ob nouum amorem, aut nuptias receſſiſſe, nec iuuamentum ſenſiſſe à remedijs, quibus ęgrotantes huiuſmodi ſolent reſtitui virilitati, & tunc relictis noſtræ artis auxilijs ad preces duntaxat, & ad Deum reuoluendus eſt animus, qui ſolus incãtamentorum vires, ac dęmonum colluſiones diſſoluere poteſt, idque iuxta Sanctæ Romanæ Eccleſiæ ritum agendum

A venit, poſt poſitis omnibus humanis auxilijs.

DE FVTVRO EVENTV impotentiæ coeundi.

Colis ignauiæ euentus nunquam eſt malus ſimpliciter, ita vt ex ipſo aliquis moriatur, cum nonnulli poſſint longo temporis ſpatio in ea miſeria viB uere.

Verum curabilis, & incurabilis redditur pro varia cauſarum vehementia, aut debilitate, à quibus ignauia hæc proficiſcitur; nam ſi exempli gratia eueniat, vel quia teſtes non ſint geniti, aut ſint quidem, ſed malè affecti, vel indurati, aut diſſecti, fruſtra expectatur curatio.

Quemadmodum vbi colis ſit, vel ſcirrho antiquo induratus, aut prauo vlceC re affectus, vel craſſus nimium factus, ita vt ſuſtinere nequeat impulſus ſpirituum, curationem non admittit.

Curabilis verò erit, ſi contingat ratione inediæ, aut fluxus, ſiue ſanguinis, aut alterius materiæ; victuſque ratione recta, ac bonis ſuccis, medicamentiſque idoneis vtatur æger.

At ſi ratione paralyſis muſculorum euenerit, cum difficultate ſanabilis exiD ſtimatur.

Quod ſi ſiat vitio alicuius viſceris pręcipui, ex curatione ipſius ſequitur, & curatio colis ignaui, & impotentis; hęc de præſagijs.

DE CVRATIONE IMPOTENtia coeundi per victus rationem.

In curatione ignauiæ penis, ita agenE dum eſt, quemadmodum in alijs affectionibus præter naturam curandis diximus, cauſam igitur in primis reſpicere oportet, à qua ſumitur prima indicandi ratio, ac ei ſatisfaciendum mediante indicato, quod eſt auxilium.

Quo circa, qui cupit curare ignauiam, opus eſt animaduertere cauſas, à quibus

ea proficiſcatur, inter quas intemperiem frigidam, & humidam, nec non conſtipationem propoſuimus, tamquam morbo cum ſuis cauſis attinentes ad ipſam per eſſentiam, quæ remouentur tam victus ratione, quàm pharmacia.

Aer debet eſſe calidus, & ſiccus, qui ſi natura non ſit talis, arte paretur in cubiculo rebus odoratis, ſuffumigijs, & aromatis.

Inter carnes pro cibis conueniũt illæ
Columbarum,
Paſſerum,
Perdicum,
Caſtrati iunioris,
Attagenum,
Phaſianorum,
Turturum,
Turdorum,
Merularum,
Cuniculorum;

Et hujuſmodi, quæ aſſatæ ſint, ac rebus aromaticis conditæ.

Panis quoque ex optima farina confectus offeratur, benè coctus, aniſatus, & fœniculatus.

Oua ſorbilia valent cum ſpeciebus ale phanginis præparata.

Ius quoque cicerum rubeorum, aut nigrorum, in quo allia ſemicocta ſint, proficiunt.

Semen erucæ ſylueſtris cum butyro, lac cum cinnamomo agitatum, vel vſus lactis ad bibendum per multos dies, in quo prius cæpę infuſæ ſint, in hoc caſu commendatur.

Radix heleniј,
Sileris, aut
Eryngij, &
Paſtinacæ conditæ dicuntur conferre.

Pro potu vinum album, odoriferum, ac vegetum iuuat.

Exercitium tempeſtiuum, vigiliæ, quoque proficiunt moderatæ.

Somnus exuberans nocet; animi affectiones immoderatæ obſunt.

Prodeſt, ſi aluus lubrica teneatur, ſi nó

A natura, vt ſaltem arte concitetur, vt

Pro clyſtere.

℞. fol. parietariæ manip. ij.
Sem. fœniculi,
Aniſorum,
Carthami ana drach. ſſ.
Flor. chamæmeli manip. ſſ.
Agarici albi drach. ij.
Bulliant in ſufficienti quantitate aquę ſecundum artem, &

B ℞. huius decocti lib. j.
Olei chamæmeli,
Amygd. amararum,
Rutæ ana vnc. j.
Mellis roſ. col. vnc. ij.
Hieræ Galeni,
Diaphœnici ana vnc. j.
Salis drach. ij.
Vitelli ouorum num. j. fiat clyſter.

Suppoſitorium.

C ℞. mellis deſpumati vnc. ij.
Salis gemmæ,
Trochiſc. alhandal ana drach. ſſ.
Miſce pro ſuppoſitorio.

DE CVRATIONE IMPOTENtiæ coeundi per Pharmaciam.

D Si opus eſt expurgare corpus, præparentur in primis humores idoneis præſidijs, deinde ad euacuationem accede.

Pro potu.

℞. rad. apij,
Petroſclini ana vnc. ſſ.
Saluiæ,
Bettonicæ ana manip. ſſ.
Myrobal. chebul. drach. ij.
Agarici albi in linteo inuoluti drach. iij.

E Cinnamomi ſcrup. ſſ.
Fiat decoctio ſecundum artem, &
℞. huius decoct. vnc. iiij.
Agarici trochiſcati drach. j. ſſ.
Rhabarbari drach. j.
Infunde ſecundum artem, facta expreſſione, diſſolue.
Syr. Magiſtri Auguſtini,

Rho-

Rhodomel.ſolut.ana vnc.iij.
Elect.indi maior.drach.ij.
Fiat potus breuis.

Bolus.

℞.Elect.indi.maior.
Diacarthami,
Diaphœnici ana vnc.ſſ.
Cum ſaccharo fiat bolus.

Pilulæ.

℞.pilul.alephangin.
Arabic.
Aggreg.ſcrup.ij.
Trochiſc.alhandal.ſcrup.ſſ.
Cum melle roſ.fiant pilulæ num.7.
aurentur.
Deinde exhibeantur decocta ex
Ligno ſancto,
Sasfras,

Et huiuſmodi ſecundum artem parata, medicamentaque quæ calefaciendi facultatem habeant tam intus aſſumpta, quàm extra admota propinentur. Inter interna ſunt.

Theriaca,
Mithridatium
Elect.de gemmis,
Confect.Alexandrina.

Conditum.

℞.Conſeruæ ſaluiæ,
Roſmarini,
Roſarum ana vnc.j.
Elect. de gemmis
Theriacæ,
Mithridatij ana drach.j.
Syr.de ſtœchade,
De bettonica comp.ana vnc.ij.
Fol.auri num.iij.fiat conditum.

Tabellæ.

℞.ſpec.diambræ,
Elect.de gemmis ana drach.j.
Alephang.ſcrup.ij.
Sacchari vnc.iiij.
Cum aqua bettonicæ fiat confectio in tabellis.

Extra verò balneum applicetur tam actu, quàm potentia calidum, quo foueatur regio perinæi, veſicæ, pubiſq; & totum pudendum.

A Quod balneum fiat ex aquis thermalibus ſulphureis, aut decoctionibus ex rebus calidis factis, de quibus multoties.

Suffumigium.

℞.ligni aloes,
Benzoini ana drach.j.
Caſtorei,
Cyperi,
Iunci odorati ſcrup.j.
Calami aromatici,
B Cinnamomi ana ſcrup.ſſ.
Trochiſci de gallia g.v.

Fiat puluis ſubtiliſſimus, & cùm ſtyrace fiat ſuffumigium.

Olea etiam calida proficiunt, quibus inungatur penis, & partes iam dictæ, vt eſt.

Oleum vulpinum, vel
De pipere longo, vel
C De been, vt

℞.olei vulpini,
Caſtorei,
Piperis ana vnc.j.

Vel fiat vnguentum pro dictis partibus vngendis, hac ratione.

℞.Myrrhæ,
Styracis calamitæ,
Caſtorei,
Piperis,
D Ceparum,
Aſſæfœtidæ,
Staphidis agriæ,
Pyrethri ana drach.j.
Axungiæ leonis drach.ij.
Moſchi drach ſſ.

Bulliant in oleo coſtino: colentur: deinde cum modico ceræ fiat linimentum.

Si verò impotentia ad coeundum per conſenſum veniat, eò quòd ad membrū E virile ſpiritus per arterias minimè fluant ob ipſorum ſpirituum defectum, à quacunque cauſa id euenerit, nempe vel alicuius materiæ fluxu longo, & immoderato, ſanguinis nempe, vrinæ, alui, aut ſudoris, vel à longa inedia, aut longo, ac diuturno tempore tolerata ægritudine, cogitandum eſt tunc temporis de reficiendis corporis viribus, ex Auicenna

lib. 3. fen. 20. tract. 1. cap. 17. & 18. per alimenta, quæ ſint boni ſucci.

Quibus confirmatis ad ea deinde pergendum eſt, quæ flatuoſos ſpiritus in venis, & arterijs habeant facultatem generandi, nec non ſemen, qualia ſunt ea alimenta, quæ afferebat Galenus 5. de ſimpl. med. facul. cap. 22. & 23. Aetius lib. 2. c. 25. & Auicennas præcitato loco.

Quam plurima quidem ſunt huiuſmodi edulia flatum apta generare, ſiue ex propria natura, ſiue quod alijs, quæ eam virtutem contineant, admixta ſint, vt carnes ſunt.

Caponum,
Columbarum,
Phaſianorum,
Perdicum,
Turturum,
Attagenum,
Gallorum Indorum teneriorum,
Leporum,
Cuniculorum,
Vitulorum,
Inter partes animalium,
Teſticuli galliculorum,
Oua gallinarum elixa,
Conchylia,
Polypi,
Gammari.

In hoc genere ſunt etiam omnia bulbacea.

Nuclei pinei,
Piſtacia,
Cicer vtrumque,
Fabæ,
Phaſeoli,
Amygdalæ dulces,
Tubera,
Cardui ſatiui,
Fructus cynaræ,
Vua penſilis,
Radix paſtinacæ,
Rapæ,
Porrum,
Lini ſemen.
Erucæ agreſtis,
Folia, & ſemen rapi,

A
Vrticæ,
Fœniculi,
Aniſi,

Hæc quatuor ſemina quamuis flatuoſa non ſint ſua natura, flatum tamen in virilibus partibus excitant, quando cum flatuoſis alimentis, & multum nutrientibus admixta ſunt.

Pro potu vinum liberalius epotum, quod rubrum fit, & odoratũ, quamuis vinum dulce, ac recens longè ſit magis flatuoſum, quàm vetuſtum, & odoratum. B

Ad flatus, & ſeminis generationem conferunt tam ſimplicia, quàm compoſita medicamenta intus aſſumpta, atque extra admota.

Inter ſimplicia per os aſſumenda plura ex his proponuntur, quæ extra inter alimenta enumerata fuere, inter quæ eſt vrticæ ſemen ex paſſo aſſumptum: ſemẽ naſturtij hac ratione etiam epotum. C

Nec non caryophyllorum puluis cum lacte recenter emulſo hauſtus.

Puluis nucum muſcatarum cum vino dulci aſſumptus, ſiue alimentis etiam admixtus.

Caro renum ſcinchorum ad drach. j. pondus ex vino odorato deglutita pro ſecreto habetur.

D Puluis priapi taurini ex ouo ſorbili, aut etiam ceruini cum vino odorato acceptus.

Cerebellum paſſerum maſculorum ex lacte probatur.

Multaque alia ſcribuntur, inter quæ oua perdicum dicuntur habere vim conſopitum veneris appetitum ſuſcitandi, prouocandique.

E Inter compoſita ſunt, quæ piſtaciata, & pineolata vocantur, quæ componuntur ex optimo ſaccharo, & nucleis pineis quamplurimis, aut piſtacijs probè à corticibus tam externis, quàm internis depuratis.

Sunt, & multa alia à Paulo Aegineta, & ab alijs ſcripta, quæ per vos videre poteſtis, quemadmodum iſtud eſt.

℞. Teſticulorum vulpis,

Teſti-

Teſticulorum taſſi ana vnc.j,
Coquantur in iure cicerum rubeorũ,
Sem.vrticę tenuiſſimè cõtriti drac. ij.
Piſtaciorum,
Nucleorum pineorum
Auellanarum maceratarum in lacte, ac melle ana vnc.ſſ.
Ramentorum priapi taurini drach. ij.
Carnis leutræ drach.j.
Moſchi ſcrup.j.
Syr.menthæ,
Excipiantur omnia,
Doſis ſit ad drach.ij.ſingulo mane cũ modico vini odorati.

Eſt etiam efficaciſſimum omnium illud, quod Diaſatyrion appellant iuxta deſcriptionem Meſues, & Nicolai, quod vel ſolum, vel cum æquali pondere.

Diamoſchi dulcis, aut
A Diambræ,
Exhiberi poteſt cum modico vini generoſi.

Exterius verò adhibentur, atque partes inunguntur ex
Oleo formicarum, aut
Scinchorum, vel
Cheirino, aut
Vulpino, quibus inungitur perinęum,
B aut regio pubis: validioraque redduntur hæc, ſi intus diſſoluatur aliquid ſequentium.
Myrrhæ,
Caſtorei,
Moſchi, aut
Ambræ,

C Paralyſis verò penis curatur, vt de frigida intemperie cum materia dictum ſupra fuit.

DE DEPRAVATA COLIS ACTIONE, IDEST PRIAPISMO, AC SATYRIASI.

CAPVT SECVNDVM.

IGnauiæ, aut impotentiæ ad coitum alia ſuccedit affectio præter naturam prorſus contraria, quãuis eadem pars affecta ſit, quæ appellatur priapiſmus, ac ſatyriaſis. Priapiſmus quidem dicitur à Priapo Dionyſij, ac Veneris filio, maximo, ac prodigioſo cole prædito, vel vt nonnulli dicunt, qui tẽſo cole ſemper manebat, ſed nomenclaturis omiſſis, accedamus ad eſſentiam, cauſas, ſigna, prædictiones, & curationem.

Priapiſmus Galeno authore 6. de locis aff.cap.6. & 9. lib. de comp. medic. c.9. eſt colis immoderata diſtenſio, ſtabiliſq; in longitudinem, atque orbem auctio citra veneris appetentiam.

D Conuenit cum ſatyriaſi, & ab ipſa differt. Conuenit quidem, quia in vtraque affectione dirigitur penis.

Differt verò, quia priapiſmo nulla adeſt coeundi voluntas, aut deſiderium; deinde quia vſu veneris ante, & poſt actum mentula erecta manet.

In ſatyriaſi verò eſt coeundi cupiditas, & coitu finito iuuatur, peniſque detergetur: tandem in ſatyriaſi adeſt palpitatio
E erronea, & inordinata, quæ non eſt in priapiſmo.

Huiuſmodi affectio præter naturam in morbo in quantitate adaucta reponitur, nempe in tumore, eſt igitur tumor penis præter naturam operationem lædens deprauatè.

DE

DE CAVSIS PRIAPISMI, & Satyriaſis.

CAuſæ internæ facientes hunc morbum referuntur ad flatuoſum ſpiritum, ita vt ſit tumor ortum ducens à flatu; & quamuis, qui priapiſmum patiuntur, aut ſatyriaſim, videntur tenſionem, aut tetanum pati, qui eſt ſpecies conuulſionis, quæ tam ab inanitione, quàm à repletione proficiſcitur; nihilominus hanc affectionem poſſe ab inanitione fieri minimè putandum eſt, aut à ſiccitate.

Ratio eſt, quia non poſſet tam ſubitò, & repentè euenire, vt ſolet priapiſmus, aut ſatyriaſis; quare neceſſariò ſequitur, quod procedat à repletione, quæ vel humorum eſt, aut vaporum, vel flatus non humorum, quia non tam citò humores mouentur, ergo eſt flatus, aut vaporis, vel vtriuſque copia, Gal. 14. meth. med. capit. 7. Paulus lib. 3. cap. 56.

Qui flatus eleuantur à ſuccis craſſioribus in corpore, magis quàm par ſit, redundantibus, inde ad colis arterias nimium apertas feruntur, eaſque replentes colem reddunt tenſum, qui, vt diximus, eſt fiſtuloſus, & cauernoſus.

Immediata igitur, & proxima cauſa tam priapiſmi, quàm ſatyriaſis eſt vapor, aut flatus eleuatus à ſuccis craſſioribus, tanquam à propria minera, qui in arterias colis delatus, aut etiam quandoque attractus ab ipſo, vbi phlegmonoſa aliqua affectione, vt docet Paulus 3. cap. 56. tenratur, ibique copioſè partim fluxus, partim attractus, atque exitum quærens inducit illam, quæ in ſatyriaſi percipitur palpitatio.

Cæterùm collectionis huius ſpiritus flatuoſi cauſæ ſunt ea, quæ antecedũt, vt ſunt humores ad habitum corporis totius collecti, habitus corporis ſanguineus, complexio calida, & humida, ætas iuuenilis, confert etiam deſiderium vehemens rerum venerearum, vel aliquod obiectum aptum ad cogitationes

A eiuſmodi excitandas, quod præſens ſit, aut ad imaginationem offeratur.

Poteſt etiam diuturna ſeminis retentio eſſe cauſa, in ijs potiſſimùm, qui rebus venereis dediti ſunt, ac ſalaces.

Tandem quæcunque tenũm regionẽ, atque vaſorum ſpermaticorum calafacere apta ſunt, vt eſt decubitus ſupinus; tunc enim arteriæ dilatantur, & facilè re-

B cipiunt, dum attrahunt, ſpiritus illos eleuatos tam à prædictis humoribus, quã à ſemine contento in vaſis ſpermaticis.

Cauſę exteriores ſunt deſumptæ à victus ratione, & præſertim à cibis inflantibus, & multum ſemen generantibus, vt ſunt,

Oua,
Cicer,
Nuclei pinei,
C Satureia,
Et alia pleraque,

Somnus ſuper dorſum factus, cogitationes, vt ſupra dixi, frequentes rerum libidinoſarũ, & aſpectus mulierum ſunt exteriores cauſæ.

DE SIGNIS PRIAPISMI, & ſatyriaſis.

D SIgnorum alia ſunt, quæ affectum demonſtrant, & alia ipſius cauſas: primò quidem priapiſmus diſtinguitur à ſatyriaſi, quia ille euenit abſque coitus deſiderio, ſemperque, etiam poſt coitum, penis rigidus manet; ſatyriaſis verò præter rigiditatem habet adiunctam palpitationem, præceſſitque deſiderium coeundi, & poſt coitum penis flacceſcit, 6. de locis affectis cap. 6.

E Si à ſola flatuoſi ſpiritus eleuatione contigerit, cognoſcitur ex ætate florẽti, ex habitu corporis ſanguineo, ab ante acta victus ratione, quæ potuerit copiam ſpiritus flatuoſi, & ſeminis generare; deinde ex palpitatione præſente; tãdem diſcutientia medicamenta applicata iuuant, contraria nocent.

Arteriæ nimium, quàm conueniat, dilata-

latatæ cognoſcuntur, quia nulla adeſt palpitatio, longa fuit abſtinentia coitus, ætas iuuenilis, præceſſit conſuetudo, aut aſpectus formoſæ alicuius mulieris, aut huiuſmodi aſpectus fixè in imaginatione remanſit, quæ perpetuò ipſos ſpiritus mouet, & ad arterias colis affert.

DE FVTVRO EVENTV priapiſmi, & ſatyriaſis.

PAſſio huiuſmodi ratò, aut nunquam ſenes corripit ob ipſorum caloris inopiam, iuuenes ſæpè inuadit.

Priapiſmus periculoſior eſt, quia ſæpè, qui eo tentantur, affliguntur neruorũ diſtenſione, ac totius corporis dolore, & concuſſione, ita vt impoſſibile ſit cum eò vitam diutiùs durare: quare niſi citò curetur, neceſſarium eſt ad mortem perducere; nam vires proſternuntur.

Satyriaſis & ipſa, vt Paulus ſcribit, niſi finiatur, in vaſorum ſeminalium reſolutionem, aut conuulſionem terminatur, inde ægrotantes moriuntur, & ſæpè cum ſudore frigido.

DE CVRATIONE PRIAPISMI, & ſatyriaſis per victus rationem.

INdicationes curatiuæ à morbo, & à cauſis deſumuntur, ac primùm ſpiritus flatuoſus, qui colem diſtendit, diſſipandus, aut diſcutiendus venit, id nãque in mente medici eſſe debet; eſt enim primum in intentione, & conſequenter vltimum in executione; cum huiuſmodi ſpiritus ſuam habeat mineram, à qua oritur.

Hæc itaque minera primo loco euacuanda eſt per prohibitionem nouæ generationis ipſius, & ne pars, quæ iam genita eſt, in arterias colis feratur, aut ab ipſo recipiatur, attendendum eſt.

His indicationibus ſatisfacimus auxilijs deſumptis à triplici medicinæ inſtrumento toties repetito, diæta, pharmacia, atque chirurgia.

A Quod ad diętam ſpectat, & ad alimenta, dicebat Paulus Aegineta 3. lib. cap. 56. victum tenuem eſſe debere, quod agendum eſt tribus, aut quatuor potiſſimùm primis diebus; inedia enim eſt cauſa, vt humores craſſi non modò attenuentur, ſed etiam vt non generentur.

Qualitas alimentorum authore Galeno 9. de comp. med. loc. cap. 9. debet eſſe refrigerans, ſed quæ incidendi, & extenuandi virtutem habeat, careatque
B potestate multiplicandi ſemen, proinde etiam euitanda ſunt, quæ multum nutriunt, aut flatũ generare poſſint, vt ſunt oua, carnes, conchylia, bulbacea omnia.

Ideo primis diebus ptiſana hordeacea conuenit, panis tritus in pullorum, aut galliculorum iure, in quo ebullierint,

Hordeum,
C Acetoſa,
Scariola,

Simulque, & intus apponere debemus modicum ſucci

Aurantiorum, aut
Limoniorum,

Ad carnes, ſi morbus cedere incipiat, galliculorum, auiumque paruarum, & huiuſmodi veniendum.

D Pro potu aqua frigida, aut in qua hordeum ebullierit, vel coriandrum, præſcribenda eſt: morbo declinante vinum cõcedi poteſt album, ſed pauciſſerum aqua lymphatum.

Eſt vſus rei venereæ vtilis in ſatyriaſi, quæ excitata fuerit ex copia ſeminis.

Aer eligendus eſt, qui ad frigidum, & ſiccum vergat.

Aegri dormire non debent ſuper ſtrata, vel ſuper lectos, ſed ſupra dura: caueantq; à ſomno, qui ſupra dorſum ſit
E factus.

Si illis ſupra lectos dormiendum veniat, Galenus dicebat ſubſternenda eſſe aliqua, quæ libidinis incendia coercere dicuntur, vt ſunt folia vitis, ſeu

Agnicaſti, aut
Nymphęæ, aut

Papa-

Papaueris, & ſimilium,

Aſpectus, ſermones, luſi, cogitationeſque earum rerum, quæ ad libidinem commouere poſſunt, omninò vitentur.

Quies imperanda, motus prætermittendus,

Aluus lubrica, quantùm fieri poteſt, ſeruare expedit, clyſteribus quibuſdam qui habeant aliquam refrigerandi facultatem, Aetius lib. 11. cap. 32. Vbi illis opus fuerit, præſtat etiam aliquando vti balanis, ſeu ſuppoſitorijs; & hæc de victus ratione.

DE CVRATIONE PRIAPISMI, & ſatyriaſis per Chirurgiam.

AD alia duo inſtrumenta deueniendum, à quibus etiam ſæpè petuntur auxilia in præſenti propoſito caſu, & primo dicamus de chirurgico, quod quidem prodeſſe ſolet, immiſſo primùm aliquo liniente clyſtere.

Tunc autem opus eſt ſanguinis miſſione, vt pluries ſuperioribus lectionibus repetitum à nobis eſt, & nunc dicimus, quando indicans adeſt præſens, & permittens tam euacuandi, quàm reuellendi cauſa.

Hirudines quandoque ano appoſitæ ſolent prodeſſe multum deriuando materiam.

Cucurbitæ quoque dorſo, ac ſcapulis applicatę, & ſcarificatæ proficiunt, quia reuellunt; natibus etiam ſi affigantur, iuuare ſolent, quia deriuant.

DE CVRATIONE PRIAPISMI, & ſatyriaſis per Pharmaciam.

A Pharmaceutico inſtrumento plura accipimus auxilia per os aſſumpta, & exterius admota, à quibus materia partim inhibetur ferri ad locum affectum, partim illa reſoluitur, quæ in ipſum confluxit, partim etiam arteriæ nimium dilatatæ corroborantur, & adſtringuntur.

A Eorum inſuper, quæ per os accipiuntur, alia per ſuperiora educunt reuellendo materiam, alia per inferiora ipſam deriuando.

Primò igitur conſiderandum eſt, an materia ſit in vẽtriculo, nempe in ipſius cauitate, & tunc eam per vomitum euacuare oportet, hoc modo.

℞. aquæ fontis puriſſimæ lib. j.
Fol. alari vnc. j.

B Bulliant ad cõſumptionem medietatis, coletur, colaturæ adde
Oxymel. ſimplicis vnc. ij.
Offeratur tepidum.

Deinde poſt quadrantem horæ aſſumat drach. v. iuris pinguis gallinæ, & paulo poſt digitum in fauces immittendo prouocet æger ſibi vomitum.

C Si verò ægrotus non ſit facilis ad vomendum, opus eſt materiam tam in ventriculo, quàm in inteſtinis contentam medicamento aliquo lenitiuo educere, vt hoc clyſtere, dummodo caueamus, quantum fieri poteſt, ne ad colem protradatur materia.

℞. fol. violarum,
Maluarum ana manip. j.
Hordei ſine cortice vnc. ij.
Sem. lactucæ,
Scariolæ ana vnc. ſſ.
D Aniſorum,
Feniculi ana drach. j.
Fol. acetoſellæ manip. ſſ.
Bull. in quantitate ſufficienti aquæ ſecundum artem, &
℞. huius decocti lib j.
Mellis violati vnc. ij.
Olei violati,
Roſati,
Chamæmeli ana vnc. j.
E Diacatholici,
Diaſenæ lenit. ana vnc. j.
Salis drach. j.
Vitellorum ouorum num. ij.
Miſce, & fiat clyſter.
Pro ſuppoſitorio.
℞. mell. deſpumati vnc. j.
Spec. hieræ ſimpl. Gal. drach. ſſ.

mæ-

Præſtat hoc in caſu aliquod parare medicamentum ſub forma potus, quo expelli poſſit materia per ſeceſſum nulla facta in colem propulſione, hoc eſt
Mel.roſ.ſolut.vel
Syr.de polypodio ſolut.
Magiſtri Auguſtini, vel
Ex ſena, vel etiam
Ex ſucco roſarum,agarico, & ſena.
Manna etiam fortis diſſoluta cum aliquo decocto hordei, aut ſimili, quod exiccandi, ac refrigerandi facultate polleat.
Si opus eſt, præparentur humores cum aliquo genere ſyruporum, deinde educantur: inter alios ſyrupos commendatur valdè,
Syrupus de mentha;
Vel poteſt componi huiuſmodi decoctio,
℞.rad.nymphęę cũ floribus albis vnc.ſſ.
Portulacæ,
Lactucæ,
Menthæ ana manip.ſſ.
Sem.rutæ drach.iij.
Fiat decoctio ſecũdum artem in aqua communi, &
℞. huius decoct.vnc.iiij.
Syr.de mentha,
Papaueris ana vnc.j.
Nenupharis vnc.ſſ.miſce
Eodẽ decocto ſine ſyrupis poteſt diſſolui, vel manna, aut aliquod ex prædictis ſolut. & iſthæc ſunt medicamenta intus aſſumpta, quæ inhibent materiam in colem fluere.
Sunt & alia in tabellis, vt
℞.ſpec.diamarg.frigidi,
Margarit.præp.ana.drach.j.
Sem.ligni caſti drach.ſſ.
Sacchari diſſoluti in aqua roſarum vnc.iij.
Fiat confectio in tabellis.

Conditum.

℞. conſeruæ roſar.
Bugloſſi,
Borraginis ana vnc.ſſ.
Diamarg.dulcis,

A Diahyacinthi ana drach.j.
Syr.de pomis,
Violati ana vnc.ij.
Fol.auri num.iiij.
Fiat conditum.

Tabellæ.

℞.ſem.rutæ,
Cannabis,
Agni caſti ana drach.j.
B Sacchari diſſoluti in prædicta decoctione vnc.v.
Fiat confectio in tabellis: doſis ſit ad drach.ij.
Quæ verò extra admouentur, debent materiam reprimere, partim diſcutere, atque arterias ipſas nimium dilatatas adſtringere,
Inter reprimentia eſt poſca à Galeno laudata, nempe aqua aceto mixta.
C Aqua plantaginis,
Portulacæ,
Semperuiui,
Hyoſciami,
Succus quoque harum ſimplicium cum aceto appoſitus placet.
Valet & vnguentum infrigidans Galeni aqua nymphææ, aut roſarum ſubactum, vel etiam aqua ſimplici.
Cum emplaſtro ſcribit ſe plures hoc
D morbo liberaſſe Gal.14.meth.med. cap. 7.ſimilem operationem præſtat.
Vnguentum roſ.Meſue, &
Vnguentum, quod ſantalinum appellant.
Sed ſi vultis me verum fateri huiuſmodi medicamenta lumbis, & regioni, quæ eſt inter teſtem, & anum, quam perinęum appellant, applicari tutò poſſunt.
E At non poſſunt ſine periculo applicari pudendo tumefacto, & ratio eſt, quia, cum non poſſit erigi membrum, niſi fluxa materia, & in eo recepta, purè reprimentia non conueniunt, ſed illis admiſcere oportet, quæ flatulentam, ac ſpiritoſam materiam diſcutere valeãt, quod etiam admonet Mercurialis, ideo in hoc caſu modicum

Olei chamæmeli, &
Aquæ ſaluiæ, aut
Bettonicæ,
Vel aliquam portionem decoctionis
Florum chamæmeli,
Sem. lini, aut
Aniſorum,

Apponerem; vnguentiſque propoſitis diſcutiens aliquod admiſcerem.

Vel formarem emplaſtrum ex huiuſmodi rebus.

℞. fol. adianti,
Rutæ,
Nymphęæ ana manip. j.
Fol. chamæmeli manip. ß.

A Sem. agni caſti,
Rutæ ana drach. j. ß.

Infunde in aceto per decem horas, deinde bulliant in vino auſtero vſque ad coctionem herbarum: contundantur omnia, atque cum oleo chamæmeli, & roſato, quãtum ſufficit, fiat emplaſtrum, quod toti coli, teſtibus, & perineo applicetur, deinde vngatur oleo roſato, & communi æquis ſumptis portionibus.

B Sunt qui gummi iuniperi tamquam ſecretum in hoc caſu probant, quo penis vniuerſus vngatur: & hæc ſint ſatis pro priapiſmi, & ſatyriaſis curatione.

DE GONORRHOEA.

CAPVT TERTIVM.

CVm à natura animalia quędam fiant ex ſemine, quædam verò ex putri materia, ſciendum eſt ſolum prima eſſe in ſuo genere perfecta; alia verò imperfecta: inter priora omni procul dubio eſt vir, quem à muliere differre diximus per illud membrum, quod genitalę appellauimus.

Cuius actio eſt ſemen ab alijs partibus factum, & collectum recipere, atque tãquam per canalem, aut aquæductum abducere, & recta in vterum eiaculare, quod vt perfectius ab ipſo fieri poſſit, neceſſarium eſt, vt ſupra audiuiſtis, vt erigatur, in tumoremque deducatur, qui ſi vel erigi nequeat, aut nimium quàm par ſit in erectione maneat, inutile prorſus, & præter naturam redditur ad prolem faciendam.

Ita quoque ad huiuſmodi tam egregiam operationem perficiendã opus eſt, vt ſemen illi proportionatum ſit, neque vnquam exeat, niſi vbi voluntas ipſa imperat, quod ſi neque eo rigido, neque voluntate imperante exierit, affectus
C præter naturam oritur, qui à Gręcis γονόρροια appellatur à noſtris verò dicitur ſeminis profluuium.

Nomen iſtud deductum eſt à nomine γονὴ quod ſemen ſignificat, & à verbo ῥέω, ideſt fluo, nihil aliud eſſe poteſt, niſi inuoluntaria, & ſine pudendi tenſione ſeminis eiectio aſſidua, Galenus 6. de locis aff. cap. 6. & Aetius 11. cap. 33.

D Dicitur aſſidua, & inuita, ſeu inuoluntaria, pene flaccido, eiectio ſeminis, ad differentiam eiectionis ſeminis cum voluntate, in qua penis erigitur.

Additur aſſidua, ad differentiam pollutionis, in qua eijcitur ſemen inuoluntariè ſine erectione virilis membri, ſed non aſſiduè, hic verò perpetuò, & continuò ſemen exit, quandoque paulatim, & ſenſim, nonnunquam verò copioſè,
E & affatim, & hæc eſt natura profluuij ſeminis, quod gonorrhœam, vt dixi appellant.

Ex his poſſumus duas gonorrhœę differentias ſtatuere, vna quę ſit aſſiduè, altera per vices, prima dicitur profluuiũ

ſemi-

ſeminis, altera pollutio, & eſt ſympto- A ma in genere exeuntis à toto genere præter naturam, ſymptoma verò à ſuo morbo dependet, quemadmodum, & morbus à ſua cauſa.

DE CAVSIS GONORRHOEAE.

Cauſarum aliæ ſunt internæ, aliæ externæ: internæ conſiderantur vel ex parte ſeminis, vel ex parte inſtru- B mentorum, in quibus ſemen generatur, nempe ratione vaſorum ſeminalium, & teſtium.

Ex parte quidem ſeminis, primò quia magis, quàm contineri poſſit in vaſis, colligitur: vt in ſanguineis, & hominibus robuſtis, iis potiſſimum, qui alimẽtis multis, & ſanguinem copioſum generãtibus vtuntur, otioque ſunt dediti, C contingere ſæpè obſeruamus.

Secundò quia ſemen fluxibilius, quã conueniat, generatur, aquoſumque fit, vt accidit in complexione humida, & pituitoſa, habituque corporis molliori.

Tertio quia ſemen acuitate nimia prę ditum eſt, quod in vaſis ſtare nequeat, vt in bilioſis euenit, in quibus ſemen acutum adeo eſt, vt mordicet, atque ſtimulet facultatem vaſorum expultri- D cem, quo nomine exire eſt coactum, quare ſemen exit, quia vel copioſum nimis eſt, aut aquoſius, vel bilioſum, & mordax.

Ex parte vaſorum ſeminalium, poſſunt tres cauſæ reperiri, vna eſt debilitas facultatis retentricis non potentis ſemen continere: vel ratione facultatis expultricis robuſtioris, quàm expediat, vel vt nonnulli dicunt, propter E multam vaſorum mollitiem, vnde eſt, quod vaſa relaxantur, plus quam par ſit, inde nequeunt ſemen retinere: vel tandem, quia vaſa conuelluntur, & ſemen emittunt, vt contingit in epilepſia: & iſtę ſunt cauſæ internæ tã ex parte ſeminis, quàm vaſorum, in quibus ſemen generatur, & continetur.

Cauſæ exteriores ſunt plures, quarum aliæ generant humores, à quibus ſperma augetur nimis, vel aquoſius redditur, aut mordax, & à quibus vaſa ſeminalia lædi poſſunt variè, nempe intemperari ad quamque intemperiei differentiam, quare & facultas continẽs debilitari, nec non expultrix robuſta fieri poteſt, & ſic de aliis vitiis, quæ à determinata victus ratione oriri poſsũt.

Aliæ verò ſemen iam genitum extra fluere cogunt, vt eſt conſuetudo cum mulieribus, aut earumdem nimia familiaritas, ex qua deſiderium, & concupiſcentia ad actus venereos excitatur, & ex nimio deſiderio imaginatio mouetur inde etiam, & ſperma à ſpiritibus vehementi imaginatione motis agitatur.

Eſt alia cauſa peculiaris, quæ inducit tam in ſemine, quàm in vaſis malã qualitatem, hæc autem prouenit ab illa tam diuulgata, ac maligna lue, quam nonnulli citra nationum iniuriam veneream appellant, quæ vt plurimum à contagio excitari conſueuit, atque ob id fœda, virulentaque appellatur.

Hæc de cauſis, ſi addamus victus rationem in ſex rebus non naturalibus, à qua poteſt multa copia ſanguinis generari, vel etiam varii humores pro vario viuendi genere, quibus ſemen alteratur, quod alteratum, vt ſupra dictum eſt, extra vaſa propellitur: & hæc de cauſis: accedo ad ſymptomata, quæ gonorrhœam concomitantur, quibuſque in eius cognitionem ducimur.

DE SIGNIS GONORRHOEAE.

Inter ea ſymptomata, quæ gonorrhœam declarant, omni procul dubio illud eſt, quod percipiunt ægrotantes, nempe continuum exitum ſeminis, abſque penis erectione, & abſque coeundi imaginatione, aut deſiderio, vel alio ſenſu, apparetque induſium anterius totum conſpurcatum, & à ſemine exeunte maculatum, temporiſque pro-

greſſu vniuerſum corpus gracileſcit, potiſſimùm circa lumborum regionem, circa quam etiam ſæpè percipitur dolor grauatiuus.

Os quoque ſuperius ventriculi in aliquibus reſoluitur, totumque corpus relaxatur, imbecilliuſque redditur, tandē ſiccius fit, facie maciata, ac pallida, cauiſque oculis cernuntur, qui longam, & antiquatam gonorrhœam patiuntur Galeno magiſtro 6. de ſanit. tuenda.

Signa cauſarum modò inueſtiganda ſunt, quæ erant ſeminis culpa, aut vaſorum.

Primo igitur ſi ex nimia ſeminis copia gonorrhœa fiat, cognoſcitur in primis à toto corporis habitu pleniori, & à facili tolerantia, imo verò à conferentia, quia non ſolum rectè tolerant, verum etiam leuius ferunt eam patientes, validioreſque, ac viuidiores apparent, neq; vllo modo facies mutatur ad maciem, ſed proprium retinet colorem, neque ſemen exire videtur abſque aliquali voluptate.

Si verò aquoſius ſit, quàm conueniat, hacque ratione exeat, cognoſcitur, quia ſemen minus coctum apparet, vnde decolores fiunt homines, & imbecilles, corpuſque ſenſim tabeſcit, & circa lumbos dolorem ſentiunt.

Adhæc etiam ex anteacta vita innoteſcere facilè poteſt, conferente ad id ætate, habitu corporis, complexioneque frigida, & humida, & ſemen exiens nullam prorſus voluptatem præſefert.

At vbi ratione ſuę mordacitatis exeat, cognoſci poterit, tum ex præcedente victus regula, ex calore, atque ſubſtantia ſeminis tenuiore, ac colore flauo ipſius, conferente ad id tum ætate, habitu, complexione, atque exercitio: ſi ſemen exiens calidum, & mordax fuerit, in toto canali in meiendo dolor, atque ardor percipitur, & dum penis erigitur, tantum dolorem affert, vt vix tolerari poſſit. Aegrotātes inſuper à refrigerantibus medicamentis iuuan-

A tur, à calidis læduntur: atque hoc modo cognitio gonorrhœę ex parte ſeminis inueſtiganda venit.

Quando verò vaſa ſunt in cauſa, ne ſemen contineatur, & id ratione debilis facultatis euenerit, ex improuiſo ſemen effluit, vixque ab ægrotante percipitur, præceſſitque aliquid præter naturam, quod potuerit vaſa debilitare, vt eſt immoderatus coitus, vel morbus
B aliquis, ſiue vniuerſalis, ſiue particularis, vt intemperies aliqua, aut ſolutio continui, vel alius quiuis morbus, ſemē etiam poteſt eſſe ſuis qualitatibus naturalibus præditum, ſaltem per aliquot dies; nam temporis progreſſu labefactatur.

Si verò à virtute expultrice nimium, quàm par ſit, valida ſemen expellente
C contigerit; tunc cognoſcitur aliquàndo ex nimia ſeminis copia irritante eam, nō nunquam verò ex qualitate, nempe acrimonia ipſius, qua irritatur expultrix ad expellendum.

Quando verò ex vaſorum relaxatione contingat, præceſſit iam aliquis morbus in ipſis vaſis, vt eſt intemperies quędam frigida, & humida, quæ & ipſa cognoſci poterit ſuis proprijs indicijs ſæpè
D ſupra repetitis, ſiue id eueniat ratione vaſorum, ita vt ſint per eſſentiam læſa, aut per conſenſum ab aliquibus partibus circumuicinis, quod notum fiet ex proprijs partium læſarum ſymptomatis.

Rarò accidit ſemen à vaſis per conuulſionem exire, quod ſi euenerit, cognoſci poteſt ex aliqua conuulſione iam in alijs partibus præcedente, & vt Galenus ſcribit 2. de cauſis ſymptom. tunc membrum riget.

E Quod ad gonorrhœam à cauſis externis prouenientem ſpectat, cognoſci poterit per relationem patientis ipſam, & potiſſimùm quando à morbo gallico, vt appellant, prodierit: hæc de ſignis.

DE FVTVRO EVENTV *gonorrhœa*.

EVentus gonorrhœæ prædici poterit bonus, & malus pro cauſarum maiori, & minori vehementia, ſi fuerit ex lue, & per contagium, atque recẽs idoneis præſidijs curari poterit, longo tamen tempore.

Atqui ſi antiquata fuerit, neque vt decet rectè curata, hominem perducit ad corporis infrigidationem, cachexiam, hydropem, & tabem, & tandem ad mortem. Quibus à gonorrhęa ſtomachus debilitatus fuerit, non niſi difficulter, & longo tempore curari poterunt.

Si prodit ex vaſorum labe, & debilitate, requirit longam curationem.

Si à copia ſeminis facilè, curatur, ſæpeque ſola ſanguinis miſſione.

Si ex aquoſo ſemine proceſſerit, in lõgum tempus protrahitur, & vix curabitur.

Facilè verò ſi ab humoribus acribus, & mordacibus contingat, nulla exiſtente contagionis ſuſpicione.

Difficilis in mulieribus curatur; ſenes ad tumulum vſque eam perducunt, eo magis ſi à contagio prouenerit, & eo citiùs, ac faciliùs, ſi prauis quibuſdam ſyptomatibus aſſocietur, vt eſt inſignis capitis dolor, immoderata vigilia, ſitis inexhauſta, & alia.

DE CVRATIONE GONORrhœa *ex humorum copia prouenientis per victus rationem*.

INdicatio curandæ gonorrhœæ eſt deſumpta ab ipſius natura, quæ eſt immoderatum ſeminis profluuiũ, quod compeſcere, atque ſiſtere oportet, cui indicationi ſatisfacere nunquam poterimus, niſi ablata cauſa, à quà proficiſcimur, quare cauſa reſpicienda venit, quæ ſi proueniat ex copia minuenda eſt, ſi ex tenuitate incraſſanda, ſi ex acredine atemperanda, ſi ex vaſorum debilitate

A corroboranda.

Sic circa cauſas diſcurremus; & pro ipſarum varietate, vario modo auſpicabimur curationem; quæ enim ex contagio naſcitur, non niſi ſuis antidotis auferre tentabimus.

Quando igitur ex humorum, & ſeminis copia procedit gonorrhęa, auxilia omnia à quouis inſtrumento accepta eo tendere debent, vt ſanguinem, & ſemẽ

B diminuant.

Ideo quod ad dietam attinet, alimentum ſubtrahere eſt opus, exercitium imperandum, aluus ſubducenda, ſi non ſit lubrica natura, idque clyſteribus lenitiuis agendum venit.

Aer tẽperatus iuuat, qui magis ad frigidum, & ſiccum inclinet.

Sanguis ex vena baſilica, Alex. Tralliano docẽte lib. 9. cap. 9. mittendus eſt,

C tum euacuandi, tum reuellendi gratia.

DE CVRATIONE GONORrhœa *ex humorum copia prouenientis per pharmaciam*.

MEdicamentis corpus expurgare primùm oportet, deinde ad localia præſidia recurrendum, quæ

D ſemen ſiſtere poſſint, & vaſa ipſa corroborare, intuſque aliqua aſſumẽda, quæ valeãt ſeminis generationem inhibere.

Sed cùm medicamenta purgantia corpus communia ſint alijs affectionibus præter naturam, ad ea deueniemus, quæ magis propria ſint huic præſenti affectioni, quorum aliqua ſemen diminuunt, alia verò ne fluat, obſiſtunt.

Inter ea, quæ per os aſſumpta ſemen

E diminuunt, eſt in primis

Aqua,

Succus, &

Decoctum nymphęæ tam florum, quã totius plantæ.

Si Tralliano credimus lib. 9. cap. 10. valet etiam radix ipſius, & ſemen, tam ſi viridia exhibeantur, quàm ſi exiccata in puluerem redigantur. Ad id etiam valent

lent ſemina cannabis.
Rutæ, &
Viticis, ideſt agni caſti,
Quæ areſacta, & in puluerem tenuiſſimum redacta tam ſimplicia, quàm ad inuicem mixta, & ad drach.j. accepta
Cum aqua, aut
Succo plantaginis,
Singulo mane per multos dies, vel ex aqua ſtirpium iam dictorum deſtillata proficiunt.
Electuarium quoque ita paratum præſtat.
℞. ſem viticis.
Cannabis,
Rutæ ana drach.ij.
Cryſtalli,
Corallij præparati ana drach.iij.
Caphuræ ſcrup.ſſ.
Conſ.florum nymphææ vnc.ij.
Caulium,
Lactucæ ana vnc.j.
Conterantur conterenda, & miſceomnia, & cum aliqua portiuncula ſyrupi nymphææ, aut myrtillorum fiat electuariũ: doſis ſit ad drach.ij. aut vnc.ſſ.
Vel
℞. conſer.florum nymphææ vnc.ij.
Caulium,
Lactucæ, ana vnc.j.
Caphuræ ſcrup.j.
Sem cannabis,
Rutæ,
Viticis ana drach.ij,
Syr. de ſucco myrtillorum,
Fiat conditum, addendo foliorum auri numero iiij.
Cum modico aquæ plantaginis, quã ſuperbibat æger: hæc, & ſimilia ſemen diminuunt.
Quæ verò ipſum fluere inhibent, ſunt ea, quæ partim reprimunt, partim vaſa ſeminalia confirmant, ac roborant, quibus inungitur renum regio, perinæum, nec non & teſtes, videlicet.
Infrigidans Galeni,
Vnguentum roſ.meſue,
Santalinum,

A Comitiſſæ.
Sunt qui oleum lauendulæ, ſeu (vt dicunt) oleum ex ſpica.
Valet etiam, & huiuſmodi medicamentum.
℞. hypociſtidis,
Acaciæ ana drach.ij.
Thuris vnc.j.
Ladani vnc.ſſ.
Coralliorum rubeorum,
B Spodij,
Boli armeniæ ana drach.iij.
Olei maſtichini,
Spicæ,
Myrtini ana vnc.ſſ.
Caphuræ ſcrup.j.
Puluerizentur puluerizanda, & cum modico ceræ ad ignem reformetur linimentum.
C Ad corroboranda vaſa ſpermatica proderunt etiam inſeſſus in aqua chalybeata, in qua ebullierint
Roſæ,
Myrtilli,
Folia plantaginis,
Balauſtia,
Cortices mali granati,
Folia quercus, caliceſq; ipſorum, vt
℞. roſarum,
D Myrtillorum,
Fol. plantaginis,
Quercus,
Calices eorundem ana drach.ij.ſ.m.
Poſſunt hæc omnia in ſubtiliſſimum puluerem reduci, & ex his parari tam vnguenta, quàm emplaſtra, & alia quibus ſemen in ſuis vaſis retineri faciliùs poſſit; & hæc de curatione gonorrhϾ à nimia ſeminis copia ortum ducentis.
E

DE CVRATIONE GONORrhϾ ex nimia ſeminis tenuitate prouenientis per medicamenta localia.

SI verò proueniat gonorrhœa ex nimia ſeminis tenuitate, & aquoſitate, opus eſt ea euitare tam alimenta, quàm

quàm medicamenta, quæ refrigerare poſſunt.

Sed omnia eligenda veniunt, quæ calorem naturalem corroborare valent, ſemenque craſſius reddere, quare victus ratio boni ſucci eſſe debet, & quæ aliquam calefaciẽdi facultatem habeat, & bonum ſanguinem generare, vt inde ſemen aquoſum fieri non amplius poſſit.

De hac victus ratione ſæpè tractatum à nobis fuit in varijs affectionibus à frigida intemperie ortum ducentibus, quæ omnia huc transferenda ſunt.

Quod ad localia inſtrumenta ſpectat, adminiſtranda veniunt ea methodo, & ratione, qua poſſimus ſatisfacere prędictæ intentioni, vnde ſi opus eſt expurgare frigidam, & pituitoſam cacochymiam, eam idoneis medicamentis purgemus; deinde ventriculum corroboremus tam internis, quàm externis præſidijs, de quibus multoties.

Sed cùm cruditates ſemper ex ventriculi imbecillitate proueniant, quarum culpa deinde contingit, vt ſemen vitietur, ideo corroborationi maximè ſtudendum eſt, inter alia, quæ intus ad vẽtriculum corroborandum in hoc caſu iu uare conſueuerunt, eſt aromaticum roſatum, cuius doſis ſit ad drach. ij. cum modico vini albi generoſi.

Ad ſperma fluidum, & tenue emendandum.

℞. ſucci fœniculi,
Menthæ ana vnc. j.
Aquę myrtillorum vnc. iiij.
Vel
℞. triphera ex arte Phœnonis drach. j.
Exterius verò.
Abſynthium, aut
Abrotanum,
Cum modico vini affuſum ventriculo applicetur, vel ventriculus inungatur
Vnguento Galeni ſtomachico.
Vel hoc.
℞. olei de abſynthio vnc. j.
De mentha vnc. ß.
Spec. aromat. roſat. drach. j.

A Pulueris roſarum,
Trium ſantal. ana ſcrup. j.
Cum modico ceræ fiat linimentum.

DE CVRATIONE GONORrhæa ex ſeminis tenuitate prouenientis per chirurgiam.

Circa chirurgicum inſtrumentum vide, quod ſi cacochymia frigida totius corporis fuerit ſola abſ- B ſanguinis copia, euacuanda eſt ſola purgatione, neque competit ſanguinis miſſio, atqui ſi ſimul cum hac adfuerit ſanguis, tunc ad ſanguinem mittendum recurrere eſt opus, tam vt reuellatur, & ſiſtatur fluxio, quàm vt euacuetur nimia illius copia frigidis humoribus admixta, & hæc eſt curandi ratio, quæ cõ- C petit gonorrhϾ à frigidis humoribus ortum ducente.

Modò ad ea, quæ ex nimia tenuium, & aerium humorum copia prouenit, deueniendum eſt, dictum fuit humores tenues eſſe in corpore, nec ſine caliditate, & acrimonia, quamobrem opus eſt ipſos primùm deturbare, ipſorum generationem prohibendo, nec non, eos, qui sũt geniti in corpore, euacuare.

In primis itaque per victus rationem, D pugnandum, quæ ſit boni ſucci quidem, & quæ refrigerare, & incraſſarę valeat, vt alibi egimus.

Idem quoque de chirurgico inſtrumẽto pluries diximus, quod adminiſtrandum eſt duplici nomine, tum vt euacuetur, tum vt reuellatur materia, ſi ita vĩdebitur eſſe neceſſarium.

E DE CVRATIONE GONORrhæa ex ſeminis tenuitate prouenientis per pharmaciam.

Qvod ad pharmaciam ſpectat, vbi hæc ipſa ſit adminiſtranda, indicatur à cacochymia bilioſa, acri, & mordaci, quæ nimia eſt, & extra corpus educenda; nam relicta in corpore

pore fluxum gonorrhœę magis auget, educitur autem vel aliquo medicamento ſub forma boli, aut potus.

Bolus.

℞. flor caſſiæ recens extr.
Diacatholici cum duplici additione rhabarb. ana drach. iij
Pulpæ tamarind. drach. ſſ.
Rhabarb. electi drach. j.
Elect. roſ. Meſue drach. iiij.
Cum ſaccharo fiat bolus.

Vel

℞. diacatholici vnc. ſſ.
Elect. roſ. Meſue,
De ſucco roſato ana drach. j. ſſ.
Myrobal. citrin. drach. j.
Cum ſaccharo, quantum ſufficit, fiat bolus.

Potus.

℞. trium myrobalan.
Tamarindorum ana vnc. ſſ.
Foliorum plantaginis manip. ſſ.
Flor. cordialium pug. j.
Sem. acetoſæ
Portulacæ ana drach. ij.
Fiat decoctio ſecundum artem, &
℞. huius decocti drach. iij. infunde
Rhabarb. immaturi drach. ij. ſſ.
Et ſine expreſſione, diſſolue
Syr. roſ. ſol. recentis vnc. v.
Elect. de ſucco roſato drach. iij.
Fiat potus breuis.

Poſſem ad hanc intentionem multa proponere medicamenta; ſed hæc ſatis ſint pro exemplo eorum, quibus vti per vos poteſtis.

Facta igitur recta, & decenti purgatione, id quod de cacochymia in corpore ſupereſt, oportet incraſſare, ac acrimoniam remittere, ſimulque, & ſemel profluuium ſeminis compeſcere.

Sed quia ſæpè cōtingit talem gonorrhœam etiam ex nimia caliditate renum prouenire, ipſos reſpicere debemus opponentes medicamēta ea, quæ diximus conuenire renibus inflammatis, vbi potiſſimùm corpus expurgatum fuerit.

Similiter neceſſe eſt particularem go-

A norrhœæ curationem inſtituere, quæ eſt ipſius fluxum compeſcere, quod tam internis, quàm externis præſidijs fieri poterit.

Interius aſſumenda talia eſſe poſſunt.

℞. conſ. borraginis.
De ſucco citrij ana vnc. j.
Aromatici roſati drach. iij.
Cineris inteſtinorum gallinæ loti
B cum aqua abſynthij vnc. ſſ.
Sem. agni caſti drach. j. ſſ.
Cum ſyrupo roſato fiat conditum; aut (vt dicunt) fiat opiata,

Vel

℞. ciner. pellicularum ſtomachi gallinæ vnc. ſſ.
Aniſorum vnc. j.
Corall. rubeorum vſtorum, & lotorum drach. j.
C Agni caſti drach. ſſ.
Sacchari albi ad pondus omnium.

Tabellæ.

℞. ſpec. aromat. roſati drach. j.
Cineris pell. gallinæ drach. ſſ.
Sem. aniſorum,
Agni caſti ana ſcrup. j.
Cum ſaccharo diſſoluto in aqua roſacea fiat ſecundum artem confectio in tabellis.

D Hæc medicamenta aſſumi poſſunt ad vnc. j. ſero per horam ante cęnam, deinde ſuperbibere modicum aquę plantaginis, aut chalybeatæ.

Paſtilli ad idem,

℞. ſem rutæ,
Agni caſti,
Vrticæ ana g. v.
Sem. lactucæ,
Portulacæ,
E Plantaginis,
Papaueris albi ana ſcrup. j.
Sem. coriand. præp.
Cannabis torrefact. ana g. iiij.
Roſarum,
Coralliorum rubeorum,
Santalorum citrin. ana g. vj.
Sem. melonum drach. iij.
Sacchari diſſoluti in aqua roſ. quantū ſufficit,

ſufficit ſiant paſtilli: doſis ſit ad drach.ij. cum aqua chalybeata.

Si non cedit his præſidijs, hoc prodeſit.

℞. philonij perſici drach.j.
Sacch.roſ.vnc.ij.

Et hæc de internis.

Venio ad externa præſidia, quæ fluxum ſeminis reprimere poſſunt, & vaſa corroborare, vt ſunt linimenta, & emplaſtra refrigerantia, & adſtringentia. B Balnea quoque aquę dulcis conferūt, vel illius, quæ ferri, aut chalybis vim contingat, aut aluminis, quales in plurimis Italiæ locis reperiuntur.

Linimenta, aut emplaſtra poſſunt parari ad hunc modum, vt

℞. olei roſati omphacini,
Cotoniorum,
Nenupharis,
Myrtillorum ana vnc.j.
Cremoris ſem.lini,
Cotoniorum extracti cum aqua roſacea ana vnc.ſſ.
Fol.rutæ,
Agni caſti,
Menthæ ana drach.ſſ.
Bull. in prædictis oleis, & facta expreſſione adde
Pulueris coralliorum.
Santalorum rubeorum,
Sanguinis draconis,
Boli armeniæ ana drach.j.
Ceræ quantum ſufficit, fiat linimentū, aut vnguentum.

Aliud.

℞. rad. iridis vnc.j.
Myrtillorum,
Fol.lentiſci,
Cupreſſi,
Roſarum rubearum,
Santalorum omnium ana vnc. j.
Sem.agni caſti drach.j.

Fiat decoctio in vino rubro, quo foueatur locus circa perinęum, pubem, & renum regionem, & hæc eſt methodus curandæ gonorrhϾ, quæ non proueniat à lue venerea.

A *DE CVRATIONE GONORrhœa ex lue venerea contracta.*

VErùm ſi gonorrhœa euenit à morbo gallico, qui cauſis additur, vt contagium, ſiue humor peccans bilis, vel melancholia, aut pituita exiſtat, inſtituta victus ratione conueniente, corpore expurgato, & reliquis auxilijs vniuerſalibus, quæ præcedere debent, præmiſſis, ad antidota morbo gallico conuenientia recurrendum eſt, quemadmodum ſunt decoctum
Ligni ſancti,
Salſæ parillæ,
Sasfras,

Et duorum, aut vnius tantùm ex propoſitis decoctum adminiſtrare eſt opus, de quibus fuſius tractabitur, vbi erit ſermo de morbo gallico.

C Sed hic fortaſſe inquiret quiſpiam vtrum, an ad curandam gonorrhœam gallicam neceſſe ſit ſudorē prouocare?

Secundò, an ad ipſius curationem conferat vomitum excitare?

Tertiò, an cauterium in præſenti caſu conueniat?

Ad primum reſpondeo hac facta diſtinctione; nam vel gonorrhœa recens eſt, & in habitu gracili, ac biliofo, & ætate florente; D vel antiquata, & in habitu pituitoſo, & malè affecto.

Primo modo ſolis antidotis ea ratione, qua decet paratis, abſque ſudore poterit curari, affectione, & cauſa ipſius à medicamento per inſenſibilem halitum euaporata.

Secundo modo dico, quod non ſolū conuenit ſudor, ſed eſt neceſſarius, non quidem in primis diebus, ſed poſtquā E ex vſu decocti materia craſſa attenuata fuerit, & diſpoſita, ad hoc vt poſſit per ſudorem extra cutem pelli.

Ad ſecundum dico, quod vel materia craſſa eſt, & contenta in capacitate ventriculi, vel in ipſius membranis imbibita. Si primo modo, vel materia propenſionem habet, vt per ſuperiora feratur

ratur, vel non habet.

Primo modo conſiderandum adhuc eſt, an ægrotantes ſint faciles ad vomẽdum, vel difficulter vomant: vbi materia propenſionem habet, vt per vomitum feratur, homineſque ſint propenſi ad vomitum, vomitus poteſt multum prodeſſe.

Si verò nec materia diſpoſita ſit, nec ægrotantes faciles, & proni ad vomitũ, is non eſt prouocandus.

Ad tertium dico conuenire quandoque in gonorrhœa cauterium factum in

A domeſtica parte fœmoris, quando om-
nia ritè, & decenter facta fuerint; nihi-
lominus ſi aliqua materia in vaſis ſemi-
nalibus relicta ſit, quæ non potuerit ex
toto à medicamentis diſcuti, tunc ad
ipſam diuertendam cauterium in parte
iam dicta factum prodeſt.

Deriuabitur facilè materia hoc mo-
do; nam vaſa ſeminalia propenſionem,
ac conſenſum habent maximum cum ve
B nis, quæ à vena caua in internam fœ-
moris partem deſtribuuntur, ad quarum
regionem fieri debet cauterium.

DE MORBIS MVLIERVM.

DE MENSTRVORVM ESSENTIA, GENERATIONE, ET CAVSIS.

CAPVT QVARTVM.

Virilem ſexum per membrum virile, muliebrem verò per vterum diſtingui iam diximus; eaſque partes definitiuè examinauimus.

Quapropter natura, & eſſentia vteri, omnibuſque eius partibus expoſitis iam tempeſtiuum eſt, vt de affectibus præter natura tractemus culpa ipſius vteri mulieribus euenientibus.

At quidem à doctiſſimis quibuſdam viris, tamquam ſuperflua reprehendi videtur tractatio de ſolis fœminearum morbis, quòd tam in viris, quàm in mulieribus vnica indicatione omnes affectus, eadem methodo, iiſdemque præſidijs curentur.

Nihilominus eorum dictum ſicuti in pleriſque affectibus tam viris, quàm fœminis communibus perpetuæ veritatis eſt; ita è contra in illis, qui mulieribus tantùm euenire ſolent, falſum eſſe omninò apparet, id quod in progreſſu vnuſquiſque facilè agnoſcere poterit, vt à Galeno clarè ſcriptum habetis ſecundo in primum epid. tex. com. 58.

Hippocrates enim propria de mulieribus commentaria conſcripſiſſe luce clariùs apparet, & Galenus 6. epid. ſect. 2. com. Dioclem de morbis mulierum do-

A cuiſſe affirmat.

At de commentarijs Hippocratis ſuſpicari quidem licet, an ab ipſo fuerint ſcripta, eò quod multi errores in ipſis conſpiciantur Hippocrate indignos. Verùm potius dicendum eſt temporum iniuria multa loca in ijs fuiſſe deprauata.

B Nam ſi conſideremus ſermonis elegātiam, doctrinæ excellentiam, ſententiarumque grauitatem, non dubito eos Hippocratis digniſſimos libros eſſe, & à nobis recipiendos; quamuis non me lateat præſtantiſſimos viros, qui iudiciū de Hippocratis libris fecerunt, ſecus
C ſenſiſſe.

Inter hos auctores eſt doctiſſimus Mercurialis, qui in cēſura operum Hippocratis reponit hunc de morbis mulierum tractatum in tertia claſſe, in qua collocantur omnes libri quicunque ab Hippocrate non fuerunt editi, neque
D ab eius diſcipulis compoſiti.

Alter eſt Mercatus, & etiam Limoſinus ambo Hiſpani, qui in iudicio operū Hippocratis hos non eſſe eius germanos pronuntiant, hac moti ratione, quod à
E Galeno non ſint citati, qui arguēdi modus ineptus eſt admodum, & tantis viris indignus; fieri enim poteſt, vt Galenus eos non viderit, quod certè non eſt impoſſibile, cum Hippocratis libri variè fue-

fuerint diſtracti, & aliqui etiam poſt Galenum inuenti.

Sed falſum præterea eſt id, quod ſupponunt; nam Galenus pluribus in locis horum mentionem fecit, 4. aph. 12. & 5. 36. & 45. quamobrem niſi aliud obſtet, bona eorum venia hos tamquam genuinos Hippocratis recipio, & ijs, vt legitimis vtemur. His obiter dictis ad inſtitutum redeo.

Huiuſmodi tractatio perquam difficilis eſt, ita vt in tota medicina nullã difficiliorem reperiri poſſe exiſtimem, difficultatis huius ab Hippocrate plures afferuntur cauſæ lib. de aff. mulierum.

Prima eſt, quia mulieres ſæpè ignorant ſe ægrotare, vnde non detegunt proprias ægritudines, donec altius radices egerint, ex quo ſæpè fit, vt non modo ad curandum difficiles, ſed & impoſſibiles reddantur.

Secunda, quamuis intelligant ſe ægrotare præ pudore tamen, & verecundia non audent medicis ſua mala communicare, quod vt Galenus docet primo progn. & 3. epid. ab initio, & colloquio medici, & ægrotantis multò exactius cognoſcitur morbus.

Tertia eſt, quia ipſi medici timidiùs agunt cum mulieribus, cum interrogationibus, tum contrectationibus, quare negligentia medici omnes ab ipſomet Hippocrate arguuntur.

Quibus quidẽ addi poteſt quarta cauſa, quod vel per obſtetricũ imperitiam, vel propter internas partes, vel alias cauſas remedia ſiue interna, ſiue externa, non niſi difficulter locum affectum attingunt.

Ex quibus omnibus nulli dubium eſſe debet, quin tota hæc materia, & in cognitione, & in curationẽ multas contineat difficultates tractatum pulchriorẽ, & iucundiorem reddentes, atque vtilem admodum; nam vt in communiſſimo adagio: eadem pulchra, quæ difficilia ſunt. Præter quam quod nihil iucundius intellectui, quàm naturæ arcana perA ſcrutari, in his potiſſimum partibus, & actionibus, quæ ad prolis humanæ generationem, & conſeruationem faciunt.

Quod ad vtilitatem porrò attinet, nihil medico vtilius eſt, quàm rationem nouiſſe curandi morbos muliebres, cum & plures, & acutiſſimi, & frequentiſſimi ſint, vnde etiam & magnam laudem, nec non & maiores opes ſibi comparare poſ-
B ſit.

Vndè Galenus lib. de præcogn. ad Poſthumum 16. ſcribebat propter vnam Boethi vxorẽm profluuio vteri laborantem 400. aureos reportaſſe.

Sed quoniam tractatio in longum nimis protraheretur, ſi vellem omnes morbos examinare, ideo eos tantummodo amplectendos decreui, qui con-
C ceptum, & partum reſpiciunt, quos certum eſt frequentiores, difficiliores, ac cæteris omnibus eſſe vtiliores.

De hoc argumento, quamuis à Galeno ex profeſſo nihil ſcriptum ſit, ex varijs tamen ſuis libris plura ſparſim reperiuntur, maximè ad hanc rem pertinentia, & ſcitu neceſſaria, vt ex libro de morborum differentijs, lib. de cauſis ſympt. de locis affectis, de ſanguinis miſ-
D ſione, & ex cõmentarijs, quos ſupra Hippocratis aphoriſmos compoſuit.

Aetius verò librum integrum ſcripſit, nẽpe 16. Paulus quoque lib 3. ſatis diffusè materiam hanc pertractauit, Auicennas inter Arabes diffusè, & doctè admodum argumentum iſtud enarrauit.

Præter hos ſunt plerique alij tam veteres, quàm recentiores, qui hac in re verſati ſunt non ſine magna laude, ac
E poſterorum vtilitate, inter quos eſt Mercurialis, Mercatus, Bottonus, Rodericus à Caſtro, & poſtremò Moxius, quos omnes, hortor vos, vt diligenter legatis.

Sed ſpeciei humanæ propagatio fieri nequit, vt ſupra dictum fuit, niſi mediante copula maris cum fœmina, in qua membrum virile in vterum ſemen eiaculari

culari eſt neceſſarium, vt inde ſequatur conceptus; nam mulier in vtero recipiens ſemen, & ipſum retinens dicitur cōcipere.

Iure meritò proinde diſputatum eſt diu inter philoſophos, & medicos, an virile ſemen rationem cauſæ efficientis habeat, & non materiæ, vel vtriuſque? & ſimiliter an mulier ſolum materiam præbeat, ſcilicet ſanguinem mēſtruum, & nullo modo efficientis rationem ſubeat? ſed de hac materia paulò infra, pro vt opportunum erit, tractabitur.

Sed quia dictum eſt mulieres ſanguinem mēſtruum tamquam materiam pro efformando fœtu præbere, opus eſt, vt in primis declaremus eſſētiam mēſtruorum, generationem, & ſuas cauſas, de quibus agere aggredimur.

Inter omnes authores de hac mulierū morborum materia ſcribentes facilè cōuenit, menſtrua ad conceptum faciēdū, & nutriendum pertinere, & pro varia ipſorum natura, mulieres magis, vel minus ſanas fieri, ſecundumque magis, & minus ad conceptum gerendum, ipſiuſque partum diſpoſitas reddi.

Vnde Auicennas lib. 3. fen. 21. tract. 3. cap. 1. ſcribit mēſtrua ſemper in qualitate, & quantitate ſua, & in tempore ſuo ſecundùm conſuetudinem ſuam, in omni periodo eſſe cauſā ſanitatis mulieris, & mundificationis eius ab omni nocumento.

Menſtrua pluribus nominibus donantur; nam alij flores ea appellant, ſimilitudine quadam deſumpta à plantis, à quibus fiunt flores, deinde ex illis ſuccedūt fructus, ita in mulieribus menſtrua conceptum vt plurimum præcedere conſueuerunt.

Alij vocant menſes; multi menſtruas purgationes, quod ſingulo menſe, vt plurimum recurrant; nonnulli lunares purgationes; illi tempora; iſti conſuetudinem, alij malam ſeptimanam vocāt, quod integra hebdomada durant; alij denique propter colorem rubeum Car-
A dinalem appellant: hæc de nomine, venio ad eſſentiam.

Menſtruum eſt ſanguis in muliere ſuperuacaneus, crudus, ſed vtilis ordinatè, & ſecundùm naturam profluens. Hęc definitio colligitur ab Ariſtotele 1. de gen. anim. cap. 20. & à Galeno 14. de vſu par. cap. 8.

Examinemus hanc definitionem, in qua primò dicitur eſſe sāguis ſuperfluus,
B reſpectu nutritionis ipſius mulieris, proinde expellitur.

Deinde dicitur crudus, vt diſtinguatur ſemen, quod eſt excrementum coctum, ſanguis verò hic non eſt vndequaque coctus, quamuis proportione ſemini correſpondeat, vt infra patebit.

Tertia particula eſt, quòd ſit vtilis ad differentiam aliorum fluxuum vteri, in
C quibus ſanguis inutilis prodit.

Quarta eſt inordinatè fluens; nam ſīc alij humores, qui à matrice exire conſueuerunt, ſed abſque vllo ordine.

Vltima differentia eſt, quod ſanguis hic exit ſecundùm naturam; omnis enim ſanguinis fluxus præter menſtruum præter naturam eſt.

In hac definitione vnum eſt, quod cōſideratione aliqua egere videtur, cur ap-
D poſita ſit hæc particula, ſuperfluus?

Nonnulli reſpondent id eſſe propter frigiditatem mulieris, quæ cum ſit frigidioris, & humidioris naturæ, quàm vir, hinc ſanguine abundat; nam alimētum, quantum expedit, concoquit; propter tamen caloris imbecillitatem id, quod redundat per habitum, digerere nequit, deinde plus ſanguinis, quàm pro nutritione partium ei ſit ex victu, ac-
E cumulat, cuius partem, cum ſibi concoxerit, & aſſimilauerit, reliquam tamquā ſuperfluam per vterum excernit.

Quæ reſponſio præſefert non negligendam difficultatem; nam generatio, & collectio ſanguinis copioſioris indicium potius eſſe videtur caliditatis, quā frigiditatis, vt 2. de part. anim. cap. 2. Ariſtoteles ex Parmenidis mēte probare

re contendit mulierem eſſe viro calidiorem. Parmenidi conſentit Hippocrates lib. de morbis mulierum in initio, vbi ad hunc modum ſcribit; quæ habent ſanguinem calidiorem, ſunt calidiora, mulier habet ſanguinem calidiorem, propterea eſt viro calidior.

Quod experientia confirmatur; nam negare nullus poteſt, aliquam mulierem calidiorē eſſe aliquo viro, fingamus id, quod Galenus ſcribit lib. 3. de cauſis puls. marem temperamento pituitoſo, mulierem bilioſo; fingamus rurſus hominē habitare regionem frigidam, verſari in vmbra, & otio, fœminam è contra incolere regionem calidam, virum agere, multis vti laboribus, parciſſimoque victu contentam eſſe, nulli dubium erit mulierem calidiorem eſſe viro.

Pro ſolutione dicendum eſt primò aliquam mulierem procul dubio alicui viro comparatam eſſe calidiorem, ſed ſimpliciter loquendo, cœteriſque paribus in temperata regione, temperataque victus ratione dicimus virum eſſe fœmina calidiorem.

Secundò poſſumus reſpondere, quidquid ſit de toto, ſeu de totius corporis temperamento, mulierem quo ad genitalium temperiem eſſe frigidiorem viro, quo nomine etiam dicimus, quod cùm ſint eiuſdem naturæ cum virilibus intra remanſerunt ratione frigiditatis.

Ad Hippocratem eſt ferè communis philoſophorum, & medicorum opinio hunc locum vitiatum eſſe, & ab aliquo fuiſſe adiectā illam propoſitionem, cum falſa ſit manifeſtiſſimè; vt benè ſentit Chriſtophorus à Veiga 3. prognoſt. cō. 10. Addo, quod repugnaret ſibi ipſi Hippocrates 2. ſect. epid. 6. epid. tex. 43. & 2. aph. 48. vbi dicit mares calidiores eſſe.

Argumento eſt, quod ij ſint nigriores, & habeant venas magis latas, & magis extra apparentes: ſunt præterea bilioſiores, atque in dexteris vteri partibus gignuntur. At ſi vultis me verum fateri, A non poteſt reſpōderi vniuerſaliter, quia nullus liber Hippocratis eſt adeo legitimus, in quē aliqua nō irrepſerint tēporū iniuria errata, nec excipiuntur aphoriſmi; quamuis pro legitimi ab omnibus habeantur, cum a Galeno aliqui ex ijs tamquam falſi reiecti ſint.

Si tamen vultis antiquam lectionem retinere, ſuccurrit reſponſio pro Hippocrate, quod ſanguis in muliere poteſt dici calidior, calore quodam excrementitio, non proprio; omnia enim excrementa perpetuò annexum habent proprium quemdam calorem, & præſertim cum ſanguinea ſint. B

Rectè igitur in definitione poſita fuit illa particula, quod ſanguis ſit ſuperfluus ratione frigiditatis, quæ non valeat diſcutere ipſum, hinc ad vterum demādatur tam ratione temperiei, quàm finis gratia, quia ita comparatum eſt à natura, vt mulieres & concipere, & nutrire poſſint fœtum, quem in ſe ipſis concipiunt. C

Ex his, quæ dicta ſunt hactenus, apparere ſatis puto, menſtrua eſſe neceſſaria tam pro indiuidui mulierbris conſeruatione, quàm pro ſpeciei propagatione; ſunt enim cauſa ſine qua non ſpecies cōſeruari poteſt, quæ res cum ita ſe habeat, opus eſt ad rectam intelligentiam eorum, quæ dicturi ſumus de morbis mulierum, vt inquiramus. D

Primò quo in tempore menſtrua, ſeu menſes incipiant fluere? deinde quo tēpore deſinant? & tandem quam periodū habeant?

Ad primum Ariſt. 7. de hiſt. anim. 1. vult magna ex parte id euenire circiter decimumquartum annum, eo tempore, quo maribus ſemen apparere conſueuit, ſimulque, & vterque ſexus magnis mutationibus ſubijcitur. E

Ad ſecūdum idem Ariſt. 2. hiſt. anim. 3. reſpondet, vt plurimum in quadrageſimo, & quinquageſimo anno: experientia quoque id veriſſimum eſſe oſtendit in plurimis, licet aliquando citiùs, ali-

aliquando tardiùs etiam fiant.

De periodo non omnes conueniunt; nam alij vno die abſolui, alij duobus, tribus, quatuor, vel pluribus, ſtatuunt, & experientia confirmat non omnibus eundem eſſe terminum, idque pro vario corporis habitu, temperie, vitæ inſtituto, & alijs cauſis exterioribus contingit.

Hipppocrates primo de morbis mul. in ſana muliere ſtatuit fluere ad duos, aut tres dies, longius autem tempus, aut breuius morboſum, aut ſterile eſſe.

Quod ad tempus attinet, Ariſtoteles laudat hanc Hippocratis ſententiam 7. hiſt. anim. 2. quia ſcribit facilius agi cum his, quibus breuiori tempore, hoc eſt biduo, vel triduo, licet poſſint variare pro vario habitu, varia cõplexione, nec non vario victu inſtituto, difficiliùs autem cum quibus protrahitur, cum mulieres hoc tempore laborent.

Sed hoc loci magna inſurgit in Ariſt. dictis controuerſia; nam habet, paucis mulieribus ſingulis menſibus, plurimis verò, intermiſſo vno, menſtrua moueri; quæ philoſophi opinio non modò repugnat Galeno 4. de vſu part. cap. 8. & omnibus medicis, ſed etiam experientiæ; nam videmus vt plurimùm in mulieribus ſingulis menſibus menſtrua moueri.

Plerique authores in Ariſt. defendẽdo multum laborant, inter quos eſt Albertus Magnus lib. 9. cap. 2. dicens totam ſententiam eſſe peruertendam, nimirum plurimas ſingulo menſe, paucas tertio menſe purgari.

Auguſtinus Niphus Sueſſanus ait fortè id, quod Ariſtoteles ſcribit, verum fuiſſe in ſuis regionibus; ſed hæc reſpõſio & ipſa gratis accepta eſt, vt gratis profertur.

Alij dicunt Ariſtotelem libros de animalibus cõſcripſiſſe ex aliorum relatione, & propterea multa falſa continere, inter quæ hoc vnum eſt.

Mercurialis ingenioſiſſimus lib. 1. va-

A riarum lectionum cap. 5. & 4. de morbis mul. primo putat mendum eſſe in verſione, propterea quod interpres omiſit hãc vocem ἀθρόως, quam ipſe interpretatur aceruatim, & copioſè, vt ſenſus propoſitionis Ariſtotelicæ ſit paucas mulieres ſingulis menſibus copioſè purgari, plurimas verò tertio menſe aceruatim, & copioſiùs habere purgationes.

B Re vera ſi propoſitionem hanc Ariſtotelis legamus abſque illa particula ἀθρόως, videbimus falſam eſſe, quia experientiæ aduerſatur, qua obſeruamus mulieres plurimas eſſe, quæ ſingulo menſe expurgantur; è contra verò pauciſſimas, quæ tertio quoque menſe tantùm purgationem habeant, ita vt hoc modo vtraque propoſitio intellecta falſa ſit.

Si verò addamus particulam ἀθρόως hoc eſt, continenter, & continuò, ſeu
C vt Plinius interpretatur largius, erit ſenſus, quod paucæ mulieres ſingulis menſibus largiùs, & ſine intermiſſione expurgentur.

Nam eodem Ariſtotele docente, mulierum, quibus menſe ſingulo purgationes erumpunt, aliæ ſunt, quibus paulatim fluunt, aliæ verò, quibus vniuerſim, continenter, aſſidueque purgationes
D contingunt.

Priores ſunt multæ, pauciores verò ſecundæ, nempe illæ, quibus aſſiduè, & multùm ſingulo menſe purgationes mouentur.

Galenus autem lib. de vuluæ diſſectione cap. 10. hunc menſium in mulieribus exeundi modum inſinuaſſe viſus eſt, vbi ſcribit tempore menſtruorum, quo incipit fluxus, vel deſinit, non multum, & confeſtim, ſed paucum, & paulatim
E erumpit.

Mulieribus enim quamplurimis, & vt plurimum menſtrua ſingulis menſibus per interualla fluere, ac horis nonnullis intermiſſis erumpere ſoleat; itaque propoſitio Ariſtotelis eſt, vt rarum ſit mulieres ſingulo menſe continuò, & affatim purgari, aut largiùs; è contra verò frequen-

quentiùs tertio menſe, largiùs, & continenter purgari.

Et hoc rationi cōſonum eſſe videtur, quandoquidem mulieres, quæ ſingulis menſibus expurgantur, non apparent ea ſanguinis copia ſcatere, quæ poſſit tantam euacuationem cōfertim factam proponere: eſſe verò poteſt in illis, quæ vno menſe quieſcunt à purgatione, aut ſaltem non multam habent expurgationē.

Vnde Plinius lib. 7. hiſt. natur. cap. 15. ſcriptum reliquit omnes mulieres tricenis diebus purgari, ſed largiùs trimeſtri ſpatio: & hæc ſint ſatis circa Ariſtotelis propoſitionem, qui rerum effectus, & proprietates longè maiori diligentia A cognoſcere curauit, ac faciamus nos; vnde eſt, quod multa ab ipſo ennarrata videntur nobis eſſe falſa, vel ſaltem parum tuta, & potiſſimùm in mulierum materia, quarum proprietates vix, & cū maxima difficultate cognōſci, aut intel- B ligi queunt.

Hippocrares, & Ariſtoteles, & alij grauiſſimi authores, qui de hac materia hactenus ſcripſerunt, ea quæ rationi magis conſentanea eſſe putarunt, acceperunt, & probarunt, cerram, & indubi- C taram cognitionem ſoli Deo relinquentes: & hæc de tempore, quo purgari mulieres conſueuerunt. Nunc morbos proſequamur.

DE SVPPRESSIONE MENSIVM.

CAPVT QVINTVM.

MEnſes eſſe neceſſarios in mulieribus tam ad ſalutem ipſarum conſeruandam, quam ad ſpeciei propagationem, ex præcedentibus ſatis patet, dummodò ſecundum ipſarum conſuetudinem ſingulo menſe effluant; nam vbi deficiunt, malum eſt tam pro muliere, quàm pro ipſa prole.

Tractaturi de morbis mulierum, curabimus nō omnes, ſed præcipuos, & frequentius euenientes percurrere: erunt autem ij numero decem, nimirum ſuppreſſio menſium, eorumdem immoderatus fluxus, profluuium muliebre, quod album menſtruum dicunt, conceptio, ſterilitas, deprauatus conceptus, abortus, difficultas partus, puerperiū, & hydrops vteri.

Primò igitur exordiar à menſium ſuppreſſione, de qua inquiram duo potiſſima, vnum eſt cognitio, aliud curatio.

In cognitione tradenda declarabo illius eſſentiam, cauſas, ſigna, & prædictiones; in curatione verò inquiram in- D dicationes, deinde auxilia, & materias auxiliorum, quas curabo elicere à triplici medicinæ inſtrumento, ſimulque & eorum trium rec um vſum, aut rectam adminiſtrationem proponam.

Ad mulierum igitur ſeruandam valetudinem, opus eſt, vt ſtatis quibuſdam temporibus vterus a ſanguine expurgetur, qui vbi non fluat, neque mulieres vtero gerant, concludendum ſtatim eſt, E eaſdem malè ſe habere, earumque expurgationum ſuppreſſionem eſſe præter naturam.

Non me latet dari huius defectus tres diff.rentias, vna, quæ à natura dicitur; altera non naturalis à cauſis protarcticis eueniens; tertia eſt præter naturam, quæ propriè ſuppreſſio menſium dicitur.

Vnde neceſſariò dicendum erit ſup-

preſ

preſſionem, aut menſium retentionem eſſe quid referendum, vel ad morbum, aut cauſam aliquam, vel ad aliquod ſymptoma, ſed non ad morbum, cum non ſit diſpoſitio immediatè lædens operationem, neque ad morbi cauſam, cum ad hanc ſequatur morbus, referri poteſt.

Igitur ad aliquod genus ſymptomatũ reducenda eſt, ſcilicet, vel ad qualitatem corporis, aut ad excretum, vel ad actionem læſam: at non ad qualitatem, aut corporis affectum, nec minus ad actionem læſam, ergo ad excretum mutatum; nam non excernitur id, quod ſecundùm naturam excerni debet.

Tale autem ſymptoma eſt ſecundi ordinis, quod neceſſario ſequitur ſymptoma primi ordinis, quare redigitur ad ſymptoma actionis vteri læſæ, quod vel lædit actionem ex toto, & dicitur actio vteri abolita, vt quando nihil prorſus exit; vel non ex toto ſuppreſſi ſunt menſes, ſed paulatim exeunt; vel denique deprauatè exeunt, quando videlicet nõ ſeruant tempus, aut modum aliquem exeundi.

Nunc agimus de menſium ſuppreſſione, quando nihil exit ab vtero, quod exire tamen deberet, quare hoc modo accepta eſt ſymptoma in genere excreti non exeuntis ab vtero; quod ab actione vteri abolita prodit; ita vt quantum ſpectat ad naturam ſuppreſſorum menſium, nihil aliud eſt, quam excrementum retentum ab actione vteri abolita dependens. & vt vtar verbis Galeni tam lib. de diff. morborum cap. quàm 3. de cauſis ſympt. eſt ſymptoma in genere retentorum immodicè.

DE CAVSIS SVPPRESſionis menſium.

Plerique Authores recentiores con fusè ſatis videntur mihi has cauſas explicare, ſed ex Gal. ad quatuor capita poſſunt referri; nam de illis agit ex profeſſo tertio de cauſis ſympt. cap. 4. & 5. aph. 57.

A

Horum primum eſt vitium vteri: ſecũdũ vitium ſanguinis: tertium vitium corporis totius: quartum vitium facultatis, & virium, ad quæ omnes aliæ differentiæ, quæ ab alijs afferuntur, facilè redigi poſſunt.

B

Primùm ratione vteri dupliciter accidit læſio, vno modo vitio corporis vteri; altero, vitio vaſorum, quæ ad ipſum pertinent, & per quæ menſes extra purgantur.

Corporis quidẽ vitio, ſi aliquo morbo laboret, præſertim in mala compoſitione, qui poteſt eſſe multiplex, vt ſi ſubſtantia ſiat durior, & craſſior, quàm conueniat, vt tertio de cauſis ſympt. 4. & 5. aph. 28. & 57. habetur.

C

Atque cũ hoc vitiũ fieri poſſit, vel à natura, & à principio ortus, vel tractu temporis, Galenus docet propter huiuſmodi vitium vteri, ſi naturale fuerit, perpetuam ſuppreſſionem oriri, niſi quis accõmodatis medicamentis longo tempore tentet ipſum ad naturalem habitum redigere.

Huic affectioni proportione correſpõdet compreſſio vteri, quæ vaſis circumiacentibus contingit, cùm etiam corpus immoderatè craſſum euadit, 5. aph. 46. quæcunque præter naturam craſſo non concipiunt vtero, ijs ab omento vterus comprimitur.

D

Sic quoque ſi vteri os diſtortum, aut peruerſum fuerit, ſi non fuerit apertum, quod in mulieribus contingit, quæ non perforatę vocantur, de quibus Aetius lib. 16. cap. 98. vel ſi mulieres patiantur hiſce ſimiles morbos in mala cõpoſitione, menſtrua ijs comprimuntur.

E

Secundo occurrunt morbi in intemperie, qui varij ſunt propter materiam, ex quibus omnibus poteſt laborare vterus, partim à principio ortus, partim progreſſu temporis, ſicut de denſitate, & duritie diximus.

At ſi quis quærat, quę vteri intẽperies ſit

ſit cauſa ſuppreſſionis? Auicennas 3. tract. lib. 3. cap. 25. fen. 21. ait intemperiem frigidam inter ſimplices; inter cõpoſitas frigidam, & ſiccam, deinde calidam, & humidam.

Cum autem frigidã, & ſiccam principem locum obtinere ſcribat, vel frigidã ſimplicem, dubium videtur, quare calida hoc faciat, cùm omnes fateantur à calore partes omnes calefieri, ſanguinẽ ſubtilem reddi, & potiùs menſtrua prouocari?

Mercurialis lib. 4. cap. 1. tres cauſas affert, quas dicit eſſe Auicennæ, ſed apud illum tale quid non reperitur, imo neque ſcribit intemperiem calidam mẽſes ſupprimere, ſed ex ſimplicibus ſolùm frigidam, inter compoſitas verò calidã & ſiccam, ac frigidam, & ſiccam poſuit.

Quod rationi etiam conſentaneum eſt, quia calida, & ſicca ſimul poteſt vterum duriorem reddere, & totum ſanguinem abſumere, non calida tantùm; nam intemperies calida, vel eſt ſimplex, vel adiuncta ſiccitati, prima nõ eſt apta facere ſuppreſſionem, vt adiuncta id efficere poteſt ſanguinem abſumendo, carnemque vteri indurando.

Sunt poſtremò morbi in ſolutione continui, vt vlcera, abſceſſus, puſtulæ, quibus cum laboret vterus, facilè eſt intelligere, quod membrana ſit læſa: & hæc de ſuppreſſione per vitium vteri.

Sunt modò vitia, quæ prodeunt ratione vaſorum, vnde Galenus ſcriptum reliquit non tantùm propter vitium vteri, ſed etiam vaſorum, quæ ad vterum pertingunt prouenire poſſe ſuppreſſionem; ſi anguſtiora reddantur, ita vt ſanguis penetrare non poſſit, ſiue ab ortu naturæ talia ſint, vel progreſſu tẽporis, aut inducta intẽperie præcipuè frigida, & ſicca, aut facta obſtructione.

Secunda cauſa poſita fuit à Galeno vitium materiæ, & ſanguinis, quando videlicet ita craſſus, & glutinoſus exiſtit, vt ad fluxionem ineptus reddatur, quod ſæpè fit vel propter alimenta, vel propter alias cauſas.

A

Tertia cauſa eſt culpa totius corporis non tranſmittentis congruam ſanguinis copiam in vterum, quod triplici de cauſa fit, vel propter immoderatas excretiones, vel propter victum tenuiorem, vel propter inclinationem humorũ ad alias partes.

Vnde apud Aetium lib. 16. capit. 51. habemus, quod ruſticæ, ſaltatrices, & B quæ calidiori, & ſicciori temperamento ſunt, atque ad virilem naturam proximè accedunt parum vel nihil purgantur; nam calor robuſtus pauca generat excrementa, atque illa abſumit; ſic tenui victu vtentes, vel ſponte, vt religioſę, vel coactè, vt pauperes, aut nullos, aut exiguos habent menſes; nam paucus ſanguis, & pauca excrementa in ijs gignuntur.

C Hinc Galenus lib. de ſect. venę reprehendit vtentes exquiſita inedia, quia hæc non tantùm poteſt prohibere fluentes menſes, ſed etiam euacuationes, quæ inculpatæ fluuant ſupprimit, ac (vt ille inquit) ſanguis alimentorum areſit, & denſior ſe ipſo redditur, & ad fluxionem ineptus efficitur.

Ad tenuitatem victus referuntur vigiliæ, profundæ cogitationes, mœrores, D & animi perturbationes, ex quibus certum eſt ſanguinem, ac ſpiritus aſſumi, & idem fieri ac ex tenui victus ratione.

Præterea ſi humores ad alias partes tendant, menſtrua ſupprimuntur; vt ſi per nares, aut hęmorrhoides fluant, vel fiant frequentes vomitus, alui excretiones, copioſi ſudores, ad quem modum Hippocratis 5. aph. 39. colligit ex ex lacte in mammillis menſtruorum ſup- E preſſionem, dummodò mulier neque vtero gerat, neque puerpera ſit: ſic lactantes omnes plane meſtruis ſunt deſtitutæ, vt 14. de vſu part cap. 8. docet Galenus.

Hoc loco mirabilem ſocietatem mãmarum, & vteri oſtendit Gal. dicens vtraſq; partes in idem opus perficiendũ à na-

à natura conſtitutas eſſe, ſcilicet ad gignendum, & nutriendum fœtum, atque ideo vaſa vtriuſque ita fuiſſe diſpoſita vt vtrique muneri poſſent ſatisfacere.

Propterea autem primo tempore, cũ ſcilicet in vtero fœtus augetur, illi ſoli venæ alimenta effundunt; quando autẽ natus fuerit, rurſus ad mammas totum alimentum transferunt, ex quo factum eſt, vt dum ſanguis ad vterum fertur, mãmæ areſcant.

Ob inclinationem itaque humorum ad alias partes, nonnullæ exiccatæ ſunt, vt cum laborant dyſenteria, ſcabie, vlceribus in toto corpore, ſi plures geſtent fonticulos, ſi frequenter vtantur venæ ſectione in partibus ſuperioribus; hæc enim vult Galenus menſtrua impedire lib. de phlebotomia cap. 11. & 18. 2. ad Glaucon 3 & 5. meth. med. 3. demum, ſi frequenter vtantur purgantibus; nam hæc etiam poſſunt ſanguinem aliò reuellere.

Vltima ſuppreſſionis cauſa menſium euenit ratione virium, licet hanc omnes prætermittant; fit enim aliquando in conualeſcentibus, quibus, quoad vires fiant robuſtiores, retinentur menſes, vel etiam quia ex virium robore fit aliquando impetus ſanguinis ad alias partes.

Itaque hæc ſunt cauſæ ex Galeno ſuppreſſionis, vel diminutionis menſium, ad quas facilè eſt alias ab alijs excogitatas (ſiue internæ, ſiue externæ ſint) redigere, vt ſupra dicebamus: & hæc de cauſis.

DE SIGNIS CAVSARVM, *& differentiarum ſuppreſſionis menſtruorum.*

ABſolutis cauſis reſtat, vt ante curã agamus de ſignis, cum verò nullo ſit opus artificio ad cognoſcendam ſuppreſſionem eiuſmodi, cùm ex ſola relatione id haberi poſſit, ſtatim ad ſigna ſingularum differentiarum, ac cauſarum deueniendum eſt.

A Quoniam verò differentię, & cauſæ ſuppreſſionis, quocũque modo accidãt, aut culpa totius corporis, aut propter robur, aut debilitatem virium eueniunt, facilè poſſunt cognoſci ex proba, vel improba corporis, & partium conſtitutione, ex præcedẽtibus morbis, ex ſymptomatibus, ex vitæ inſtituto, alijſque id genus communibus quibuſdam locis, de quibus foret longiſſimum agere.

B Idcirco mihi libet de ijs ſignis agere, quæ duas priores cauſas amplectuntur, nempe vitium vteri, & vaſorum; nec non ſanguinis imperfectionẽ; ſiquidem huiuſmodi cauſæ, & differentiæ ſicut accidunt frequentiſſimè, ita etiam ſunt magni momenti, vnde etiam harũ tantùm curationem inſtituam.

C Itaque cũ mẽſtrua ſupprimantur vitio vteri, qui omni morbo poteſt laborare, primùm ſi morbus fuerit malæ compoſitionis, vt ſi eius os diſtortum, aut peruerſum fuerit, vel clauſũ per aliquod impedimentum, ſignum eſt primum, quod mulieres perpetua menſtruorum ſuppreſſione laborant, & planè ſteriles redduntur.

D Deinde, quia tales in coitu nullam delectationem percipiunt, imo perſæpè moleſtia afficiuntur.

Tertiò ex obſtetricis tactu potiſſimũ hoc cognoſcitur, 6. de locis aff. ad finẽ; nam ſi à vicinis partibus comprimatur vterus, apparet totum eius corpus manifeſtè plenius, & craſſius.

E Si mulier laboret intẽperie frigida, non appetit coitum, non percipit voluptatem, raró, vel nunquam ſemen effundit, corpus non rubicundum, ſed albidius erit, ac præter naturam ferè torpidum, ac frigidum euadit, pulſus rariores, & tardiores, ſomni longiores, ac profundi, omnia excrementa, lotia, egeſtiones frigidum atteſtabuntur, iuuatur à calidis, læditur à frigidis.

Si intemperies ſit ſicca, ferè totum corpus erit emaciatum, & exiccatum,

omnes venæ quodammodo minores, & A vacuæ apparebunt, excrementa omnia partium craſſiora, & pauciora, vigiliæ, & labores aderunt, ab humidis benè habebunt, à ſiccis læduntur.

Modò reſtant intemperies compoſitę calida, & ſicca; frigida, & ſicca, quæ ex ſignis ſimplicium facilè poſſunt intelligi, quod ſi demum fiant intemperies cum materia, hæ generaliter ex quadã grauedine, & pondere poſſunt cognoB ſci.

Sic altera ex parte intemperies ſine materia omnis grauitatis, & ponderis ſolent eſſe expertes.

Speciatim porrò ſi vterus laboret eryſipelate, vel cancro, vel alio tumore præter naturam, ex proprijs ſignis vniuſcuiuſque morbi licebit cognoſcere affectum: idem de morbis in ſolutione C continui dicendum erit.

Si vaſa, quæ pertingunt ad vterum reddantur anguſtiora, vt ex vtero exire non poſſit ſanguis, quia obſtructiones ex Galeno fiunt vel copia, vel otio humorum, cognoſcuntur tales obſtructiones ex ſignis, quæ copiam, vel malam qualitatem demonſtrant, ſumptis ex habitu corporis, temperamento, & præcedenti victus ratione, vtcumque fuerD int.

Adeſt etiam & peculiare indicium inſolitæ grauitatis circa regionem vteri, & partes vicinas.

Si autem ſine obſtructione anguſtiora fiant, indicium vel abortu, vel poſt eum deſumitur, vt dictum fuit: id autẽ accidere ex frigida, & ſicca intemperie cõprehenditur ex talis intemperiei ſignis iam expoſitis. At ſi fiat à ſanguine vitioE ſo, ex Galeno is erit, vel craſſus, vel glutinoſus, vterque autem cognoſcitur ex habitu corporis, ætate, temperamento, victus ratione, cauſis externis, & grauitate, tum totius corporis, tum vel maximè partium, quæ ad vterum ſunt.

DE FVTVRO EVENTV ſuppreſſionis menſtruorum.

CVm plurimi ſint affectus, & grauiſſimi, qui ſequuntur ſuppreſſionẽ menſtruorum, atque horum alij ad ipsũ vterum pertineãt, alij ad cerebrum, cor, ventriculum, & alias partes, quibus mirabiliter conſentit (de quibus omnibus Auicennas ad calcem decimæ fen. 3 & B Galenus 6. de locis aff. 5. & 5. aphoriſ. 17. de ſectione vuluæ prim. & 3. & alibi tractarunt) propterea in harum curatione ſummam diligentiam oportet adhibere.

At verò licet variæ ſint differentiæ, pro varijs cauſis, quæ variam requirunt curandi rationem; nihilominus earum curatio ad duos communes ſcopos mihi C videtur referri poſſe, quorum alter cuiuſcunque cauſæ rationem habet; alter verò in vertendo ſanguine fluxibili, & menſtruorum prouocatione verſatur.

Sed antequam vniuerſalia remedia aggrediamur, videndum eſt, vtrum liceat his ſatisfacere, breui, aut tardè. Fuit ſententia Hippocratis primo de morb. mulier. ſi menſtrua per ſex menſes ſupprimantur, non amplius prouocari D poſſe, & malum eſſe incurabile.

Sed contra 4. epid 9 1. legimus Laryſnæ Ancillæ, cui ſeptem annis retenta fuerunt, demum rediſſe, & priſtinam ſanitatem recuperaſſe.

Altera eſt hiſt. 5. epid. à principio vxoris Borgiæ, cui menſes fuerunt ſuppreſſi per quatuor annos, & redierunt, & Galenus 6. epid. ſect. 3. 28. illius E mulieris emaciatæ hiſtoriam refert, cui cum menſtrua defeciſſent, ex larga ſanguinis miſſione redierunt, & experientia confirmat in dies multis aduenire, quibus vltra ſextum menſem fuerunt ſuppreſſa.

Puto ego nullum certum indiciũ hac de re afferri poſſe, ſed pro varia ratione ætatis, temperiei, victus rationis, habitus corporis, præſertimque cauſarum

ſuppreſſionis fieri, vt quibuſdam nullo modo redeant, alijs difficilè, & tardè, alijs facilè, & citò.

Quod ſi vobis quandoque contingat, vt non poſſitis prouocare, ſciatis, neque Hippocrati ſemper contigiſſe ex animi voto, vt habetur ex fine 6.epid.in hiſtoria duplicis illius mulieris, quibus nunquam potuerunt prouocari omnibus pręſidijs ab ipſo, & ab alijs medicis tentatis; nam aliquando adeo valida eſt affectio, vt fugari vllo pacto nequeat.

Diximus itaque eſſe duos ſcopos, vt habeatur ratio ſingularum cauſarum, à quibus poteſt fieri ſuppreſſio, quoniam verò de omnibus tractare eſſet nimis lõgum, idcirco de frequentioribus, ſolum dicemus, quæ ſunt vitium vteri, & vitiũ ſanguinis, & cum hæc poſſint eſſe partim ab ortu partim tẽpore acquiſita, vt breuior ſim, libet de illa tantum ſuppreſſione loqui, quæ propter vitium ſanguinis ſolet oriri.

Intemperies verò, quæ ſunt cauſæ ſuppreſſionis ſtatuuntur ab Auicenna, duæ ſimplices, frigida ſcilicet, & ſicca; nec non calida, & ſicca.

Nos incipiemus à frigida, & quoniã illi ferè ſemper iũgitur vitium ſanguinis, qui ab eadem craſſior, & glutinoſior redditus eſt, ac propterea non poteſt fluere, non alienum erit de vtriſque his cauſis ſimul agere.

DE CVRATIONE SVPPRESſionis menſium ab intemperie frigida, & vitio ſanguinis glutinoſi, per victus rationem.

INdicationes curatrices ſunt manifeſtæ; nam vterus, & ſua vaſa laborãt intemperie frigida, ergo calefacere eſt opus: præterea ſanguis in vtero, & vaſis eſt craſſior, & glutinoſior, ergo oportet attenuare, & incidere, & fluidum reddere.

Sed quoniam ex omni methodo, nunquam ad hæc particularia licet deueni-

A re, niſi inſtituatur victus ratio, & euacuetur totum corpus, propterea victus ratio inſtituenda primùm eſt, quæ ſit boni ſucci, facultatemque habeat, attenuandi, exiccandi, & vias deobſtruendi.

Aer itaque eligendus eſt, qui ſit calidus, & ſiccus.

Alimenta eiuſdem qualitatis vt ſint, requiritur; ac panis primùm alterari

B debet cum ſeminibus calidis, vt eſt aniſum, & coriandrum.

Carnes aſſatæ offerantur cum rebus aromaticis conditæ.

Exercitium eſto moderatum.

Vigiliæ moderatæ.

Animi affectus vehementes euitandi.

Deinde de communi euacuatione cogitandum; ſine hac enim nihil profici poteſt; imo & morbus, & cauſa morbi

C deterior redditur, & tota cura difficilior.

Sed ad remedia iam deſcendamus, quæ educant humores prauos è corpore; nam ſuppreſſio cùm non ſit morbus acutus, & inducias det, oportet aluum primò lenire, quod ſit clyſteribus, & medicamentis.

Clyſteres ſint calefacientes, vt

℞. flor.chamæmeli,
Fol.artemiſię,

D Parietariæ,
Brancæ vrſinæ ana manip.j.
Sem.aniſorum,
Fœniculi ana vnc.j.
Fiat decoctio ſecundum artem, &
℞.huius decoct.lib j.
Olei chamęmeli,
Sacchari rubei ana vnc.iij.
Hieræ Galeni vnc.j.fiat clyſter.

Suppoſitorum

E ℞. mellis deſpumati vnc.j.
Spec.hieræ ſcrup.ij.
Trochiſc.alhandal.ſcrup.j.
Fiat ſuppoſitorium.

Ex medicamẽtis ſit præſertim hiera, quæ ex Galeno primum locum habet, quod non ſolùm excrementa, quæ in ventriculo, & primis venis ſunt, ſed craſ-

craſſos humores attenuare, incidere, & reliquas partes, tum maximè vterum calefacere poteſt; at quoniam, & ſola, & cum alijs propinatur, ſit exemplum

℞. ſpecierum hieræ vnc.j.

Cum melle roſ. quantum ſufficit, fiat bolus.

Deinde

℞, mellis roſati ſolut. vnc.iiij.

Decoct. ſem. citrij vnc.j.

Fiat potio, quæ ſtatim ſuperbibatur,

Vel

℞. ſpecierum hierę ſimpl. drach. iij. aut vnc.ß.

Diacatholici vnc.j.

Miſce, & cum ſaccharo fiat bolus.

Vel

℞. floris caſſiæ drach.x.

Spec. hieræ vnc.ß.m.

Nonnulli in mulieribus abhorrent vſum caſſiæ, ſed ſi permiſceatur cum hiera, vel aliter coniungatur, tutò poteſt dari.

DE CVRATIONE SVPPRESſionis menſium ab intemperie frigida per chirurgiam.

Lenita iam aluo ſtatim occurrit conſultatio de ſanguinis miſſione, quę multas continet difficultates, & primũ eſt Aetius lib. 16. cap. 5. 57. dicens eas, quæ ob plenitudinem non purgantur, ſectione venæ curari, quæ cæteris non conuenit. Illi fauent multi, qui numquam ſine plenitudine dicunt eſſe ſecandam venam.

Deinde ſunt alij, qui hoc negant in ſuppreſſione à cauſa frigida, de qua hîc agitur, iiſque conſentiunt omnes, qui in ſola calidorum humorum redundantia putant conuenire.

Sed contra vtroſque occurrunt in noſtris diſputationibus difficultates. Ego itaque puto in quauis ſuppreſſione ab humoribus facta, ſectionem venæ eſſe neceſſariam, dum per vires, & ætatem liceat adminiſtrari, cum tantum afferat vtilitatis, vt nullum præſtantius remediũ ipſa ſectione reperiatur.

Auicennas, Paulus, & omnes veteres, & recentiores illam maximè probant: ſed præceteris Galenus in ſuppreſſione menſium ſectionem venæ non tantùm probat, ſed cæteris antepônit; at præter authoritates eſt ratio, quæ ſuadet; ex quo loco mittendus ſit ſanguis.

Sed de loco extat difficultas; nam ex vna parte Aetius lib. 16. cap. 15. iubet mulieribus, quæ ob plenitudinem non purgantur, ſecandam eſſe venam in cubito, & cruribus.

Ex altera parte Galenus de ſanguinis miſſione cap. 18. tradens generalem rationem mittendi ſanguinem ſecundùm varias corporis partes ſtatuit partes infra thoracem poſitas, quales nominatim recenſet veſicam, & vterum, ſectionem venæ in poplite, & malleolis poſtulare.

Sed magis expreſsè cap. 19. docet mulieribus, in quibus ſuppreſſa ſunt menſtrua, venas in cruribus eſſe ſecandas, minimè in cubito, cum ſectis venis in parte ſuperiori, ſanguis ab vtero retrahatur, & potiùs menſes impediat, & ſignanter cap. 11. dicebat Galenus plenitudines à ſuppreſſis menſibus ortas omninò per crura euacuabis, ſiue venam ſecare oporteat, ſiue ſcarificare.

Multi laborant in conciliandis his authoribus. Altimarus capit. proprio 108. inquit Aetium ſuppoſuiſſe magnam plenitudinem cum virium imbecillitate, quam cum non liceat vnica ſectione tollere, ipſam primùm imminui per cubitũ, deinde per crura auferri ſtatuit.

Galenum verò addit non ſuppoſuiſſe magnam plenitudinem, nec vires imbecillas, ſed validas, & propterea crura elegiſſe, & quod dicit Galenus, quod ſectio venæ in cubito reuellit potius, & impedit, ſubdit id verum eſſe quoties illi non ſuccedat ſectio in cruribus, vt facit Aetius.

Trincauellus longo ſermone agit de hoc argumento decimo de morbis cap.

4 & lib. 3. conſult. 7. ſumma eſt, facilè lis tollitur, ſi diſtinguatur de morbo, vel ſecundùm ſe accepto, vel vt coniunctio alteri, à quo foueatur, quare ſi ſola conſideretur menſium ſuppreſſio, certū eſt non eſſe ſanguinem reuellendum ab vtero, ſed educendum potiùs, ac propterea è cruribus, & non è brachio.

At ſi conſideretur quatenus plenitudini coniuncta, & ab ea tamquam à cauſa fouente pendens, tunc potiùs ſanguis ab vtero auertendus eſt, & propterea veniunt ſuperiores venæ ſecandæ. Trincauello conſentit Valleſius 2. meth. 2. cap. Ludouicus Mercatus lib. 4. qui has adducit rationes.

Prima, vbi adeſt ingens copia ſanguinis in partibus ſuperioribus, vena cubiti ſecta iuuat, ne plenitudo tota ad vterum cadat impediens; nam ſi inferius ad talum fiat venæ ſectio, tunc vaſa vteri obſtruit, ſanguinis maiorem copiam ad vterum trahendo, aut tantam facit ſanguinis fluxionem, vt poſtea comprimi non poſſit.

Secunda, quia inflammationes omnes requirūt detractionem ſanguinis reuellendo, quare ſi mittatur ſanguis per venas tali, fieri poterit inflammatio, ne igitur fiat, vena cubiti eſt ſecanda.

Tertia ex cōmuni medicorum conſēſu mittitur ſanguis initio morbi reuellēdi cauſa, quæ fit à longinquis partibus, ergo à ſuperioribus eſt mittendus ſanguis, non è partibus infernis.

Ad primam rationem dicendum eſt non eſſe periculum, vt ex ſectione venæ tali, aut poplitis attrahatur ſanguis ad vterum; nam longè maior eſt vena, quæ à diuortio venæ cauæ ab oſſe ſacro deorſum ad crura deſcendit, quàm ſit illa vena, quæ ad vterum fertur, vnde potiùs euacuaretur tota vena caua ex ſecta vena ad talum, antequam ſanguinis tanta copia in vterum ferri poſſet. Per hanc venam non modò fit euacuatio, ſed ex ipſo Galeno etiam reuulſio.

Sed vt liberè dicam, omnes hi authores fruſtra conantur conciliare contradictionem; nam primùm, quod ad Altimarum attinet, voluntaria ſunt quæcunque comminiſcitur de maiori, & minori plenitudine, de robore, & debilitate viriū, & de repentina ſanguinis miſſione, quæ plenitudini reſpondeat.

Siquidem tam certum eſt, quàm quod certiſſimum. neque Galenum, neque Aetium de huiuſmodi rebus, ne verbum quidem feciſſe, imo Galenus ſemper, & abſolutè varijs in locis docet venæ ſectionem in ſuperioribus menſtrua ſupprimere, neque vnquam addit limitationem.

De opinione Trincauelli, & Mercati conſtat, quàm ſit abſurda, ſi Galeni doctrinam intelligamus, ſiquidem cùm in 11. cap. docuiſſet, quidnam medico faciēdū eſſet, ſi ex clauſis hęmorrhoidibus ſanguis in corpore coaceruatus fuiſſet; deinde quid agendum in mulieribus tradit, quibus menſes ſunt ſuppreſſi.

Cuius doctrinæ ſumma eſt, ijs vacuationem non eſſe prorogandam, & ſi venam incidere non expedit, cum ſcarificationibus malleolorum vacuandum eſſe id, quod vacuare eſt neceſſe; nam ſcarificationes commodum pręſtāt, nēpe menſium motum prouocant, ſicut etiam in malleolis, & poplitibus ſectæ venæ.

Quippè (inquit Galenus) plenitudines à retentis menſibus per venas ex cruribus omninò euacuabis, ſiue incidere venam, ſiue ſcarificare oporteat; etenim ſanguinis miſſio ex cubito purgationes muliebres reuellere conſueuit.

Hæc Galen. cap. 11. de ſang. miſſione, quo loco tradit rationem ſecandi varias venas pro varietate partium laborantium: de retentis hęmorrhoidibus, & menſibus ſtatuit, ſi propter retentas hęmorrhoidas velimus ſanguinē mittere, vt cohibeantur, venæ quæ ſunt in manibus, ſin autem vt prouocentur, quæ ſunt cruribus ſecandæ erunt.

At verò in quibus ſuppreſſa ſunt menſtrua

ſtrua, ſemper ſanguinem ex venis inferioribus eſſe mittendum docet, cuius varicæ curationis rationem reddidit, quoniam non ita res ſe habet in menſtruis, vt hæmorrhoidibus; nunquam enim menſtrua purgatio, cum ſit naturalis, periculum affert, ac propterea nulla mulier ab huiuſmodi euacuatione poteſt liberari.

A

In hęmorrhoidibus verò, cum euacuatio ſit præter naturam, nonnulli cupiũt eas habere, nonnulli autem volunt liberari ab huiuſmodi euacuatione, à qua periculum imminet aliquando, ne ad malum corporis habitum, ad ſyncopem, & ad interitum deducantur: ideoque inquit Galenus in ijs, quibus ſuppreſſa ſunt menſtrua, ſemper venas inferiores, quæ ſunt in cruribus, incidere oportet.

B

Ex his duobus Galeni locis licet intelligere, cur in ſuppreſſione menſium numquam velit venas brachij, ſed perpetuò crurum ſecandas eſſe, nimirum quod venis ſupradictis facta ſectio menſtruas purgationes cohibeat, inferiùs adminiſtrata euacuationem plenitudinis, & prouocationem menſium efficiat.

C

Quod ſi res ita ſe habet, mihi videor iure dixiſſe hos fruſtra laboraſſe in conciliando Gal. cum Aetio, cum nullo modo conciliari poſſint; ſiquidem Galenus generaliter docet omnem plenitudinẽ ex ſuppreſſis menſibus ortam ſemper ex cruribus, nunquam ex brachijs eſſe euacuandam.

D

Ex quibus etiam facilè eſt intelligere, quantum ſingulæ illorum virorum ſentẽtiæ, & reſponſiones à ſcopo abhorreãt, de quibus mihi ſuperuacaneum videtur longiùs agere.

E

Sed cùm hac in re Galenus, & Aetius diſſentiant, & vterque ſuos habeat ſequaces, id potius reſtat conſiderandum, vter melius ſentiat, & quid à medicis in ſuppreſſione menſium ſit agendum, cùm res ſit maximi momenti, & ad probam curationem maximè pertineat.

Equidem ſentio Galeni ſententiam ſententię Aetij, & omnium aliorum eſſe anteponendam, & quoniam determinatio huius controuerſiæ dependet ex natura rei, ſectionis videlicet venarum brachij, & crurum, videndum eſt, quid vtræque valeant.

Galenus inquit venam ſectam in brachijs reuellere menſtrua, ſectam verò in cruribus iuuare plenitudinem, & menſes prouocare.

Alter verò, quantum attinet ad venã brachij, fatetur reuellere ab vtero, ſed ea limitatione Altimari, vt poſtea venæ crurum aperiantur.

Quantum verò pertinet ad venam cruris, fatetur menſtrua prouocare; ſed negat plenitudinem inſignem euacuare.

Sententia Galeni videtur naturæ dupliciter conſentire, quoniam res ij ſa demonſtrat ſectionem venæ ſuperioris fluxum ſanguinis ab vtero reuellere, & & impedire; ſectionem autem venæ inferioris euacuare poſſe; idque teſtatur tam apertè, & tot locis, non tantũ de ſectione venæ, ſed etiam de malleolorum ſcarificatione, vt nullus locus dubitationi ſupereſſe videatur.

Sed forraſſe hoc ſimpliciter negant, quidquid Galenus ſentiat, quod multi hoc tempore audent facere, quam benè ipſi viderint, quid prohibet, cur per ſectionẽ crurum non totum corpus, & quælibet plenitudo poſſit euacuari?

Alteri contendentes ſectionem venæ ſuperioris non reuellere ab vtero, dummodo poſteriùs aperiantur venæ inferiores, ſuamet reſponſione ſe redarguunt, cum manifeſtè fateantur ſecta vena brachij menſtrua impediri, vt propterea opus ſit ſectione altera venæ inferioris, quæ huiuſmodi impedimentum poſſit auferre.

Verùm, vt docent Theologi, non ſunt facienda mala, vt eueniant bona, quare nunquam huiuſmodi malum à me dico faciendum eſt, præterquam quod nec ſemper eſt in noſtra poteſtate huiuſmodi malum corrigere, cum fieri poſſit,

vt

vt magis valeat ſecta vena in ſuperioribus ad impediendum, quàm altera ad prouocandum.

Si quis verò eſt, qui his rationibus non acquieſcat, is quæſo ſecum reputet, an liceat aliquando puerperæ, cui retenti ſint menſes venas ſuperiores incidere, & ſi magna, & ſumma plenitudine laboret?

Non puto aliquando hoc conceſſum iri, quod ſi in ſuppreſſione menſium magna vrgēte plenitudine per aduerſarios licet primum venas ſuperiores, deinde inferiores incidere; idem quoque de mulieribus puerperis ſtatuendum eſſe videretur, quod exiſtimo neminem dicturum eſſe.

Itaque concludo, quidquid Aetius ſentiat in ſuppreſſione menſium, cum Galeno ſemper venas crurum ſecandas eſſe. Hunc locum tractaui longius, quoniam mihi eſſe videtur maximi momenti, neque ſatis ab vllo explicatus, quem etiam fuſiùs in puerperarum ſermone declarare nitemur.

Addam tantummodo pro fine huiuſmodi quæſtionis, Galenum lib. de ſang. miſſione aduerſus Eraſiſtratum vehemēter laudare Hippocratē, quod 2. epid. 4. in fine, Stymargi famulę ſuppreſſis menſibus, plenitudine vniuerſum corpus occupante, venam talo proximam ſecuit: quod etiam idem Galenus cōfirmat lib. de trem. cap. 8. Rodericus à Caſtro lib. 1. de morbis mulierum cap. 4. ad ſcholium hanc quæſtionem pertractat.

DE TEMPORE, QVANTITATE, & modo mittendi ſanguinis in menſium ſuppreſſione.

SI quærat aliqu[illegible]s, quonam tempore, & qua[illegible] menſura ſanguinem mittere oportea[illegible] reſpondet Paulus lib. 3. cap. 61. circa tempus, decem dies poſt præſcriptum tempus, quod pertinet ad copiam, non plus duabus libris cum dimidia aquæ minus vna libra, ſed de vtero malè affecto; nam aptum tempus eſt, quando natura conſueuit tentare, quia tunc mouet, & conatur, quare omnia præſidia, cum eius conatum poſſunt iuuare, tunc opportuniſſimè adhibentur.

A Hinc rectè Galenus, vt ſolet, lib. de ſang. miſſ. cap. 18. conſiderans naturam egere manu adiutrice ſcribit ante tempus eruptionis menſium, mittendum eſſe ſanguinem per quatuor dies.

B Multi putant decreſcente luna eſſe faciendam ſectionem, quia hoc tempore, ſolet natura aggredi talem expulſionē, & ratio eſt, quia, vt ſentit Ariſt. 2. de gener. anim. cap. 4. & 4. eiuſdem lib. 2. hęc poſtrema menſis pars frigidior eſt, & breuior propter lunæ decremētū, & defectū; nam vt ſol acceſſu, & receſſu hyemem, & æſtatem facit, ita luna per menſem facere videtur augeſcente, & decreſcente C ſua luce.

Quamobrem, idem Ariſt. 7. de hiſt. 2. ait, nonnulli ſexum fœmineum lunæ tribuunt, quod cum illa decreſcit, mulier purgatur, mox verò ambo replētur. Galenus etiam ſcribit lunam determinatum tempus menſtruorum in mulieribus conſeruare 3. de diebus critic. 2. Verùm vt Ariſt. ait lib. cit. & 2. de gener. D anim. 4. & confirmat experientia, menſtrua in mulieribus nullo dierum circuitu definiuntur.

Sed Galenus mihi videtur ſtatuiſſe triduum, aut quatriduum ante mulieris circuitum, quandocunque contingat, lib. de ſangu. miſſ. 18. cum hoc tempore natura appetat menſtruas purgationes, ideo venæ ſectiones eam adiuuant, & ars naturam admniculatricem habet, E ac propterea neſcius ſum, quid Paulo in mentem venerit de decimo illo die poſt præſcriptum terminum, cùm tunc nullus ſit impetus naturæ, & conſequenter inepta ſit eius opinio.

Sic eiuſdem ſententia de menſura ſāguinis reijcienda eſt, pro qua re eſt hiſtoria à Galeno 6. epid. ſect. 3. 29. contextu, illius mulieris, quæ per octo men-

F ſes

ſes poſſa ſuppreſſionem menſium, ſangui‑ne miſſo ad lib. 3. ſanata fuit.

Sed notãdum ex lib. de phlebotomia cap. 2. albiores magis iuuari ſcarificatio‑ne, quia venas graciliores habent; nigri‑ores venæ ſectione, id quod potiſſimùm faciendum eſt, vbi latæ fuerint venæ, quod in nigrioribus, & gracilioribus, frequentiſſimum eſſe ſolet, in albis, & pinguioribus ſecus.

B Cùm venam incidimus, aut ſcarifica‑mus, hodie ex vno, poſtero die ex altero crure fiat ſectio Gal. lib. de phleb. 18. nam & vires minus labefactantur, & ſanguis ad fluxum magis idoneus reddi‑tur, quod fecit ipſe in muliere cita‑ta; nam primo die ſeſquilibram, poſte‑riori libram vnam, & tertio die vncias octo dumtaxat emiſit.

C Præter ſcarificationem, & ſectionem venæ quidam probant aperitionem hæ‑morrhoidum, ac ſi hoc auxilio ſanguis ad vterum trahi poſſet. Sed perperam id faciunt, quia potiùs deriuant; nam 5 meth. med. 3. de reuulſione, & deriua‑tione a ſingulis partibus agens, inquit, quæ per aluum fluunt, per vterum eſſe tranſmittenda, quæ verò per lotium vel per vterum, per aluum eſſe tranſ‑ferenda.

D Et alio loco de cucurbitis 18. inquit, ſi mulieri per hæmorrhoidas ſanguis flu at, commodè deriuari ad venas vteri: adde ex Anatome, quod nullus conſen‑ſus adeſt inter hęmorrhoidas, & venas vteri.

E Alij vtuntur cauterijs in cruribus, & coxis; vt Mercurialis tom. 2. conſil. 26. 3. de morbis mulierum ad finem, ſed re uera potiùs ab vtero deriuant, quam ad vterum trahant, & propterea Galenus ſupra inter reliquas cauſas ſuppreſſionis meminit inclinationis humoris ad aliam partem, quàm ad vterum, ad quem mo‑dũ dixit nonnullas excretiones, ſeu natu ralia, ſeu excremẽtitias, ſeu vlcera, ſan‑guinem ab vtero deriuare, & ad alias partes transferre.

A *DE CVRATIONE SVPPRES‑ſionis menſium per Pharmaciam.*

Poſt hæc ad medicamenta prouocã‑tia menſes eſt deueniendum, ſed primùm de purgatione totius cogitan‑dum eſt, ſi ergo redundent humores pituitoſi, & frigidi, primum oportet eos attenuare, & incidere his præſidijs, vt eſt

Syrupus de bettonica,
De hyſſopo,
De artemiſia,
Mel roſatum.
Cum aquis de bettonica, &
Citrach.
Validiora ſunt.
Syrupus de duabus radicibus,
De quinque radicibus.
Byzantinus compoſitus cum deco‑ctione.
Fœniculi,
Pulegij,
Calamenthi,

Poſt hæc purgandum eſt vniuerſum corpus.

Sub forma potus.

℞. ſem. aniſorum,
Fœniculi ana drach. ij.
Fol. pulegij,
Calamenthi ana manip. j.
Thurbit drach. ij.

Bulliant in ſufficienti quantitate aquæ ſecundùm artem exprimãtur, & expreſ‑ſionis.

℞. vnc. iiij. cui infunde
Agarici trochiſcati drach. ij.
Salis gemmæ g. vj.
Et facta expreſſione diſſolue
Mell. roſati ſolut. vnc. iiij.
Diaphœnici vnc. ß. fiat potus breuis.

Sub forma boli.

℞. diacatholici vnc. j.
Spec. hieræ vnc. ß.
Cum ſaccharo fiat bolus.

Sub forma pilularum.

℞. pilul. de hiera cum agarico,
Aggreg. ana drach. j.

Trochiſc. alhandal. ſcrup. ſſ.
Fiant pilulæ num. vij. & aurentur.

Poſt hanc purgationem, opus eſt deuenire ad medicamenta prouocantia menſes, quorum quædam ſunt ſimplicia, alia verò compoſita.

Simplicia.

Aſparagus,
Nepita, id eſt calamēthū,
Meliſſa,
Cicer rubeū, & nigrum, } mitiora.
Pulegium,
Sabina,
Dictamnus Creticus,
Artemiſia,
Meum,
Iris,
Acorus, } validiora.
Calamus odoratus.
Coſtus,
Caſſia,
Cinnamomum,
Ariſtolica vtraque,
Radix ſeſelis,
Elleborus,
Colocynthis, } valentiſſima.
Caſtoreum,

Inter compoſita primò eſt illa confectio, quæ hæmagogica dicitur, ſequuntur.

Trochiſci de myrrha,
Diacaſtorium,
Theriaca,
Mithridatium,

Vel

℞. trochiſc. de myrrha,
Spec. diacalamenthi,
Arom. roſ. ana drach. j.
Sacchari diſſoluti in decoct. quinque radicum aperitiu. vnc. iiij.

Vel

℞. ſpec. diambræ,
Diacalamenthi ana drach. j.
Sacchari diſſoluti in aqua bettonicæ vnc. iij.
Fiat confectio in tabellis.

Sed vbi denuò purgandum ſit, cogitabimus de medicamentis ſub forma boli, quale eſt huiuſmodi, vt

A ℞. ſpec. hieræ drach. ij.
Trochiſc. de myrrha drach. j. ſſ.
Diaphœnici,
Pulpæ caſſiæ ana vnc. ſſ.
Et cum rhodomelle, aut ſyrupo capillorum veneris fiant boli.

Vel ſic.

℞. agarici trochiſcati,
Turpeti ana drach. ſſ.
B Pulpæ caſſiæ,
Diaphœnici ana vnc. ſſ.
Cum ſaccharo fiat bolus.

Sub forma potus.

℞. turpeti electi,
Rhabarbari,
Mechoacan,
Agarici optimi ana drach. j. ſſ.
Epithymi,
C Fol. ſenæ,
Scolopendrij,
Capillorum veneris ana pug. j.
Sem. aniſorum,
Cardamomi,
Galangæ,
Carthami ana drach. ſſ.
Cinnamomi ſcrup. ij.

Terantur craſſo modo, & cuncta ſacculo includantur, qui madeat in lib. 3. D vini albi Syracuſani per 24. horas; poſtea in hoc vino diſſolue.

Mannæ Calabrenſis vnc. iij. cuius patiens mulier per horas duas ante prandium capiat vnc. vj. & ſi in primis diebus minus copioſè purgauerit, ſequentibus diebus fiat leuis ſacculi expreſſio.

Sub forma pilularum.

℞. agarici trochiſcati ſcrup. iiij.
E Spec. hieræ drach. ij.
Trochiſc. alhandal ſcrup. ſſ.
Cum ſyrupo de artemiſia fiant pilulæ num. vij. & aurentur, quæ exhiberi poterunt vna vice, horis matutinis ieiuno ventriculo.

Vel

℞. pil. de hiera cum colocynth.
Alephaginarum,
De agarico,

Fœtidæ,
Cochiæ,
De ſagapeno,
Aggregatiuæ,
De hermodactylis ana ſcrup. j.
Et cum ſyrupo de artemiſia fiant pilulæ num. vij. & aurentur.

Pro rotulis ſolutiuis.

℞. zingiberis.
Cinnamomi,
Roſarum ana drach. ij.
Santalorum alborum,
Rubeorum ana drach. j.
Hermodactylorum drach. iij.
Turpeti drach. iij. ſ.
Diagridij drach. j.
Maſtiches drach. ſ.
Sacchari lib. j.
Diſſoluantur omnia in aqua artemiſiæ, & fiant rotulæ: doſis ſit ad drach. iij.

Vel recipe tabellarum de ſucco roſarum vnc. j.

Expurgato iam corpore tota intentio eſſe debet menſes prouocandi, quod fit medicamentis intus aſſumptis, & extra admotis, primò ſub forma apozematis ad hunc modum.

℞. cinnamomi,
Corticis caſſiæ fiſtulæ,
Rad. ariſtolochiæ ana vnc. ſ.
Calami aromatici,
Rad. capparum,
Coſti,
Dictamni,
Tormentillæ,
Eryngij ana vnc. j.
Foliorum lauri,
Origani,
Pulegij ana manip. j.
Calaminthæ,
Thymi,
Smyrnij ana m. ſ.
Sem. rutę,
Dauci,
Naſturtij,
Hyſſopi,
Melanthij,
Aniſi,

A Baccarum lauri,
Zingiberis aria drach. ſ.
Coquantur in ſufficienti quantitate aquæ ad lib. ʒ. colaturæ adde mellis deſpumati octauam partem omnium, fiat melicratum, aut cum ſyrupi byzantini, & de quinque radicibus ana vnc. iiij. mellis, & ſacchari ana quantitate ſufficienti, fiat apozema clarum, aromatizetur drach. j. ſpecierum diaireos.

B Doſis ſit ad vnc. iiij aut v.

Sunt etiam pilulæ, qua valenter menſes educunt, quæ ad hunc modum componi ſolent.

℞. hieræ ſimp. Galeni vnc. ſ.
Ex qua formentur pilulæ v. cum melle roſato quantum ſufficit, quæ ſumantur tertio quoque die, deinde ſuperbibat iuris cicerum rubeorum vnc. iiij.

Ad idem valent huiuſmodi pilulæ.

C ℞. opopanacis drach. j.
Galangæ,
Myrrhæ ana drach. j. ſ.
Spec. hieræ ſimpl. Gal. drach. iij.
Maſtiches drach. j.
Cinnamomi electi drach. j. ſ.
Calami aromatici,
Rubeę tinctorum,
Sem. citrij ana drach. j.
Omnia redigantur in puluerem, & cũ

D ſyrupo de artemiſia fiat maſſa, cuius doſis ſint drach. iiij. bis in menſe, aut alternis diebus ad ſcrup. j.

Vel poteſt fieri tabella ad hunc modum.

℞. ſpec. diamarg. frigidi drach. ſ.
Trochiſc. de myrrha drach. j.
Sabinæ ſcrup. ij.
Pulegij,
Baccarum lauri,

E Ariſtolochiæ rotundæ, & longæ
Caſſiæ ana ſcrup. j.
Cinnamomi electi drach. ij.
Sacchari puluerizati vnc. ij.
Vel cum eodem ſaccharo diſſoluto in aqua artemiſiæ fiant tabellæ, vel cum eodem ſyrupo de artemiſia fiat confectio.

Vel

Vel

℞. ſpec diamarg. frigidi ſcrup. j.
Trochiſc. de myrrha ſcrup. ij.
Sabinæ ſcrup. ß.
Pulegij,
Baccarum lauri,
Caſſiæ ligneæ,
Ariſtolochię vtriuſque ana g. v.
Cinnamomi electi drach. j.
Sacchari diſſoluti in aqua fœnic. vnc. iiij. fiat confectio.

DE CVRATIONE SVPPRESſionis menſium per medicamenta externa.

Externa medicamenta ſunt
Fotus,
Inunctio,
Vnguentum,
Emplaſtrum,
Vterinus clyſter,
Peſſaria, &
Suffitus aromatum.

Fotus fit ad hunc modum.

℞. Pulegij,
Calamenthi,
Origani,
Sabinæ,
Artemiſiæ ana manip. j.
Rubeæ tinctorum,
Radicum apij,
Petroſelini,
Aſparagi ana vnc. j.

Bull. omnia in ſufficienti quantitate aquæ ad tertias, deinde cum ſpongia, filtro, vel ſacculo, præſertim ex lino cannabino, in quo pars herbarum includatur, fomententur partes ventris, & circa pubem, & inguina. Vel mulier habeat pedes vſque ad genua in eodem decocto calido.

Vel etiam ſumatur earũdem herbarũ maior quantitas, & fiat balneum, vt

℞. fol. artemiſiæ,
Matricariæ,
Satureiæ,
Calamenthi ana manip. j.

A Serpylli,
Pulegij,
Sabinæ,
Dictamni Cretici,
Origani ana manip. ß.
Florum chamæmeli,
Parietariæ,
Maluarum ana manip. j. ß.
Rad. irios,
B Apij,
Aſparagi,
Petroſelini ana vnc. j.
Cinnamomi,
Caryophyllorum ana drach. ij.

Miſce, bulliant, & fiat balneum, in quo ſedeat mulier vſque ad vmbilicum per mediam horam, at interim aſſumat per os aliquod ex ſupradictis medicamentis, vt confectionem hæmagogicã ad drach. ij.

C Vel fiat euaporatio decoctionis earundem herbarum per infundibulum; nihil tamen præſtantius reperies, quàm ſi mulier ſedens in balneo ex prædictis herbis parato, bibat decoctum ſupradictum, & ita procedatur per aliquot dies, poſt euaporationem accipiat ex filis cannabinis cum cinere coctis, vt ſolent mulieres, antequam telam conficiant, eadẽque fila calida, & madida ventris regio-
D ni, ac pubi applicentur.

Poſſunt etiam in ſupradicto balneo addi
Chamæmelum,
Malua,
Parietaria,
Mercurialis,

Præſertim autem fouendus vterus eſt
E odoratis, vt
Maiorana,
Serpyllo,
Calamintha,
Thymo,
Pulegio,
Radice iridis.
Ac ſimilibus.

Mox à balneo totus venter ab vmbilico vſque ad pubem, & renes vngatur

Oleo

Oleo liliorum alborum,
Anethino,
Rutaceo,
De ſpica,
De ſabina, quæ olea vtiliora erunt, ſi incoxerint in ijs.
Pulegium,
Menthaſtrum,
Sabina,
Calamintha,
Iuncus odoratus,
Addita quarta parte vini, & bulliant ad vini conſumptionem.
Aut hoc applicetur vnguentum,
℞. olei ſeſamini,
Scorpionum,
Liliorum alborum ana vnc. j.
Axungiæ gallinæ,
Cuniculi ana drach. ij.
Puluer. croci,
Spicæ,
Sabinæ ana drach. j.
Ceræ, quãtum ſufficit, fiat vnguẽtum.
Poteſt etiam parari emplaſtrum ad hunc modum.
℞. farinæ lupinorum,
Cicerum rubeorum ana lib. ß.
Nigellæ, ideſt melanthij,
Rad. ellebori albi,
Myrrhæ ana drach. j.
Herbæ prius coquantur, poſtea contundantur omnia, & ad ignem fiat emplaſtrum: deinde vbi à balneo in lectum ſe fœmina cõpoſuerit, & inuncta fuerit, vtatur hoc vterino clyſtere.
℞. iunci odorati,
Dictamni,
Menthaſtri,
Sabinæ,
Pulegij ana drach. v.
Fiat decoctio in aqua ad mediæ partis conſumptionem, &
℞. huius decocti lib. j.
Olei liliorum,
Nardini ana vnc. ß.
Moſchi optimi ſcrup. ß.
Caſtorei,
Croci ana ſcrup. ij.

A Miſce, ac tepidum per metenchritam in vterum ei aculabitur, ſubindeque apponantur peſſaria; quæ variè conficiuntur, vt ex ſucco mercurialis cum theriaca compoſito, & lana excepto, vt.
℞. ſucci mercurialis vnc. j.
Theriacæ optimæ drach. j. ß.
Inunge peſſarium.
Vel
℞. rad. gentianæ, vel
B Rubeæ tinctorum in eodem ſucco madida, felle taurino, ac oleo liliorum.
Vel
℞. pul. caſtorei drach. j. ß.
Moſchi g. iiij.
Olei ſambucini,
Terebinthinæ ana vnc. j.
Miſce inunge peſſarium.
Peſſariorum materia debet eſſe dura,
C vt intus ingredi poſſit, & ne læſionem inducat, mollis: apta eſt aliqua radix gentianæ, vel etiam rubeæ tinctorum, ſed melius eſt eam materiã ex lana, aut goſſypio ſumere, ita tamẽ vt neque tam dura ſit; deinde ipſam aliquo linimento inungere debetis, vt
℞. medullæ caricarum, aut
Mercurialis vnc. ß.
Pul. rad. gentianæ,
D Pulegii ana drach. ij.
Miſce,
Vel ſic,
℞. Galbani.
Ammoniaci,
Sagapeni,
Euphorbij ana partes æquales.
Et cum oleo liliorum fiat quaſi linimentum, vel vnguentum, quo peſſarium inungatur.
E Nullum præſtantiùs reperiri poteſt hiera Galeni, qua inungatur peſſarium,
Vel
℞. hieræ picræ Galeni,
Theriacæ optimæ ana drach. ij.
Olei liliorum alborum quantitate ſufficienti fiat linimentum.
Ammoniacum ſolum in aceto diſſolutum, & ad forma luti redactum valet ad-

ad inungendum peſſarium.

Suffitus etiam aromatum fiunt ad hūc modum, vt

℞. baccarum lauri,
Iuniperi,
Caſſiæ lignæ ana ſcrup.ß.
Caryophylli,
Ligni aloes,

Nec non ex iunco odorato, & herbis ſiccis, vt
Pulegio,
Tanaceto,
Origano,
Capillis veneris,
Calamintha,
Artemiſia,
Trochiſcis de gallia, &
De alipta muſcata,

Ex quibus fiat puluis, qui ſuper prunas proijciatur, & ita adapte tur, vt ſuffimigium in vterum recipi poſſit.

Validior ſuffitus ſic parari poteſt.

A ℞. colocynthidis drach.j.
Cinnamomi,
Aſari,
Coſti,
Calami odorati ana drach.ij.
Myrrhæ ſcrup.iiij.

Ex omnibus tritis fiat puluis pro ſuffimigio.

Sed quoniam huiuſmodi medicamēta ſuapte natura ſunt calida, præſertim ſuffimigia, fieri poteſt, vt partes inflammentur, mitigari ergo poterunt ex albu- B mine oui cum lacte commixto,
Oleo roſaceo,
Violaceo, &
Aqua roſacea.

Et hæc ſunt medicamenta, quæ conueniunt intemperiei vteri frigidæ cum craſſitie ſanguinis exiſtentis in vaſis vte- C ri. Hactenus de ſuppreſſione menſium, nunc contrariam affectionem examinādam aggredimur.

DE IMMODERATO MENSIVM FLVXV.

CAPVT SEXTVM.

PRætermiſſo tractatu de menſibus diminutis, quòd poſſit facilè ſub ſuppreſſione iam dicta contineri, accedam ad deprauatos, nec omnes modos comprehendam, ſed de immoderato tantùm eorum fluxu in præſenti tractabo.

Ac in primis aduertendum, quod aliud eſt dicere immoderatum fluxum menſium, & aliud dicere fluxum muliebrem ex Gal. 6. lib. aphor. ad finem; nā in primo affectu fluit ſanguis, qualis per menſes, ſed immoderatiùs in alio verò, nempè in fluore muliebri non fluit ſanguis, ſed varia excrementa, aliquando aquoſa, nonnumquam pallida, & alterius coloris, & ſubſtantiæ, vocanturque ab omnibus ferè profluuia.

D Menſtrua verò immoderatè fluunt dupliciter; primùm breui tempore, confertim, & profusè: alio modo ſenſim, & per plures dies, ſicut immoderata pluuia aliquando etiam fit 1. epid. 2 cap. 4.

Quod ſi quæras menſuram conuenientem in naturaliter affectis, reſpondet Hippocrates primo de morbis vulg. eſſe duarum heminarum atticarum: hemina autem pendet nouem, aut decem vncias, ita vt erunt duæ heminæ vnc. xx.

E Sed fortè non poteſt communis modus ſtatui: ſed pro varia victus ratione eam metiri poſſumus, & ex menſura, quę in

in ſanitate effluebat, vel in alijs ſimilibus efflueie cernitur.

Menſes immoderati ſunt ſymptomata excrementi mutati, quæ cùm tria ſint, 6. cap. de ſympt. diff vel toto genere, vel quantitate, vel qualitate; ſola quantitate præter naturam peccant; nam ſicuti excretio hæc eſt naturalis, ſi ſola copia exeat ſanguinis inutilis, ita ſi modū exceſſerit, iam præter naturam eſſe certum eſt.

DE CAVSIS IMMODERATI menſium fluxus.

Galenus lib. 3. de cauſis ſymp. 2. & 5. aphor. 57. diſtinctè has narrat, tribuſque de cauſis fieri ait, propter facultatem nempe, propter ſanguinem malè affectum, & propter vitium vaſorū.

At primùm ſciendum eſt omnibus membris ineſſe facultates naturales, attractionem, retentionem, alterationem, & expulſionem, quæ per propria ſymptomata ſuas operationes perficiunt, quare ſi facultas retentrix non fungatur probè ſuo munere, non retinens, quæ retinere deberet, hoc accidit, maximè in principijs ex mala vteri, & vaſorum intemperie, quæ vel frigida ſit, vel humida, vel ſimul frigida, & humida.

Item ſi expultrix operetur magis, quā conueniat, contingit idem vitium: expellit autem magis ob intemperiem vteri, vel calidam, & ſiccam, vel vtramque.

Quo ad ſecundum, quando ſanguis malè affectus eſt, vaſa corroduntur, quod fit quando eſt tenuior, acrior, calidior, vel compoſitus, hoc eſt, quod ſit, vel tenuior, acrior, & calidior, vel victus ratione, vel aliter, aut quod commiſceatur cum excrementis bilioſis, vel ſalſa pituita, vel atra bile, a quibus naturalis irritata earum expulſionem molitur.

Quare non videtur audiendus eſſe Auicennas, qui ſanguinem malè affectum eſſe dicit, quando tenuior eſt, & aquoſior; nam Galenus ſolus acrioris memi- A nit, quippe qui ſolus poſſit vaſa aperire, & quando ob aquoſitatem eſt malè affectus, tunc menſtrua non ſola quantitate dicuntur præter naturam, ſed qualitate etiam, & talis fluxus potiùs profluuium muliebre ſolet vocari.

Alio modo ſanguis malè afficitur, cū adeò augetur, vt in vaſis non poſſit contineri; nam etiam ipſa vaſa nimis aperit, vt 5. meth. med cap. 2. docet Galenus.

B Quo ad tertiū, vaſorū vitium ex Gal. conſiſtit in nimia eorum mollitie, duritie, & tenuitate, vel in prima conformatione, vel poſt contractam; nimia etiam mollities fit ex redundante humiditate; durities ex nimia ſiccitate, tenuitas ex atrophia, vtroque modo fieri poteſt immoderatus fluxus menſium, quia quod immodicè molle, vel durum eſt, facilè frangitur. Illud quidem propter C imbecillitatem, hoc verò propterea quod amplius extendi non poſſit; venæ autem hac ratione affectæ facilè dirumpuntur.

Et ſi quis magis diſtinctè velit intelligere quæcunque poſſunt vteri vaſa aperire, atque eorum continuitatē ſoluere, Galenum adeat, qui vt omnia, egregiè hæc docet.

Cauſæ ad hæc poſſunt dirigi & ad D externas, & internas: externæ immoderatæ ſunt, vt ſi frequenter curru violenter tracto vehatur, vel alias exercitationes validas faciat, ſi in partu vel abortu, vel propter fœtus magnitudinem, vel obſtetricis imperitiam, vas aliquod diſrumpatur, ſi in coitu cum viro mentulato fiat ſciſſura: internæ verò ſi humores interni acres, ſalſi, & mordaces, aut cuiuſcunque generis fuerint, dummodo E corrodendi facultatem habeant; atque hæc de cauſis, ad quas, ſi quis aciem adhibeat, intelliget læſiones cæteras referri.

DE

DE SIGNIS IMMODERATI menſium fluxus.

INter ea, quæ ex relatione mulieris haberi poſſunt, ſunt ſymptomata, & vitioſus calor totius corporis, ac tumor abdominis, & pedum, mala appetentia, & mala coctio, vigiliæ, oſcitatio, labor, oculi liuidi, quę refert Galenus 6. de locis aff. ſed ſingularum cauſarum ſigna percurramus.

Si propter vitium facultatis, vel importunè expellentis, vel nequeuntis cōtinere oriatur affectus, aderunt ſigna intemperiei vteri, vel calidæ, vel frigidæ, vel ſiccæ, vel ſimplicis, vel compoſitæ; certum eſt enim apud Galenum facultatem aut eſſe ſimplicem, aut compoſitā ſuam habere eſſentiam.

Quare exempli gratia in calida intēperie ſentiēt etiā eas partes calidiores, & maximè delectantur venere, concipiēt mares; in frigida contraria ſigna; in humida loci muliebres, ſemper madent, viuunt otiosè, nullus etiam vteri dolor; in ſicca contraria omnia ſigna prædictæ cauſæ.

Si vitium ſit ſanguinis, ratione copiæ, aderunt ſigna plenitudinis, tumor venarum totius corporis, grauitas, rubedo, præceſſit victus ratio copioſa.

Si ratione qualitatis acrioris, præter iecoris caliditatem, & ſiccitatem, alia intemperiei indicia conſpicientur.

Si propter menſtrua ſalſæ pituitæ, vel aliorum humorum, ſigna apparebunt cacochymiæ, quam Galenus, & ex habitu corporis, ac victus ratione facilè cognoſci tradidit.

Signa tertiæ cauſæ, ſi propter calorem, & vaſorum vitium, quia ſint nimis aperta, cauſæ externæ præceſſerūt, quæ contundunt, vulnerant, lacerant, caſus ab alto, & ſimiles: cauſæ internæ, ſunt corroſiones, vlcera, & vt (vno verbo dicam) ſolutio continui: & hæc de ſignis.

A DE CVRATIONE IMMODERATI menſium fluxus.

GAlenus 5. meth. cap. 2. ad 6. vſque tractat de ratione curandi quemlibet fluxum ſanguinis à corpore, & ſumma eſt, vt cohibeatur, ne ſanguis amplius fluat ad affectum locum, vel vt vaſa occludantur, vel vtroque modo, quod eſt tutiſſimum. Prohibetur, ne fluat

B inducto animi deliquio, reuulſione ad cōtrarias partes, deriuatione ad vicinas, refrigeratione totius corporis, at maximè affectæ partis, ex qua fluit ſanguis.

Clauditur locus apertus obſtructione, & refrigeratione, vinculo, vel alijs præſidijs quibus conamur diuiſum corpus iungere: obſtruitur vel infra, vel extra, infra à ſanguine cōcreto, qui vulgò trōbus

C appellatur: externa ſunt hæc ipſa, vt linimenta, aut ſpongiæ, & alia quæ lentore quodā, & craſſitie meatus claudunt, vel quæ cruſtam inſtar operculi inducunt.

Verùm quæ de profundo corpore ſanguinis profluuia ſiunt, vt ea, quæ nec vinculo, nec ſuturis, nec ligatura, nec ferramentis ignitis, nec alia ſimili ratione poſſunt ſanari, per reuulſionem, ac deriuationem, nec non per alimenta, quæ

D emplaſticam vim habent, ac refrigerāt, ac demum per medicamēta, quæ adſtringunt, ſanari debent.

Hęc eſt methodus Galeni, quam puto accepiſſe ab Hippocrate, qui breuiſſimè videtur hæc omnia complecti 6. epid ſect. 7. & 3. ſanguinem ex venis promanantem ſiſtunt animi deliquium, figura, interruptio, ligamentum in orbem,

E conuolutio, appoſitio, & deligatura.

Galenus in comment. hanc ſententiā admirabilem vocat, illamque exponit accuratè, & aſſerit omnia complecti, quæcunque pertinent ad nimiam fluxionem ſanguinis.

DE FVTVRO EVENTV *immoderati menſium fluxus.*

INdicationes duæ ſunt; prima ne ſanguis feratur ad vterum, & ad vaſa eius; altera vt locus apertus claudatur.

Prioris indicata primò ſunt reuellentia; ſecundò deriuantia; tertiò, quæ animi deliquia afferunt; poſtremò, quę te[illegible]erant, & [illegible]ngunt.

Poſterioris ſunt obſtruentia, & adſtringentia, quæ non ſolum ad vterum, ſed ad partes proximas perueniant.

Sed vtrum his ſatisfacere valeamus? ſciendum eſt negotium eſſe difficilè, ac ferè nunquam ſanari, præſertim quando in vaſis, vel eroſio, vel vlcus inſigne adſit, vel omninò ſolutio continui, augetur autem, & diminuitur facultas propter diuturnitatem, aut breuitatem affectus, tempus, & habitus.

DE CVRATIONE IMMODERati menſium fluxus.

ANte omnia conſiderandum, an euacuatio ſit critica, vt ex 2. lib. de criſibus in fine, & ex Auic. 2. 3. tract. 7. cap. 4. quæ cognoſcitur ex præcedente grauitate lumborum, dolore, & tenſione.

At ſi non fuerit critica, quæ cognoſcitur ex eo quod non confert, nec facilè toleratur, tunc ſiſtenda eſt, & primò occurrit reuulſio. Hippocrates probat cucurbitas 5 aphoriſ. 51 & ratio eſt propter cõmunitatem vaſorum, vt 14. de vſu partium 4. habetur; ſic conueniũt frictiones, ligaturæ, & compreſſiones.

Sed an ſupra, vel inferiùs dubitatur, & ratio dubitationis eſt, quia Hippocrates lib. 1. de morbis mulierum docet, non tantum ſupra cubitum, ſed etiam ad poplites, & Paulus lib 3. cap. 63. Aetius lib. vlt. ca. 64. ibi & Auic. dicũt nõ tãtùm in manibus, ſed etiam in cruribus fieri, & ab inguinibus eſſe ordiendum.

Neque hoc a Galeni doctrina videA tur alienum; nam infernis partibus adhibet, quæ deriuant, & reuellunt ab vtero; lib. de pulſ 18. ſectionem venæ in cruribus inquit reuellere, ac deriuare ab vtero, vnde eo inflammato magis in cruribus ſectionem probat, quàm in brachio, cuius tamen oppoſitum multis alijs in locis colligitur.

Sed notabilis eſt, & euidenter maxime is primo ad Glauconem 14. dicens, B ſed neque malum manus, & crura ligare, oportet autem nodos fieri plures, ac fortiter etiam, quoniam per inferiores partes fiunt euacuationes, ſicut quando per hęmorrhoidas, per vẽtrem, aut per vterum excernuntur menſtrua; nam ſi tunc crura deuinciantur fortius, ſæpius ad partes inferiores attrahitur.

Pro ſolutione oportet primum naturam, & præcepta reuulſionis explicare, C quod eſſet nimis longum, & ſatis declaratum habetur in miſcellaneis Decade vij. tractatu de ſanguinis miſſione. Quare hoc vnum nunc ſufficiat, in ſuperfluo fluore menſtruorum omnia gratia reuulſionis partibus ſuperioribus eſſe adhibenda; nam reuera Galenus docet reuulſionis vim in eo poſitam eſſe, vt in contrariam ſui partem trahatur.

D Ad oppoſita dicẽdum eſt locum Hippocratis eſſe deprauatum quia manifeſtè repugnat eius doctrinæ, cum in aphoriſmis doceat ad cohibendam materiam ventoſas cucurbitas apponendas eſſe ſub mammis.

Ad ſecundum puto Aetium, & Auicennam, & omnes deceptos eſſe, quod ſine aliqua conſideratione tranſcribant ſępè alteri ex alteris, vt etiam recentiores multi. Vnde Altimarus hic ex vna E parte cum Paulo putat legendum eſſe propè inguina, ex altera cum Galeno ſemper eligit ſuperiores partes.

Sed quid ad Galenum, quoniam locus continet multas difficultates? diligenter quippe is examinandus eſt; propoſuerat enim velle nos docere commodum vſum ſectionis venarum cubiti, &

crurum, & ... omnes partes ſuperiores th...race, & in thorace contentas, iuuari ſectione venæ in cubito.

Contra verò partes inferiores ait iuuari ſectione in cruribus, quas partes inferiores interpretatur eas iuxta coxam, ventriculum, & veſicam, vterum, renes autem tanquam ancipites, & in medio loco conſtitutos ponit.

Vnde fit, vt ſectione venarum ex vtriuſque partibus iuuentur, ex ſuperiori, ſi phlegmone fuerit recens, & ſanguinis redundantia; ex inferiore, ſi inueterata, nec ſanguis redundet.

Poſt hęc de phlegmone vteri loquēs, inquit eam magis, quàm phlegmonem renum à venis in cruribus ſectis iuuari, & ſtatim addit: vacuationibus enim, quę in cubito fiunt, aliud quoddam malum accidit, quippè menſtruas purgationes ſupprimunt, eò quòd ſanguinem ad ſuperiora reuellunt, quæ verò ex cruribus fiunt, non tamen reuellunt, ſed etiam menſes ſolent euacuare.

Hac verborum ſerie conſtat Galenum tanquam oppoſita comparare inter ſe, ſectionem in cubito, & in cruribus, ex quo omnis ratio colligit, quod contrariæ vires vtraque iuuentur.

Quod ſi in cubito per Galenum reuellit, & ſupprimit, altera neceſſario facta in cruribus trahit, & euocabit, atque hoc ſibi voluit Galenus, & quamuis communis huius loci verſio videatur oppoſitum docere; quia legitur, nam eis quæ à cubito vacuationibus, & aliud quidē malig... detinent enim menſtruales purgationes reuellentes ſanguinem ad corporis ſuperiora, omnis verò, quæ à cruribus, non tantum reuellere, ſed etiā prouocare menſtrua, & reſpondent optimè græcis codicibus, ſed tamen puto eſſe corruptum locum, & cum antiquo interprete Theodorico Gandauo legendum eſſe: quæ verò ex cruribus fiunt, tantùm abeſt, vt reuellant, vt etiā menſes prouocent.

Quam interpretationem confirmant A codices Valgriſiani, quos ſcimus opera Paterni editos fuiſſe, ſicque omnis repugnantia in Galeno, & difficultas ſoluitur; contra vero ſi alteram lectionem retinere velimus, primo non poteſt ſeruari, quod venæ crurum ſimul reuellant ab vtero, & prouocent menſes; nam hoc implicat.

Secundo ſi generaliter partes ſupra thoracem, & in thorace iuuantur ſectione venæ in cubito, quare Galenus lib. B de puls. 19 comitialibus ſecat in pede? & ſi quæ infra thoracem ſectio in cruribus, quare laborantibus podagra in brachio? quo modo in fluxu hæmorrhoidum ſectionem in cubito probat? quare decimo ſecundum loca, ſecundo, in dolore coxendicum, primo in cubito, deinde in cruribus ſecat?

Quare ſecundo ad Glauconē in inflāmatione crurum venam in cubito ſecat? C & in inflammatione partium ſuperiorū per inferiora ſanguinem ducendum eſſe iubet? Denique ſi phlegmones vteri à venis crurum perpetuo ...antur, quomódo prohibet Galenus laborantibus inflammatione vteri menſium prouocationem?

Sed facilè hæc omnia ceſſant, ſi ad mentem Galeni intelligimus, nunc in cubito, nunc in cruribus ſecandam eſſe, D & non ſecandam pro varia ratione partium laborantium, & etiam pro varia indicatione, quas morbus, & cauſa morbi ſuggerunt, vnde vel reuellere, vel deriuare, vel vtrúmque efficere oporteat.

Sed vnum reſtat, quia certum eſt ex Galeno inflammationibus, ante omnia reuulſionem conuenire, quare cum in E vteri inflammatione præcipiat ſecandē eſſe venam in cruribus, videtur exiſtimare hanc ſectionem reuellere.

Fuſius tertio de med. morb. putat hoc verum eſſe, & propterea inhæret communi literæ, ſed melius dicendum eſt Galenum tunc non reſpicere ad incipiētem inflammationem, ſed ad progreſ-

ſum, quæ non amplius reuulſionem, ſed deriuationem, & euacuationem requirit, quod autem venæ ſectio in cubito reuellat, in cruribus deriuet.

Eſt aperta Galeni ſententia 2. ad Glauc. 2. quare cum reuellendum eſt, venæ ſectio in brachio maximè omnium id præſtat, quia duo obſeruantur.

Primum ex lib. de phlebotom. 12. vnde habemus tantò efficaciorem futuram reuulſionem, quantò frequentiorem, ita vt totus ſimul non extrahatur, nam toties natura irritata facilius aſſueſcit in contrarias partes.

Secundum ex eodem hoc capite 12. quando ſectione volumus ſimpliciter euacuare, tempus accommodatum eſt, vt eadem die tota quantitas ducatur, mane, & veſperi, vel mane bis: ſi verò reuellere intenditur, melius eſt vno, vel altero interpoſito die, quia in medio illo tempore interpoſito, denuò irritata natura aſſueſcit magis, poſt reuulſionem ſequitur deriuatio.

Docet Galenus 5. meth. 5. quæ erumpunt per vterum, deriuanda eſſe, vel per aluum, vel per vrinam; ſunt enim hæc vnica loca, quare licebit clyſteribus, aut leuibus medicamẽtis aluum prouocare, hæmorrhoidem aperire, frictionibus, hirudinibus, folijs ficus, & vlu aloes, vt multi credunt, ac demum expedit diureticis mouere vrinam: huc etiam ſpectat cucurbitæ ventoſæ ad os ſacrum cum ſcarificatione applicitæ.

Tertio loco prohibendum, ne ſanguis feratur ad vterum, quod primò procuratur, vel triſti nuntio, vel repentino timore, vel dolore, præſertim in partibus ſuperioribus, ligaturis, & contorſionibus, digitorum maximè, manus enim habent magnum conſortium cum vtero, ſicque duplex commodum habetur reuulſionis, ex dolore, & deliquio.

Secundò medicamentis adſtringentibus, & refrigerantibus, quæ multa ſunt interna, & externa. Galenus 5. de ſimpl. Auicennas, & omnes afferunt plantaginem, & vbi hæc non ſit ſatis ad ſtupefacientia deueniunt.

A

Auicennas probat acetum, quod mirum alicui videtur, cum vicus credant aperire, ſed etiam Galenus 1. de ſimpl. 8. hoc recipit, qui putat ſua frigiditate, & ſiccitate adſtringere, & ſanguinem ſupprimere. Quando autem exhibetur, aqua temperatum eſto, ſicuti in ſanguine à thorace, 5. meth. med. 8. Sed Hippocrates, & Galenus dicunt eſſe inimicum mulieribus, & vtero, quare ergo cõuenit? Re vera vbi opportunum aliud ſuppetat remedium, eſt longè melius.

B

Sed ad medicamenta externa accedamus, quæ adſtringendi, & obſtruendi vim habent. Primò ſunt peſſaria: ſecundo iniectiones in vterum: tertiò lotiones, & balneæ. Inter leuiora ſimplex aqua prodeſt, ſed parata etiam ex herbis adſtringentibus, quibus ex præcepto Gal. 4. & 7. meth. vtrobique cap. vlt. admiſcenda ſunt aliqua, quæ ſint vehiculum aliorum, ſicut eſt calamenthum.

C

Poſtremò linimenta ſunt, epithemata, & emplaſtra, quæ pectini, dorſoque adhibentur cum autem oleum adſtringens vis parare vtaris præcepto Galeni 4. de tuenda ſanit. 8. ſcilicet, vt ſimplicia medicamenta coquantur in oleo adſtringente, admixto vino, vel aquæ, ne torreſiant, coquanturq; in duplici vaſe ad conſumptionem aquæ.

D

Sed parum externis hiſce fidendum quia in itinere, ſeu tranſitu amittunt vim & fortaſsè etiam impellunt ad interna, quare magis reſpicienda, quæ intra loca muliebria induntur.

Hactenus de ratione occurrendi ſymptomatibus, nunc de cauſis ſaltem aliquibus, vnde ſi ſit immoderata copia ſanguinis, minuenda eſt larga ſanguinis miſſione, inedia, alimentis parum alentibus; ſi vitio qualitatis acris, tenuis ob intemperiem hepatis, corrigenda eſt aquis thermalibus, & alijs præmiſſa primùm accommodata purgatione.

E

DE

DE PROFLVVIO MVLIEBRI: SEV MENSTRVIS ALBIS.

CAPVT SEPTIMVM.

DIffert hic affectus à ſuperiori, quod in hoc non exeat ſanguis ſyncerus, propterea ex Gal. lib. vlt. de ſympt. diff. 6. de cauſis ſympt. 3. cap. 4. 6. de locis aff. cap. vlt. eſt deſtillatio vteri diuturna, per quam totum corpus expurgatur, quod ſymptoma exiens immutatur, & inter deprauatas vteri fluxiones reponitur.

Huius differentiæ ſunt plures pro exeuntis varietate, nam vna rubea, alia flaua, hæc pallida, illa nigra, aut alba, vel viridis, ſeu aquoſa, ſeroſaque eſt pro diuerſitate redundantis humoris, ac excrementi in corpore: vt plurimùm exeunt alba, vnde nomen aſſumpſit, cuius alia fluxio aſſidua eſt, alia interpolata, ex Aetio lib. 16. cap. 65.

Sed cum viri gonorrhœa laborent, dubium eſt de mulieribus, an hoc vitio infeſtentur. Peripatetici negant, quia nullum fœminas habere ſemen ſcribunt, Galenus fauet, quia ſtatuit affectum, vt ſymptoma proprium virorum: ſed ex altera parte habent mulieres teſtes, tenuius ſemen, & crudius, quare non eſt abſque ratione, ſi aliqui putent eas laborare gonorrhœa, licet ſoleat affectio ſemper appellari menſtrua, vtcunque fluant, nec non profluuium.

Sed numquid viri poſſint laborare tali profluuio, multi negant, quia non ſunt frigidi, vt mulieres: non deſunt tamen, qui credant hanc affectionem poſſe pati, quia in multis adeo diuiurnus eſt, ac ſi eſſet ſemē, quod exit, ac emaciātur nimis, ſicut vtentes immoderata venere.

A

DE PARTE AFFECTA IN *profluuio muliebri.*

QVænam pars affecta ſit, & vbi hæc generentur, non ſatis conſtat; quidam vel in totum, vel in principes partes, vel in vterum referunt.

Altimarus nullo modo in vterum reijcit; ex Galeno enim 6. de locis affectis dicebat nullius partis eſſe proprium affe-
B ctum.

Galenus hoc loci ſcribit quando vniuerſum corpus expurgatur, vterum minimè affectum eſſe, non ſecus atque per renes euenit, vt totum corpus expurgetur, ijs minimè affectis. Verùm id euenit, quando mulieres ſunt habitus rari, & pituitoſi.

Mercurialis autem nititur euertere Altimarū ex Galeno, qui nō dicit, quod
C ſemper ſit affectus vterus, ſed ſolum ſæpè: deinde ex Auicenna, qui dicebat nō ſemper affici ob ſuperfluitatem humorū, ſed etiam ob imbecillitatem vteri.

Sed concludamus, Gal. 6. de locis aff. ad finem dicit: verum accidit interdum fœminæ vtero nihil laborante muliebre profluuium fieri, cum totum corpus expurgatur, id verò potiſſimùm fit pitui-
D toſioribus, & tenuiori carne præditis, quæ intacto vtero per remedia toti adhibita ſanantur.

His conſtat tantum abeſſe, vt dicatur ſæpè vterum laborare, vt ait Mercurialis, vt potiùs totum oppoſitum habeatur.

Rurſus 3. de ſympt. cauſis 4. inquit, cæterum deprauatæ fluxiones per vterū expurgare corpus vniuerſum, vocatur
E autem id ſymptoma fluxus muliebris.

Eſt autem ſymptoma id, quod vocatur tale, quale eſt illud, quod in animā-

re redundat, & tandem addit, præter hæc deprauata ex vtero fit vacuatio, propter malum aliquod in ipſo factum. Hæc planè conſentiunt cum priori loco, non laborare vterum, cum dicat fieri toto corpore expurgato per eam partē, quare ad totum potius pertinet.

Vltima verba id ſolùm ſonant, quod ob illam fluxionem aliquando malum fit in vtero excitatum [illegible] ian quā-do ex illa nullum m[illegible] in [illegible] vtero; at Auicennam lib. 3. [illegible] cap. 32. paruifacio, [illegible] o, ſed etiam nihil pro [illegible] facit; nam non loquitur de ve[illegible] quæ ſunt in toto.

DE CAVSIS PROFLVVII mulìebris.

DE cauſis agamus, licet alij confusè eas tractent. Galenus diſtinctè lib. de diff. ſympt. vlt. fluxum muliebrem vult fieri, aut propter imbecillitatem retentricis, aut propterea quod expultrix immoderatiùs mouetur, aut propter vitiū vtriuſque facultatis, aut quia totus ſanguis ſeroſus, & [illegible] redditus fuerit.

Ex[illegible]nienta autem quæ ef[illegible]nt, vul[illegible]gni, vel vitio partium principa[illegible] nutritioni inſeruientium, vt ventri cu[illegible]otis, &c. vel vitio totius, quod per ſe[illegible]atur, vel [illegible]ter externos errores in rebus [illegible]bus non naturalibus, & [illegible] victus ratione.

Vbi hæc g[illegible]nuntur, ſimulque [illegible]e tentrix eſt im[illegible] tum [illegible]xum muliebrē fieri & paulo poſt d[illegible]a tur, quomodo ſanguis tenuis [illegible]. Inter cæteras cauſas ponit ſang[illegible] ſeroſ[illegible], cuius eſſentia apud i[illegible] eſt mu[illegible]x ratione ſanguificæ facultatis, vt in h[illegible]d[illegible]op[illegible] ſe[illegible]atr[illegible]s, quod e[illegible] ſer[illegible], ra[illegible] expultric[illegible]s, quæ no[illegible] purgari par-tem ſeroſam ſang[illegible] d[illegible]m retentricis, quæ im[illegible]o[illegible] c[illegible]o mu[illegible]e

A fungitur, nec non cute denſata, & renibus ſtipatis. Hunc locum perpauci fortè intelligunt.

Mercurialis inquit eſſe differentiam, & prauè exponit; nam confundit cauſas fluxus muliebris cum cauſis tenuitatis ſanguinis, indeque incidit in dubium, qui fiat, vt propter læſionem retentricis magis retinentis, quam conueniat, fiat talis fluxus? quod non facit ad rem, quia B non dicit robur retentricis eſſe cauſam fluxus, imo hoc tribuit imbecillitati, ſed ait id fieri propter errorem retentricis retinentis, quæ non ſunt retinenda, hoc eſt ſeroſam partem, & conſequenter reddentis ſanguinem tenuiorem.

DE SIGNIS PROFLVVII muliebris.

C SIue generis, ſiue differentiarum ſigna, ſiue quibus diſtinguatur à gonorrhæa exquiras, vide Hippocratem 2. de morbis mulier. Auicennam, Paulū, Aetium, & alios; nihil enim hic notatu dignum inuenies.

DE CVRATIONE PROFLVVII muliebris.

D IN curatione huius affectionis, duæ ſe ſe [illegible]unt indicationes, altera pertinet ad purgationem totius; altera ad morbos earum partium, omnes autē difficiles ſunt curatu, & qui ſæpè ad malum habitum ac hydropem perducunt, & ſterilitatem afferunt.

Quo ad purgationem, licet omnia tentare, nec vt vulgares faciunt, ſtatim E ad [illegible] accedere oportet; nam [illegible] excrementa polluant nobiliores partes [illegible], & grauiora mala efficere. [illegible] lib. 6. ca. 56. ait, primum ergo ex[illegible] [illegible]tiuum, deinde ſyrupos, & ſecetur vena, tertio medicamentum purgans, atque diuerſa ratione pro natura humoris redundantis, eaque differentia potiſſimùm conſideranda eſt, quæ

ab

ab humore ſeroſo fit, cuius ratio licet A tradatur à Galeno de præcogn.ad Poſthum.quoniam tamen continet multas differentias, à nobis examinanda eſt.

Boethij vxor cum hac affectione laboraret, conuocatis primarijs medicis, & Galeno pro conſultatione, conuenere exiccandum eſſe, non ſolùm vterum, ſed totum corpus, qua medendi ratione in dies deterius ſe habebat, cupiebāt propterea aliam tentare, ſed melior nō B ſuccurrebat, & propterea innixi dicto Hippocratis 2.aph. 52. perſeuerarunt in eadem.

Tumor ſubinde exortus eſt intra ventrem, vt videretur vtero gerere, ſed non ita erat; nam poſt multos dies, rupto tumore exiuit multa copia ſeroſi humoris cum animi deliquio, ex quo melius habuit, vnde medici dubij erant, quid facto opus eſſet, ſed vide apud Galenum C totam curationem.

Hinc notandum allucinari exiſtimātes profluuium muliebre generaliter eſſe affectum frigidum, & ab humoribus frigidis oriri; nam licet hoc concludat Galenus in prædicta muliere, non eſt tamen verum in omnibus, vt notat Altimarus, cum non tantum frigidi, ſed etiā calidi humores poſſint redundare.

Secundo notandus eſt error Trincauelli, & Mercurialis dicentium Galenū D iuſſiſſe, vt mulier in arena calida mane decumberet, cum Galenus fateatur apertè cæteros medicos non ſine errore hoc remedio vſos fuiſſe.

Error communis eſt omnibus; nam pleriq; ſolliciti ſunt de vtero, eique quotidie admouent medicamenta, ac ſi is morbo laboraret, cum tamen doceat Galenus in profluuio eum nihil laborare, & omnes mulieres intacto vtero E ſanatas fuiſſe, & re vera ipſe nullius præſidij vterini mentionem facit.

Sed cùm vtatur diureticis ad deriuandam materiam ex vtero, dubitatio eſt, quia ea non minus lotium, quam menſes prouocare iudicantur.

Vnde Aetius lib.16.cap.66. nullo modo ea probat, & Auicennas 3.collig.4. dicit, quod prouocat vrinam, eſt de genere prouocantium menſtrua, cui ſubſcribit Valleſius 6.epid,77.in Lariſſa.

Omiſſis alijs primùm certum eſt humorum deriuationem conſentaneam eſſe rationi, & Galeno ex loco ſæpè citato, 5.morb.vulg.3. ſed quomodo cōueniunt, ſi hæc eadem etiam menſtrua promouent, ſicque trahant potius ad vterum, quàm deriuent?

Reſpondetur reperiri quædam diuretica, vt quatuor ſemina frigida maiora, quæ menſtrua non prouocant.

Quo loco ſciendum eſt Galenum 5.ſimpl.32 afferre tria genera medicamētorum quædam, quæ prouocant lac, alia menſes, alia lotium, quæ omnia ſunt calida, differunt tamen menſura caloris, quæ moderatè calefaciunt, & non deſiccant.

Lacti generando vtilia ſunt, quæ plus calefaciunt, & non exiccant valentèr: menſtruis prouocandis proſunt, quæ calefaciunt, & exiccant valdè, de quibus generibus, ita habendum eſt, quod duo priora poſſunt ſimul menſes prouocare, tertium verò genus ſolùm vrinam, nullo modo, vel lac generare, vel menſes prouocare poſſe, quare hæc ſola conueniunt in fluxu muliebri.

Sed contra, quia Galenus in cura vxoris Boethij vſus eſt aſaro, & apio, quæ 8.ſimpl.recenſet inter ea, quæ non tantum lotium, ſed menſes etiam mouent.

Plerique reſpondent prouocantia vrinam eſſe duplicia, quædam primò, & per ſe, alia ſecundariò, & per accidens, in quo genere ſunt aſarum, & apium.

Sed nulla eſt reſponſio, primò quia Galenus reponit aſarum, & apium in eodem ordine cum

Sabina,
Calamentho,
Dictamno,
Ariſtolochia,

Quæ omnia dicit abſolutè ſanare retentio-

tiones vteri, & licet neminem puto dictùrum per accidens prouocare, deinde quidquid ſit, vtcumque prouocent, non conueniunt, quia deducunt materiam ad vterum, non autē diuertunt ab vtero.

Quid ergo dicendum? admitto omnia de triplici differentia medicamentorū, quia illa ſunt certiſſima in doctrina Galeni; ſed quare conueniunt? quia hæc mouent menſes imbecilliùs, quàm vrinam, & maior eſt vtilitas, quæ ſuccedit, præſertim vbi excrementa retenta ſint frigida; nam corriguntur medicamentis calidis, & formam ſanguinis recipiunt, ſicque fiunt materia menſium.

Addo, quod ſine periculo adminiſtrari poſſunt, quia affectu vterus non laborat, docet autem Galenus vbique, præſertim 13. meth. med. cap. 6. à veſica, vtero, & alijs partibus reuellendum, aut A deriuandum eſſe, ſi inflammatorio laborent, ne maior materia ad locum affectū trahatur, quare vbi nec inflammatione, nec alio morbo læ datur vterus, licet medicamentis, ne dum diureticis, ſed etiā menſes mouentibus vti.

Ergo reſpondendum eſt feroſis excrementis exceptis frigidis ex Galeno deriuari debere tales humores primum per B aluum purgantibus, ſecundò per vrinā diureticis, tertiò per cutē frictionibus, linimentis, de quibus Galenus, & alij multa.

Sed non ſolùm attendendum eſt eductioni eorum, ſed prohibitioni etiam, ne generentur alia, niſi velimus incidere in eum errorem, in quem Galenus lib. de prog. ad Poſthum. vna cum alijs medicis C incidiſſe fatetur.

DE MODO CONCEPTIONIS

CAPVT OCTAVVM.

POſt menſtrua ad conceptum, in quo poſita eſt tota conſeruatio ſpeciei, tranſeundum, cuius modus à Galeno explicatur 1. de ſem. 4. lib. de format. fœtus, & 14. de vſu part. cap. 11. & eſt, quod miſtio facta ex vtriuſque ſeminibus comprehendatur ab vtero, extendatur, & dilatetur, & primum contrahitur membrana, qualis in placentis fieri ſolet; nam ſemen pulti, vterus inſtrumento ferreo reſpondent: in hac mēbrana, quam Græci chorion vocant, multæ venæ, & arteriæ generantur, quæ tandem in grandioris caudicis ramos coeunt, deinde duæ aliæ tunicæ, & totus fœtus formatur.

Sed hoc loco animaduertendum eſt in fœtu humano duas tantummodo mēbranas generari, nempe chorion, & amnion.

Sed ſicuti euidens eſt marem, & fœminam ſimul ad generationem concurrere; ita non apparet, quomodo vterque concurrat, neque quid vterque D præſtet, & in hoc Galenus, & Ariſtoteles diſſentiunt.

Primùm afferam vtriuſque opinionem, in quo conueniant, ac diſſentiant, aperiam deinde Galeni opinionem, tamquā veriorem accipiam, & rationes in contrarium ſoluam.

De ſententia Ariſtotelis non conſtat in eius ſchola: quidam dicunt eum impertiri menſtruo vim, & facultatem efficientem, E quæ deinde extra vterum effluit, vel in flatum, vel ſpiritum diſſoluitur.

Alij non tantùm à virili ſubminiſtrari efficiens, ſed etiam materiam, à fœmineo verò dantaxat materiam aiunt.

Alij

Alij mulieribus etiam præter mẽſtrua ineſſe ſemẽ, ſed eſſe frigidius & tenuius, minimè aptum generationi; & alij fortè aliud, nec præter rem, quia Ariſtot. varijs in locis valdè confusè loquutus eſt.

Ferè apud omnes certum eſt virile ſemen tantum efficiendi vim præſtare, nullo modo materiam, fœminam verò ſola menſtrua tamquam materiam tribuere, nullo modo vim efficiẽdi habere.

Galenus contra Ariſtotelem tum alibi, tum potiſſimum lib. de ſemine, vult vtrumque concurrere dupliciter, virum ſemen tamquam materiam, & efficiens præbere, mulierem menſtrua, & ſemen, non tantum pro materia, ſed etiam pro efficiente exhibere.

Ita vt Ariſt. & Gal. in eo conueniant, quod viri ſemen efficientis cauſæ, menſtrua mulieris materialis cauſę rationem habent; in eo verò diſſentiunt, quod ex Gal. ſemen viri materiam præſtet; menſtrua, & ſemen mulieris efficiens conſeſant, quorum vtrumque Ariſt. negat.

At quia Ariſtotelis opinio duo capita continet, alterum quod ſemen viri dicat qualitatem, & vim efficiendi, minimè quantitatem, & materiam conferre; alterum, quod mulieres ſolum materiam, minimè facultatem efficiendi præſtant, rationes illius primùm audiendæ ſunt, & quo ad primum omnes ſumũtur paſſim ex lib. de gener. iam citato, vel ex Auerroe 3. colliget 10.

Prima ratio eſt, quia ſemen viri, etiã Galeni conſenſu, habet rationem agentis, ergo nõ poteſt eſſe materia, ſicut nullus artifex dicitur pars rei, quã efficit.

Secundò, quia conſtat multa animalia, non iniecta à mare materia, ſed ſola facultate communicata, gigni, ſicut ſunt omnia, in quibus mas nullum membrum virile immittit in fœminam, imò potius fœmina immittit in marẽ, conſtat id ex auibus, in quibus videmus oua reddi fęcunda, ſolum ſi à maribus foueantur, quæ non materiam, ſed facultatem accipiunt.

Poſtremò ſi ex ſemine conſtituerentur aliquæ partes, oporteret ipſum coagulari, non coagulatur autem, quia à frigore liqueſcit, & à calido etiã, cõſtat ergo nullo modo coagulari.

A

Contra Galenus pro fundamento ſuæ doctrinę, ac diſputationis accipit ſemẽ viri neceſſariò retineri, quia ſi proflueret nullo modo fieret conceptus hoc autem verum eſſe probat tripliciter.

B

Primùm libro de ſemine cap. 2. experientia tum aliorum, tum propria, quod ex brutis illa nunquam concipiunt, quæ à coitu ſemen excernunt, ea verò, quæ retinent, ſemper.

Secundò ex relatione mulierum, quæ fatentur vbi conceperint ſe perſentire contractionem quandam, & quaſi conuulſioni ſimilem in vtero, ex quo inquit veriſimile eſt hoc nomen (conceptus) à concipiendo ſemine ortum fuiſſe: ſic Hipp. lib. de genitura dicebat, ſi partus fœmina perita ſit, & agnoſcat, quando genitura non excedit, tunc illa ſcit, qua die intra ſe ipſam concepit.

C

Tertio quia apud omnes medicos, qui de re hac ſcripſerunt, conuenit rem ita debere eſſe, præterea addit authoritatem Philoſophi, qui dixit, vterum eſſe veluti quoddam animal appetens generationem, & ſemen ad ſe trahens, vnde etiam in coitu perſentitur aliquando fœtus ad extremum glandis, præſertim ſi nuper elapſis menſtruis fiat coitus.

D

Poſtremò aduerſus quoſdam, qui eſſe peripateticos profitebantur, oſtẽdit etiã Ariſt. id ſenſiſſe 2. de gen. anim. cap. 3. vbi fatetur poſt coitum in vtero ſemen retineri: hoc eſt primum fundamentum.

E

Secundum, ſi retinetur ergo alicuius vſus gratia, quare vel vt vim, & facultatem conceptui mulieribus afferat, vel vt ſit materia, & pars conceptionis, ſi primum ſatis fuiſſet naturæ ſolam vim, & energiam, minimè ſubſtantiam ſeminis in vterum transferre, quod ipſe quoque notauit, & experientia in multis animalibus imperfectioribus fieri demon-

ſtrauit, cum præſertim, hæc ſeminis effuſio nõ leue detrimentum vitæ afferat.

Sed fortè dices id à natura factum, vt efficacior virtus ſit; eſto vna cum facultate ſemen deduci in vterum, vt efficacior ſit virtus, quid de eo fit, poſtquam facultatem tribuit, & ſanguini menſtruo primam coagulationem præbuit? vel ſenſibiliter, vel inſenſibiliter diſſoluitur.

Primùm fieri non poteſt ex Hippocrate, & Galeno 5.aph.51.3 de natural.facult.à principio, quia os vteri perfectè adeo clauditur, vt nihil ab eo exire poſſit poſt conceptum, ergo inſenſibiliter, quæ verè fuit ſententia Ariſt. vt patet 2. de gener.ca.3. ad finem, vbi diſſolutum, & in ſpumam conuerſum abire aſſerit.

Galenus verò 1.de ſem.4. peculiariter nititur hoc euertere. Primum, quia oporteret poſt conceptum vterum valdè intumeſcere, cum tamen potiùs contrahatur, & minor reddatur, patet conſequentia, quia ex pauca humiditatis portione multa aeris generatur.

Præterea licet poſſit exire, non tamen ſine ſtrepitu, & ſenſu, ſicut conſtat in alijs concluſis flatibus: addit alias rationes, quæ poſſunt apud ipſum legi, ſufficiant iſtæ, quæ videntur mihi certis adeo fundamentis niti, vt demonſtrent.

Præterea ex Ariſtotele 1.de gener. animal.20.mas formam, & principium, fœmina materiam, & ſubſtantiam tribuit, & fit ſicut in lactis coagulatione; corpus eſt lac, ſuccus verò eſt coagulum, vt principium, quod coagulationem præſtat: ſi ergo per Ariſtotelem fœmina menſtruum tanquam materiam præſtat, id eſt, vel quia tempore coitus continetur in vteri cauitate, vel quia ex vaſis vteri poſtmodum effluit, quaſi à ſemine viri recepturum principium materiæ.

At primũ dici non poteſt, cum & medici, & Ariſtot. 7.de hiſt. anim. 2. 1. de gener.19.dicant tempus maximè accommodatum conceptui eſſe, poſtquã deſiere menſes, quo tempore planè expurgatus eſt vterus. Præterea oporteret mulieres tunc maximè concipere, quando menſtrua effluunt contra experimentum, & Ariſtotelem 1.de anim. 2.

Poſtremò ſãguis extra vaſa, vel putreſcit, vel in grumos concreſcit, & à propria natura degenerat, etiam concedente Ariſtotele 3. de part. cap. 4.qui in ſolo corde, & venis ſecundùm naturam ſeruari ſanguinem aſſerit, quomodo ergo ex malè affecta materia gignitur animal? igitur potius dicendum à vaſis effluere, & ſemini commiſceri, vnde vel diuiditur ſemen in tot particulas, quot ſunt venæ, vel vnitum manet; non primum, quia talis ſeminis diuulſio non conuenit naturæ ſeminis, vt omnes fatentur, & experientia docet.

Secundo, quia oporteret certam aliquam cauſam aſſignare diuidentem, & apponentem ſingula ſingulis, quod abſurdum eſt: deinde alia cauſa inuenienda, quæ in vnum illud cõgreget corpus.

Tertiò, quæ nam illa ſit cauſa, quare totum hunc ſanguinem extrinſecus mẽbrana cooperiat, ac tegat, quare & non recipiendum, cum præſertim conſtet vterum amplexari, & auidè ipſum comprehendere, & ſe contrahere, quod exẽplum ventriculi, & gulæ, & alimentorũ aſſumptione declarat Galenus 1.de ſem. cap.4. Quare cum nulla alia materia poſſit præſto eſſe ad formationem fœtus, conclude non tantum à ſemine viri efficiens, ſed etiam materiam ſuppeditari.

Præterea quærit Galenus ab Ariſtotele 1.de ſem cap.5.ex qua materia generentur venæ, & ſolida? reſpondet Ariſtoteles ex ſanguine tantùm. Contra, quia ſunt alba, exanguia, longa, & caua, quomodo ergo ex materia rubra, tenui, liquida, quæ neque extendi, neque in modum fiſtulæ perforari potuit? igitur potius ex ſemine.

Sed dicunt aliqui pro Ariſtotele fieri ex ſanguine multas tranſmutationes, qui primùm ex rubeo fit albus, ex liquido lentus, non autem perindè, ac in alijs quæ ex ſanguine fiũt, & proptera rubẽt.

Sed

Sed Galenus irridet reſponſionem, & Ariſtotelem, qui naturam aliàs tantopere ab ipſo ſuſpectam, ineptam nunc reddat, quæ aptam materiam pro generatione harum partium in promptu habēs eam negligat, ſemen ſcilicet, & fruſtra verſetur in remota elaboranda.

Sed propterea 1. de ſem. 9. redarguit Ariſtotelem inconſtantiæ, qui 1. de gener. anim. vlt. in fine, dicāt ſemen in omnibus plantis non tantùm efficiens in ſe principium continere, ſed & materiale, nunc in animalibus alterum auferat, & aliam materiam generationis animalis aſſignet, cum tamen iiſdem prorſus facultatibus natura vtrumque donauerit.

Nam ſicuti plantæ ſemen indiget terra, vt ea alatur, augeatur, radicibuſque vt alimentum rapiat, & emittit ex truncis ramos, ſurculos, donec ad vltimum cacumen, & finem deueniat; ſic eadem propemodum ratione ſemen viri in vtero fit, vt ibi diffuſè docet Galenus.

Neque putem poſſe aliquem euadere, quia alia ſit ratio ſeminis in plātis, quod gignit viuens vegetans tantùm, & alia in animalibus, quod gignit perfectius, vt propterea ibi materiæ rationem poſſit habere; nam neque hæc eſt reſponſio Ariſtotelis, qui apertè concedit ſemen primùm vitam plantæ acquirere.

Quare vtrumque habet idem opificiū, eandemque vegetat animam, atque eo tantùm differunt, quod hæc eſt planta ſanguinea, vel carnea, & non amittit, quàm priùs habebat facultatem, aliam inſuper acquirit, & in animal mutatur, atque hæc etiam ratio contra Ariſtotelem videtur demonſtrare.

Cæterùm præter hæc apud Ariſtotelem eſt locus, in quo manifeſtè docet primam partium conſtitutionem ex ſemine fieri 2. de gener. anim. cap. 4. vbi agit de alimento cordis: vide locum.

Quare ex his conſtat ſemen maris ex ſententia Galeni concurrere, & tamquam efficiens, & tanquam materiam, propterea ad Ariſtotelis rationes.

A Ad primam conceditur idem in quātum idem, non poſſe eſſe agens, & materiam; quare in ſemine viri pars tenuiſſima, & plena ſpiritu eſt ea, quæ habet rationem efficientis.

Ad ſecundum de inſectis, & piſcibus, non materiam, & ſemen à maribus, ſed facultatem tantùm, & vim emanare negari poteſt, quia talis qualitas, vel facul-

B tas non poteſt ſine aliquo ſubiecto ex vno corpore in aliud migrare, quare aliquod corpus, vel ſpirituoſum, vel humidum habeat, neceſſum eſt, quod conſtat, in auibus, & gallinis; nam quæ maribus vtuntur, oua edunt, in quibus apparet neſcio quid craſſi, & rubei coloris, quod in ſterilibus, & mare non vtentibus haud conſpicitur.

Sed quidquid ſit de hoc, vtcūq; fabu-

C lentur, non valet, in aliquibus animalibus ſola ſeminis virtus infunditur, ergo ſemen generaliter fœtus materia nō eſt, ſicut neque valet, teſtes in quibuſdam animalibus deſiderantur, ergo generaliter in omnibus non ſunt neceſſarij ad generationem.

Ad vltimum, quod ſemen non poſſit

D congelari in vtero, quia neque à calido, neque à frigido concreſcit.

Multa hinc eſſent diſputanda de coagulatione, de qua Ariſtoteles 4. meteor. cap. 5 vbi docet, quædam à calido tantùm coagulari, vt ſal, quædam à frigore tantùm, vt cryſtallus, quædam ab vtroque, vt thus, & ſimilia.

Sed illud dicam, pro eiuſmodi præſenti dubitatione, quod argumentum in externis de quibus Ariſtoteles loquitur, aliquam vim habet, at in viuente

E corpore, & rebus, quæ intra generantur, aliter rēs ſe habet, at profecto nemini, vel peripatetico, vel in naturæ operibus verſato debet mirum videri, ſemen in vtero poſſe in vnum cogi, alterari, atque ad formationem diſponi, ſiquidem etiam in ventriculo apparet alimētorum varietatem variè admodum di-

ſponi, & in vnum chylum tranſmutari: ſed de hac re ſatis.

Ad alteram partem controuerſiæ accedamus, quæ pertinent ad ſemen mulieris. Ariſtoteles, & ſectatores, quorū ſæpè meminit Galenus lib. de ſem. 1. putant ex ſolo virili ſemine, vt effectiuum, & ex ſanguine menſtruo, vt materia generari fœtum, & propterea contendūt in fœminis, vel nullum ſemen adeſſe, vel ſterile, atque inutile, 1. de gen. anim. cap. 19. & 20.

Quæ opinio ratione ex Ariſtotele, & ex Auicenna deſumpta potiſſimùm probari poteſt hoc modo, ſi haberet ſemen effectiui rationem habens, poſſet ex ſe ſine concubitu concipere; nam ad generationem faciendam tria hæc concurrunt, efficiens, materia, & locus, hæc autem ſunt in muliere; nam adeſt ſemen, quod eſt efficiens, ſanguis menſtruus, qui eſt materia, & locus in quo, qui eſt vterus.

Quare ſi ſemen eſt efficiēs, cū habeat mēſtrua, quæ ſunt materia, & adeſt locus idoneus, hinc facilè contingere poſſet aliquā mulierē cōcipere ſine vlla ſeminis immiſſione, quod Auerroes diligētiſſimè exploraſſe fatetur poſt lectionē lib. Ariſtotelis, & affert hiſtoriam vicinæ, quæ iurauit ſe concepiſſe in balneo, in quo antea vir ſemen emiſerat.

Deinde oporteret omnes concipientes ſemen habere, quod eſt falſum, quia multæ ſine vlla delectatione concipiūt.

Quarto vno, & eodem tēpore mulier ſimul haberet materiam coctam, & crudam, quod implicat, quia cocta calorem, cruda frigidum arguit, cruda autem materia eſſet ſanguis menſtruus, cocta verò ſemen.

Poſtremò vnius effectus vnum tantū eſt agens, vnica materia, ergo ſi efficiēs eſt virile ſemen, non poteſt ſimul etiam muliebre eſſe efficiens.

Sed altera ex parte expendamus Galeni ſententiam, de qua quidem licet varij variè dicant, cenſeo ad generatio- A nem fœtus, & ſanguinem menſtruum, & ſemen muliebre conferre, & partim illi materiam, partim vim, & facultatem præbere, non tamen iiſdem viribus, & conditionibus, ſed in ſemine primùm efficiens validum eſſe, materiale pauciſſimum; contra in ſanguine mēſtruo plurimum materialis, quod ad vim, & facultatem imbecillimum reperiri.

B Quæ Galeni ſententia tum alijs locis, tum maximè 2. de ſem. 2. colligitur manifeſtiſſimè, vnde de ſanguine menſtruo longiùs laborandum non eſt; nam concedunt omnes ad generationem fœtus neceſſarium eſſe, licet Ariſtoteles vnicum tantum materiale principium concedat.

Id quod ex eo etiā confirmari poteſt, quod quæcunque carent hoc excremento infœcundę ſunt: & quod toto tempore C conceptus, ac lactis ceſſat, argumentum certiſſimū eſt, quod & in vtero, & extra vterum fœtus illo conſtituatur, & alatur.

Sed tota difficultas in ſemine poſita eſt, quare Galenus ex propoſito ac diffusè aduerſus Ariſtotelem, & alios philoſophos conatur probare mulieres, & ſemine abundare, & illud fœcundum eſſe, & partim materiam, & partim efficiens formationi fœtus communicare. D

Ego verò non omnia argumenta, ſed nonnulla ipſius ſolidiora afferam, ſicuti etiam de Ariſtotele factum eſt.

Primo vtitur anatome, qua conſtat teſtes vtero vtrimque annexos eſſe cum ſeminarijs vaſis, ergo alicuius vſus gratia hæc inſtrumenta facta ſunt à natura, ergo ſicut in homine, ita in fœmina gignunt, & deferunt ſemen pro fœtus E generatione.

Sed Athenęus, & Auicennas dicunt propter aliquem vſum quidem, ſed non propter eundem præcisè, ſed potiùs vt aliqua ſimilitudo, & conuenientia appareret in vtroque ſexu in prima membrorum conformatione, ſicut non valet mā mæ ſunt in vtriſque per ſe, propter aliquem vſum, ergo propter eundem præ-

cisè;

ciſè; nam in fœminis pro lactis generatione, & nutritione, in viris minimè.

Sed Galenus 2. de ſem. 1. reſpondet eſſe diuerſam rationem, quia in mulierũ teſtibus, & vaſis apparet ſemen, quod non de lacte in viris eſt verum, & ſi id contingat eſt de rarò contingentibus; Quare cùm conſtet adeſſe, potius quærendum eſſet, quam vim habeat, quàm inquirere, an adſit.

B Neque deſunt aliæ rationes, quibus affirmare licet ſemen in mulieribus adeſſe, quæ à ſymptomatibus quibuſdam deſumuntur tam viris, quàm mulieribus communibus; nam ſicut retentum ſemẽ in viris grauia affert ſymptomata 6. de locis aff. cap. 5. ſic in mulieribus præfocatis, & alia ſolet excitare, quæ ceſſant excretione ſeminis.

C Conſtat hoc ex hiſtoria viduæ ibi à Galeno relatæ, quæ neruorum diſtenſione laborans, ex emiſſo ſemine ob linimenta obſtetricis, & cum voluptate ſtatim liberata fuit, quam ob rem putat Galenus ex retento ſemine maiorem noxam, quàm ex retentis menſtruis fieri, propterea conſtat in ſomnis pollutionẽ eas pati non minus, ac viros.

D Tertiò, quia mulieribus etiam coitus contingat, hæc docent; nam primùm cum turgent vaſa illa, & teſtes, maximè tentantur libidine, non ob aliam cauſam, vt dicebat Galenus, niſi quia omnibus ſemine præditis naturalis quædam voluptas illius excernendi à natura poſita eſt.

E Quod euidentius ſanè in brutis apparet, quæ toto illo tempore furent, & marem quærunt, mox verò poſt accubitum, & profuſum ſemen quieſcunt, adeo vt nolint amplius admittere, & propterea caſtratæ fœminæ nunquam in poſterum maris ęccubitum quærunt, aut ſuſtinent, quod profectò non foret, ſi reſtes, & vaſa ſeminalia dumtaxat ad ſimilitudinem membrorum virilium illis fuiſſent tributa, vt dicebat Atheneus, & Auicennas.

Demum nullus maritus eſt, qui aliquando in concubitu cum vxore hanc profuſionem non perſenſerit, & mulieres ipſæ fatentur in actu venereo maximè delectari, & poſt amplexum libido deſinit, ac voluptas, quibus magis credendum eſt, quàm vicinæ Auerrois, quę grauida facta fuit abſque aliquo ſemine.

Quare ex his omnibus conſtat illos, qui negant ſemen à mulieribus effluere, ijs, quę apertiſſima, & manifeſtiſſima ſũt intellectui, & omnibus ſenſibus, fidem derogare.

Sed illud adhuc conficiendum contra hos, ſcilicet tale ſemen in procreatione fœtus non tantùm materialis, ſed etiam efficientis principij rationem obtinere, quod licet multis poſſit, vnicum affero inſtar omnium, quod penes me demonſtrat, idque eſt ſimilitudo, in quo argumento cum Galenus ſit multus, nos vnica, aut altera tantum ratione erimus contenti, quæ ad hanc controuerſiam definiendam videntur ſatisfacere; reliqua apud Galenum.

Sicut certa eſt ſimilitudo, ita incertum, cur aliquando mares, aliquando fœminæ, aliquando patri, aliquando matri ſimiles ſint? Ariſtoteles 4. de gen. animal. cap. 3. multum laborat, & ita ſtatuit, pro varia affectione ſeminis virilis id contingere; nam vbi plurimum ſuperatur à materia, quæ eſt menſtruum, tũc filius fit ſimilis matri, è contra fit ſimilis patri.

Sed abſurdiſſima videtur hæc ſententia, quia conſtat actiones prodire à forma, non à materia, quare licet verum ſit fœtum ex materia, & alimento matris poſſe variam temperiem, & mores ſortiri; tamen nullo modo eſt aſſerendũ, hanc ſexum poſſe immutare, quod ab omni rerum euidentia eſt alieniſſimum. Perſica ex Aegypto non mutauit formã, ſed nacta alimenta facta eſt eſui idonea; ſic oues mutato alimentũ, nec capris, nec capræ ouibus ſimiles euadunt.

At Galenus ſtatuit non aliunde hanc ſimi-

ſimilitudinem prouenire, quàm ex ſemine vtriuſque parentis, cui ex communi hominum conſenſu ineſt vis agendi, & efficiendi, & 2. de ſemine, cum diffusè diſputaſſet aduerſus Ariſtotelem, & Athenęum, ad finem illius diſputationis duplici argumento, altero hypotetico, altero categorico, demum ſtatuit (ni fallor) ſuam ſententiam.

Confirmat eam primò, quia ſi vtriſq; parentibus ſimiles partus naſcuntur, ex communi cauſa, quæ vtriſque ineſt, conſimiles efficiuntur, ſed partus vtriſque parentibus ſimiles naſcuntur, ergo, &c. Hæc eſt prima pars argumenti.

Subdit aliam, ſi partus ex communi cauſa, quæ vtriſque ineſt parentibus, ſimiles efficiuntur, vel ex ſemine, vel ex menſtruis tales contingit fieri, cum præter ea nullum tertium poſſit reperiri; ſed ſubſtantia menſtruorum vtriuſque parentis minimè eſt communis, ergo partus ex ſemine ſimiles efficiuntur.

Secundum verò argumentum categoricum eſt huiuſmodi, quandò filij vtriſque parentibus ſimiles ſunt, neceſſariò commune in vtriſque principium habetur, quod ipſis reddit ſimiles: hæc eſt prima pars. Aaltera eſt huiuſmodi: filij, vel ex ſanguine menſtruo, vel ex ſemine parentibus ſimiles fieri poſſunt, at non ex ſanguine, ergo ex ſemine.

Galenus demum his rationibus tertiã ſubiungit, ac concludit, ſi ex ſemine ſimilitudo oritur, quia multi matri quã ſimillimi naſcuntur, fœminam quoque ſemen emittere neceſſarium eſt, ex quibus irridenda eſt ſententia Montani, qui vult ſolùm ad voluptatem datam eſſe mulieri ſeminis emiſſionem, comment. 558. hæ ſunt rationes Galeni, quæ mihi demonſtrare videntur, aduerſamque ſententiam euertere.

Ad argumenta ergo in oppoſitum breuibus.

Ad primum ſine viri concubitu poſſent cõcipere mulieres. Valleſius 2. cõtr. 6. ad finem concedit poſſe concipere,

A ſed tamen nunquam fœtus ad perfectionem deducere, ad quem modum molæ, & informia carnis fruſtra generãtur, ſed malè; nam licet Galenus viſus ſit innuere fœminas ſine concubitu viri poſſe molam concipere, ſicuti gallinæ ſine concubitu maris oua, id tamen ex aliorum, non ex propria affert ſententia.

B Nam ſtatim hanc opinionem redarguit 14. de vſu part. vbi dicit neminem vidiſſe vnquam mulieres ſine viro concepiſſe, ſicut gallinæ ſine maribus oua, quare potiùs cum Galeno reſpondendũ 2. de ſem. 4. ad finem, quod non concipit ſine concubitu, quia quamuis ſemen fœcundum & ipſum haberet, deficit tamen excrementius humor, qui ad cõcipiendum, & ad nutriendum fœtum neceſſarius eſt.

C Neque enim in eodem, & fœcundum ſemen calidiſſimum, & humidiſſimum, & excrementius humor frigidus copioſus eſſe poteſt, cum alterum ex ijs calorem validum, alterum remiſſum ſupponat, quare qui generat fœcundum, & copioſum ſemen non poteſt excrementium humorem generare, ſicuti vir; & è contra, quæ excrementitium producit humorem, nequit generare ſemẽ copioſũ, vt fœmina, opus ergo fuit copula vtriuſ-
D que ad conceptum, & gignendum, & alendum.

Secundum, & tertium argumentum eſt leue. Ad illud reſpondetur nunquam fœminas ſine ſeminis emiſſione cõcipere; nam ex Galeno 14. de vſu part. in conceptu neceſſarium eſt vtriuſque ſeminis miſcella, vnde conſulunt medici ad prolis generationem, vt fœminæ conentur emittere ſemen.

E Quod autem Auerroes de ſua vicina fabulatur, indignum eſt philoſopho afferere, & credere, quod ſemen in balneo potuerit tam diù ſuam vim ſeruare, trahi ab vtero, & fœcundare, cum Ariſtoteles 2. de gener. anim. 2. dicat ſemen eſſe ſpumoſum. & extra vaſa ſtatim alterari, ac corrumpi. Imo verò nec ſolum

exre-

exterius, ſed interius propter longitudinem penis putat homines minus fœcundos reddi, quod in longo ſpatio ſemen refrigeretur.

Nec minus ridiculum, quod de deliramento illius affert, quod ex ſuo Ariſtotele etiam non didicerit de hiſtoria animal. 1. mulieres eſſe mendaces, vnde Iuriſtę ſcientes, quod ferè ſemper periuræ ſunt, interdicunt iuſiurandum ipſis, nec in teſtamentis admittuntur, ex quo adagium apud Græcos, mulieri iuranti reddet filium.

Ita ad alterum argumentum, dic omnes concipiẽtes emittere ſemen, ſed vel ob ſenſum obtuſum, vel ob pudorem, vel ob aliam quampiam cauſam, vel non obſeruant, vel diſſimulant, quod ſi aliquæ apertè negant, fides ipſis non eſt adhibenda; nam aliàs ab ipſo abſtinerẽt; Imò Auicẽnas 1. de anim. 2. tertij cap. 2. Aliabbas 6. theo. alijque multi dicunt multò maiorem voluptatem percipere fœminas, quibus fauet (ſi fabulis ſapientum in nonnullis fides habenda) iudiciũ Thyreſiæ, qui cum vtrumque ſexum fuiſ-

A ſet expertus, arbiter electus à Ioue, & Iunone de oblectationis ſenſu in concubitu triplices voluptates à viro, quinque à muliere percipi dixit.

Ad quartum negatur abſurdum eſſe, vt mulier ſimul abundet duplici euacuatione contraria, materia cocta ſcilicet ſemine, & cruda hoc eſt menſtruis, vt putat Ariſtoteles 1. de gen. anim. 19. & 20. nam quid mirum, ſi homo varijs cor-

B poreis partibus, ac rationibus, varijs quoque, & contrarijs excrementis redundet? an fortè nec poteſt quis ſimul bilioſo humore, & pituitoſo vexari? ſic mulier ob imbecillam coctionem in toto generat excrementum menſtruum, ob perfectionem in partibus deſtinatis generat ſemen.

Ad vltimum de vnico agente, & materia, dicendum ex Galeno 14. de vſu

C part. 7. ſemen mulieris non ſeorſim agere, ſed coniunctim cum virili, ſimulque vim agendi habere, ac propterea vtriq; vnicum eſſe motum conuenit, & vnitè agere, ſic & materia vnica cenſenda, & vnicum agens.

DE STERILITATE.

CAPVT NONVM.

Conuenit inter omnes generare ſibi ſimile in ſpecie eſſe opus naturaliſſimũ, & perfectiſſimũ, vt eleganter, & diffusè ait Auerr. 2. de gen. anim. 1. & Galenus 14. de vſu part. 2. ſic enim perpetuitatẽ, eo modo quo licet, attingunt animalia, vnde dicebat Galenus, omnibus concipiendi inſtrumenta fuiſſe indita cum voluptatis ſenſu, vt hac ratione omnia, licet rationis expertia, & ætate tenera naturaliter inſtituta procurent, vt genus ſuum ſit ſuperſtes.

Nos de hoc mirabili naturæ opere

D verba facturi, in præſenti non inquirimus, qualis ſit virtus, quæ fœtum in vtero format, quo ordine, & qua ſucceſſione ſingulæ partes formentur, quando, & quot diebus abſoluatur, quo tẽpore infundatur anima, & alia id genus, quæ magnas, & diù agitatas quæſtiones continent, ſed medicè agentes, ſolùm de his dicemus, quæ conceptum, atque illius abſolutionem perturbare, aut impedire poſſunt.

E Conceptus ſicut omnis alia actio, vel aufertur, vel minuitur, vel deprauatur; ſi primò dicitur ſterilitas: ſi ſecundum, hoc eſt, ſi debiliter, vel rarò, vel ſemel

tan-

tantùm concipiat, dicitur diminuta; nã comparatum eſt natura, vt ad propagationem ſæpè, & frequenter concipiat. Ad quod vitium referri etiam poteſt, ſi concipiens mulier non poſſit incolumẽ traducere fœtum vſque ad tempus opportunum partus, quod dicitur multis modis, at mihi liceat in præſenti vnico abortus nomine reliqua cõprehẽdere.

Si tertium eſt, quandoq non concipiũtur fœtus legitimi, & naturales, ſed mõſtra, vel molæ, vel aqua, vel flatus, vel quid ſimile, quod conceptus formam præſeferat, de quibus omnibus accuratè, & breuiter dicendum initio facto à ſublata conceptione.

Quantùm olim deteſtata ſit ſterilitatẽ antiquitas, docent ſacræ literæ, quæ teſtantur mulieribus nihil ea acerbius, & calamitioſius potuiſſe euenire; nam inter cæteras tanquam macula, & ignominia affectæ notabantur, & propterea multas legimus effudiſſe lacrymas ad Deum, vt fœcunditatem implorarent, Gen. 3. de Rachel, & de Eliſabetta, in Euang. Luc. cap. 1. quæ cum tandem voti compotes factæ eſſent, licet ſeniores, inde gratias maximas Deo reddiderunt, quòd opprobrium ab eis voluerit auferre.

Quare author quidam de paſſionibus mulier. cap. 5. ſumma cum ratione, mihi videtur dixiſſe, inter omnia officia, quæ medici mulieribus poſſunt præſtare, illud putãdum quàm maximè neceſſariũ, glorioſum, & propemodum diuinum, ſterilibus fœcunditatem reſtituere, ac ſanè res ita habet, vt medicus in hoc miniſterio plurimam apud mulieres gratiã, & gloriam ſibi comparet.

DE CAVSIS STERILITATIS.

CAuſæ multæ ſunt. Hippocrates non nullas affert præcipuas. Prima eſt vteri diſtortio, aut inuerſio. Secunda, vterus nimis patens. Tertia ſi os vteri ex pudendo excedit, vt lib. de ſterilit. ſta-
A tim ad initia legi poteſt. Alij alias cauſas, quiſque pro ſuo arbitrio, quas in certiorem quandam methodum redigere conabimur, ſicut Galenus docet 3. de ſymp. cauſis cap. 1.

Inuentio omnium cauſarum, quæ facultatibus nocent, aliud non eſt, quàm cognitio modi, quo per ſanitatem ſuas perficiunt actiones; cum itaque ſtatutũ ſit ad naturalem conceptionem requiri
B concubitum maris, & fœminæ, neceſſarium eſt ſterilitatem, vel vitio maris, vel fœminæ, vel vtriuſque fieri; nam etiam ſi ſolum de mulierum morbis agamus, cogimur etiam virorum hic mentionem facere.

Rurſuſque cùm vterque plurima conferat, mas membrum genitale, teſtes, ſemen, fœmina pudendum, vterum, teſtes ſemen, & ſanguinem menſtruum,
C omnium horum vitio poteſt, vel auerti prorſus, vel impediri conceptus, quare de his omnibus, & primum de cauſis ſterilitatis ex parte virorum dicemus.

DE CAVSIS STERILITATIS ex parte virorum.

PRimum penis lõgior ſterilitatis cauſa eſt, quia in ductu eius refrigera-
D tur ſemen, vt Auicennas 2. tertij tract. 1. cap. 13. & ante Auicẽnam Ariſtoteles 1. de gen. an. 6. docuerunt. Sed tamen alicui poſſet videri inanis hæc cauſa; nã cum per canalem calidum feratur, nullo modo fieri poterit, vt adeo refrigeretur, quin poſſit gignere, imo eò aptior videtur, quo ſine aliquo loci, aut temporis interuallo ſemen in vtero deponitur, alioquin malè de equis, & alijs animanti-
E bus, quibus longiſſimum datum eſt mẽbrum, ageretur.

Hinc conſtat deliramentũ Auerrhois, quod ob membri virilis longitudinem, & refrigerationem putauerit ſemen infœcundum reddi; multo enim magis negare debuiſſet ſemin in aqua balnei ſuam vim retinuiſſe. Nec pro Auerroe aliquid

liquid aliud habetur, niſi quod in maius mutatur: at totam illam partem non reperiri in multis codicibus arabicis nõnulli affirmant.

Sed ſicut is longitudinem damnat, ita alij breuitatem, & fortè melius, quia ſemen tam promptè, & commodè in penitiorem ſinum vteri non poteſt iaculari. Sed vt liberè dicam, vtraque huiuſmodi cauſa infirma, ſeu potiùs nulla eſt, cùm experientia conſtet plurimos, & longiſſimo, & breuiſſimo plures filios in dies habere.

Noui, qui breuiſſimo erat præditus, & altero teſte deſtitutus, & tamen ſuſcepit plurimos filios.

Maius vitium eſt, ſi ſit obliquum, ſi ligamentis incuruet ad ſummum, ſi via ſeminis, vel natura, vel morbo, vel alia aliqua ratione reddita ſit anguſtior, quã vt recta via liberè, & ſine vllo impedimento ſemen poſſit eiaculari in vterum. Maximè verò ineptum eſt virile membrũ, quod perpetuò flacceſcit, neque vnquam erigitur, neque quidem pudendũ ingreditur, neque in vterum ſemen emittit.

Vltima cauſa eſt, quando penis ſit imperforatus, de quo Ariſtoteles 4. de gener. animal. cap. 4. & hiſtoriam habemus apud Amatum Luſitanum cent. prima cur. 23.

Secundo loco mares ſteriles redduntur ratione teſtium; cum enim facti ſint à natura, vt contra Ariſtotelem docet Galenus 14. de vſu part. cap. 1. de ſem. cap. 15. & 16. vt ſemen concoquant, & retineant, vbi à ſuo munere deficiunt, neceſſariò accedit ſterilitas, deficiunt autem laborãtibus omni genere morbi.

Primò in intẽperie tam ſimplici, quã compoſita cum materia, & ſine, de quibus Galenus lib. art. med, cap. 45.

Secundò inflammatione, tumoribus magnis, ac diuturnis, induratis abſceſſibus, vlceribus, vulneribus, conuulſione, & hernia, & huiuſmodi, vel coniunctim, vel ſeparatim.

A Tertio propter ſemen, primùm ſi nõ gignatur, vel minori copia quàm opus ſit: ſecundo ſi vitioſum, & parum accõmodatum generetur. Primum fit deficiente in primis materia, ſicut in pinguioribus euenit, vel ex aduerſo nimiũ extenuatis inedia, atrophia, diuturnis morbis, in quibus materia ſeminis conuertitur in nutrimentum.

Secundum verò propter multas cau-
B ſas tum internas, tum externas, primũ ſi vaſa ſeminalia ſint inſigniter intemperata, vel alio aliquo morbo laborent, vt nec poſſint materiam ſeminis attrahere, retinere, concoquere, donec eã integrã abſolutionem accipiat, quod accidit paſſis diuturnam gonorrhœam.

Secundo ſi partes præcipuę corporis, vt ventriculus, hepar, &c. ſint aliquo modo affectæ, vt non fiant, niſi impro-
C bæ concoctiones alimentorum.

Tertiò quæcunque cauſæ poſſunt corpus alterare, vt immoderatus concubitus; nam vt Plutarchus in vita Lycurgi ſcribit, ſicut longa intemperies animũ ſtolidum reddit, ita illorum ſemen, qui ſe ad coitum valdè intemperãnter applicãt, vitioſum plerumque, & infœcundum redditur.

Declarat idipſum Galenus 1. de ſem.
D cap. 16. cùm enim teſtes ſeminarium humorem à vaſorum anfractibus antea pręparatum attrahunt, ſicut alia omnia mẽbra faciunt, accommodatum ſibi ſuccum ſolent arripere, & ſi quis aſſiduis coitibus hoc totum ſemen effundat, huic fit, vt ex vna parte teſtes ex ſuperioribus partibus, ac venis quicquid in ipſis ſeroſum continetur, attrahant.

Ex altera autem parte fit, vt venæ à
E teſtibus violenter priuatæ humore, etiã ipſæ à ſuperioribus venis, ac rurſum illæ ab alijs, atque hæ à ſuis vicinis ſubſtantiam trahant, vſque dum huiuſmodi trahendi viciſſitudo in omnem corporis partem diffuſa omnibus animalis membris proprium alimentum eripiat.

Ex quo fit, vt omnes animalis partes

non ſolum ſetoſo humore, ſed vitali etiam ſpiritu priuentur, ſiquidem hic quoque ex arterijs ſimul cum genitali humore excernitur.

Itaque mirum non eſt, ſi illi, qui immoderatius coitu vtuntur, generaliter quidem imbecilliores fiant, cùm totum corpus puriori parte optimi ſanguinis, & ſpiritus defraudetur, accedente quãdoque etiam voluptate, quæ vel ſola idonea eſt ad vitales ſpiritus, ac vires diſſoluendas, vt nonnulli iam nimia voluptate affecti interierint; ſpeciatim verò mirum eſſe non debet, ſi eiuſmodi ſemẽ, nec ſatis coctum, nec generationi ſatis idoneum reddatur.

Quantum autem immoderatus coitus ſit animalibus perniciosus, demonſtrat philoſophus lib. de longit. & breuit. vitæ cap. 5. qui ſcribit animalia, quæ ſunt ſalacia, & ſemine abundant, citiſſimè ſeneſcere, ob id mulum diutiùs equa, & aſino, ex quibus procreatus eſt, viuere; & fœminas maribus, ſi mas ſalacior ſit; atque ideo, vt puto, Varro lib. 3. de re ruſtica cap. 5. & alij Authores (vt ſcilicet ſemen ſit coctum) præcipiunt tauros, & arietes admiſſarios per duos menſes ante abſtinere.

At ſi quis obijciat Herculem; quem Pauſanias lib. 9. & Diodorus Siculus ſcribunt cum quinquaginta virginibus vna nocte concubuiſſe, atque omnes grauidas reddidiſſe, & ex his quinquaginta natos fuiſſe; hoc tanquam fabuloſum, & in homine monſtruoſo, tanquam monſtruoſum habendum eſt.

Et Athenęus lib. 13. pro Herodoto ſcribit Herculem quinquaginta virgines compreſſiſſe, vt ad hunc modum homines in victu ſe gererent, præſertim verò vino abſtinerẽt, quod ſemen inutile, atq; infœcundum magna ex parte reddit, ſicut Plato dixerat, vt ex Galeno in 6. cap. lib. qui ſcribitur, quod animi mores, &c.

Quare Hippocrates in lib. de ſuperfœtatione, atque illius imitatione Plato A 2. & 6. de legibus, & Plutarchus in lib. de educandis liberis in principio, iubet eos, qui liberis procreandis operam dãt aſſumere coniuges prorſus à vino integras, aut modicè vtentes: atque hæc exempla immoderati coitus, & ebrietatis, tanquam cauſæ externæ ſterilitatis virilis ſunt ſatis, quarum intuitu facilè poſſunt, & reliqua id genus afferri.

Quarto ob inciſas venas poſt aures vi B ri ſteriles redduntur ex Hippocrate de aqua, aere, & locis lib. 2. cap. 11. vbi Scythas plurimos ſteriles reddi inquit ob ſectionem harum venarum, vt & occurrãt claudicationi, quam ex immoderatis equitationibus incurrunt.

Cuius rei rationem non eſt difficilè intelligere; idem enim Hippocrates, vel vt Galeno magis placet, Philippus lib. de genitura, docet, ſemen ex omni par C te, ſed præſertim ex cerebro per aures, & ſpinalem medullam profluere, quod etiam Ariſtoteles confirmat 2. de gener. anim. cap. 3 & Plato in Timæo ad finem.

Semen itaque ſi cõpertum velut medullam à capite per ceruicem, & ſpinam ad propria vaſa deriuari, non ineptè igitur illud cerebri, & medullæ ſpinalis partem appellauerint, ideoque admodum probabile ſectis venis poſt au D res, ſeminis tranſmiſſionem impediri, illudque vel nulla ratione, vel non niſi inferendum ad infimas partes per venas demandari: ſed veniamus ad cauſas ſterilitatis ex parte mulierum.

DE CAVSIS STERILITATIS *ex parte mulierum.*

E MVltæ ſunt cauſæ ſterilitatis in muliere tam internæ, quàm externę, internæ omnes commodè ad duo capita rediguntur, vel ad partes pudendas, & vterum, vel ad menſtrua.

Hippocrates generaliter id habet 2. prorret. paucæ ad conceptum conſtantiores, tenues, craſſis albæ, rubicundis nigræ liuidis venis conſpicuis præditæ; quan-

quandoquidem carnem vberiorem habere malum, mammas autem tumidas, ac magnas bonum, atque indicia iam expoſita ſunt.

Verum oportet interrogare de menſtruis purgationibus, an omnibus menſibus fluant, & copioſæ ſint, ac boni coloris; ac æquales iiſdem temporibus, & iiſdem diebus; ſic enim purgationes fieri optimum eſt.

Locum verò, in quo fit conceptio, ſanum eſſe oportet, & ſiccum, & molle, neque retractum, neque paruum, neque os ſit auerſum, neque concluſum, neque antrorſum; fieri enim poteſt, vt conceptio minimè fiat, quodcunque horum adfuerit: hactenus Hippocrates quæcũque maioris momenti ſunt, intus eſt com plexus, ſed diſtinctius loqui poſſumus.

Primum ſunt pudenda, & vterus, quæ vel natura, vel præter naturam clauditur. Græcè dicuntur atretæ, latinè imperforatæ mulieres 2. de gen. an. cap. 4. ad finem, Auicennas clauſuram vocat, de qua 21. tertij tract. 4. cap. 1. Moſchio author Græcus in gynęcejs parte poſteriori cap. 15. & Aetius lib. vlt. cap. 96.

Is præ cæteris accuratè mihi videtur hoc explicare, qui docet effici, vel naſci clauſuras tribus modis. Primò ſi labia pudendorum prorſus vniantur: deinde ſi partibus naturalibus via intercipiatur à membrana prohibente tranſitum: tertiò ſi omnibus his patentibus vteri oſculum apertè claudatur.

Quæ omnes cauſæ impediunt conceptum; prima tria intercipit officia, vſum virorum, purgamenta, & conceptum: ſecunda duo, coniunctionem viri, & conceptum: tertia duo, purgationem, & conceptum: exempla habentur apud Beniuenium lib. de abditis morb. cauſis cap. 28.

Ad hunc locum pertinet notitia mẽbranæ, quæ hymen etus dicitur, de qua non conuenit apud authores, cum alij omnibus dicant datam eſſe, alij negant, alij in quibuſdam ita, & quibuſdam verò

A non, & hinc exoritur controuerſia, an ex hoc cognoſci poſſint virgines à non virginibus: nolo nunc meum iudicium interponere.

Primum locum inter alias cauſas habet vterus, quia eſt veluti ager, in quo ſemina ſparguntur, qui primùm ob morbos ex intemperie redditur ineptus, de quibus Hippocrates 5. aphr. 62. quæcũque frigidos vteros habent, &c. hac ſen-

B tentia inquit Galenus in comm. ſingulas temperaturas complexum fuiſſe.

Primum ergo frigidos, & ſpiſſos habentes vteros ſunt infœcundæ, quia frigiditate ſeminis calorem, vel prorſus extinguunt, vel hebetant, & ineptum reddunt. Adde quod anguſtas venas habent, vnde paucus ſanguis effluit, iſque frigidus.

C Secundò humidos habentes, quia adeo laxi, & lubrici ſunt, vt ſemen effluat; de qua re Ariſtoteles 2. de hiſt. 12. nam vt alia ſemina, ſic virile inundatur, & opprimitur à nimia humiditate, vt in locis paluſtribus.

Tertiò ſiccos, quia areſcit ſemen, vt in plantis in arenoſis locis.

Quartò calidos valdè, quia totũ corpus depaſcit, vt pauca admodum relin-

D quatur menſtruorum materia, & talem habitum præſeferentes ab Ariſtotele 2. de gen. anim. infœcundæ habentur.

Quintò viragines, nempè audaces, viriles, voce graui, aliquando barbutæ, ſunt ſteriles, quod multus calor omnem ſanguinem diſſipat.

Eadem eſt ratio compoſitarum temperierum omniũ, imò multò maior. Sed ſi etiam ſint cum materia, id maximè prę-

E ſtant, vt inflammationes, tumores, œdema, ſcirrhus, cancer, ex quibus certum eſt fœtus conſtitutionem, neque inchoari, neque perfici poſſe.

Secundò ſunt morbi in malæ compoſitione, qui & ſi plures ſint in magnitudine, & figura, præcipuum tamen locũ habent morbi in ſitu, quando ſcilicet ſuum naturalem locum non habent, &

alijs partibus congruenter non hærent. A

Sed qua ratione hoc fiat, non conuenit inter omnes; Galenus enim 6. de locis aff. vlt. refert nonnullos exiſtimaſſe, eſſe velut animal quoddam auidum, in qua ſententia fuit Plato, cuius propria verba refert ex fine Timęi, alios verò negaſſe, & in menſium ſuppreſſionem diaphragma retuliſſe.

Ex quo reſponſio ſoluitur à Galeno, qui vtrãque opinionem planè cõfutans, vt vnuſquiſque legere poteſt, id docet fieri propter extenſionem, quando ſcilicet vaſa, & ligamenta replentur ex menſtruorum retentione, vel quia ſit craſſior, vel quia ora vaſorum ſint anguſtiora, & obſtructa, quare vna cum his retractis, retrahitur & vterus, quando igitur æqualiter hoc patiuntur, in neutram partem inclinant, & is æquè trahitur ſurſum, quando inæqualiter, magis in illum retrahitur locum, in quo vaſa magis implentur. B

Hæc eſt eius opinio de motu vteri, quem repetit 3. art. paruæ comm. 103. quia conuenit cum ratione, & cum Anatome tantis, & tam firmis neruulis alligari, vt non poſſit aliquo modo, tanquã auidum animal per corpus vagari. C

Hinc facilè eſt intelligere, quàm ineptè Fernelius 6. de part. morbis, prædictorum authorum voluerit ſentẽtiam, magis quàm Galeni recipere, adductus ex prolapſu vteri, quaſi ſicut deorſum, ita etiam ſurſum poſſit moueri, ſed de motu deorſum non eſt difficultas, ſed ſolum de motu ſurſum. D

Quantum ergo ad prolapſum impedientem conceptum multæ admodum poſſunt eſſe cauſæ internæ, & externæ.

Externæ ſunt,
- Vociferatio,
- Tuſſis inſignis,
- Sternutatio,
- Curſus,
- Saltatio,
- Caſus,
- Purgatio,
- Immoderata venus;

Internæ huiuſmodi,
- Intemperies.
- Reſolutio,
- Apoſtema,
- Difficilis partus.
- Fœtus grandis,
- Tractio importuna, & violenta obſtetricis,
- Mola magna,

Sed Philoſophus præter has, 7. de hiſt. anim. addit vnam, videlicet deſiderium coitus à nullo animaduerſum, & conſtat multos prolapſos in venerem in hos morbos incurriſſe.

In malam compoſitionem poteſt referri etiam vteri defectus, quamuis Ariſtoteles 1. de hiſt. anim. cap. 16. putet nulli poſſe deeſſe, cùm ſit pars ex inſtituto naturæ facta; tamen Paulus lib. 3. cap. 31. & lib. 6. cap. 88. & Aetius lib. vlt. cap. 76. dicunt vteros quibuſdam ſine vllo periculo exciſos fuiſſe, & experiẽtia confirmat, de qua re lege Franciſcum Foreſtum de partu cęſareo 2. tomo gynęcior. cap. 5.

Tertio demum loco, morbi in ſoluta vnitate ſterilitatẽ inducunt, vt vulnera, contuſiones, rhagadiæ, puſtulæ, corroſiones, vlcera, quæ ex Galeno hoc loci magna ex parte ceruici eueniunt; atque hæc de pudendo, & vtero.

Veniamus ad cauſas ſterilitatis ratione ſanguinis menſtrui, & ſeminis: de ſemine parum, quia in fœminis exiguũ gignitur, quod vbi vitioſum redditur, ex illis cauſis accidit, ex quibus vitiatur virile; de quibus ſupra.

Ratio ergo eſt habenda de menſtruorum natura: horum nomine frequentiſſimè ſteriles redduntur, vt experientia conſtat in his, in quibus vel deficiunt, vel malè fiunt, de quibus etiam ſupra ſufficienter dictum eſt. E

DE

DE CAVSIS STERILITATIS viro, & fœmina communibus.

Hæc cauſæ plurimæ ſũt; primò ętas: maribus quatuordecim, fœminis duodecim annos tribuunt, quia illis ſemen, his menſes hoc tempore ſuperueniunt: cauſæ aſſignantur à Macrobio lib. de ſem. cap. 6. propter feſtinationem vaſorum; ſed verior, quia citius fiunt genitales, quòd ſint natura infirmiores; nã vt idem Macrob. 7. ſaturnal. cap. 7. ſcribit ſicut poma elixa, & breue tempus duratura, citius matureſcũt; ita & fœminæ: & Theophraſtus generaliter 4. de cauſis plãt. 9. & 11. quæ ſunt infirmiora, faciliùs perficiuntur, ex quo prouerbium citò nati, citò pereunt.

Hoc neque latuit philoſophum, qui 4. de hiſt. 2. hæc eadem dixit; licet verò ſit communis ſententia apud ipſum, quod fœminæ duodecim annis, mares quatuordecim genitales fiant, tamen fusè probat id, nec non multa de hac reſcribit 7. de hiſt. cap. 1. & 6.

Sed quod ad rem noſtram pertinet, terminus procreationis in viris eſt ad ſeptuageſimum ad ſummum, fœminis verò ad quinquageſimum, ſed rarò vltra: maribus ſexageſimoquinque, fœminis quadrageſimoquinque frequenter, 5. de hiſt. anim. cap. 14. & ibidem dicit in viris accedere ſemen in decimoquarto, ſed vim genitalẽ acquirere in vigeſimoprimo, vnde legiſlatores puellis à decimoſexto ad vigeſimum, viro à vigeſimo ad trigeſimumquintum nuptias tribuunt. Plutarchus in vita Lycurgi, Plato 4. & 6. de legibus, Ariſtoteles lib. citato.

Quod ſi quis obijciat caſus diuortij ex Valerio Maximo, Diuo Hieronymo, Diuo Gregorio, & alijs multis, ſententiã dic eſſe prodigioſam, & vt talem etiam receptam fuiſſe, quoniam rarò euenientium non eſt ſcientia.

Secũdò habitus carnoſior dupliciter ſterilitatem inducit, primò quia impedit commodum congreſſum maris, & fœ-

A minæ, ſecundò quia abſumit materiam ſeminis, & menſtrui: hæc duo habentur ab Ariſtotele 2. de par. anim. 5. & de mulieribus nerueis, craſſis, eſt aphor. 46. quint. part. & lib. de aere, aquis, & locis cap. 10.

Tertiò coitus immoderatus, & crapula, quæ duo etiam in viris allata fuere, ſic Ariſt. 6. de hiſt. 35. de aſinis frequẽtius coeuntibus, notat quod ſterileſcãt,
B & conſtat in ijs, qui corporis quæſtum faciunt, quæ nunquam ferè concipiũt.

Cuius rei multæ cauſæ aſſignari poſſunt, vt apud authorem lib. de hiſt. philoſophica, quæ verè non fuit Galeni, ſed potiùs Plutarchi; nam hic 5. de placit. philoſ. cap. 9. dicebat ex ſententia Dioclis, fœminas ſæpè coeuntes rarò concipere, vel quod ſemen non emittant,
C vel paucum, vel quia deſtituuntur prolificis, vel quia intemperantur ſic, vel quia vterus exolutus ſemen non retinet.

Quantum etiam ad crapulam, conſtat eandem eſſe rationem cum viris, vnde Plato 2. de leg. ad calcem, vinum, & mulſam noctu liberis operam daturis prohibet. Quam ſententiam Galenus refert, & probat lib. quod animi mores, &c. cap 10. atque hinc fortè factum, vt Ro-
D manæ lege abſtemia obſtrictæ fœcundiſſimæ eſſent, & filios fortes gignerent.

Quartò ſi vir, & fœmina inter ſe diſſentiant: ſub hac cauſa reliquæ omnes ferè poſſunt comprehendi, & in hac ſola Stoici quieſcebant, vt lib. de hiſt. philoſoph. vel potiùs Plutarch. de plac. philoſoph. 13. refert in ea conueniſſe, dum cauſas ſterilitatis quæſierunt, quæ diſſenſio licet multipliciter fieri poſſit,
E nos vno, vel altero exemplo vtemur.

Primùm ſi corpore alter grandior, alter paruus; ſic enim non benè cõhæſit; deinde ſi in congrua temperie, & moderatæ exiſtant, habentur maximè fœcundæ, vt 5. aph. 65 docet Galenus.

Secũdò poſſunt eſſe diſcordes animo, & moribus, ex quo Aetius lib. vlt. capit. 26. ait, quod inuitus coitus maris, & fœminæ

minæ ſit ſterilis, contra verò amor genituram conciliat.

Addit Ariſtoteles non tantùm diſſenſiones in his, ſed varietatem aeris, regionis, victus rationis, ex quibus veriſimile eſt corpora variè diſponi, tum ad ſterilitatem, & conceptionem, tum ad generandum marem, & fœminam, vt 4.de gen.anim.2.atque hinc factum eſt, vt olim ſtuderent viros mulieribus, quãtum fieri poſſet, concordes iungere, cuius inſtituti præclarè meminit Plato in Theotero non longè à principio, quam ſententiam refellit Galenus, 5.aph. 59. & 62.

Poſtremò his cauſis adnumerantur præſtigia, & maleficia, quæ conſtant experientia dari, vnde etiam Iuriſprudentes de frigidis, & maleficiatis legẽ tulerunt, & inter cætera, quæ matrimonium diſſoluere poſſunt, reponunt maleficium, ſi per biennium duret, ex Diuo Thoma in ſupplem. tertiæ partis ſummæ de gratia 58. art.2. ſed quia hæc non ſunt medicæ contemplationis, quę tantum ſacris præſidijs tolluntur, omittimus.

DE SIGNIS STERI- *litatis.*

APud antiquos, ex Galeno 5. aphoriſm.59.& nunc apud quaſdã nationes, licet ob ſterilitatem diuortium facere, de quo Ariſtoteles multa, & Plato 6.de leg.ad finem, pluraque extant apud Romanos huius rei exempla, apud quos, vt notat Plutarchus, nuptiæ corã ſuis Pontificibus dirimebantur, qui multa horrenda, & dira peragebant.

Ponenda idcirco diligenter ſunt hæc ſigna, de quibus Ariſtoteles diffusè 2. de gen.anim.7.& primùm, quo modo liceat de ſemine viri iudicium facere, ac proponit experimentum aquæ, in qua proiectum, ſi diſſoluatur ſtatim, & innatet, infœcundum eſſe, quã ſententiã re-

A petit lib.1.cap.1.& 2.de hiſt.anim. quæ probandi ratio turpis eſt, & fortè etiam parum efficit, & inceſtuoſa nonnullis videtur, qui honeſtiori rationi ad hoc iudicandum adhærent, ad temperiem ſcilicet, ac intemperiem totius, & partium ex quibus certum eſt illud oriri, licet ſciam Ariſtotelem aliter ſentire de gener.anim 13.& 18.

Quantum verò ad mulierem, docet B idem dupliciter hoc inueſtigari poſſe; primum ſuffitu, ſi odores ſubeuntes vterum offerantur ad locum operandi, efficiantque halitum fœcundum: deinde per linimentum, ſi colores oculis impoſiti inficiant ſaliuam fœcundam, ratio vtriuſque nititur, quia inde colligitur meatus eſſe patentes ab inferioribus ad ſuperiora, & è contra, per quos prolifica menſtrua poſſunt permeare.

C Ariſtoteles hanc (vt puto) rationem ab Hippocrate accepit 5 aph. 59. qui multò accuratiùs omnia tradidit; nam vt cætera prætermittantur, niſi eius cautio adhibeatur, videlicet, vt mulier omni ex parte veſtibus muniatur, ita vt odor nõ egrediatur, & experimentum ad nares pertingat, deludemur, atque hic ait quidam ſe hoc experimento feliciſſimè vſum fuiſſe, & ſterilibus ita conti- D giſſe, vt ſcribit Hippocrates, fœcundis item eueniſſe.

Si cupitis ſcire, quod genus ſuffituum ſit accomodatum, Galenus in comm. docet, & poteſt hic parari.

℞. myrrhæ electæ,
Belzoini,
Styracis calamitæ,
Olei adorati de ſpica,
Quantum ſufficit & fiant trochiſci.

E Quod ad ſecundum experimentum comprobatur, quia ex Ariſtotele inter omnes partes corporis acies oculorum ſit maximè ſeminalis, quod inde patet, quia ipſa ſola per coitum manifeſtè immutatur, & vſu immoderato veneris immodicè languet, & ſubſidet, vnde commercium etiam ex hoc vulgares allegant,

legant ferè paſſim, & vbique.

Licet autem hæc ratio Ariſtotelis, quam non memini apud alium legiſſe, videatur probabilis, & ingenioſa, tamē neque admodum firma, neque rationi conſentiens videtur, nam dato quod colores oculis illiniti inficiant linguam; nō video, quomodo hinc liceat colligere fœcunditatem, quia ſi meatus illi patent in breui illo tractu, in toto etiam corpore, ac partibus, quæ ad vterum pertinent, patere deberent.

His ſignis adijciunt alia, quæ futurā ſterilitatem, vel fœcunditatem ſolent præmonſtrare, vt apud Hippocratem ad initium lib. de ſter. & Raſis 2. continē tis tract. 2. cap. 1. de quibus Auicennas nihil dixit, quia incerta, & maiori ex parte ridicula, & fabuloſa, vt propterea ex hoc vno loco facilè colligi poſſit librum illum non fuiſſe Hippocratis.

Signa vitiati penis ſenſibus patent, ſic & teſtium ſigna intemperatorum ſuperius allata, & à Galeno in lib. art. med. tradita ſunt. Signa autem ſeminis ex præcedentibus ægritudinibus, & diſpoſitione, & totius, & partium, & ex qualitate ſubſtantiæ, & craſſitiei ſeminis deprehendi poſſunt.

Signa cauſarum internarum ex immoderati coitus, & praua victus ratione habentur. Quo ad mulierem, ſi imperforata ſit, demonſtrat ſenſus; nequeunt enim concubitum admittere. Signa intemperaturarum variarum vteri ſupra propoſita ſunt, ac ex authoribus deſumi facilè poſſunt.

Signa procidentiæ vteri etiam manifeſta exiſtunt. Inter hæc verò quidam ex Auicenna receīſent fœcum, & vrinæ retentionem à tumore comprimente, febrem, conuulſionem, atque alia ſymptomata, quorum nullum teſtor me vidiſſe.

De ſignis morborum in ſoluta vnitate non eſt præſentis loci, ſimiliter etiam alia omnia ſeminis, & menſtrui vitiati patent, nec non quæ cauſas ex-

A ternas communes, & mari, & fœminæ ſignificant.

DE CVRATIONE STERILItatis.

IN curatione ſterilitatis plerique omnes mihi videntur in vnum errorem incidere, quem Galenus in 2. de comp. medicam. ſecundum loca reprehendit

B in antiquis, quòd indiſcriminatim acutum medicamentum proponant, cum recta medendi ratio requirat, vt optimè Herophilus dicebat, intelligendum primùm quæ, & qualis, & quanta ſit morbi cauſa, ita vt ijs maximè cognitis, remedium deinde cuique conueniens inueniatur.

Quare nobis quoque id præſtandum

C eſſet in ſingulis cauſis, ſed quia nimis prolixè excurreret oratio omittentes omnia, quæ ad viros pertinent; (nam de mulieribus nunc agitur) inter varias differentias eam tantum cōſiderabimus, quæ ex intemperie vteri frigida ortum ducit, quia frequentiſſima eſt; reliquæ enim partim ex dictis, partim ex dicendis apparebunt.

Quod ad indicationes attinet, vterus

D per contraria calefaciendus, & exiccādus, & quia hoc fieri nō poteſt, quin humores frigidi, & craſſi, qui in vtero, & vaſis ad vterum pertinentibus exiſtunt, abſumantur, ij euacuandi veniunt. Rurſus cum ſit veriſimile non tantùm in illis partibus gigni, ſed præſertim ex ventre, & fortè etiā toto i luc trāſmitti, horum propterea prouidentia habenda eſt, & ex qua parte oritur morbus, inde princi-

E pium curationis faciēdum eſt, vt ita tutior via paretur cæteris præſidijs, quæ ad reliquas propoſitas indicationes ſunt accommodata.

Vtrum poſſit ſatisfieri affectui, Auicēnas 2. de gen. anim. 2. inſanabilem eſſe putat, ſi ab ortu naturæ contractus ſit, at melius Galenus 5. aphor. 62. qui ſolum de inſigni intemperie hoc docet; nam

quan-

quantùm ad leuem, putat concipere poſſe, præſertim ſi contrariæ temperiei viro iungatur, & ſæpe in dies hoc docet experientia.

Verum pro curatione totius primùm lenienda eſt aluus, deinde conſiderandum, an ſit mittendus ſanguis, qui ſi nihil impediat, euacuandus eſt, tum propter alia, tum maximè quia ita tutius poſſunt adminiſtrari calida præſidia, quibus omninò indigemus, quidquid dicant, qui non præſente plenitudine nolunt mitti.

Vena autem ex qua mittatur, ſit baſilica dexteri cubiti, niſi tamen menſtrua adſint, vel inſtent, & ducendum eſt pro ratione plenitudinis, ætatis; deinde præparandi ſunt humores noxij, tum cæterarum partium, tum vaſorum, qua in re non improbo oxymel, licet multi id ex Hippocrate 2. ac 3. deteſtentur; nam miſtum alijs nullum incõmodum affert, imò vtilitates maximas.

Facta præparatione purgare eo tempore, oportet, quo menſes inſtant. Ego tamen libenter vtor

Hiera, &

Diacolocynthide,

Et ſi opus ſit, repetita corporis purgatione.

Reliquum eſt, vt frigida vteri intemperies, & partium vtero conſentientium corrigatur.

Deinde vt illa adhibeantur præſidia, quæ fœcunditatem iuuare poſſunt, hæc autem multa ſunt, interna, & externa, interna varijs modis, ac formis parantur, vt tabellæ confectiones, ſyrupi, decocta, pulueres, pilulæ, de quibus paſſim.

Tabella.

℞. ſpec. diambræ,
Diamuſci ana drach. j.
Sacchari diſſoluti in aqua artemiſiæ vnc. iij,
Fiat tabella.

Confectio.

℞. theriacæ drach. ij.
Diamuſci amari drach. 1.

A Conſ. flor. ſaluiæ,
Roſmarini ana vnc. ß.
Ligni aloes,
Cinnamomi,
Caryophyllorum ana ſcrup j.
Cum ſyrupi artemiſiæ vnc. iij.
Fiat confectio, addendo
Fol. auri num. iiij.
Doſis ſit ad drach. iij.

B Superbibat decoctionis
Saſſras vnc. iij.

Exterius ſuffumigia ad hunc ſiunt modum,

℞. matricariæ,
Artemiſiæ ana vnc. ß.
Bdellij,
Myrrhæ,
Styracis ana drach. j.
Teſticulorum vulpis aſſatorum vnc. j.

C Trochiſcorũ galliæ muſcatæ ſcrup. j.

Infuſiones ſiunt ex aquis thermalibus ſulphureis, quæ meliores ſunt, quã arte factæ,

Peſſaria parantur ad hunc modum.

℞. teſtic. vulp. præparat. vnc. ß.
Coaguli leporis drach. ij.
Croci,
Ammoniaci,
Nardi ana drach. ij. ß.

D Opopanacis,
Caſtorei ana drach. j.
Fiat puluis ſubtiliſſimus, & cum melle deſpumato, ſiant peſſaria.

Linimentum.

℞. Croci,
Spicæ,
Styracis liquidæ ana drach. j.
Zibetti drach. ß.
Polij ſcrup. ij.

E Olei de ſpica aromatica vnc. j.
Vini optimi drach. iij. ß,
Ceræ quantum ſufficit, fiat linimentum.

Præſtant ſubiungenda, quæ peculiariter occulta quadam proprietate ad fœcunditatem facere videntur, qualia ſunt.

Semen paſtinacæ,
Teſticuli vulpis, & omnium animaliũ

Cor-

Coagulum leporinum,

Oculus ſcinci,

De quo Plinius, & alij loquuti ſunt, quibus omnibus accidit etiam proba victus ratio calefaciens, & exiccans.

Et quamuis hæc ſatis eſſe poſſint pro hac oratione, libet tamen mihi ad pleniorem doctrinam, quædam generalia colligere ad eandem rem valde vtilia.

Primùm tempus accommodatum conceptui, eſt vbi de proximo deceſſerint menſes, tunc enim vterus excrementitia ſorde vacat, quod traditum eſt ab Hippocrate lib. de natura pueri, quem librum tanquam legitimũ citat Galenus, 1. de ſem. cap. 4. 5. aph. 37.

Ariſt. verò 1. de gener. anim. 19 & 7. de hiſt. id vnũ obſeruat, quod non vidi aliquem adnotaſſe, quaſdam ſcilicet mulieres eſſe aptas conceptui, dum menſes fluunt, quia illarum vulua ſtatim à fluxione ita comprimitur, vt ſemen excipere nequeat.

Hinc patet Ariſtotelis error lib. vlt. cap. 26. dictis mulieribus opportuniſſimum concipiendi tempus eſſe, non deſinente, ſed apparente muliebri purgatione; nam præter quam quod repugnat Hippocrati, & Galeno, nec eſt etiam rationi conſentaneum, quia tunc maximè ſcatent excrementis.

De tempore anni omnes præferunt ver, quia temperatius, & ſalubrius eſt, & homines minori incommodo tũc coitu vtuntur. Sic Celſus lib. 1. vere venus tutiſſima, nec æſtate, nec autumno vtilis, tolerabilior hyeme; æſtate, ſi fieri poſſet, in totum vitanda, ſic Aetius lib. 3. cap. 8. ſic Diocles in quæſtione ad Regem Antiochum, apud Paulum lib. 1. cap. vlt. ſic reliqui omnes.

Quantum verò ad horam diei Oribaſius lib. 1 de part. facult. 22. Aetius lib. 3. cap. 8. Paulus lib. 3. cap. 35, eligunt horam poſt cibum ante ſomnum, quia ſubſequens ſomnus remittit, & eſt aptiſſimus ſoboli tum propter alias cauſas, tum quia fœmina dormiens genituram

A meliùs retinet, & fouet.

Sed magis placet ſententia Galeni & Hippocratis 6. epid. ſect. 6. ſcilicet paucis verbis expreſſa, quæ habet.

Cibus,
Potus,
Somnus,
Venus,
Omnia mediocria.

Quam interpretatur Galenus 2. de
B ſanit. tuend. cap. 2. & dicit in ea Hippocratem ſimul ordinem indicaſſe, quippe ſanitatis tutela in ſtituenda eſt à labore, quem debet excipere cibus, potio, deinde ſomnus, mox venus, in his ſcilicet, in quibus venere vtendum eſt, lib. de arte medica 87. idem repetit.

Si plura cupis, lege Auicennam, qui proprium tractatum de hac re inſtituit 2. tertij tract. 1. ca. 12. & lib. de hiſt. an. 8.

C Secundò oportet adeſſe conſenſum, & mutuum amorem; præterea ſint affectuum omnium expertes, alioquin vel nulli, vel illis obnoxij filij gignũtur, quẽ locum commemorat Plutarchus lib. de tarda Dei vindicta ad finem.

Ibi multis quidem argumentis, & exemplis concludit parentes ab omni animi perturbatione debere eſſe immunes, imo cauendum, vt in ipſo actu neu-
D ter animum intendat in alias cogitationes, quod ſi aliter fiat, docent philoſophi ſemen ab alienis cogitationibus abſtractum ab animo fœtum procreare animalem terreſtrem mentis, & ingenij expertem.

Vnde habetur ſolutio problematis, cur ſapientes, vt plurimum filios ſtolidos gignant, contra verò inſipientes; vt præclarè habetur ab Aphrodiſieo ſect. 1.
E probl. 28 a quo ſenſu non multum abeſſe Philoſophus videtur, qui 10 probl. 11. quærens cauſam, cur plures cæterorum animantium magis, quàm homines ſuis parentibus ſimilem gerant naturam? reſpondet, an quod homo vago, varioque plurimum animo eſt in coitu, quod non accidit alijs?

Sed nonnulla demum in coitu, & poſt coitum requiruntur, quæ poſſunt fœtū iuuare, de quibus Auicennas nimis libere, ac turpiter loquitur: ſumma eſt, mulierem à viro omni blanditiatum genere excipiendam, & ad venerem excitandam, & ſi fieri poteſt conandum, vt vtrique eodem tempore ſemen emittāt, quod ſi tardior fœmina ſit, vt ſolet, linimentis ex zibetto, oleo de ſpica, & aliqua alia materia prouocanda ante congreſſum.

Addit autem lib. 3. cap. 74. modum congreſſus, quem non ſatis intelligo, cum multæ rationes doceant nullum meliorem eſſe, quàm ſupinū, minime pronū, aut obliquū: poſtremò facit ad hoc, vt à coitu non protinus à mutuo complexu diuellantur, at moueantur tātiſper, deinde dormiant.

Cæterum poſt hæc ſunt quædam, quæ nonnulli tradunt, latente qualitate, ac venenoſa cohibere, & fœcunditatem impedire, qualia ſunt apud Plinium lib. 29. cap. 45.

Folia ſalicis contuſa,

Et lib. 22. cap. 25.

Decoctum lentis cum melle,

Quod accepit à Dioſcoride lib. 2. ca. 60. & lib. 3. cap. 4.

Squammæ teſtudinum ex ſumma parte denſatæ, & in potu exhibitæ lib. 1. doct. 5. cap. 5. cum ſanguine gallinacei teſticuli, anetino adipe illiti, ac pelle arietina alligati, ſi concumbentium lecto ſubijciantur.

Legimus apud Galenum 6. de ſimpl. med. facult. cap. 5. viticis, vel agni caſti A ſemina, flores, folia non tantùm ore aſſumpta, ſed etiam ſuppoſita ad caſtitatem conferre; hinc Athenæus in ſacrificijs Cæreris eo mulieris thorū ſubſternunt, quo nomine ei agnus caſtus inditum eſt, quod ante Galenum Dioſcorides ſcriptum reliquit lib. 1. cap. 5.

Sed inter cætera maximè omnium mentha rebus venereis, & conceptioni B videtur aduerſari, de qua eſt antiquum prouerbium, cuius meminit Ariſtoteles in probl. mentham neque in bello, neque coitu, neque ſcriptō, cuius problematis cauſam inquirens reſpondit, quod huiuſmodi herba membra refrigerat, argumento, quod ſemen genitale extinguat, aduerſatur.

C Quare Ariſtotelem hac ſanè in re licet admirari, cum Galenus 6. ſimpl. Dioſcor lib. 3. cap. 35. Auicennas lib. 2. tract. 2. cap. 44. Paulus lib. 7. & omnes conueniant mentham calefacere, & exiccare, imò verò venerea promouere.

Conciliator in expoſitione valdè eſt anxius, qui fatetur hæc omnia, & affirmat ſententiam philoſophi eſſe dubiam, D ſi modo error non ſit in litera ſed addit per accidens refrigerare; eādemque reſponſionem Hermolaus Barbarus dedit. Conciliator verò propriam afferens expoſitionem inquit mentham neque in bello, quod calfaciens homines ad venerem concitat, propter quam milites imbecilles, timidi, & inepti ad bellum reddantur, quam ego etiam recipio.

E Vide hic errorem Montani, vbi tractat de affectibus vterinis; nam locum peruertit.

DE CONCEPTV DEPRAVATO:

CAPVT DECIMVM.

A CVm iam dictum ſit de ijs, quæ pertinēt ad priuationem, & debilitatem conceptus, reſtat, vt agamus de ijs, quę ad deprauatum conceptum attinent; nam triplici hoc modo quæque actio lædi poteſt, vt ſimpliciter diximus, quare cum naturæ inſtitutum ſit, vt mulier ſemper humanum fœtum cō-
B cipiat, quidquid præter hunc concipit, dicitur deprauatus conceptus, quod licet multipliciter fieri poſſit, tamen commodè poteſt in quatuor capita dirigi, quæ totam ferè huiuſmodi tractationē complectūtur, ea verò ſunt primum mōſtra; ſecūdò mola; tertiò flatus, vlt. aqua, de quibus ſigillatim.

De monſtris plura poſſunt hiſtoricè, fabuloſè, & philoſophicè commemora-
C ri, quæ non pertinent ad noſtrum inſtitutum, nos quædam tantùm attingemus ad eorum materiam, generationem, & cauſas pertinentia.

Ariſtoteles 2. probl. 82. 4. de gen. an. 4. docet, monſtrum nihil aliud eſſe, quā peccatum deficientis naturæ à ſuo fine propter aliquod impedimentum; ſicut enim in arte aliquis artifex aberrat, vt Grammaticus loquendo, Medicus præ-
D ter naturam pharmacum exhibendo, ita & natura, taleſque effectus monſtra dicuntur, quæ licet multipliciter fieri poſſint, credo tamen omnia referri poſſe in vitium malæ compoſitionis, in numero, ſi monoculus, vel cum vno pede, vel cum duobus capitibus, & quatuor pedibus.

Sic de magnitudine, & figura, quæ differentiæ manifeſtè à Galeno lib. de cauſis morb. afferuntur.

E Quod ſi hanc rem ad certa naturalis conceptus principia velimus conferre, ita ſtatuendum eſt; monſtra contingere, vel ratione materiæ, quæ aut copia, aut qualitate peccat, aut aliter ſi ſit vitioſa; vel ratione agentis, quod ſiue virtutem formatricem, ſeu calidum innatum, ſeu aliter appelles, nihil laboro, quod vel exuperantem, vel deficientem virtutem habeat.

Vel demum propter peruerſitatem vteri, & vaſorum ad conceptum deſtinatorū; nam ſicut his benè ſe habētibus naturalem, ita altero, vel pluribus deficiētibus monſtruoſum fieri conceptum neceſſe eſt.

Si plura cupitis audire, Ariſtotelem adite, & Auicennam locis citatis, Albertum, Ambroſium Paræum, Iandunum in quęſt. ſupra ſecundum phyſic. & alios. Hæc breuiter tetigiſſe ſufficiant de mōſtris: ad molam, quæ eſt ſecunda ſpecies deprauati conceptus ſermonem conuertimus.

DE MOLA.

QVid ſit mola non conuenit inter ſcriptores; nam Aetius lib. vlt. cap. 30. Paulus lib. 3. cap. 69. dicunt eſſe tumorem ſcirrhum referentem, qui modò orificium vteri, modò totum vterum occupat, quibus Auicennas videtur conſentire in cap. proprio, idem Moſchio, & Cleopatra in gynęcijs ſentiunt.

Ariſtoteles, autem 4. de gener. anim. cap. 7. nihil aliud eſſe vult, quàm carnē mulieris vtero conceptam, & recitat hiſtoriam mulieris, quæ demum carnem peperit, quam molam vocant, cui planè conſentit Galenus 14. de vſu part. ca. 7. & 14. meth med. 13 dicens eſſe carnē quandam otioſam, inutilem, informē, quod fortè ab Hippocrate didicerunt lib. de morbis mulierum pag. 336. codic. Baſil. & lib. de ſterilibus 394. vbi appel-

lat molam cõceptum improbum, vitioſum, carneum; & reuera ita res ſe habere videtur.

Vnde apparet, quod & Paulus, & Aetius errarunt, quia vitiatus cõceptus nullo modo poteſt dici tumor vteri; nam Auicennas cogitur hoc fateri, cùm dicit fœminas in vtero ſentire ſuum motum, qui eſt ſicut motus embryonis, quomodo ergo eſt tumor?

Dicunt etiam eſſe carnẽ informẽ, non quod omni forma careat, quia maiori ex parte eſt rotunda, ſed caret forma humana.

Si quæras, quod genus morbi ſit? Reſpondet Galenus 14. meth. med. 13. eſſe morbum in mala compoſitione, in redundante numero, toto genere contra naturam, vt lapis in veſica. Nomen accipit, vt notat Aetius, à grauitate, & difficultate motus ad ſimilitudinem lapidis molaris, ergo neque eſt tumor, ſed caro informis in vtero concepta, vnde dici poteſt aliquo modo tumor intus vterum natus ex carnea ſubſtantia.

DE DIFFERENTIIS molæ.

Differentiæ plurimę numerantur ab Auicenna, & alijs, pro varia materia; nam alia ſanguinea eſt, altera pituitoſa, nonnulla bilioſa, alia verò melancolica, hæc ventoſa, illa aquoſa, & alia denique membranoſa.

Alij addunt alias differentias; nam aiunt ex molis nõnullas inanimatas prorſus eſſe, alias animatas, quia ſentiunt, & mouentur aliquibus horis, ſed puto has eſſe ſuperuacaneas, quia Galenus Hippocratem ſecutus nullam aliam agnoſcit, quam carneam, licet non neget eam varios humores repræſentare.

Aquæ verò, vel flatus nullo modo ad molam pertinent, ſed proprium tumorem requirunt; ſic ſi ſentiunt, & mouẽtur, potius monſtra dici debent, quàm molæ.

A Itaque accedamus ad alias differẽtias à cauſis deſumptas. Hippocrates primùm duas viſus eſt aſſignare cauſas; alteram ſanguinem menſtruum copioſum in vtero contentum; alteram ſemen viri exiguũ, morboſum, & ad conceptum efficiendum inutile: de priori omnes cõueniunt.

De ſecunda eſt difficultas, quia multi putant virgines, & quæ nullum concubi-
B tum ſunt expertæ, poſſe gigni, quod nõ caret ſua ratione; nam fieri poteſt, vt in ſomno, aut in decubitu ſemine muliebri ad vteri cauitatem deſcẽdẽte, ad ipſum menſtrui quãtitas affluat, ex qua abſque alio virili ſemine caro informis, ſeu mola fiat.

Putandum tamen eſt omnes ab Hippocrate, Ariſtotele, & Galeno recedere, qui putant vllo modo poſſe ſine ſe-
C mine viri generari; nam 4. de gener. anim. 7. refert hiſtoriam Ariſtoteles, ſic Galenus 14. de vſu part. 7. apertiſſimè hoc docet, & Auerroes in expoſitione loci Ariſtotelici idem apertè tenet.

Ex quo loco non poſſum reticere cõtradictionem euidentiſſimam in Fernelio; nam lib. 6. de part. morb. & ſympt. cap. 15. euidenter recepit hanc partẽ: contra verò lib. 7. de hominis procrea-
D tione, & ſemine, non veretur affirmare fœminam ex ſe ipſa ſine viro molam aliquando producere, ſicut gallinas ſine gallo oua concipere, & emittere, vt plurimum ſemen requiritur, raro abſque ſemine.

Sed occurrit maior difficultas, an à nimio calore, vel frigore, & multo ſanguine gignatur? Auicennas lib. 3. fen. 21. tract. 2. cap. 18. præter multitudinẽ ſan-
E guinis docet vehementiam caliditatis eſſe cauſam, à qua illa ſequitur, & in carnis formam redigitur.

Idem Plutarchus, & Mercurialis cõtra Ariſtotelem loco citato, volunt fieri inquinata, hoc eſt, inutili, & compreſſa coctione, & Auerroes dicebat nullã aliam eſſe cauſam, quam debilitatem natu-

natu-

naturæ, & corruptionem digeſtionis, priuationemque vltimæ coctionis.

Sed refellitur Auicennas, ac ſi à calore fieret, nec natiuo; nam hic efficit cõcoctionem, & agit ex inſtituto naturæ. neque præternaturaliter, ſed languidè, quia ſanguis in magnis præter naturaliter locis extra propria vaſa à calore præter naturali neceſſariò corrumpitur, vel in pus conuertitur, vel in grumos omninò à propria natura mutatur, 6. aphor. 20. indeque ſæua affert ſymptomata.

Itaque molæ duæ præcipuè ſunt cauſæ; prima, ſanguis menſtruus copioſus, craſſus, & frigidus; ſecunda ſemen viri, vel paucum, vel imbecillum, vel aliter malè affectum; ſic enim incipit quidem coqui, & tranſmutari, & aliquo modo formari, ſed non poteſt ex toto ſuperari, vt naturalem fœtum conſtituat; nam per coctionem inquinatio, & cruditas ſuccedit.

Ad molam verò requiruntur quædam conditiones; nam primò dicebat Ariſtoteles, aliquando per tres, quatuor, & plures annos, quandoque per totam vitam durat, neque vllam curationem recipit; ſecundò prodiens ex vtero adeo indureſcit, vt ferro ſcindi nequeat, cuius rei cauſam in problem. explicat, quod ſi quis cupiat aliquam reſpõſionem, dicit Philoſophus id fieri, quia natura tentat conſeruare, quantum poteſt quodcunque, & durum propterea etiam extra reddit, vt diutius ſeruetur.

Sed neſcio, quantum hoc valeat; nã molã ex Galeno audiſtis eſſe ex toto genere præter naturam, propterea ſi putruiſſet, ſtatim perijſſet; diceremus tamen multis annis durare, quia tardè mouetur, vnde ligamenta non rumpuntur, quia requirunt validos, & continuatos motus.

Hinc facilè ad aliud problema reſpõderi poteſt, cur plures molæ facilius eijciantur, quàm vna? de qua re Hipp. lib. c. pag. 561. inquit, quia plura ſunt ligamenta, nec ita valida, eo quod mo-

A tus plures illis inſint, & grauitas maior.

Cur verò adeò indureſcant? reſpondet, quia materia eſt cruda; nihil enim aliud eſt, quàm caro quædam inquinata, minimè cocta, & quæ cõtinuã habet exhalationẽ, qualẽ intus acquirit, quod Auerroes quoque præclarè explicat.

Vltimò quærit Ariſtoteles, cur mola in mulieribus ſolùm, & non in cæteris animantibus generetur?

B Reſpondet id fieri, quoniam ſola mulier inter cætera animalia morbis vteri eſt obnoxia, ac menſtruis abundat, quod non poſſit ea concoquere, quod à nonnullis in dubium reuocatur, qui contendunt, non ſolùm mulieres, ſed & alia animalia molas concipere, & menſtruis abundare.

Sed quo ad molam pertinet, ſi attentè legatur

C Ariſtoteles, non planè negat in alijs quoque animalibus poſſe gigni: quo ad menſes verò miror, quomodo tribuat ſolis mulieribus copiam, cum 6. de hiſt. 18. manifeſtè contrarium doceat, cuius apertiſſimæ repugnantiæ reſolutionem libentiſſimè ab aliquo intelligerem.

DE SIGNIS MOLAE.

D

DVo præ cæteris ſunt certiora ſigna; primùm eſt motus, qui in mola ferè nullus exiſtit, vt ait Hippocrates. quia non viuit, & non mouetur, niſi per accidens, ſicuti graue quod vis, quando materia in vnã, vel alteram partem voluitur, cùm fœtus ex altera parte matre immota moueatur, ſi mas tertio menſe, ſi fœmina quarto, vt teſta-

E tur Hippocrates: alterum, quod conceptus naſcitur nono, decimo, vel vndecimo ad ſummum, mola perſæpè moratur per multum ſpatium.

Hippocrates inquit maximum eſſe ſignum, quod lac in mammillis non gignatur, licet turgidæ, ac tumidæ fiant; quod tamen non recipitur ab omnibus, quia pleriſque deficiunt menſes, diffici-

le

lè autem ex Hippocrate, & Galeno 6. aph.39. licet neque grauidæ, neque pepererint, lac aliquibus ſuperuenit.

His duobus ſignis addatur cibi faſtidium maius, facies decolor, inceſſus, & motus difficilis, totius corporis extenuatio, atque malus habitus, magis quã in prægnantibus.

DE CVRATIONE *mola.*

GAlenus 14. meth. med. cap. 13. vnico verbo ſe explicat, ſcilicet, vt ſtatim ad molæ ſubtractionem properetur, quæ eſt communis indicatio omniũ, quæ toto genere ſunt præter naturam.

Hippocrates melius his indicationibus curationem inſtituit, primum communem, totius corporis euacuationem: ſecundò mollitiem, laxationem, apertionem vaſorum, vteri, & ligamentorũ: tertiò incitamentum facultatis expultricis, de quibus ſingillatim, ſi tamen monuerimus difficilè eſſe his ſatisfacere, vt monet Hippocrates, nec eſſe aggrediendam curationem ſine prædictione.

Igitur quo ad primam indicationem, cum morbus det inducias, ante omnia aluus leniatur, deinde mittatur ſanguis. Hippocrates ad latera iubet in parte poſteriori cucurbitulam affigi, & plurimum ſanguinis detrahi, & ita ſanguis ab vtero reuellitur, alimentumque molę ſubtrahitur, ac ligamenta infirmiora redduntur.

Sed ego magis probarem ſectionem venæ, quæ omnia efficaciùs præſtat; ſed ex qua parte, non ita clarum eſt; nam Altimarus, Ludouicus Mercatus, & plerique omnes recentiores, qui ſemper ex ſe inuicem omnia tranſcribunt, primum dicunt ſecandam eſſe venam cubiti non ſemel tantùm, ſed bis, deinde iubẽt maximè per initia venas inferiores eſſe ſecandas.

Non poſſum ſatis mirari hos authores; nam cum ſcopus ſit quamprimum deturbare, & educere molam, ſectio ex ſuperioribus venis impedit, quare hac omiſſa probo ſolùm ſtatim inferiorem ſecandam eſſe, quia promouet menſes, & vterum expurgat, & ſi occaſio ferat, non tantum ex vno pede, & ſemel, ſed ex duplici, & frequenter.

Poſt hæc craſſi, & lenti humores incidendi, & detergendi ſunt, & meatus aperiendi, per quos à purgantibus medicamentis trahi debent, quod fit partim alimentis, partim medicamentis mollientibus, & attenuantibus: medicamenta verò, quibus præparantur humores, ſunt tales ſyrupi.

℞. ſyr. de bettonica,
De matricaria ana vnc. j.
Aquarum bettonicæ,
Agrimonij ana vnc. ij.

Deinde præparatus hoc ſyrupo, vel alio ſimili humor peccans indicat ſe eſſe extra corpus deturbandum, quod fit medicamentis, in primis ſub forma potus ad hunc modum.

℞. fol. eupatorij,
Artemiſiæ,
Bettonicæ,
Saluiæ ana pug. j.
Cinnamomi,
Nucis muſcatæ ana ſcrup. j.
Rad. turpeti drach ſſ.
Sem. aniſorum,
fœniculi ana drach. j.
Bull. in ſufficicienti quantitate aquæ ſecundum artem, &
℞. huius decoct. vnc. iiij. Infunde
Agarici trochiſc. drach. ij.
Rhabarbari drach. j.
Et facta forti expreſſione, diſſolue
Mellis roſ. ſolut. vnc. iiij.
Elect. de dactylis, ideſt
Diaphœnici,
Elect. indi maioris ana drach. j.
Fiat potus breuis.
Sub forma boli.
℞. hieræ logadij,
Colocynthidos ana drach. iij.
Diacarthami vnc. ſſ.

Cum

Cum ſaccharo quantum ſufficit fiat bolus.

Sub forma pilularum.

℞. pil.arabicar.

De affairet,

Aurearum ana ſcrup.ij,

Trochiſcorum alhandal ſcrup.ſſ.

Cum melle deſpumato fiant pilulæ num.vij. & aurentur.

Atque iſthæc ſunt medicamenta valida, quorum vſus opportuniſſimus eſt, & neceſſarius ad molam deturbandam ex vtero, quod viſus eſt Ariſtoteles innuere velle 4. de gen. animal.7. qui in hiſtoria antiquæ molæ refert tandem ſuperueniſſe alui fluore detruſam fuiſſe.

Facta igitur vniuerſi corporis purgatione reſtant præſidia, quæ emollire, laxare, & aperire omnia vaſa poſſunt, & ligamenta vteri infirmiora reddere, ac præterea excitare facultatem expultricem, quæ vel inferius, vel extra admouentur.

Exteriora, quæ applicari ſolent, ſunt

Fomenta,

Balnea,

Linimenta,

Emplaſtra,

Et ſimilia, de quibus capite de menſium ſuppreſſione.

A

Interna verò ſunt.

Diacalamenthum,

Trochiſci de myrrha,

Et alia omnia, quæ menſes prouocare ſunt apta, pro exemplo,

℞. diacalamenthi,

Trociſch. de myrrha ana drach.j.

Confect. hæmagogicæ vnc. ſſ.

B

Theriacæ optimæ drach j.ſſ.

Conſ. florum bettonicæ,

Florum ſtœchados ana vnc.ſſ.

Syr. de matricaria vnc.iiij.

Foliorum auri num.iij.

Fiat conditum.

Doſis ſit ad vnc.ſſ. deinde ſuperbibat mulier vini albi generoſi ad vnc.ij.

Sunt, qui pro ſecreto ad molam expellendam fel bouinum proponſt ad drach. j. ore aſſumptum, & deuoratum, cui ſuperbibat patiens modicum vini albi, putanrque eſſe tutiſſimum auxilium.

C

Hæc omnia vbi ritè, & vt decet adminiſtrata fuerint, nec mola educi poſſit, tunc ad manuum operationem properandum eſt, ſi præſertim mola maximè vrgeat: & hæc de cognitione, & curatione molæ in vtero exiſtentis dixiſſe hactenus ſit ſatis.

DE INFLATIONE VTERI.

CAPVT VNDECIMVM.

Fit aliquando, vt ex flatu intumeſcat vterus, & mulier putet ſe vtero gerere, & omnia in huius gratiā paret; deinde inſtante tempore partus, quamdam diſſoluto flatu, dicitur ridiculè crepitum peperiſſe. De huiuſmodi vteri inflatione Arabes nihil prorſus ſcripſerunt, eſt tamen tumor apparēs ex flatu genitus vterum diſtendens cum operationum læſione.

D

Locus verò, in quo colligitur hic flatus, docente Aetio lib.16.ca.78. duplex eſſe poteſt; nam vel colligitur in cauitate, vel in corpore vteri, ſiue in ipſo vtero gignatur per ſe primò, ſiue aliunde proueniat, ſed plerumq; coaceruatur in ipſo vtero.

Cauſa efficiens huiuſmodi flatum præclarè proponitur à Galeno 3. de cauſis ſympt.cap.2. qui dicit, neque à frigiditate, neque à caliditate immoderata fieri, ſed à remiſſo, quod etiam in vniuer-

E

ûerſali conſtitutione obſeruatur; nam tunc venti, & nubes ſolùm vigent, vbi neque frigus, neque calor immoderatus eſt.

Imbecillis ergo calor, cum non poſſit alimentum exactè coquere, & ſuperare, iam eſt flatus tum ſimpliciter, tum in vtero, vel per ſe, ſi ob imbecillum calorem proprium alimentum non poſſit ſuperare, quod præſertim accidit tempore menſium, vel in puerperio præcipuè difficili, quia vt docet Galenus 14. de vſu part. 3. os vteri tunc apertum eſt, & frigidior aer recta poteſt facilè penetrare, cum in reliquis temporibus rugis, & anfractibus tegatur.

Vel ob conſenſum, præſertim verò iecoris, ventriculi, & inteſtinorum, cum ob intemperiem, vel aliam aliquam cauſam flatibus abundant, præſertim vbi mala victus ratio præceſſerit.

Paulus lib. 3. cap. 70. Aetius lib. vlt. cap. 78. dicunt vterum flatibus repleri ſanguine intus in grumos cõcreto, quod tamen videtur non admodum rationi conſonum; nam talis ſanguinis conſtitutio potius impedit, quàm gignat flatum, deinde multò grauiora afferret ſymptomata.

DE SIGNIS INFLATIONIS vteri.

Signa inflationis vteri cognoſcuntur à tumore, & dolore imi ventris circa regionem pectinis, aut (vt dicũ.) pubis, vt ab Hippocrate enarratur de natura muliebri, & de morbis mulierũ: deinde ex Rhaſi, quando flatus continetur in vtero, videtur vterus moueri de loco in locum, non tamen quod verè moueatur, ſed ei euenit, vt partibus palpitationem patientibus; nam vbi repletur flatu, attollitur, vbi flatus diminuitur, aut euaneſcit, deprimitur vterus.

Sunt modò ſigna demonſtrantia, & diſtinguentia flatum exiſtentem in vtero ab eo, qui continetur inter ſpacia, vel in

A propria ſubſtantia.

Quando ventus eſt in vtero, dum ipſe reuoluitur ad latera fit, ſtrepitus, & fragor quidam, non ſecus atque contingit in torminibus inteſtinorum; deinde ſi tangatur vterus ad latera, reſonat inſtar tympani; quod ſi flatus contineatur in ſubſtantia vteri, fiunt maiores dolores.

B An verò vterus patiatur per eſſentiã, an per conſenſum, dignoſcitur proprijs indicijs, nam ſi per eſſentiam, affectio eſt cõtinua, nullaque eſt pars in corpore, quæ afficiatur, niſi vterus: at ſi ab alijs partibus proficiſcatur, ſiue totum fit, ſiue vna pars determinata, ſuis etiam notis dignoſci poteſt, ſi à toto, corpus erit, vel plethoricum, vel cacochymum.

C Si ab aliqua parte ſigna deſumuntur ab actione partis illius læſæ, à ſitu, à proprio ſymptomate, & ab alijs, quæ traduntur à Gal. 1. de locis affectis.

At ſi quæriris fortaſsè, an ſigna ſint demonſtrantia eum flatum contineri in inteſtinis, an in vtero, recurrite ad Hippocratem lib. de natur. mulieb. vbi ſcribit in inflatione vteri pedes, & caua oculorum intumeſcere, colorem totius corporis in fœdum colorem mutari, menſes retineri, non fieri conceptũ,

D anhelitum adeſſe, difficultatemque præſertim in ambũlando, & vbi mulier aliquid comedit, aut bibit, magis affligitur, triſtiorque euadit, vrinaque quandoque ſupprimitur, ex Moſchione.

DE CVRATIONE INFLATIONIS vteri.

E Hippocrates curationem locis citatis præceteris omnibus docet, ex quibus colliguntur indicationes omnes, vnde primùm flatus diſcutiendus eſt, ſed quia non licet hoc facere, dum permanet materia, ex qua eleuatur; quæ non tantum in vtero, ſed etiam in toto corpore poteſt redundare; propterea oportet primò materiam, à qua eleuatur

uatur flatus, à corpore euacuare, propterea licet primùm purgare. Quoniam verò fruſtra hæc omnia fiunt, niſi prohibeatur, ne noua deinde generetur materia, ſequitur indicatio vltima, quæ in morborum ſublatione in prouidentia totius conſiſtit.

Tres ergo ſunt indicationes. Prima communis totius corporis, & vteri purgatio: ſecunda flatus diſſolutio: tertia intemperiei, & morborũ, vel vteri, vel aliarum partium continentium correctio.

Quod ad primum, cùm materia flatus vt plurimum ſit frigida, & pituitoſa, primum eſt præparanda, deinde purganda, quare lenienda primùm eſt aluus, vt ſupra ſæpè diximus.

Paulus, & Aetius mentionem faciunt ſectionis venæ; plerique omnes dicunt non conuenire in morbo frigido, & in materia frigida, vos reſpiciatis ad præcipuos ſcopos multoties declaratos, & vbi adſint tutò mittatis, vbi alter, vel plures deſint minimè.

Pro huiuſmodi indicationibus nullo modo intermittere debetis clyſteres; totoque corpore purgato, purgandus, & alterandus eſt vterus, & flatus diſſoluendi medicamentis partim internis, partim externis.

Interna ſunt.

Aromaticum roſatum,

A Diacuminum,

Diagalanga,

Diacalamenthum,

Et magnæ antidoti.

Item decoctiones factæ ex origano, & flatum carminantibus valent.

Non deſunt, qui vtantur aquis ſtillatitijs ex eiuſmodi ſimplicibus, & aromaticis calidis: huc etiam pertinent B conſeruæ multæ.

Medicamenta externa ſunt

Balnea,

Fomenta,

Inunctiones,

Clyſteres vterini,

Quibus Antiqui vtebantur ex Galeno 5. meth. med. 7. & 55. & 9. de comp. med ſecundum loca cap. 8. Inſtrumentũ C autem accommodatum deſcribitur ab Auicenna lib. 3. fen. 2. tract. 2. cap. 13. ſunt demum peſſaria, & alia id genus.

Hæc omnia flatus diſcutiunt, vterum purgant & intemperiem corrigunt.

Demum ſi hæc non conferant, ſunt balnea naturalia, quæ thermalia dicuntur, quarum potione, & ſeſſione, & ſtillicidio ægri plerumque ſanantur.

Quod attinet ad eã vteri inflationem, D quæ fit per conſenſum, nihil hic dico, quia curatio pendet ex curatione partiũ affectarum: hæc ſint ſatis de hac affectione modò ad vteri hydropem conſiderãdam accedo.

DE HYDROPE VTERI.

CAPVT DVODECIMVM.

SIcut flatus, ita & aqua in vtero colligi poteſt, vt ex Hippocrate, Aetio, Auicenna, & omnibus authoribus patet, & experientia docet in diſſectionibus, pro qua re eſt celebris hiſtoria textricis relata à Veſſalio lib. 5. E de hum. corp. fabr. quæ ſine vllo aliquo alterius viſceris vitio ſex menſuras aquæ, quarum quælibet tres pendet libras aquæ in vtero habebat hinc morbum Aetius lib. vlt. cap. 67. & Auicen. 21. tertij tract. 4. c. 25. aquã vteri vocant.

Sed dubium eſt de loco, an in cauitate, an in ſubſtantia, & tunicis colliga-

tur; licet enim plerique dicant in cauitate gigni, & contineri, tamen hoc videtur impoſſibile, quia os vteri ſemper præter quam tempore conceptus ſatis patet, vnde continuò præter flueret.

Hæc res apud Hippocratem, & Galenum, & alios veteres non eſt ſatis explicata.

Ariſtoteles videtur difficultatem attigiſſe, qui ſcribit corpuſcula quædam veſicę felleæ ſimilia in vtero generari, in quibus aquoſus humor colligitur, quam opinionem complures recipiunt, & inter cæteros Mauritius Guierius, qui edidit commentaria in 1. librum Hippocratis de morbis mulierum, in quo commentario quinto refert hiſtoriam mulieris hydrope vteri laborantis, in cuius cadauere plurimas huiuſmodi veſiculas pendulas lento humore citrino, ac minimè fœtido, etiam poſt viginti dies, repertas fuiſſe ait, ne dum in vtero, ſed in cæteris omnibus cauitatibus, corde, pericranio, inteſtinis, renibus, veſica.

De his veſicis etiam meminit Aretęus 12. de diuturnis affectibus primo, vbi de loco, per quem in eas feratur aqua, & de generationis modo ſe hæſitare ſcribit.

Sed Galenus etiam 7.aph.35.enumerat quaſdam veſicas aqua plenas in tunica ambiente iecur, vt in iugulatis aliquando obſeruatur, ex quo loco Aetij, & Athenęi opinio confirmatur, ſcilicet fieri in vtero veſiculas aqua plenas, ſicut & in alijs partibus, ſed vtcunque res ſe habeat, rediens ad hydropem, etſi pertinaciùs negarem in veſiculis contineri, in cauitate tamen non etiam negarem.

Ad inſtantiam verò reſpondeo cum Galeno 14.de vſu part.ca.3.in fine, tunc ſolum collum vteri hiare cum ſemen in vterum fertur, vel embryo prodit, alio quouis tempore nonnullas rugas, flexus, & contorſiones habere, quæ impediunt, ne intus contenta egrediantur. Vide Sanctorium dicentem numquam claudi vterum.

A Addo, quod per hunc morbum, qui nunquam fit, niſi refrigerato vtero, adſtringitur magis; nam frigidi eſt denſare, cogere, & conſtringere: ita puto, nec alius ſcriptor, quem ſciam, hunc nodum ſatis diſſoluit.

DE CAVSIS HYDROPIS vteri.

B Aetius vnam tantùm videtur poſuiſſe huius affectus cauſam, ſcilicet longam ſuppreſſionem menſium, & impręgnationem impeditam, videtur tamen verius dici poſſe ob eandem cauſã in vtero gigni aquam, ob quam in reliquis omnibus partibus, ab intemperie nimirum frigida, vel in vtero, vel in iecore, vel in toto contracta.

C Quare quæcunque talem intemperiẽ cauſare poſſunt, vel in vtero, vel in alijs partibus, cauſæ ſunt huius affectus, qui vel per eſſentiã, vel per conſenſum eſt, quibus adde ſuppreſſos menſes, immoderatos abortus, partus difficiles, & reliquos labores vteri: quas omnes cauſas Hippocrates breui complexus eſt primo de morb. mulierum.

DE SIGNIS HYDROPIS vteri.

D IDem Hippocrates proponit etiam ſigna huius affectus loco citato, & lib.2. pag. in meo codice 323. nec non de natura mulierum pag.299. Recentiores etiam alia afferunt, ſed omnia ad Hippocratem referuntur. Equidem proponam ea ſolum, quibus diſtinguitur à communi hydrope, ſunt autem hæc.

E Primum quia tumor eſt minor, & magis in inferiori, quàm ſuperiori parte abdominis. Secundo iecur, vt plurimũ, vel parum, vel nihil laborat; contra verò vterus, vel per eſſentiam, vel per cõſenſum laborat neceſſariò.

Sed rurſus adhibenda magna diligentiã, vt diſtinguamus, quando huiuſmodi

di affectus adſit, & quando fœtus; quæ res ſæpè deludit medicos. Qui profitentur hoc ex vrinis diſtinguere ſunt impoſtores.

Quare potiùs recurrerem ad præcedentia, & præſentia, ſingulaque diligẽter expenderem; nam ſi nullus præceſſit, morbus, vel ſymptoma, retinentur nihilominus menſes, & mulier abhorreat quemdam cibum, & potum, & ſimul appetat aliena, aliquando euomat, hæc ſunt ferè certiſſima conceptus indicia, de quibus 6. aphor. 62. & Galenus in comment. & 6. de loc. aff. c. 5.

Contra verò ſi res contrario modo ſe habeat. Addit Galenus tactum obſtetricis, quæ ſi reperiat os clauſum ſine duritie, eſt ſignum conceptus, ſi vel apertum, vel cum duritie clauſum, nequaquam; ſed hæc ſunt omnia coniecturalia, quæ ſæpè deludunt medicos.

DE CVRATIONE HYDROPIS vteri.

Colligitur curatio breuiſſimè ab Hippocrate loco citato, qui ſi rectè expendatur, totam machinam aufert, quæ eſt huiuſmodi, aqua redundat in vtero, ergo tollenda, hoc autem non licet facere ſine præcedente totius corporis inanitione, ea propter à totius expurgatione auſpicandum, ſed quoniam fruſtra detraheretur, ſi conſtitutio alia poſſet gigni, hoc etiam inhibere oportet, quæ omnia ſunt difficillima, vnde mulierem perſæpè ad interitum perduci contingit.

Quod ad primam attinet indicationẽ, qui eam curant ſanguinis miſſione mea ſententia falluntur, quia veriſimile eſt in toto redundare crudos humores, cum quibus vix fieri poteſt, vt vires ſint adeo validę, quę poſſint ferre tale remedium.

Galenus 4. methodi cap. 3. concedit quidem ſanguinis miſſionem in anaſarca, quæ ortum duxerit ex retentione hæmorrhoidum, vel menſium, quæ plethoram afferat, at in tympanite, & aſcite minimè, ideo potiùs purgantibus vtendum, atque his maximè, quæ aquã poſſint detrahere, primò tamen lenienda aluus, deinde humores, ac meatus corporis præparandi, denique purgantibus per os, & per clyſteres vtendum eſt.

Purgato toto, ſuccedit altera indicatio eijciendi aquam ex vtero, quod multis fit: primùm omnia diuretica adhibere eſt optimum; nam ex 5. meth. 3. conſtat, quæ in vtero ſunt optimè ad has vias deriuari.

Secundò ſunt balnea, vel naturalia, vel artificialia quæ calefaciunt, exiccãt, & detergunt, in quibus mulier vſque ad vmbilicum ſedeat.

Tertiò linimentum ex oleo calido.

Quartò emplaſtrum ex folijs ebuli.

Quintò peſſaria. His præſidijs detracta aqua ex vtero ad poſtremam indicationem, quam plerique omnes omittũt, veniendum eſt, ſcilicet, vt corrigatur intemperies gignens, quod fit externis medicamentis, nempe

Balneo,
Fomentis,
Linimentis,
Suffitu,
Vel etiam internis, ſcilicet
Saccharo,
Conſeruis,
Confectionibus,

Et omninò quæcunque poſſunt vterũ calefacere, & exiccare applicanda erũt, de quibus ſupra multoties.

DE ABORTV.

CAPVT DECIMVMTERTIVM.

ARiſtot. 7. de hiſt. anim. c. 4. ait cætera animalia habere ſtatutum tempus pariendi, quædam breuius, quædam longius, & 10. probl. 2. addit ſoli homini pariendi tempus variũ eſſe datum; nam & ſeptimo, & octauo, & nono, & decimo, & vndecimo patit, quod acceptum eſt ab Hippocrate.

Scio tamen quoſdam & veteres, & recentiores tenere, quod & quinto, & vltra vndecimũ poſſit vitalis fœtus produci, vt Auic. & Petrus Aponenſis, qui ſcribunt quandoque decimoquarto mẽſe nonnullas peperiſſe.

Sed diſputatio hæc non facit ad noſtrum inſtitutum, quam tamen Conciliator differ. 491. diffusè tractat: mihi eſt ſatis innuere, quod quando poſt illa tẽpora tranſacta exit fœtus, non dicitur aborſus, atqui ſi naſcitur ante ſeptimum, ortus illius dicitur eſſe ante debitum tẽpus, & eſſe intempeſtiuum, hinc abortum, vel aborſum dici.

Hippoc. ſuo idiomate 6. epid. com. 2. ſect. 1. in principio apophrhora, Galenus verò ibidem deperditionem vocat, & imperfecti fœtus emiſſionem interpretatur.

Veruntamen mihi liceat addere ex Ariſtotele 7. de hiſt. 3. tunc verè aborſum dici, quando conceptus integrè factus eſt, quod ſeptimo euenit die, ante verò potiùs effluxiones ſunt nominandæ: ſed cùm aborſus ſit fœtus imperfectus, emiſſus ante debitum tẽpus, inquiri poteſt, an octomeſtris partus dici poſſit abortus? & ratio videtur eſſe, quod talis partus non eſt vitalis, & quod mulieres ſæpè etiam hoc menſe moriſitur, ergo eſt abortus.

Ex altera parte eſt Ariſtoteles, qui inter tempora pariendi illud enumerat, deinde 7. hiſt. ſcribit in Aegypto tales partus eſſe vitales, quod Auicennas idẽ de Hiſpanis atteſtatur: præterea non eſt

A abortus, quia eſt perfectus, neque tamẽ vocatur partus legitimus, ſed peculiari prærogatiua dicitur octomeſtris partus.

Cur verò fœtus octomeſtris non ſit vitalis apud nos, ſit autem apud Aegyptios, à Mercato redduntur plures rationes, qui vult videre hanc materiam legat librum Bonauenturæ Vrbinatis de

B natura partus octomeſtris, vbi & ratione & experientia, & authoritate ab Hippocrate, & Ariſtotele deſumpta nititur demonſtrare aduerſus cõmunẽ opinionem octomeſtrem partum eſſe vitalem.

Sed hæc ſunt lõgioris cõſiderationis, venio ad declarandam naturam abortus, & dico eſſe fœtum imperfectum emiſ-

C ſum ante tempus, eſtque quid præter naturam; & eſt ſymptoma in genere actionis naturalis læſæ facultatis contentricis vteri: quamuis etiam dici poſſit, eſſe de genere ſymptomatum in genere exeuntium mutatorum præter naturam.

Sed ſiue ſymptoma primi generis ſit, nempe actionis, ſiue ſecundi, ad vteri actionem læſam redigi debet; actio verò

D non læditur niſi à morbo, igitur vterus patitur, vel eſt membrum ſimilare, vel organicum, ac primo modo ſubit varias intemperies.

DE CAVSIS ABORTVS.

OMnes de cauſis tractant, ſed confusè, quæ redigi poſſunt in inter-

E nas, & externas; externæ ex omnibus ſex rebus nõ naturalibus colligi poſſunt, quas ex Galeno lib. artis med. 88 certũ eſt noſtra corpora alterare, ac mutare.

Aer ergo in primis, vel calidus, vel frigidus, vel humidus, vel ſiccus poteſt hoc efficere; nam in regionibus frigidiſ-

gidiſſimis, & calidiſſimis frequentiſſimè fiunt, ſic ſi anni tempora ſint inconſtantia, nec ſuam ſeruent naturam, de quibus 3.aph.12.

Hippocrates, & Galenus in comm. rationem refert in inclementiam aeris, cui infantes non ſunt aſſueti, & hanc ipſam ſententiam Ariſtoteles amplexus eſt, & amplificauit, & 1. probl. 9. retulit nonnullas mulieres ex ſolo fœtore lucernæ extinctæ abortum feciſſe, vnde memorabile eſt, quod exclamat Plinius lib.7.cap.70.contra ſuperbiam hanc noſtram.

Secundò ſunt alimenta, & potus, quæcunque vel paucum, vel improbum ſanguinem gignunt, vel ſpeciatim abortum prouocare poſſunt, vt calefacientia, incidentia, & extenuantia, & omnia, quæ menſes prouocant.

Sic parca nimis, & reſtricta viuendi ratio poteſt abortum facere, deficiente alimento fœtui ex Gal.5.aph.31.ad quẽ modum nonnullæ mulieres aſſiduis ieiunijs ſe macerantes in hanc calamitatem inciderunt.

Tertiò ſuccedit motus, & quies: omnis enim immoderata, ac violenta exercitatio curſu, equo, ſaltu, & prælertim à principio, vel verſus finem; nam vt Galenus 4.aph.1 docet, fœtus in vtero eandem habet rationem, quam fructus in arbore.

Quartò eſt ſomnus, & vigilia, quorũ vtrumque ſi modum exceſſerit, malum 2.aph.3.nam magna excrementorum copia ex ſomno generatur, ex vigilia verò è contra.

Quintò ſunt retentiones, & excretiones. Ad euacuationes pertinent venæ ſectio, quæ abortum facit 5.aphr.& maximè ſi fœtus magnus ſit.

Quod tamen decretum multi hoc tẽpore non recipiunt, qui putant potius ex ſectione venæ confirmari, quod autem de ſectione venæ dicit Hippocrates id ipſum intelligendum eſt de quacunque ſanguinis fluxione.

A Deinde ſunt purgationes per aluum, de quibus Hippocrates 5.aph.34. quoniam fluxũ interpretor non ſolum ſpontaneum, ſed etiam medicamentis prouocatum; nam non ſolùm ſoluta aluo, ſed etiam benignè quauis corporis mutatione facta poteſt abortus fieri.

Vnde Hipp.etiam turgente materia nõ concedit purgationem à quarto ad ſeptimum, licet Galenus 3. epid. ſect. 3.

B comm. 30.tertium quoque menſem annumeret, cum dicat fœtum trimeſtrem, & quatrimeſtrem iniurijs reſiſtere: ſic vomitus immoderatus, & ſudores; nam fœtus neceſſario nutrimento priuatur: ſed & retentiones ſuperfluæ abortus sũt cauſæ, præſertimque menſium retentio.

Vltimò ſunt animi paſſiones, quas nemo eſt, qui non intelligat, quantum in nobis poſſint.

C Cauſæ internæ duplices ſunt aliæ ex parte mulieris, aliæ ex parte fœtus: ad mulieres pertinent corporis habitus craſſior, & pinguior, de quo 5.aph. 44, quo in loco notat Galenus verbum (præter naturam) dupliciter exponi poſſe, vel præter ſuam ipſius naturam, vel quia extenuatio ſit valdè inſignis, vtraq; expoſitio vera eſt, & ſuam habet rationem, licet commenr.46.magis videatur

D probare poſteriorem.

Sed Hippocrates libro de ſuperfœtatione, ac conceptu mulieris verba faciens primam amplectitur, cum dicat mulierẽ, quæ præter naturam craſſa, & pinguis eſt, non concipit hoc tempore, quæ verò talis ſit natura concipit.

Quæ expoſitio videtur magis rationi conſentanea, nam mulier ſi propria natura

E ſit vel extenuata, vel craſſa, nihil prohibet, quin poſſit concipere, vt cõſtat experientia, contra verò ſi acceſſerit, reddi poteſt cauſa, cur neque concipiant, neque pariant. Deinde eſt inſignis plenitudo, vel cacochymia ex quacunque cauſa; nam fœtum corrumpunt.

Præterea ſunt omnes morbi, vel communes toti, vt febris, ſiue particulares,

vt

vt ventriculi, iecoris, &c. ſed præſertim vteri, de quibus 5. aph. 31. mulierem grauidã morbo acuto corripi, &c. & Gal. in comm. ait, & à morbi vehementia, & à tenui victu periculum imminet. Sic in diuturnis morbis, & in valetudinarijs facilè fiunt abortus. De alijs morbis vteri loquens Gal. 5 aph. 43. in commentario inquit dignum eſſe inquirere, an inflammatione vterus correptus adducat abortum?

Sed ex eodem Hippocrate, neque eryſipelas eſt lethale; nam lib. de natura muliebri pag 290. huiuſmodi mulieribus, & victus rationem, a qua non corrumpuntur fœtus, & alui lenitionem inſtituit.

Sed vtcumque ſit, ego puto, & eryſipelas, & inflammationes veras, alioſque tumores vteri facere abortum: apud Auicennam etiam morbi in intemperie id faciunt flatus præterea ſunt aliquando cauſa abortus. Ad hæc de magnitudine, & paruitate vteri eſt dubitatio; nam quidam dicunt inde non fieri abortum.

Sed notandus eſt quidam Hippocratis locus 5. aph. 4 . & lib. de ſuperfœtatione, linea 68. vbi vult propter paruitatem vteri abortum fieri. Mercurialis contra eſt primò, quia neque Galenus, neque Auicennas, neque Albertus id tradiderunt.

Secũdò, quia vterus eſt fabricatus ita à natura, vt vſque ad fœtus perfectionem poſſit extendi.

Tertiò, quia poteſt quidem paruitas nocere fœtui, ſed non vitam auferre, quod confirmat authoritate Ariſtotelis, Rhaſis & Rabi Moiſe. Ad Hippocratis authoritatem reſpondet libros de ſteril. & ſuperfœtatione non fuiſſe illius germanos.

Sed aliter ſentio; puto enim vterum vſque adeo paruum poſſe procreari, vt nequeat fœtum vſque ad perfectionem continere; neque enim eſt alienum a ratione ob exiguitatem alimenti, atque alias cauſas, neque poſſe perfici.

A Quod autem Auicennas non meminerit magnitudinis, & paruitatis, falſum eſt; nam cap. 8. id aſſerit apertiſſimè; ſed neque etiam fortè a Galeno fuit prætermiſſũ 3. de natural. facult cap. 12. de expultrice verba faciens, vbi conſtat vitium hoc paruitatis vteri non ignoraſſe in abortu.

B Ad ſecundum verum eſt factum eſſe vterum a natura, vt commodè poſſet dilatari, vbi nullum virium in magnitudine habeat, ſed quid prohibet, ne ſicut ventriculus hepar, & veſica poſſunt hoc morbo laborare, vt obſeruat Galenus lib. art med. 71 & 72. etiam vterus opprimatur ab eodem?

C Ad tertium nolo contendere, an anguſtus vterus poſſit vt paruitatem fœtui inducere ita vitam auferre, quia non tantum propter defectum alimenti; ſed etiam propter exilitatem ligamentorũ, poteſt fieri abortus.

Poſtremò neque id ago in præſentia, vt libri de ſteril. & ſuperfœtatione ſint Hippocratis, ſed hoc ſcio, quod paulò antea retuli, libros nempe de morbis muliebribus, quorum Galenus meminit aph. 45. eſſe legitimos Hippocratis.

D Quod pertinet ad internas cauſas reſpectu fœtus, Auicennas vnam tantùm poſuit vel ſcilicet morbum, vel aliam cauſam eius mortis, quia tunc natura inſurgit, vt expellat tanquam noxium. Adde infirmam fœtus valetudinem, & imbecillitatem, ſiue a natura, ſiue poſt contractã: ſed has omnes cauſas breui enumeratas legere poteſtis apud Hippocratem .de morb. mulier. pag. 3 o. E Galenũ 5. aph. 6. 3. epid. ſect 2. cõm. 8.

Sed illud non eſt prætermittendum quaſdam eſſe, in quibus vel ob robur, vel ob ſeminis vim, adeo firmiter hærent fœtus, vt non ſolum ab externis, ſed etiam neque ab internis, vel dolo, vel inſcitiã adhibitis abortiantur.

DE

DE SIGNIS ABORTVS.

SIgna deſcribuntur ab Aetio lib. vlt. cap.19. quæ ſicut ſunt certiſſima, ita inutilia; nam inſtantem abortum indicant, ita vt nullus præſidijs locus detur, quare alia afferenda, quæ prænuncient opportuna. Hippocrates 5. aph. 37. proponit exiccationem mammæ, & 38. idem repetit: ratio aſſignatur in cõmentatio, ſed accuratius 14. de vſu part.8.

Adeſt deinde dolor dorſi, & laterum, quibus alligatur vterus, lumbi, & coxæ grauitatem inſolitam habent, præceſſit aliqua cauſa abortus ex dictis.

De ſignis peculiarium cauſarum non eſt, vt longius agamus, ſolùm afferentur ſigna mortui, vel imbecilli fœtus. Hippocrates lib. de ſuperfœt. hęc affert, fœtus transfertur in illud latus, in quod mater ſe vertit, velut lapis.

Secundò habet pectinem frigidum, & ventrem, primo de morbis mulierum pag. 321. item accidit repentinus collapſus vteri, & mammarum. Addunt recentiores animi deliquium

Syncopem,
Conuulſiones,
Sudores frigidos,
Nauſeam,
Vomitum,

Denique omnia quæcunque praua ſymptomata ſolent induci tractis in cõſenſum membris principalibus, corde, cerebro, &c.

DE PRAESERVATIONE *ab abortu.*

PRimum de præcautione agendum eſt: hæc autem ex Galeno 1. de ſanit. tuenda, à principio proponi debet, quæ cauſas effugit abortum facientes; quare primum cauſas haſce conſiderabimus, non omnes, ſed præcipuas, & frequentiores.

Itaque mulier grauida multorum fre-
A quentiam fugiat, ab omnique aeris exceſſu caueat. De alimentis, & potionibus multa eſſent dicenda, ſed hoc vnum ſufficiat, vt non vtantur vana illa licentia, qua paſſim prauis alimentis toto tẽpore imprægnationis veſcuntur, quod eſt abortus, & difficilis partus cauſa. Quare, & in qualitate, & in quantitate, & in tempore probam ſeruent victus rationem, euitentque inter cætera, quæ
B poſſunt menſes prouocare, ac vaſa vteri laxare, & aperire.

Præterea fugiant immoderatos, & violentos motus, non tamen, vt quidam præcipiunt, degant ſemper in otio; nã aceruarent nimiam excrementorum copiam, quæ, & fœtui, & mulieri periculum afferret; de qua re legi Ariſtoteles poteſt 7. polit. 17. & 4. de gen. anim. ca.
C 6. quæ ſunt pulchra loca.

Sicuti reliquis cauſis proſpiciendum eſt, ita ex auxilijs attingam duo, quorum ſæpè occurrit mentio, ſunt hęc ſanguinis miſſio, & medicamenta. Quò ad primum, an conueniat pro conſeruatione abortus Altimarus integrum librum ſcripſit, & putat nullo modo conuenire.

Alij aliter ſentiunt, ego meam ſentẽtiam ſolummodo proponam, in qua par-
D tim ratione, partim experientia longa cogor in hanc vſque diem perſiſtere; ea autẽ eſt miſſionẽ ſanguinis aliquãdò eſſe remedium neceſſarium, vt in plenitudine, acutò morbo, angina, pleuritide, febre continua, & ſimilibus, à quibus imminet periculum abortus, & mortis, tum fœtus, tum matris, & in hoc caſu conſilio Thucididis vtendum eſſe videtur, cuius meminit Galenus,
E melius eſſe anceps remedium experiri.

Addo, quod non ſolùm ſine periculo poteſt adminiſtrari, ſed maxima cum vtilitate, ac teſtor multas præſeruatas eſſe hoc præſidio, quæ ex nimia copia ſanguinis abortiebantur, imo aliquibus contuliſſe, etiam in vltimis menſibus, quod ego ter feci in nono menſe.

Primò in prægnante, quæ febre peſti-

ſtilenti laborabat; ſecundò in alia, quæ deſtillationem grauiſſimam ad thoracē patiebatur: tertiò in alia, quæ ex contuſione in maximam inflammationem inciderat; quod ſi obijcias Hippocratem, mulier vtero gerens, ſi vena ſecetur, abortit, dicam non voluiſſe Hippocratē generaliter interdicere, ſed ſolum cautos non reddere, ne præcipitanter ea vtamur.

Idque colligo primùm ex modo eius loquendi; qui comparatiuè id profert, ſi fœtus grandior fuerit, nam ſi nō ſuperesset locus ſectioni ſimpliciter, non erat opus huiuſmodi comparatione; comparatiuum enim ſupponit poſitiuum, quare ſi quo fœtus eſt maior, maius imminet periculum, quo minor, eſt minus.

Secundò ex ratione, quia cauſa ob quam prohibetur ex Galeno, eſt, ne fœtui alimentum ſubtrahatur, ergo ſi ſit mulier ſucci plena, ſi probè alatur, & ſanguis parcè detrahatur, nihil prohibet.

Sed vtra operatio periculoſior, phlebotomia ne, an pharmacia? dicimus ſectionem venæ opportunè, & cum iudicio factam non ſolùm non eſſe periculoſam, ſed perſæpè vtiliſſimam; è contra verò cathartica nunquam vtilitatem, ſēper incommodum afferre.

Quod egregiè explicatum fuit ab Auerroe 7. colleg. 4. recipiens phlebotomiam tamquam ſæpiſſimè vtilem, reijciens pharmaca tamquam ſemper fœtui detrimentum afferentia; nam in ſe, inquit, habent ſubſtantiam venenoſam, & fortaſſe faciunt fluere malos humores ad embryonem.

Poſtremò debent mulieres cauere ab animi perturbationibus, ſimulque effugere ſtrepitus omnes repentinos, tum cælorum, tum terræ, ac bombardarū: ab omnique horrendo ſpectaculo, atque rixa ſeſe auertant.

Cauſæ internæ non omnes proponuntur, ſed maioris momenti, cum verò hæc ratio præcauendi eſſe poſſit, vel

A ante conceptum, vel poſt eum, multò tutior eſt ea, quæ fit ante; nam tunc datur locus medicamentis, vt ſi abortiātur ob gracilitatem, vel obeſitatem, his occurrimus: at conceptu facto vix vlla ratione impeditur. At Auicennas 2. tertij tractatus cap. 10. & 11. in hora impregnationis non abſtinet à hiera Galeni, & à pilulis fœtidis, atque à clyſteribus mundificantibus matricem.

B Sed Auicennas videtur audacior, quā conueniat; ea enim prædicta videntur potiùs ſummam perniciem afferre, & matri, & fœtui, quam adiumentum.

DE CVRATIONE ABORTVS.

De curatione acetabulorum mucore, vel humore lento oppletorū C ſolùm tractare intendimus, quia nimis longum eſſet velle omnia proſequi. Hippocrates lib. de morbis mulierum pag. 339. tradidit breuibus, & curationem, & ſigna, quibus cognoſcitur hæc differentia. Eadem ab Hippocrate accepit Aetius lib. vlt. cap. 21. quare nos huius veſtigia ſequentes totam curationē hac methodo inſtituemus.

Primò redundantes totius corporis D viſcoſi, & lenti humores ſunt præparandi, & purgandi, pro qua re initiò oportet aluum linire; ſectio autem venæ nullo modo prætermittenda, modò adſint ſcopi præcipui; incidendaque eſt vena, vel in cubito, vel in cruribus, pro varia indicatione reuellendi, aut deriuandi.

Caueas, ne menſtruis aliquod impedimentum inferatur; poſt hæc purgare, & repurgare, ſi opus fuerit, totum ex- E pedit, deinde ad purgationem vteri deueniendum eſt, quod præſtant præ ceteris commodè peſſaria.

Demum verò ad particularia præſidia accedes, quæ poſſunt vterum calefacere, & exiccare, in quo tota curatio cōſiſtit, quæ ſunt partim interna, partim externa.

Inter

Interna ſunt, vt
Conſeruæ,
Confectiones,
Magnæ antidoti,
Ac præ cæteris potus aquarum thermalium.
Decoctum ſarſæ parillæ,
Guaiaci,
Radicis chinæ,
Externa præſidia ſunt
Lotiones,
Inſeſſiones,
Linimenta,
Suffimigia,
Peſſaria,
Facta omnia ex calefacientibus, & exiccantibus: & hæc de curatione.

Ratio autem præſeruationis ab abortu verſatur circa cauſas, à quibus abortus videtur imminere, itaque ab omnibus externis periculis iam dictis cauendum eſt, & præ cæteris, quod nunc occurrit, caueant à monimentis ligneis, vel ferreis, quibus ad ornatum vtuntur, & adeò arctè, vt comprimant vterum, & fœtum poſſint, vel necare, vel propellere.

Quod ſi ſuperueniāt alij morbi, blandè curandi ſunt venæ ſectione, aut medicamentis. Itaque ſi aluus ſit adſtricta vtantur mollibus clyſteribus cum caſſia ad ſummum, quam Actuarius medicamentum prægnantium vocat.

Si autem morbi fuerint acuti, licet etiam ad validiora venire, & ad venæ ſe-A ctionem, & purgationem, præſertim intra quartum, & ſeptimum menſem, etiā ſi materia turgeat, ex Hippocrate.

Quod ſi demùm grauidæ mulieri periculum abortus imminet, ſolent omnes varijs præſidijs internis, & externis vti.
Interna ſunt duo
Corallium rubrum, &
Grana tinctorum,
Quorū meminit Dioſcorides lib. 4.
B cap. 14. & Galenus 7. ſimpl. quæ in iure propinat cum maſtiche, & ſaccharo.
A proprietate occulta laudantur
Puluis cancrorum fluuiatilium,
Coagulum leporis
Puluis herinacei marini,
De quibus Aetius lib. vlt. cap. 21.
Inter externa ſunt,
Linimenta,
C Emplaſtra,
Cerata,
Quæ inſigniter adſtringunt, & dorſo apponi debent, vt
Vnguentum de corticibus citri, &
Caſtanearum Montagnanæ ſenioris.
Quædam etiam ſuſpenſa feruntur, vt
Lapis fortiricus, & alia de quibus Aetius.

Hic notandum, quod adſtringentia
D hæc non ſunt, niſi cautè admouenda; nam afferunt multa pericula, ne fœtus fortiùs adhæreat, quàm ſit opus; & tēpore partus nequeat diuelli, ac foras exire. Sed partus iam difficultatem conſideremus.

DE DIFFICVLTATE PARTVS.

CAPVT DECIMVM QVARTVM.

SI vteri fabricam memoriæ repetamus, & conſideremus, quod illius os, pars adeo anguſta, vſque adeo aperiatur, vt poſſit fœtui facilem exitum præbere, mirari quidem poſſumus, inquit Galenus 15. de vſu part. 7. intelligere autem nequaquam. & ob quā præcipuè cauſam omnes difficilè, & doloroſè pariant.

Sed nos de ea differentia tantùm loquimur

quimur, quæ præter naturam eſt, & perſæpè matrem, & fœtum in perniciem agit, quod non ita alijs fœminis euenit 7. de hiſt. 9. Quomodo autem fiat partus naturalis, explicatur à Galeno 3. de naturalibus facult. 2. dicens eſſe opus expultricis, quæ operatur, quando fœtus incipit moleſtiam afferre, cuius moleſtiæ triplicem cauſam affert,

Molem,
Pondus,
Morſum,

Ab humore primùm inter tunicas cõcluſo, ac inde in vterum delapſo, poſtea à tumore irritatur facultas, quæ ſi tunc temporis deponat fœtum, eſt partus naturalis.

Si verò irritata facultas non poſſet deponere fœtum, eſt contra naturam, & ſymptoma in genere exeuntium vocatur, quia id retinetur, quod non debet retineri; quare vt huic incommodo occurratur, oportet illius cauſas intelligere.

DE CAVSIS DIFFICILIS *partus*.

Cauſæ commodè ad tria capita facilè redigi poſſunt, nempe ad mulierem, ad fœtum, & ad res exteriores, de quibus ſigillatim.

Ad mulierem primùm, ſi fuerit imbecilla, ex Galeno 5. aphor. 55. quam imbecillitatem Aetius lib. vlt. 28. interpretatur vel corporis, vel animi, vel vtriuſque. Imbecillitas autem animi pendet ex affectibus animi, ſicut corporis ex affectibus corporis, vel elapſis, vel præſentibus. Addo etiam imbecillitatem animi, quæ fortitudini opponitur.

Secundò redditur difficilis partus, ſi os vteri ſit nimis anguſtum, vel natura, vel quia totum corpus ſit puſillum.

Tertiò, quia præter naturam ſe habeat vel abortu, vel poſt, vt ſi diſtortum fuerit; ſi membranæ, vel carunculæ adſit inflammatio, vel tumor vicinæ partis.

A Ex parte etiam fœtus plurimis modis, primùm ſi naturali forma non prodeat: naturalis autem forma prodeuntis fœtus eſt ea, quæ deſcribitur à Galeno 15. de vſu part. cap. 7. ſcilicet, vt primum capite prodeat, diſtenſis brachijs ad genua & cruribus inuerſis ad anum.

Quam opinionem accepit ab Hippocrate lib. de morbis mulierũ 322. quod repetit lib. de natura pueri pag. 53. quã
B ſententiam puto Ariſtotelem etiam accepiſſe ab Hippocrate; nam 1. de hiſt. 8. idem ferè aſſerit: omnes autem aliæ figuræ ſunt præter naturam, & periculoſæ magis, vel minus, de quibus copioſè Eucharius Rhodius Medicus.

Si quæras, cur partus ſecundùm naturam in capite fiat? Reſpondet Ariſtoteles 4. de gener. 9. id fieri, quia partem ſupra vmbilicum maiorem habent, quã
C inferiorem; maiora autem plus ponderis continent, itaque veluti in ſtatera pendentes eò vergunt, quò trahuntur.

Quod ad verbũ ferè deſcribit ex Hippocrate lib. de natura pueri, & tamen, vt moris eſt, tacet. Prima ergo cauſa ex parte fœtus eſt, quando aliam figuram ſibi quærit. Secunda cauſa eſt, ſi plures ſimul exire tentent; alter enim alteri eſt
D impedimento; fit enim aliquando hoc, vt obſeruat Ariſtoteles 3 de hiſt. 4. Imò aliquando tertium, quartum, & quintũ oriri ſimul dicit, præ ertim in Aegypto, refertque hiſtoriam mulieris, quæ quatuor partubus viginti filios edidit, quorum maior pars deinde vixit; vbi etiam notat, quod in alijs gemellis, ſiue ſexu ſimiles, ſiue diſſimiles ſint, æquè poſſũt ſeruari; in homine verò nunquam, niſi ambo, vel mares, vel fœminæ ſint.

E Poſtremam fœtus differentiam affert, ſi fuerit fęmina, ſi maior multo, vel in toto, vel parte aliqua, præſertim capite, ſi monſtruoſus, vt biceps, ſi morboſus, & maximè ſi mortuus. Huc referri poteſt membranarum, quibus inuoluitur, natura; ſi enim duritiem, & craſſitiem habeant, ſolito tempore non diſrumpuntur

tur: ſi contra ſe habeant, citiùs laxantur, ſi primo modo ſit partus difficilis; neque enim iis non diſruptis poteſt fętus extra exire; ſi verò citiùs quàm conueniat, tollitur commodum, quod a'uus humiditate irrigari ſolet in naturalem partum, ex is de vſu part. 5.

Demum partus redditur difficilis ratione externorum, ac primùm aeris nimis calidi; nam vires reſoluit; nimis frigidi, quia meatus omnes adſtringit.

Ad res externas poſſunt referri lotiones, & balnea adſtringentia; obſtetricis imperitia, quas Ariſtoteles de hiſt. 2. cap. 10. deſiderat ingenioſas, & perſpicaces: ſimiliter ſi deſint inſtrumenta opportuna.

DE SIGNIS DIFFICILIS *partus.*

Signa difficilis partus ſenſim, & paſſim habentur, illudque obſeruandum ſuper omnia à partus difficultate multa, & grauia pericula matri, & fœtui imminere, de quibus Auicennas 22. tertij tract. 2 cap. 12. dicitque, ſi partus fuerit difficilis, fœtus quarto die moritur, ac videtur perſuadere medicis, vt eo neglecto, vitæ matris incumbant, & ſtudeant, vtcumque extrahere fœtum; nam matres aliquando in tuſſim vehementem incidunt, in ſputum ſanguinis, in peritonæi diſrumptionem, & eiuſdem relaxationem.

DE CVRATIONE DIFFICILIS *partus.*

Tota curatio poteſt in duo capita diſtribui, quorum alterum communia præcepta, & remedia continet, quæ generaliter ad omnem partus difficultatem ſunt accommodata; alterum ſingulas cauſas conſiderat, & vnicuique propria remedia adhibet, atque vtrumque commodè in duo tempora poteſt diuidi, quorum primum eſt, antequam mulier ad actum pariendi veniat, alterũ in actu pariendi.

Quo ad primum ſumma poſita eſt in recto vſu ſex rerum non naturalium: ergo aer ſit temperatus, & ab omni exceſſu liber: cibi ſint boni, & copioſi, & humidi magis, & qui emolliendi, nec tamen aperiendi vim habeant; exerceant ſeſe blandè poſt primum menſem, nono vehementius, vt filamenta diſſoluantur: coitus permittatur, vnde Ariſteteles 7. de hiſt. anim. dicebat eas facilè parere, quæ illo vtuntur: caueant & omnibus animi perturbationibus.

Cæterum etiam vſus quorundam medicamentorum hoc tempore non eſt importunus, quæ huc tendant, vt omnes partes ad vterum ſpectãtes emolliant, vt ſunt

Decocta ex malua,
Althæa.
Baccis lauri,
Dictamno,

Quo infirmi partus lauentur, deinde foueantur

Oleo cheirino,
Amygd. dulcium.
Multi probant fötum
Ex oleo communi, vel
Amygd. dulcium,

Quæ proſunt dummodò ventriculum non lædant, atque hæc ſunt præmittẽda quaſi ad præparationem.

Accedendum autem ad tempus partus, cũ dolores incipiunt vigere, & ſunt multa medicamenta, quæ generaliter omnibus conueniunt, primum ſub forma boli.

℞. caſtorei electi,
Aſſæ fœtidæ,
Aloes ana drach. j.
Cinnamomi,
Croci,
Myrrhæ ana ſcrup. ſſ.
Fiant pilulæ num. vij. & aurentur.
Vel
℞. ſabinæ,
Dictamni,

Ariſtolochiæ rotundæ, & longæ,
Pulegij ana ſcrup.ſſ.
Cinnamomi,
Croci ana gr.ij.

Subtiliter puluerizentur: detur ex vino ieiuno ventriculo.

Hoc loco non eſt reticendum Mercatum, & Mercurialem vti cortice caſſiæ fiſtulæ, de quorū turpi lapſu agit Leonicenus lib.4.de Plinij, & medicorum erroribus.

Secundo loco veniunt peſſaria,
Linimenta,
Suffimigia,

Et quæcunque (vno verbo) poſſunt menſtrua prouocare.

A proprietate occulta iuuat detinere magnetem in manu ſiniſtra, ac fœmori lapidem æthitem alligare. Suffimigium ex vulua aſinæ prodeſt. Sic ſi dextro cruri alligetur
Corallium,
Radix polygoni,
Cyclaminis,
Cor gallinæ,

De quibus apud authores: ijs ego paruam, vel nullam fidem habeo.

Sed Hipocrates meminit præſidij nullo modo prætermittendi, etſi a nullo fuerit acceptum, eſt autem ſectio venæ inferioris 1. de morbis mulierum 340.

Sed veniamus ad ſingulas cauſas, primùm ex parte mulieris: imbecilla vrcunque, iuuanda, & recreanda eſt, quæ ſpiritum cohibeat, & ad inferiora pellat,

A clamet quàm maximè, licet imperitæ obſtetrices vitent.

Si os vteri anguſtū ſit, laxetur, dummodo cauſa admittat curationem, ſicut quando comprimitur tumore partis vicinæ, vel fœcum retentione.

Si difficultas ſit ex parte fœtus, quod frequentiùs accidit, ſi non exeat naturali figura, ex Hippocrate loco citato, rurſus reponendum eſt membrum exiēs,
B donec redeat in naturalem figuram.

Si ſit mortuus extrahendus quam primùm medicamentis tam internis, quàm externis: quæcunque mouent menſes ſunt accommodata, de quibus ſupra; & tandem ad extractionem ferreis inſtrumentis iro, de qua ait Hippocr. 2.de morb.mulier. ſect.14.operatio eſt periculis, & labore plena; quare conſulit Aetius lib.vlt.cap.23.vt antequam ma-
C nus admoueantur, perpendatur primū, an ſit apta ferre; nam ſecus non eſt tentandum, ne mors medico adſcribatur.

Ad fœtum pertinent etiam membranæ craſſiores, vt ſupra extenuandæ
Oleis chamæmeli,
Anethi,
Amygd.dulcium,

Et leuibus frictionibus; tenuiores, &
D ante opportunum tempus diſruptæ, indicant laxandas, & molliendas eſſe partes internas iniectis medicamentis.

Quo ad externa, omnia ſint ritè parata, pro vt nouerunt & ipſę obſtetrices.

Propero demum ad enixarum regimen.

DE PVERPERIO.

CAPVT DECIMVMQVINTVM.

Partum ſequitur puerperium, nempe tempus, quo mulier recens peperit; licet enim aliquę ferè nihil laborent, & ſtatim redeant ad priſtina munia, pleręque tamen ob imbecillitatem coguntur decumbere, partim ob laborem partus, partim ob euacuationem inſignem.

Huiuſmodi vacuatio in puerpera. à Gaza apud Ariſtotelem, vertitur purgatio;

tio; apud Galenum tamen de ſententia Eraſiſtrati lib de atra bile cap.8.-3.epid. ſect.3 cap.73, non ſimpliciter purgatio dici debet, vt ea quæ medicamentis, ſiquidem excernitur hoc tempore pars ſanguinis deterrima. Puerpera ergo niſi aliud ſuperueniat, inter corpora conualeſcentia reponenda eſt, & congrua victus ratione nutrienda: nec audiendæ imperitæ obſtetrices, quæ nimis validè replent, & pullis columbinis, & caponibus veteribus cum cinnamomo, & alijs aromatibus, quare abſtineāt à vino primùm quatuor diebus: in reliquis ſit moderatus cibus.

A

B

Athenęus lib.9. refert morem Athenienſium, quoniam parabant pyra ſicca: ſed non intelligo, quia à Galeno, & omnibus huiuſmodi pro improbo alimento habentur.

Quod ſi partus ſit laborioſus, vel quidē præter naturam eueniat, accuratius inſtituendus eſt victus; vnde Moſchio Gynæciorū c.13. dicebat, has mulieres debere biduo a cibis ſe abſtinere.

C

Cæterū cū plurimos affectus accidat ſuperuenire, omnes ferè ſolent ex vitio purgationis oriri, cum retinetur pars ſecundinæ vocatæ, quo loco omnes, (excepto Veſſalio lib. 5. human. fabr. cap. 61.) putant totum, quod in partu excernitur, eſſe ſecundinam.

D

Decipitur Veſſalius; nam id, quod poſt fœtum exit, vltimo loco dicitur totum ſecundina, tamquam ſecundus partus ſit, Galenus 5 aph 35. de ſectione venæ aduerſus Eraſiſtratum cap.5 Ariſtoteles 2 de gen. anim. 7.

Suppreſſio autem menſium eſt index omnium malorum, vel ſi etiam immodicè fluant, Galenus 1. epid. ſect. 3. ægro 4. 3. epid ſect 3. cōm. 73. 1. prorret. 2. ſect. tex. 48.

E

Deterrima autem eſt retentio à partu, quia collecti ſunt vitioſi humores; nam boni in fœtus nutritionem iuerūt, quare totus ſcopus in horum proba eductione eſſe debet.

At per quot dies à partu? reſpondet Hippocrates in lib. de natura pueri, ſi fœmina 42. dierum: ſi maſculus 30. rationē addit, quia ita reſpondet tempori formationis, quod in mari eſt 30. dierum, in fœmina 42.

Si rurſus quęrat quis, cur fœmina tardius? reſpondet, quia frigidior, & ex frigidiori ſemine, quam ſententiam ſequitur Ariſtoteles 4. de gen. anim. 6. & Galenus 2. de ſem. 4. & 5. vtens exemplo luti liquidioris.

Sed his rationibus liceat nobis alias duas adiungere minimè negligendas, altera eſt natura loci, in quo fœtus gignitur; nam ex Hippocrate 5. aph. 48. mares, vt plurimùm in dextra, fœminæ in ſiniſtra gignuntur, quare conceptus maris ſit citiùs.

Altera eſt copia excrementorū, quia rationi conſentaneum eſt plura colligi in fœmina, quare puerperium etiam debet eſſe longiùs.

Sciendum eſt tamen illum terminum quadraginta duorum, & triginta dierum, eſſe quàm longiſſimum, & limitari ab Hippocrate, in fœmina viginti quinque, & in maſculo viginti, 1. de morb. mul. cui limitationi fermè conſentit experientia.

Quod ſi curioſius quæras quantitatē purgationis, reſpondet Hippocrates 1. de morb. mul. vt tota ferè ad viginti vncias, aut circiter perueniat: quod mirū videbitur, cùm certum ſit, nunc longè plus, niſi forte ex victus ratione id accidat; nam nunc magis replentur, & magis in otio degunt mulieres; licet re vera, neque de dierum numero, neque de quantitate poſſit aliquid certi ſtatui, cum naturam pro varietate ætatum etiā variari contingat.

Sed hic antequam vlterius progrediamur, non eſt prætermittenda celebris quæſtio, an in puerperio à die partus, vel morbi ſint computandi dies critici? Hippocrates & Galenus generaliter docent à die partus, minimè à die morbi.

At

At idem Hippocrates 1. epid. ſect. 3. ægro 4. in vxore Philini in Tarſo, quæ die 14. cæpit febricitare, & Galenus, hoc ipſo die, minimè à die partus videntur ſupputationem feciſſe.

Nec ratio videtur aliena; nam ſicut in alijs omnibus ex coctione, & cruditate humorum determinantur tempora, non ex ijs, quæ morbum præceſſerunt, ita de puerperis dicendũ eſt, & propterea non ex partu, quo tempore nulla eſt ægritudo, nullaque eſt materia morbum efficiens, ſed ex ipſo principio morbi ſupputatio facienda eſt.

Præterea ſicut Galenus generaliter docet 1. de diebus criticis cap. 6. principium morbi non eſſe capiendum, quando ægrotaturi vigilant, cibum faſtidiũt, capite grauantur, eadem planè ratione conſtituendum videtur, etiam ſi illæ fuerint quocunque modo affectę, ſicut re vera malè ſunt affecti, qui vigilant. His adde authoritatem Auicennæ, qui hanc materiam apertè confirmat 2. fen. lib. 4. tract. 2. cap. 5.

Ad hanc dubitationem Conciliator differ. 106. & plerique omnes medici videntur dupliciter reſpondere, primò, quod in partu naturali dies critici à principio morbi, in non naturali verò à partu ſunt numerandi. Deinde in morbis longè diſtantibus à partu, ſupputatio à principio morbi; in proximioribus, à partu fieri debet.

Nec deſunt rationes, quæ vtramque reſponſionem confirment; nam in partu laborioſo, & morbo ei proximo veriſimile eſt morbum in ipſum partum referendum eſſe: in facili autem, & naturali, & morbis diſtantibus ratio ſuadet, non ex partu, ſed ex alijs cauſis oriri.

Vtramque reſponſionẽ hiſtoria vxoris Philini confirmat, ſiquidem primò partus fuit naturalis, deinde febris longè à partu, quatuordecim dierum ſpatio, ſuperuenit cum rigore, & propterea rectè Hippocrates, & Galenus à principio morbi, non partus numerant dies.

At verò continent hæc aliquas etiam difficultates; namque Hippocrates in vna, vel altera puerpera, quæ habuerũt partus non naturales, ſtatimque à partu, ſecundo, & tertio febricitarunt die, videtur non ab ipſo partu, ſed à morbo computare, qualis fuit 1. epid. ſect. 3. ægro vndecimo, quæ filiam erat enixa, numerat ibi apertè dies, non à partu, ſed à die, quo rigor, & febris inuaſit: ſic etiam mulier quædam 3. epid. ſect. 3. ægro 12. quæ apud frigidam aquam in Tarſo habitabat, tertio die à partu, inquit, febre correpta eſt, atque ab eo die facto principio, deinceps omnes dies criticos enumerat, vſque ad eum, in quo obijt.

Imo verò, quod certè maximè eſt dignum notatione, hæc ipſa multò ante partum decumbebat ex febre, cibumque faſtidierat, vt omnis ratio colligat, vel à febre ante partum, vel ſaltem ab ipſo partu huiuſmodi ſupputationem fieri debuiſſe.

Talis demum fuit vxor Iphicratis, quæ laborabat apud Archagetem, quæ inter hiſtorias eſt maximè notabilis, ſiquidem etſi mulier ante partum rigore correpta fuiſſet, quod Galenus interpretatur in comm. tamen nec à die rigoris, nec à die partus, ſed à die febris dies critici numerati ſunt.

Itaque huiuſmodi hiſtoriæ demonſtrant dies criticos nonnunquam numerari, ab Hippocrate à prima die febris, minimè à die partus, etiamſi fuerit non naturalis, & febris incæperit ſecunda, & tertia die à partu, ex quo patet neutram reſponſionem tollere hanc contradictionem.

Quamobrem alij addunt tertiam, ſcilicet duplicem eſſe computationem, alteram à partu, alteram à febre, quæ omninò eſt abſurdior; nam præter quam quod Galenus, & Hippocrates vnicam recipiant à partu, imo verò Galenus confutat eorum opinionem, qui dicebant alteram computationem faciendã

cile

eſſe à febre, neceſſarium etiam eſſet, vt multa ſequerentur abſurda.

Quid ergo dicendum? Primum id repeto, hunc nodum eſſe adeo difficilē, vt non poſſit facilè diſſolui, nec habeo, in quo acquieſcam, quod nec fateri erubeſco, dicam tamen quid in mentem venerit, & minus cæteris diſplicet. Secundo dico, quod ſtatuere oportet, vnde faciendum initium computationis, deinde quomodo conciliandi ſint Hippocrates, & Galenus, qui non ſibi conueniunt.

Circa primum cum Hippocrate, & Galeno in prognoſticis puto à die partus, tanquam à certa, & verà cauſa, ex qua morbi originem habuerunt; nam omnes, vel à ſecundinis, vel à menſibus non ritè procedentibus oriuntur.

Quoad alterum dicam cum Galeno 1. de diebus criticis cap. 3. vbi diſputat aduerſus nonnullos, qui propter varias authorum diſſenſiones, vniuerſam de diebus criticis doctrinam euertebant, huiuſmodi ſanè, rationem nullius momenti eſſe, cum authores propter varias cauſas de vna, atque eadem re ſoleant varijs locis, variè ſentire, quod ipſi quoque Hippocrati eueniſſe certum eſt.

Quæ ſententia Galeni, ſi vera eſt, cōſtat longè maiorem fidem ſententijs Hippocratis in aphoriſmis, & prognoſticis habendam eſſe, quàm in libris epidemiorum, in quibus multa potiùs obſeruationis, quàm doctrinæ gratia tradita ſunt. Hanc quidem reſponſionē olfecit Valleſius lib. decimo controuerſia quarta, qui dixit ſcripſiſſe eas hiſtorias, non vt præceptor, ſed vt obſeruator, quia enarrabat tantùm hiſtoricè, & experimenta captabat, vt ſententias poſtmodum in aphoriſmis, & prognoſticis exponeret.

Quare ad principale inſtitutum redeuntes, retentionem ſecundinæ conſideramus, qui affectus ſanè difficillimus eſt, & quarto die necat, accidit hoc, mea ſententia, quatuor de cauſis; primò quia hærent vel fundo, vel alteri parti vteri;
A ſecundò, quod ſint conuolutæ inſtar cuiuſdam globi, neque ad exitum inclinent; tertiò, quod os vteri ſit clauſum; vltimò, quod mulier ſit imbecillior, quàm vt poſſit diſijcere ſecundinas.

Quoad primum, opus eſt operatione manuali obſtetricis, quæ illinita manu oleo, ac blandè arripiens non rectà violenter trahat, ſed modò in dextram modò in ſiniſtrā, donec eę laxentur, aliàs
B non cedunt, & periculum imminet inflāmationis, & ne ſimul vterus procidat: interim non ſunt prætermittenda alia præſidia, vt ſternutamentum, quod ab Hippocrate fit ex

Elleboro, &

Pipere,

Conferunt etiam omnia prouocantia menſes, proponuntur quędam peculia-
C ria, vt

Borax,

Stercus accipitris,

Pellis ab angue depoſita ad drach. 1. cum vino; vel

℞. cinnamomi,

Croci, ana ſcrup. j.

Boracis, ſcrúp. iiij.

Fiat bolus.

Nonnulli probant lixiuium cum oleo:
D multi celebrant pro ſecreto puluerem teſticulorum equi, quantum tribus digitis capi poteſt: hæc facienda, ſi pateat os vteri, quod ſi conniueat, tentandum eſt reſerare laxantibus, & aperientibus

Oleis,

Balneis,

Suffitu,

De quibus ſæpè,

Si demum non poſſit extrahi, probè
E nutriendum eſt, quod autem dicitur ab Aetio lib. vlt. cap. 14. quod ſi non exeat intra paucos dies, corrupta, & in ſaniē conuerſa effluet, & hoc licet omnes recipiant, mihi non probatur; nam ante grauia adeo ſymptomata affert, vt perimat, quod experientia demonſtrat.

Adde remedium, quod nunc occurrit, ſectio venæ, ſi ſcopi primarij adſint,

ſed de his quædam examinanda, primũ A ſi corripiatur graui morbo, puta pleuritide, ex quo loco ſit ducẽdus ſanguis, è brachio ne, an crure? nam licet multi ex cruribus, non deſunt tamen, qui magis ex brachio mittant, vt Ludouicus Mercatus lib. 4. cap. 11. & Valleſius 5. meteor. 16. vbi refert hiſtoriã Helenæ, quæ ſanata fuit ſectione in cubito. B

Hoc tamen videtur à ratione & à Galeno alienum, ac multa pericula ſecum affert; nam Galenus ex vna parte docet, & omnes concedunt congruam menſiũ fluxionem eſſe veluti clauum nauis præcipuum, & fortè ſolam rationem præcipuam, qua puerpera poſſit à pleriſque malis præſeruari.

Ex altera verò parte idem Galenus de phlebotomia c. 11. ait ſectionem venæ C in ſuperioribus purgationes reuellere, qua propter conſtat ex omnium ſententia in inferioribus ſecandas eſſe venas: notum eſt Hippocratis oraculum, quod ducere oportet per loca conferentia, ex quo Galeni lib. de phlebotomia 11. & 19. generale præceptum ſumitur, plenitudines à retentis menſibus natas, ex cruribus omninò euacuandas.

Sic Hippocrates in vna, atque altera hiſtoria 1. epidem. ſectione 3 ægro 4. & 5, ſic Auicennas 21. tertij tract. 2. 36. vbi laudat puerperæ laboranti febre ſaphenæ ſectionem & aquam hordei, granata dulcia, & nihil aliud agit, ſimiliter fluentibus menſibus.

Nec probo hemorrhoidum aperitionem, quia impediunt purgationes; nam diuertunt ab vtero, 5. meth. 3. quibus oportet ſemper intendere.

Conuenit ne purgans medicamentum? Duo relati viri probant. Mercatus quidem quando non procedunt purgationes rectè, vt ſic natura ſubleuata, eas promoueat; & Valleriola inquit feliciter dediſſe: ego è contra puto omnem purgationem, quæ non fit per vterum, eſſe damnandam, & inutilem, ac contra Hippocratem, & Galenum: ſiquidem poteſt purgationes impedire, quæ impeditæ omnia mala producere conſueuerunt in mulieribus.

Et hæc de morbis attinentibus ad membra fœtus generationi deſtinata: nunc affectus partium, quæ alimentum infanti in lucem producto præparant, quoquomodo dicemus.

DE MAMMIS

INFANTI IN LVCEM EDITO ALIMENTVM PRODVCENTIBVS.

CAPVT DECIMVMSEXTVM.

QVamuis non omnes morbos, potiores tamen E genitiuis partibus, & frequentiùs euenientes tam viris, quã mulieribus, in medium hactenus attulimus. Verùm cùm pro generatione perfectè abſoluenda opus ſit, vt non ſolùm conſideremus in fœminis vterum, & in maribus virile membrum, quæ generationem ſpectãt prolis nutritionemq; eius dum adhuc in vtero continetur; verùm etiam mammas quæ ſunt partes nutritioni, & conſeruationi infantis, poſtquam in lucem prodierit, inſeruientes: ea propter vbi huc vſq; de affectibus illarum partium in præcedentibus egerimus, nunc affectiones mammis ac-

accedentes diſcutiemus.

Aliud ſiquidem eſt alimentum, quo fœtus in vtero concluſus nutritur,& aliud, quo infans extra vterum productus alitur. Nam licet materia vtriuſque eadem ſit, eſſentialiter tamen differunt cum illius ſit ſanguinis purior pars, huius verò etiam eſt ſanguis virtute mammarum in lac conuerſus.

Antequam igitur de vitijs circa huiuſmodi nutrimentum contingentia tractemus, de mammis aliquid dicendum eſt; cumq; mammæ ſub glandularum genere ponantur; ea propter neceſſe eſt, vt quid hæ ſint, proponamus.

DE GLANDVLIS in genere.

GLandula ex medicorum Principe Gal. 3.de aliment. facul. cap. 5. nihil aliud eſt (quod ad materiam ſpectat) niſi carnis quædam ſpecies, quæ glandularum caro,ſeu ſubſtantia tantum recedit à linguæ ſubſtantia, quantum lingua à muſculorum carne, hæc autem fungoſa, atque rara eſt, ex eodem Gal. loco citato, magis igitur fungoſa, magiſq; rara eſt glandularum ſubſtantia cæteris carnibus.

Vnde Hippocrates lib. de glandulis tex. 1. ſcripſit naturam,hoc eſt,ſubſtantiã glandularum eſſe ſpongioſam,raram, interque corporis carnes nullam illis eſſe ſimilem, nobiſq; ipſarum ſubſtantiam tangentibus, vt idem fatetur Hippocrates,lanæ formam menti noſtræ repræſentat.

Pro huius itaque rei intelligentia ſciendum eſt plures eſſe ſpecies carnis in corpore noſtro. Fernelius lib. 1. de partibus corporis humani cap. 14 retulit triplicem eſſe carnis ſpeciem; vnã, quæ in muſculis, ſecunda, quæ in viſceribus; tertia,quæ in glandulis reperitur. Verùm ex Galeno excogitari poteſt præter has alias ſpecies; nam lib. 3. de aliment. facult.cap.4.5. linguam eſſe car-

A nem ſcripſit,quæ fungoſa ſit, & maximè recedens à muſculorum carne: glandularum verò carnem recedere tantum à linguæ ſubſtantia, quantum hæc ab illa muſculorum abeſt.

Quare alia ſpecies carnis eſt ea, quæ linguam conſtituit, & conſequenter in corpore carnis ſpecies erunt plures tribus. Præterea eſt etiam caro, quæ in gingiuis,ac ea,quæ in glande penis reperitur; igitur multæ ſunt ſpecies carnis, plureſque tribus, contra quàm ſentiat Fernelius. B

Sed vnum hoc ex Gal.decreto lib 10. meth medendi cap. 11. adnotandum venit,in ſingulis ſimplicium,atq; primarũ partium, portionem aliàm eſſe fibroſam, aliam membranoſam, & aliam carnoſam, quòd exemplificans in vena oſtẽdit eam habere tunicam tenuiſſimam, in qua plures fibræ inueniuntur araneolis quibuſdam interſitis contextæ,quibus vtriſque propria venæ ſubſtantia adnaſcitur. C

Hæc verò,vel carnoſa ſubſtantia, vel caro appellatur, quæ alia, atque alia eſt pro partium diuerſitate, quandoquidem alia eſt in ventriculo, & in iecore, & alia in arteria, atq; in muſculo. Vnde per carnem communi quodam nomine ſignificamus ſubſtantiam conſtituentem vnamquamque partem; propriè tamen loquendo ea caro verè appellatur, quæ in muſculis eſt, quæ verò in viſceribus, dicitur parenchyma, ſeu affuſio;quæ porrò in venis,inteſtinis, ventriculo, atque vtero inuenitur, proprio vacat nomine. D

Ac quamuis glandulæ ad naturam carnium referantur, in mollitie tamen, & raritate primas partes ſibi vendicant. Verùm inter illas nonnullæ exiſtunt,quę duriores reliquis eſſe obſeruantur, quibus id munus à natura conceſſum fuit, vt loca vacua replerent,necnon vaſa aliqua ab inuicem diuiderent. Earum prętereaquædam ſunt nobis guſtui gratiſſimæ, vt illæ, quæ in ceruicis animalis initio reperiuntur. E

At quæ ſubſtantiam magis raram, & ſpongioſā habent, natura poſuit ad generandas, aut ad recipiendas quaſdam humiditates, vt illæ ſunt, quæ ad linguæ radicem apponuntur, perpetuò ſaliuam emittentes, aliæ ſunt radici linguæ aſſidentes, quæ linguam ipſam, & ſubiectas partes madore quodam proluunt, nominanturque pariſthmiæ, ſeu amygdalæ.

In hoc genere connumerari debent mammæ, ſiquidem pro lacte generando à natura factæ ſunt, & inter omnes glandulas primùm locum obtinent, Galenus 7. de partium vſu cap. 22. Illæ enim ſolæ ſunt, quibus ſenſus datus eſt, reliquis prorſus ſenſu deſtitutis.

DE GLANDVLIS *mammarum.*

Conſtructionem mammarum nunc proponere eſt animus, ſitum, numerum, figuram, magnitudinem, connexionem, vſum, atq; actionem, ac exordiamur primùm à definitione.

Auicennas definiuit, ſeu deſcripſit mammas lib. 3. ſen. 11. tract. 1. hoc modo. Mammæ ſunt corpora quædam organica, compoſita ex venis, arterijs, atq; neruis, inter quas exiſtit vacuitas, quam caro replet glandoſa, cui non adeſt ſenſus, albi coloris (ſubiungens ait) & propter ſuam albedinem, quando aſſimilatur ei ſanguis, albificatur cū ille qui nutrit ipſam, tum ille, qui ſuperfluit, & fit lac.

Mammarum porrò ſitus ita cōſpicuus eſt, vt neminem lateat; hæ nanque in anteriore thoracis parte, exterius ad latera oſſis pectoris, quod ſternon appellatur, vtrinq; ſitæ ſunt.

Figuram habent exterius rotundam, ac gibbam, proceſſus quoſdam mittentes exiguos, vtrinq; vnum, qui θηλὴ Græcè dicūtur; Latini papillam vocant; qua verò pectus reſpiciunt baſi ſatis magna innituntur ſeſe leniter ſecundùm hunc gibbum inſinuantes.

A Papillæ iam dictæ in ſubſtantia cum mammis minimè conueniunt; quandoquidem hæ glanduloſæ ſunt, illæ verò inſtar penis ſubſtantiam habent; nerueq; enim quodammodo ſunt, intra verò cutē ſpongioſa ſubſtantia oppletę, vt dirigi, ac viciſſim laxari penis inſtar poſſint, pariq; ſenſu ſunt præditæ. In centro mammillarū vna glans magna, atque papillæ inſtar effigiata mulieribus habe- B tur, puellis paruis glandulis ſociata exiſtit.

Magnitudo mammarum non omnibus mulieribus, neq; omnibus viris eadem eſt; virginibus enim exiguæ ſunt admodum; hominibus quoq; quibuſdam adeo exiguæ ſunt, vt exiccatæ appareant, quibuſdam verò ſatis magnę, atque amplæ apparent, ita vt aliquibus lac intus contentum viſum quandoq; ſit.

C Quæ verò mulieres vtero geſtant, magnas habent mammas, quæ iam pepererunt, multo maiores, quare nulla determinata magnitudo omnibus mulieribus reperiri poteſt. Duæ in humano genere tantummodo repetiuntur, quod omnibus ſatis notum eſſe puto.

Venas habent, atque neruos, venæ quidem ab axillaris venæ ramo dependent, qui in muſculos pectori ſuperſtra- D tos, & cutem, ipſamq; demum mamillam ſeſe diſtribuit, in quibuſdam etiam mulieribus apparent ſurculi venarum ab his deriuantes venis, quæ à ſummitate humeri, atq; ſcapularum deriuant.

Sunt, qui dicunt ab his venis, ſub iugulo à caua enatis, ad mammas ſimul cum arterijs deferri, quod ſe nunquā vidiſſe Veſalius fatetur, arterijſque eas deſtitutas eſſe ſemper in anatome ob- E ſeruauit.

Oculatiſſimus tamen Falloppius ſcripſit arterias ſimul cum venis ad mammas ferri; ait ſiquidem venas, quæ ab vteri venis ſurſum, per muſculos rectos ducuntur, prope mucronatam cartilaginem coniungi ſimul cum quibuſdam venis, quę deorſum à iugulo per thoracem ferun-

ferun-

feruntur, ita vt vnum venæ corpus efficiant, ex qua coniunctione venæ ad cutem quamplures diſſeminantur; ab illis enim venis, quæ deſcendunt per media ſpatia cartilaginum propagines manifeſtiſſimæ vna cum arterijs mammis communicantur: & hæc vna eſt potiſſima conſenſus mammarum cum vtero ratio.

Neruos habent mammæ ab illis neruis, qui per muſculos diſſeminantur ipſius thoracis: verùm papillis vnus ramus ſatis inſignis ex quinto coſtarum interuallo ſeſe offert, in plures muſculos diuiſus, papillæ implicitos.

Mammæ itaque ita conſtructæ inter membranam, atq; cutem continentur, quibus magis hæc ipſa papilla adhæret, ita vt vix ſeparari poſſit, hinc eſt, quod ipſæ muſculis thoracis, atq; duobus illis adducentibus brachium ad pectus connectantur: ad hæc & per venas, quas vterinas appellant, coniunguntur cum vtero, quibus habitis iam conſtructio ipſarum vobis manifeſta euadit.

Quem modò vſum præſtent in corpore ſuperius audiuiſtis, quod lac generare aptæ natæ ſunt pro fœtibus in lucem editis enutriendis. Hæc eſt communis medicorum opinio circa mammarum vſum; eſt tum Ariſtoteles, qui 4. de part. anim. cap. 10 dixit mammas carnulentas pectori poſitas maribus, vt operimentum cordi præſtent; laxitas enim ſpatij id præſtat, fœminis verò ad alterum opus natura ijs vtitur, hoc eſt, ad lactis generationem.

Videtur igitur aliqualis difficultas circa mammarum primarium vſum, quandoquidem Ariſtoteles videtur velle primarium vſum eſſe ad cordis tutelam; Galenus verò 7. de part. vſu cap. 22, oppoſitum ſentit, ſiquidem ſcripſit ibi primariam, ac maximam vtilitatem eſſe lactis generationem, ad quod obeundũ munus cordis calore egent.

Vnde eſt, quod illæ cordi ſolùm gratiam referre debent, quippe quod illis calorem tribuat pro lactis perfecta generatione, & tamen exiguam admodum reddunt gratiam; id ipſum enim exterius tegere poſſunt: natura ſiquidem ipſarum glanduloſa craſſis indumentis non diſſimilis eſt, propterea quaſi cordis propugnaculum ſunt, ac veluti tegumentum, cum ipſum recalefaciant, non aliter quàm operimenta alia, quæ nobis ipſis extrinſecus inijcimus.

Vt enim ea ipſa frigida corpori circumpoſita, deinde ab ipſo calefacta paulo poſt recalefaciunt; ad eundem modum mammarum ſubſtantia glanduloſa eſt operimentum cordis, quæ calefacta ab eo, deinde id recalefacit.

Hæc duo mammarum officia magis in mulieribus apparent, tum quia lac euidentius in mulieribus videtur, tum quia hæ viris laxiores, atq; frigidiores sũt. Hinc eſt, quod etiam aliud iuuamen tum in his magis verificari apparet, ſed antequam huius diuerſitatis opinionum aut controuerſiæ, veram determinationem afferamus, ſatius duxi alia prius enucleare, quæ circa mammarum conſtructionem verſantur.

Primum, cur ſit, quod humano generi in thorace poſuit natura, brutis verò animantibus in abdomine?

Secundo, cur duæ tantùm mammæ hominibus; brutis verò cæteris quamplures datæ ſint? nec tamen omnibus; nam quædã ſunt, quæ duas ſolummodo mammas habent?

His duobus reſolutis, atq; examinatis declarabimus, an primariò mammæ factæ ſint ad lactis generationem?

Vltimò videbimus, num lac in propria mammarum ſubſtantia generetur, an verò in venis? ex quibus clarum fiet, num à calido, an à frigido tanquam ab efficienti producatur lac.

CVR HOMINIBVS PECTORI, & duæ; reliquis animantibus abdomini, & plures data ſint mammæ?

A Quod attinet ad ſitum, Ariſtoteles 4. de part. anim. cap 10. quem etiam ſectatus eſt Galenus. 7. de part. vſu cap. 22. rationes tres huius ſitus diuerſitatis affert. Prima deſumpta eſt ex loci capacitate; homo enim pectus latum habet, laxitas propterea loci id permittit; brutis verò animantibus anguſtum eſt pectus, & quaſi in angulum vertens, propterea locus mammis non opportunus.

Ad hæc nihil in homine impedit, quo minus in thorace mammæ non apponātur, at brutis crura anteriora impedimento ſunt; dum enim hæc ipſa ambulant, crura ante ſe pertendunt, vnde eſt, quod pars anguſtior redditur, ne igitur mammæ progreſſu brutorum animantium impedimento ſint, in ventre inferiori illas natura collocauit.

Cum enim crura anteriora magis ad corporis ſuſtentationem, poſteriora ad ambulationem facta ſint, ideo diſtenta, atq; diuaricata corpus minimè ferre poſſent, quare pectus illorum melius eſt coarctatum, & quaſi in angulum redactum.

Secunda ratio eſt ob partis, atque huius loci laxitatem, quæ carnoſa eſt; mammæ ibi à natura collocatæ ſunt, vt cordis ſedem operiant, atq; tegumento, ſint.

Ratio eſt, quoniā brutorum animantium partes anteriores longè maiores ſunt hominum partibus anterioribus, cæteris paribus, omne propterea id, quod de alimento fluit, in alimentum harum partium conuertitur.

Aduerſus hanc Ariſtotelis tertiam rationem, quæ deſſumpta eſt ex 4. de par. anim. cap. x. eſt eiuſdemmet Ariſtoteles authoritas 4. de gener. ani. cap. 9. vbi quærens rationem, cur ſit, quod omniū animaliū partus naturales proni in caput verſi fiant? Reſpondet hoc eſſe quia partes ſuperiores omniū animalium inferioribus partibus ſunt maiores, viri igitur, atq; mulieris anteriores partes maiores ſunt poſterioribus. Sed de hac re aliàs.

B Addit Galenus ſuperfluum alimenti ad has fluens partes in cornua, atq; crines conuerti. Multum autem benigni alimenti hominibus coaceruatur, ad partes verò inferiores brutorum multa alimenti quantitas fluit, quandoquidem eò confluuium, & copia ſanguinis excrementi concurrit.

His igitur de cauſis natura in thorace mammas brutorum animantium minimè poſuit, ſed in ventre inferiori. Hæc ad primum quæſitorum.

C Quod ad mammarum numerum ſpectat, ratio mammarum numeri, ni fallor, ex Ariſtotelis ſententia ſumitur ex partus numero; quæ enim animalia multæ prolis ſunt, multas mammas habere neceſſe eſt, quæ verò ſunt numero partus pauciori, eas binas habere conuenit; hinc eſt, quod binæ mammę hominibus datæ ſunt, vtrinq; diuiſæ, quoniām partus binæ ſunt, dextra ſc. atq; ſiniſtra.

D Sed quamuis ex partus multitudine numerus mammarum ſumatur, non tamen omnia animalia plures fœtus edentia plures duabus mammis habent; nam quæ ſunt partus numero pauciori, vngulas ſolidas, aut cornua habent, duas quoq; mammas, ſed inter fœmora repoſitas.

E Quæ verò numeroſo partu, & pede multifido ſunt, hæc plures duplici ordine conſtitutas mammas habent, vt canes & ſues, aut binas tantum, ſed medio ventre; leo enim parit plures duobus, & duas tantùm habet mammas.

Huius diuerſitatis ratio eſt, quoniām leo eſt carniuorum, ea propter rarò cibum aſſumit, quia eo caret, id autem in nutrimentum, non autem in lac conuer-

uertitur, vnde lacte deſtituitur, & conſequenter duas tantummodo mammas habet.

Eſt igitur Ariſtotelis ſententia, quod ea animalia, quæ prolem numeroſiorem habent, ea ipſa numeroſiores deſiderēt māmas, quæ verò vnius prolis ſunt, aut duarū, paucas requirere, ad minus autē duæ ſunt māmę, ita vt nullum reperiatur animal, quod vnam ſolummodo habeat mammam, ſed duas ad minus,

B Quæ tamen non omnibus eumdem ſitum inferioris ventris obtinent, quandoquidem habentia cornua, aut vngulas ſolidas, inter fœmora mammas habent, quæ verò multifida ſunt, nullum horum inter fęmora mammas obtinet. Hinc eſt, quod elephas, qui vnius prolis ſit, duas mammas obtinet, quoniam verò multifidus eſt, ſub armis, ſeu ſub alis mammas poſſidet, cum eas habere non potuerit in pectore ob cauſas iam dictas. Inter mares autem quidam ſunt, qui habēt mammas, vt homines, at vero brutorū animātium ſola illa, quæ matri aſſimilantur ex Ariſtotelis decreto.

Sed quæret quiſpiam, cur animalia illa, quæ plures mammas in ventre habent per longitudinem eas ipſas partitas habeant? Huic ex Ariſtotele dicendum, quod ratione biparriti corporis in dextrum, atq. ſiniſtrum, non niſi duas habere poſſunt. Quare neceſſe eſt eas ipſas per longitudinem partitas habere, quandoquidem locus, qui inter priora, atq; poſteriora interiacet per longitudinem exporrectus eſt: hæc de numero.

DE MAMMARVM VSV.

Modò ad id, quod cū cæteris quęſitis fuit propoſitum declarandum me accingo, num ſcilicet primaria ratione lactis gratia mammæ animalibus datæ ſint, an verò tegumenti, atque cordis tutelæ gratia; nam ex vna parte extat Gal. ſententia dicentis primariò

A eſſe lactis cauſa: ex altera verò eſt Ariſtoteles, qui ſcripſit primariò factas eſſe pro cordis tutela, naturam verò ijs abuti pro lactis generatione.

Huic quæſito non ita ſatisfacere poſſumus, mea ſententia; quandoquidem (vt ſupra vidimus) non omnibus idem ſitus eſt; nam alijs in thorace, alijs in abdomine collocantur, quarum aliæ lac generant, aliæ verò minimè, quæ verò in thorace ſunt, neq; lac generant, affirmare non poſſumus eas primò factas eſſe pro lactis generatione, ſimiliter, quæ in abdomine continentur, illæ ad cordis tutelam minimè datæ ſunt.

Et rurſum illis, quæ abdomini dantur, neque lac generant, neque cor tutantur, nullum horum attributorum competit; non enim poſſumus dicere lactis cauſa primariò eſſe factas,

C neq; cor ipſum tegere. Quid igitur dicendum?

Non eſt, vt vniuerſaliter huic quæſito reſpondeamus affirmantes vnam partem veram eſſe, aliam verò falſam, neq; etiam vt vtramque quæſiti partem teneamus, ſed ad diuiſiones deueniēdum eſſe puto; nam aliud eſt conſiderare mammas in genere humano virorum, aliud mulierum. Si primum licet tunc

D affirmare eas factas eſſe cordis tutelæ gratia, quod ſupra voluit Ariſtoteles.

Quod verum ſit id, quod dico, Ariſtotelis verba id oſtendunt, vbi inquit fœminis ad aliud opus naturam vſurpare mammas, ad lactis videlicet generationem, ſin mammas mulierum ſpectabimus, cum Gal. affirmare nobis licet eas ipſas primariò factas eſſe pro la-

E ctis generatione.

Hinc cor magnam gratiam mammis referre debet, cū ipſum tutentur exiguā admodum illis corde præbente vtilitatē; nam etſi illas calefaciat, non illarum gratia, ſed ſuimet cauſa id efficit, mammæ verò lac generantes, gratiam exiguam cordi referunt pro tāto beneficio

ab

ab illo accepto, quandoquidem calorē illis impartitur, cuius gratia, lac generare aptæ ſunt, illis ſolummodo exiguè ipſum calefacientibus, eo nimirum modo. quo alia indumenta, quibus induimur, faciunt; primò enim à noſtro calore calefiunt, quæ calefacta recalefaciunt nos.

Verùm ſi ad bruta orationem, atque conſiderationem flectamus, adhuc facta maris, atq; fœminæ diuiſione, in fœminis ſimpliciter factas eſſe pro lactis generatione cum Galeno coniectabimur, ſin marium fiat conſideratio, neq; lactis gratia videbimus factas eſſe, neq; pro cordis tegumento, cùm maximè ab eo diſtent.

Quapropter puto has ipſas eſſe veluti ludibria quædam naturæ, ornatuſque gratia datas eſſe maribus, quibus inſunt, quare, vt vno verbo amplectar, mammarum aliæ factæ ſunt primariò pro cordis tutela, quod voluit Ariſtoteles, aliæ pro lactis generatione, quod Galenus ſcripſit, aliæ demum ſunt ornatus gratia, quare hac facta conſideratione & Ariſtoteles, & Galenus verum dixerunt.

AN IN MAMMIS generetur lac?

SVpereſt modò, vt videamus vtrum lac in mammis generetur? Auicenna lib. 3. fen. 11. tract. 1. ſcripſit mammas comparari poſſe ad hepar; ſicut enim chylus in hepate à propria hepatis ſubſtantia in ſanguinem rubeum conuertitur, ita prorſus ſanguis ad mammas delatus in lac conuertitur, propriæque illius ſubſtantiæ aſſimilatur, & albedinem induit.

Eſt itaq; Auicennæ ſententia lac in propria mammarum ſubſtantia generari. Galenus verò 7. de part. vſu cap. 22. ſcribit naturam noluiſſe à vena caua, quæ prope diaphragma eſt, dum ſurſum properat, ramum mammis tranſmittere, quamuis illi commodius fuiſſet, cum illæ è directo conſiſtant, verùm eum prius ſurſum ad cor euexit, per vniuerſumque thoracem traduxit, cumque ſurſum ad iugulum perueniſſet, ideſt, ad vocatas claues, venas duas, atq; arterias commemorabiles eduxit, eaſque ſimul per totum pectus deduxit; hocq; modo binas demum vtriq, mammillæ inſeruit.

B Huius igitur progreſſus venæ Galenus rationem reddere tentans, tam longam viam hiſce venis naturam ſtatuiſſe inquit, vt in longo hoc itinere ſanguis pro lactis generatione ab illis eductus plurimum coqueretur; dum enim ſurſum fertur, cor permeat, & rurſum dum deorſum recurrit, exagitatur quidem ſemper à motu thoracis, in quibus huiuſmodi vagationibus incaleſcit, parti immorans, quæ ſemper mouetur, quæ omnia ad lactis generationem perfectā ſummopere conferunt.

C Ex quibus Galeni verbis clarè eliciendum eſt lac in his venis generari. Galeni opinioni fauet Hippocratis authoritas, qui lib. de glandulis tex. 1. de glandulis loquens eas plures venas habere ſcribit, quas quidem ſi quiſpiam ſecuerit, ab ijs ſanguis copioſus erumpit. ſpecie albus, & veluti pituita, cum verò mammæ glandulæ ſint, venæ in ipſis album ſanguinem continentes, nihil faciunt præter lac; lac igitur in venis, non in mammarum ſubſtantia generari poterimus aſſerere.

D Huic appatenti, & ferè nullius conſiderationis controuerſiæ de facili ſatiſfacere poſſumus, dicentes lac ipſum, & in venis, atq; in mammis generari, ſed alio, atq; alio modo, hoc eſt in venis diſpoſitiuè, in mammis perfectiuè; his enim venis id contingit, quod ſpermaticis vaſis accidit; nam ſanguis, qui pro ſpermatis generatione fluit, antequam ad teſtes deueniat, elaborationem patitur, dealbariq; incipit, dum verò magis teſtibus appropinquat, magis

E

magis albatur, vt tandem ad teſtium ſubſtantiam delatus perfectam formam, atq; ſpermatis ſpeciem ſuſcipiat, elaboratus videlicet, atq; à propria teſtium ſubſtantia concoctus.

Pari ratione venis hiſce iam dictis euenit, in quibus ſanguis detentus, tum longæ viæ ratione, tum thoracis motus occaſione, cùm præſertim longam patiatur ibi moram, rudem quandam lactis formam adipiſcitur, vt tandem magis appropinquatus mammis, magis albus fiat, ad mammarum verò ſubſtantiam euectus lactis perfectam formam, atq; rationem ſuſcipit.

Idem quoq; chylus à venis meſeraicis patitur, quare mirum non eſt diſponi ſanguinem his venis contentum pro lactis forma accipienda, & hoc modo Hippocrates, atque Galenus intelligendi ſunt; Auicennas verò locutus eſt de lactis perfecta generatione, in venis igitur, atq; mammis lac generari nullum eſt inconueniens.

Ex quibus etiam clarè elicere licet non à frigido, tamquam ab efficienti lac generari, ſed à calido ipſo, tum à motu thoracis, tum à cordis calore, & ab innata mammarum facultate, quæ cum ſint carnis quædam ſpecies, frigidæ nobis exiſtimandæ non ſunt, ſed talem, & tantum calorem habere, quantum ſatis eſt pro ſanguine mutando in lactis naturam.

Adde, quod illæ albæ ſunt, virtuteq; contactus id, quod alterant, ad propriã naturam conuertunt, quod ad colorem attinet. Hęc eſt Galeni doctrina 2. lib. progn. tex. penultimo, & quampluribus alijs in locis, videlicet, omnes partes, quæ aptæ natæ ſunt aliquid tranſmutare, id totum ad ſui naturam, atque colorem ducere. Atque hæc dicta ſat ſunt pro horum quæſitorum reſolutione.

Data porrò eſt mãmis figura ſemiglobi inſtar exterius ad maiorem tutelam; inter enim omnes figuras, quæ rotunda eſt, minus eſt iniurijs expoſita: figuram

A autem planam habent, quà pectus tangunt, vt firmiori baſi inniterentur. Tenellam autem, atque eleuatam papillam habent, vt hæc ipſa tenello, atq; molliuſculo ori infantis impoſita, ſtatim, atque facilius labijs delicatis conſtringeretur, atq; vt puer maxillam inferiorem ſurſum ducens lac ſugere abea ſine labore poſſet.

Ex neruea autem, atque carnea ſub-
B ſtantia penis inſtar facta eſt papilla, vt ipſa dirigi in contactu poſſit, faciliuſq; ori tenello infantis exponi. Senſum autem exquiſitũ habuit, vt hinc contacta à molliuſculis infantis labijs voluptatẽ notabilem mater, aut nutrix percipiat, quo libentiùs ipſam exſugendam puellulo offerat.

Verùm ne ſermo de mammis inſtitutus nimium excreſcat, primarium vſum
C glandularum, quę mammas conſtituunt, eſſe lactis generationem oſtendimus, nunc verſandum eſt circa eiuſdem lactis prærogatiuas.

DE LACTIS NATVRA.

Qvicunque de natura lactis ſcribũt, inter ſe conueniunt lactis materiam eſſe ſanguinem menſtruum qui ſi-
D cuti in iecoris parenchymate ex chyloſa materia producitur; ita eum mammarum ſubſtantia glanduloſa mediante proprio, & innato calore in lac tranſmutat.

Sanguis enim ſuum colorem rubicundum à iecoris ſubſtantia rubicunda recipit, non ſecus lac, quod album eſt, albedinem à mammarum ſubſtantia, quæ alba eſt, nemine diſcrepante, recipit.

E Ita ſanè à natura comparatum eſt, vt tranſmutationes ſubſtantiarum, quæ fiunt in partibus corporis, colorem accipiant ab iiſdem partibus; quod ex multis tranſmutationibus in corpore factis luce clarius apparet, vt de chylo in ventriculo tranſmutato: de ſemine in vaſis ſeminalibus, & teſtibus, vbi tranſmutatur

tur ſanguis in ſemen, quod album eſt. A

Imo verò Galenus ſcripſit, quod ſi ſanguis diutius, quàm par ſit, in cauitate venarum moraretur, album colorem reciperet, quo venæ ſunt præditæ, 13. de partium vſu, j. prognoſtic. & multis alijs locis. In hoc omnes authores conueniunt, vno excepto Horatio Augenio, qui libro 7. epiſtolarum, & conſultationum epiſtola ſeptima contrarium putat, quo in loco duo argumenta in medium affert.

Equidem vtrique ſatisfacio, oſtendoque illum non rectè Galenum interpretatum fuiſſe, vt in meo tractatu de lacte pro Don Franciſco Marullo in appendice ad Antidotarium Meſſanenſe capite de lactis natura, & vſu in medicina vnuſquiſq; videre poteſt, quod huc transferre nimis longum eſſet.

Quemadmodum igitur chylus albus à ventriculo factus, à iecoris parenchymate fit rubeus, & conuertitur in ſanguinem; ita prorſus exiſtimandum eſt eundem ſanguinem tranſmiſſum per venas ad mammas, quæ glanduloſę, & albæ ſunt, in ipſis alterari, ac tandem per nouam coctionem in lac conuerti, quod eſt album.

Quare concludo in mammis, ſeu in glandulis mammarum tranſmutari ſanguinem menſtruum in naturam lactis, idq; fieri ſine ope venarum, aut arteriarum, ſed à ſubſtantia mammarum, quæ albæ eſt.

Hanc ſententiam nos docuit Galenus lib. 1. artis paruæ iam citato, vnde glandulæ mammarum, vt tranſmutent ſanguinem in lac, non egent venis, & B arterijs, quamuis vt conſeruentur, egeant affluxu à corde per arterias, & per venas à iecore, quod confirmat Plutarchus lib. 7. conuiuiorum quæſtione prima dicens omnes partes noſtri corporis à natura propria appetitum habere ſuā operationem præſtandi, cui ipſa eſt deſtinata.

Inquirere hoc in loco naturam, & qualitates lactis, quod pro nutritione infātis requiritur, an ſcilicet ſit calidæ, C vel frigidæ naturæ, ſuperfluum mihi videtur, cùm demonſtrauerim naturam nō minus intentam eſſe conſeruationi operis ſui extra vterum producti, quàm ipſiuſmet generationi; præſertim cùm de natura lactis à me ſatis ſcriptum ſit in libello ſuperiùs citato.

DE LACTIS DEFECTV.

CAPVT DECIMVMSECVNDVM.

IN præſenti meum eſſe videtur verſari circa ea, quæ poſſunt impedire, ne infās nuper natus nutriri queat, quę ſunt euenientia circa lactis perturbationem, quod dictum eſt eſſe recens nati filij nutrimentum.

Tria autem videntur eſſe impedimenta, quæ vt plurimum euenire conſueuerunt, vnum eſt lactis inopia, ſeu defectus.

Alterum eſt lactis redundantia.

Tertium lactis in ſpeciem caſei, vel in grumos conuerſio, hoc eſt, congelatio lactis.

B Hæc ſanè tria ſolent, vt plurimum impedire, ne infans commodè nutriri poſſit, aut ſaltem cum difficultate. Multa alia mammas mulierum infeſtare notū eſt, quo minus infantuli nutriantur: ſed his tribus contenti erimus, reliquæ affectiones habentur apud Mercatum, & alios.

Dici-

Dicimus defectum eſſe lactis eo tempore, quo abundare mulier deberet, id eſt poſt partum. Eſt autem defectus lactis Authore Roderico à Caſtro lib. 4. cap. 24. de morbis mulierum, ſymptoma de genere excuntis mutati; nam cũ ſit quid præter naturam, opus eſt, vt re vera redigatur, vel ad morbum, vel ad cauſam, vel ad ſymptoma.

Sed non eſt morbus, quod nullam lædat operationem neque dicitur cauſa, ergo ſequitur, quod ſit ſymptoma, vel in actione læſa, vel qualitate mutata, aut excreto mutato; at neque eſt primum, nec ſecundum, ergo ſequitur, quod ſit tertium, nempè excretum mutatum, in quo mulieris mammæ afficiuntur, quoniam non præſtant vſum, cuius gratia ſunt factæ, & eo potiſſimùm tempore cum neceſſarium eſſet, à partu nimirum.

Nam dum fœtus in matrice augetur, venæ omnes tam ex vtero, quàm ex mãmis prodeuntes alimentum illi effundunt; quando verò in lucem editus eſt infans, alimentum totum in mammas affluit, quo ſit, vt lac, & ſanguis mẽſtruus eodem tempore procedere nequeant, nec fluente menſtruo fœmina lactare poteſt.

Vnde quibus lac largè ſuppetit, ijs omninò menſes ſupprimuntur, ergo ſi lac deficiat, mammillas affectas eſſe, ſiue per ſe, ſiue per conſenſum, dices. Earum verò affectus ſymptoma eſſe in genere retentorum immodicè, & præter naturam, clarum eſt, atqui cum omne ſymptoma à morbo proficiſcatur, fit vt hæc affectio ſit ſymptoma; pars verò affecta ſit mamma.

Quod attinet ad morbum, vel eſt mala mammarum conformatio, aut intemperies aliqua, aut ſolutio continui, vt clariſſimè ex ijs, quæ multis in locis ad nauſeam vſque diximus, conſtat.

A *DE CAVSIS DEFECTVS lactis.*

QVoniam lactis materia nihil aliud eſt, quam ſanguis in venis contentus, quantitate, aut qualitate contemperatus, tum ab alijs partibus tranſmiſſus, tum etiam à mãmis ipſis attractus, contemplari ſanguinem opus eſt; nam aliqui, Auctore Ni-
B colao Piſone libro 2. de morborum cognitione, & curatione cap. 13 ſcripſerunt lac eſſe ſanguinem dealbatum a naturæ prouidentia factum, ne pueros ſanguine nutriri crudelis res videretur.

Tot ſunt in lacte partes, quot in ſanguine, videndum ea propter in primis eſt, nunquid ſanguis ſit paucus, vel deterior: paucus quidem eſſe poteſt, vel quod in toto corpore ſit exiguus, vel
C quod parum a mammillis attrahatur, quamuis in corpore non ſit paucus: lac etiam deficit ratione mammarum, quæ affectæ ſunt, vel etiam quod infans debilis, & languidus non rectè exugat; nã validam ſuctionem attractio facilè cõſequitur.

Poſſunt addi aliæ cauſæ; nam contingere poteſt, vel propter corporis totius atrophiam, quam fortè mulier ob
D picam factam, dum vtero gereret, paſſa eſt, vel ob alimentorum faſtidium contractum tempore grauiditatis, vel quod tanta copia fluxerit ſanguinis poſt partum, vt ad partes inferiores retractus ſit, itaut venę plus iuſto inanitę fuerint.

Sunt etiam aliæ cauſæ externæ, vt eſt immoderatum frigus, vel adſtringentium nimius vſus, cibi parcitas, ſeu
E ieiuniũ ſatis lõgum, quod etiã cibi prauitas facere poteſt, nimius labor, mœror, curæ, ſollicitudines, perturbationes animi, aliquis caſus ſubitaneus, maximè ſi ſit dolor, quia ſanguis, & humores ad partem doloroſam attrahuntur, ſubindeque lac minuitur: medicamẽta etiam, quæ nimium calefaciunt, exicc-

cant, aut refrigerant, quæ omnia ſuis notis diſtinguuntur.

DE SIGNIS DEFECTVS lactis.

NAm ſi paucus eſt ſanguis in toto corpore, id notum fiet ab habitu corporis ſicciori, & temperamento nimium ſicco, ex immodica euacuatione ſanguinis præcedēti, à vehemētibus exercitijs, laboribus, vigilijs nec non fame, labore nimio, ſollicitudine, febre vehemente, & id genus; nam hæc omnia non tātum minuunt ſanguinem, verum eius qualitatem vitiant.

Si verò multum ſanguinis fuerit, nec tamen perueniat ad mammas, id contingere poteſt propter venarum anguſtiam, aut obſtructionem, vel ſanguinis craſſitiem, aut quia mammæ non trahunt, aut quia qualitate quadam ingrata refertum eſt lac, ſiue amara ſit, vt in tēperamento bilioſo, & ætate florente, habitu gracili, vel idem lac ſit acidi ſaporis, lactantiſque habitus ſit temperiei pituitoſæ, vnde & lac poteſt eſſe vehementioris ſpiſſitudinis, ac opacitatis, obſcurumque, & quaſi nigrum, vt in habitu melancholico contingit fieri.

Quod ſi defectus lactis mammarum vitio contingat, macilentæ eæ apparēt, & graciles, ſi verò eueniat ratione imbecillitatis infantis attrahentis, facilè notum fiet; nam puer clamabit, atque emaciabitur; ſi panni, quibus inuoluitur, madidi non reperiantur, deficientis lactis eſt ſignum.

DE FVTVRO EVENTV defectus lactis.

HIc affectus magis infanti, quàm mulieri lactanti grauis eſt, nec tamē fieri poteſt ſine aliquo affectu præter naturam mulieris. Vbi imminuitur lac, aut omninò extinguitur, vel ſpiſſatur nimis, aut corrumpitur, altera

A nutrice eſt opus, vel ſaltem curanda eſt nutrix præſens proba victus ratione.

DE CVRATIONE defectus lactis.

SI lactis defectus proueniat ex ſanguinis paucitate, curatio inſtituenda eſt per victus rationem; nam alimenta debent eſſe boni ſucci, calida,
B & humida, quemadmodum eſt lac.

Panis in primis conuenit benè fermentatus, triticeus. Lac caprinum prodeſt, aut ouillum ex ſanis animalibus aſſumptum, aut coctum cum vitellis ouorum, & ſaccharo, oriza cocta cum lacte, & melle, oua ſorbilia, perdices, farrum cum iure carnium gallinarum noſtrarum, vel etiam indicarum, vel caponum, aut veruecis, vel vituli.

C Conueniunt etiam & vbera animalium cocta. Inter piſces præſtant tructæ, trigliæ, lupus, ſoleæ, paſſeres, luci, & id genus.

In ſecunda menſa cibus albus conuenit, amygdalæ dulces, vuæ paſſæ, aut penſiles, piſtacia, pinei nuclei, eruca, paſtinaca cocta ſub cineribus.

Caueant lactantes ab exercitio immodico, immò quieſcant, quantum
D ipſæ poſſunt, abſtineantquè ab ira, mœrore: omniaque ſanguinem pauciorē reddentia aufugiant.

In partium ſupra pectus regione frictionibus moderatis vti poſſunt, vel etiam fomentis per ſpongias, vel mammas ipſas cum adipe anſerino illinire.

Quod ad potum attinet, conuenit vinum nigrum, dulce, minimè auſterũ, at dilutũ aqua hordei cum ſemine fœ-
E niculi ebullita. Omnia acida, acria, amara, acerba, valdeque calefacientia euitanda ſunt, hæc de curatione per victus rationem.

Curatio per pharmaciam rarò adminiſtranda eſt, ſi tamen ex caloris, & flauæ bilis abundantia fiat defectus lactis, frigidioribus ſupradictis vtendum

&

& corpus expurgandum iuxta humoris peccantis naturam. Verùm ſi contingat ariditatem fieri ex febre contracta ob vitium humorum, ac omninò purganda ſit nutrix, ſemper miſcenda, quæ lac promoueant.

Vt

℞. folior fœniculi,
Smyrnij,
Pulegij ana manip. ſſ.
Fiat decoct. ad lib. i. cui adde,
Mellis roſ.
Syr. de hyſſopo,
De eupator. ana vnc. ij.
Miſce pro quatuor vicibus.
Deinde corpus purgetur hoc medicamento.
℞. electuar. linit. drach. vj.
Mellis, aut ſyr. roſ. pro natura humoris peccantis vnc. iij.
Decoctionis quatuor florum cordial. quantum ſufficit, fiat potus.

Sunt exhibenda etiam medicamenta alimentoſa, quæ lac generare valent, in quorum numero primum locum tenent, quæ ſequuntur.

A ℞. ſemin. fœniculi,
Porri,
Erucæ ana drach. ij.
Macis drach. j.
Folior maluæ manip. ſſ. bulliant in iure pulli, de quo ſumat vnc. vj & cum eodem abluantur mammæ.

Aut fiat hæc confectio.

℞. nucleorum pini,
Amygdal. dulc. ana vnc. j.
B Seminis petroſelini,
Fœniculi,
Rapæ ana drach. j.
Sacch. in aqua fœniculi quantum ſufficit, fiat confectio in tabellis, ſeu ſine rotula: doſis ſit ad drach. ij.

Deinde ſuperbibat vinum dulce ad vnc. iij.

Si ex mammarum gracilitate procedat lactis penuria, fomententur cum nuper dicto iure, aut cum decocto, C
Fœnugræci,
Seſami, aut
Chamæmeli, quæ in vino bulliant; quibus non proficientibus ad mutationem nutricis properandum eſt.

DE LACTIS SVPERFLVITATE:

CAPVT DECIMVMOCTAVVM.

Svccedit lactis in mammis fœminarum, quæ pepererunt, abundantia qui affectus contrarius eſt ſuperiori; in hoc enim mammæ ita diſtenduntur, vt incredibiles excitent cruciatus. Huius morbi in exceſſu cauſa eſt, & ſi copia in eo ſanguinis non tantùm per papillas, verum etiam per tota vbera, & aliquando per alas effluat, tunc ſymptoma erit contentum ſub genere immodicè excretorum.

Euenit ſæpiùs puerperis a partu primis diebus; tunc enim multus ſanguis colligitur, & non abſumitur, neque fugitur; nam poſtquam lac multum receptum eſt in mammis, & ibi detinetur, affectum efficit in adaucta quantitate, quia lactis immodica copia ſi retineatur, non ſecus ac quæuis alia plenitudo, cauſa morbi exiſtit. E

DE CAVSIS SVPERFLVITATIS lactis:

Cauſa huius immodicæ collectionis lactis in primis eſt multa boni ſanguinis tranſmiſſio ab illis venis, quæ ad mammas ab vtero perueniunt.

O 2 Hu-

Huiuſmodi miſeria accidit & mulieribus vtero gerentibus ob conceptus interdum imbecillitatem, quandoque verò etiam euenit mulieribus, quæ nec vtero gerunt, neque pepererunt, quibus menſtrua deficiunt, Hippocrate referente 5. aphoriſ. 39. & 52. Nobis verò in animo minimè eſt de his affectibus quicquam agere, ſed tantùm de ea lactis abundantia, quæ in mammis eſt, iiſque inflammationem minatur.

DE SIGNIS SVPERFLVITATIS lactis.

ADeo conſpicua ſunt ſigna huius quantitatis lactis in mammis cõtentæ, vt nullo egeant verborum apparatu; nam viſu, & tactu percipitur affectus, & ipſiſſimæ mulieres rem verbis declarare poſſunt.

DE FVTVRO EVENTV ſuperfluitatis lactis.

OMnes ſcriptores in hoc conueniunt, vt dicant euentum bonum eſſe, nullumque periculum minari eiuſmodi affectum, niſi multũ cõcreſcat lac & duritiem inferat mammis. Vbi verò nimium, quàm par ſit, detineatur, inflammationem in mammis producit. At ſi vitiatum fuerit lac vaſa vlcerat, inde ſcabies, & vlcera in vaſis mammarum efficiuntur.

DE CVRATIONE SVPERFLVItatis lactis per Chirurgiam.

CVratio poteſt fieri triplici medicinæ inſtrumento, & primò quidem chirurgia, ſi conſilio Aetij vtamur, vt conſideremus, an mammæ ſint dolore affectæ; nam tunc vtiliſsimum eſt leniter eas exugere, quia leui hac abductione ſanguis, qui in nimia copia in mammillis continetur, ex leui hac exuctione minuitur.

A Quod ſi inde parum, aut nihil iuuamenti mulier percipiat, nullum præſtantius auxilium reperiri poterit, quã circa initia (ſi quid non obſtiterit) tali venam ſecare, copioſumque ſanguinẽ educere: ſed ſi ob menſium retentionẽ malum huiuſmodi conſtiterit, omni arte curandum eſt menſes euocare, quod Galenum aduertiſſe conſtat, 5. ſimpliciũ medicament. facult. cap. 21.

B * Sed ſi ſola totius corporis abundantia lac exuberet, media vena, quæ in cubito eſt, aut interna, primò ſecanda venit; niſi menſes, aut puerperium eo tempore fluant, mox ea, quæ in talo eſt, aperiatur.

*Hoc præceptum Mercati eſt, libro 4. mulierum affect. cap. 17. quæ viri huius ſententia non videtur vndequaque tuta, quia quid vetat mittere ſanguinem ex talo, aut poplite abſque ſectione venæ brachij? nam venę ſectio C tali primò euacuat, & diuertit ab vtero, inde a mammis.

Sed de hac quęſtione aliàs tractatum eſt, oſtenſumque ex Galeno in affectibus vteri, & mammarum poſſe nos tutò venas inferiores ſecare; atqui ſi altera mammilla magis obleſa ſit, è directò vena ſecanda, in puerperis præſertim, D in quibus menſes detinentur.

DE CVRATIONE SVPERFLVItatis lactis per localia.

QVod ſi non propter menſes retẽtos lac concreſcat, vt dictum eſt, & ſit in animo illud reſtinguere omninò, cõſiderare opus eſt, an fœmina partui proxima ſit, vel iam E à partu remota; quod ſi partui propè ſit, & lac auferre velis, caue à repellentium vſu, ſed omni arte cura menſtruã purgationem adaugere, & lac digerentibus, & exiccantibus minuere cum iis, quæ mox afferam.

Sed ſi puerpera longiſſimo interuallo diſtet à partu, tunc quidem præmiſ-

ſa vniuerſali prouidentia totius corporis, repellentibus primò vtendum eſt, veluti eſt linteum poſca madefactum, vel ſpongia & portulacæ folia cum aceto trita, aut apium tritum cum aceto, & oleo roſaceo, quæ quidem ſpectant ad localia.

At duobus modis localia conſiderātur, vel quatenus debent reſoluere, & exiccare lac in mammis luxuriantem, vel pro vt illud idem repellere ſit opus: vbi animus ſit lac, quod eſt in mammis reſtinguere, atque ex toto auferre, tūc a repellentibus cauendum, & in hoc caſu faciunt digerentia, ſeu exiccantia ex milio, ſale, farina fabarum, & chamæmelo, & ſic non vertitur lac in grumos, vel fieri poteſt decoctum, quo foueantur mammæ hoc modo.

℞. apij,
Maluarum,
Petroſelini,
Altheę cū ſuis radicibus ana pug. j.
Addendo foliorum lauri,
Florum chamęmeli ana manip. ß.
Facta hac decoctione
℞. olei roſacei, & inungantur mammę.
Vel fiat iſtud emplaſtrum.
℞. farinæ fabarum,
Lentium ana vnc. j. ß.
Croci drac. j.
Olei roſ. quantum ſufficit fiat emplaſt. cui adde parum terebinthinæ ad conſiſtentiam.

Vel

℞. ſeminum althææ,
Fœnugræci,
Lini ana vnc. ß. coquantur in ſufficienti quantitate aquæ addendo
Farinæ hordei,
Lentium ana vnc. iij.
Succi coriandri,
Portulacæ ana vnc ß.
Olei roſacei vnc. j. miſce.

Vel

℞. reſinæ,
Terebinthinæ, quæ abluatur ſæpè vino, & aqua roſata, cui duo, aut tria

A oua cum luteis, & albuminibus, & croci ſcripulum vnum adijciantur, & in emplaſtri formam redigantur, addito modico ceræ, quod tandem applicetur mammis.

Et hæc ſunt medicamenta, quæ lac contentum in mammis reſoluere, & exiccare poſſunt. At vbi voluerimus vti repellentibus, quæ prohibeant, ne lac in mammis recipiatur, tunc facta e-

B uacuatione corporis applicētur repellentia, quorum pars ſupra adducta eſt, & nunc alia eiuſdem intentionis afferēda ſunt.

Inter alia medicamenta, quæ hoc in caſu ad repellendum valent, eſt cuminum cum aceto illitum hoc modo, & hac via curatur lac, quod ſuperfluè ad mammas fluit, & in ipſis receptum eſt.

C *DE CVRATIONE SVPERFLVITATIS lactis per victus rationem.*

Aer in primis eligendus eſt, qui potiùs ad caliditatem, & ſiccitatem vergat. Victus debet eſſe tenuis, & qui parcè nutriat. In hoc caſu proponuntur olera quædam ſimul cum pane ex optima farina facto, & benè fermentato; carnes in pauca copia cōce-

D dendæ ſūt, & quæ exiccandi facultatem habeant, quemadmodum ſunt gallicu li parui, & in veru aſſati cum modico ſucci agreſtæ, vel granatorum. Auiculę quoque in montibus degentes, vt ſūt turdi, merulæ, & id genus aliæ exhibeantur.

Potus debet eſſe aqua cocta, vel per ſe, aut cum aliquibus ſeminibus, quæ virtutem contineāt lac extinguendi, vt

E eſt ſemen agni caſti.

Exercitium moderatū eſſe oportet, cuiuſmodi ſunt ambulationes exiguæ per domum, ſed quæ corpus non calefaciant. Euitandus eſt ſomnus ſuperfluus, vigiliæ quoque, ſed moderatę quidem conueniunt; magis enim vigilia, quàm ſomnus in hoc caſu conuenit.

A uenit. Animi quoque affectiones immoderatæ euitandæ ſunt. Præterea, vt nimiæ repletiones, ita quoque, & inanitiones non conueniunt.

Curandumque eſt, vt aluus minimè ſit pigra, ideo opus eſt ipſam irritare aliquibus vel clyſteribus, vel ſuppoſitorijs. Frictiones quoque conueniunt ad crura: aliquando ligaturis ad fœmora factis vtendum venit, prout opus eſ-
B ſe videbitur.

Vltimo loco ſciendum eſt, quod rarò contingit nutrices eſſe medicamentis purgantibus infeſtandas, nihilominus quando apparet earum corpus eſſe repletum prauis humoribus, ad aliquod genus medicamenti potius refugiendū eſt, quemadmodum vbi bilis dominetur, expedit eam ipſam extra corpus educere, quod fieri poterit eiuſmodi medicamento.

℞. ſyr. roſ. ſolut. recent. vnc. iiij. vel v.
Rhabarb. maturi ſubt. pulu. drach. j.
Aquæ capill. ven. quantum ſufficit.
Fiat potus breuis.

DE LACTIS CASEATIONE.

CAPVT DECIMVMNONVM.

INquirendum ſe hoc loco offert, vt propoſitū ordinē ſeruemus, quid caſeatio ſit, à quibus cauſis proficiſcatur, quæ ſint eius differentiæ, quibus notis ipſam cognoſcere valeatis, quid de euentu ſit ſperandum, vt tandem quid pro eius curatione agē-
D dum expediens ſit, vobis facilius declarare poſſim.

Quod attinet ad definitionem, nullus eſt (quem ego viderim) qui de hoc tumore egerit, vno excepto Auicēna, qui tantummodo ſigna, atque cauſas, & curationem docet, ſed ne verbum de definitione habet: nos autē definire conabimur. Eſt igitur, mea ſententia, caſeatio duplex, vt diſtinguatur prius;
E nam omne æquiuocum eſt diſtinguendum, antequam definiatur; alia, ſcilicet, qua fit caſeus; nam caſeatio nihil aliud ſignificat, quàm lactis coagulationem, vel in fieri, aut in facto eſſe, magis tamen viam ad caſeum ſignificat, quàm caſeum iam factum.

De caſeatione, qua lac extra mammas coagulatur, non eſt ſermo inſtitutus, verum de ea caſeatione, quæ præter naturam fit in mammis, tempore præſertim fœtus iam in lucem editi, quę ni fallor, nihil aliud eſt, quàm tumor quidam præter naturam mammarum a lacte indurato, atque concreto factus actionem lædens.

DE CAVSIS CASEATIONIS lactis.

HVius modi alia eſt ſimplex caſeatio, alia cōpoſita; ſimplex eſt, cui nullus affectus, aut nullum ſymptoma adiunctum eſt. Compoſita verò eſt, cui aut putrefactio lactis, aut nimia mammæ extenſio accidit.

Simplicis autē altera eſt, quę fit a calido, alia verò a frigido: neque admirari deberis à contrarijs cauſis eundem effectum produci; nam alia, & alia ratione id contingit, cum ad hoc, vt concretio fiat, duo ex neceſſitate requirūtur, agens, & paſſum benè diſpoſitum; non enim quodcunque lac a calido aptum eſt coagulati, neque quodcunque a frigido.

Quæcunque enim ex aqua, & terra con-

conſtant, coagulantur tum à calido, tũ à frigido, ſed horũ quædam magis ex terra, quædam magis ex aqua participant, quæ magis terream habent ſubſtantiam, à calido facilius concreſcunt, quæ verò magis aqueam ſubſtantiam adipiſcuntur, illa a frigido coagulantur, vt ex 4 meteor. ab Ariſt. colligere licet.

Cum igitur lac ex his fit, quæ terream, atque aqueã ſubſtantiam habent, poteſt concreſcere pro complexione varia huius ſubiecti, in quo modò aqua, modò terra in mixtione exuperat his ita ſtantibus lac, quod in mãmmis a calido concreſcit, aut coagulatur, illud magis terreum, ſeu magis caſeoſum eſt.

Ex nimia enim caliditate, aut thoracis, vel partis affectæ contingit aqueas, ſeu ſeroſas partes in vaporem reduci, butyroſaſque conſumi; nam hæc tria in lactis ſubſtantia reperiũtur, id eſt pars caſeoſa, quæ terreſtris, butyroſa, quæ aerea, ſeroſa verò quæ aquea eſt.

Hæ igitur ambæ partes a caliditate nimia conſumuntur in vaporem conuerſæ, pars verò caſeoſa exiccatur, atque ita concreſcit; hoc enim modò a calido contingit fieri lactis in mammis coagulationem: a frigido verò fit alia ratione; duplici ſiquidem modò a frigido concreſcit; aut enim quod lac ſit aqueum, ſeu ſeroſum, quod a frigido condenſatur; propriũ namque eſt frigidi omnia ſimul condenſare, partes aqueas conſtringendo, atque in vnum cogendo, quod in glacie omnes experiuntur in dies fieri.

Secundò modo frigidum exprimendo calorem, cum quo humidum euaporare facit, quod reſtat verò, induratur humore iam euaporato.

DE SIGNIS CASEATIONIS lactis.

SEd dicet quiſpiam, quomodo cognoſcere poteto caſeationem factã à calido, aut a frigido? Signa ſunt,

A quæ ab Auic. traduntur tum 3. lib. fen. 13. tract. 3. cap. 1. tum 4. capite tract. primi fen. 11. tertij libri, vt Iacobus de Partibus in comment. huius Auic. textus nos docet arrepta occaſione ex eius dictis, vbi inquit in textu, & tu quidem ſcis ex his, quorum rememorario prætenſi ſigna cuiuſcumque harum duarum rerum, hoc eſt, ni fallor, caliditatis, & ſiccitatis.

B In his duobus locis Auic. ſigna cordis calidi, & ſicci, atque pulmonis nos docet, a quibus coniectari quidem licet coagulationem a calido, ſed cum calor ab his partibus naturalis ſit, iudico non adeo eum eſſe vehementem, vt poſſit ſolus hunc effectum cauſare, propterea credo etiam neceſſariò intemperiem calidam induci in mammis affectis, cuius occaſione calor accenditur C præter naturam, atque extraneus, qui ſimul cum cordis, atque pulmonum calore de facili lac ipſum in mammis exiccare, atque coagulare poteſt.

Signa verò tum calidi, & ſicci cordis, atque pulmonis a Galeno quoque traduntur lib. artis medicinalis cap. 33. Signa autem, quibus ducimur in cognitionem totius thoracis calidi, alia petũtur a toto thorace, & eius partibus, alia D à pulſibus, & à moribus, quamuis etiam alia ab ijs, quæ attrahuntur, vt aer.

Primùm quando reſpirationes magnæ ſunt, veloces, magis tamen ad velocitatem, ac frequentiam vergentes, duri ſunt pulſus, magni, atque veloces, ac frequentes; a moribus, quando mulieres ſunt iracundæ, ſubitæ, & ad furorem faciles, nec admodum placabiles: ab aere per reſpirationem at- E tracto qui vel calidus eſt, vel frigidus; nàm aer calidus nocet, frigidus verò iuuare videtur; aliquando enim aer frigidus ſitis accidentia ſedare videtur abſque potu.

His notis comprehendetur inſignem in thorace vigere caliditatem, quibus alia a parte affecta adiũguntur, quæ ſunt

calor

calor, atque inflammatio, calor percipietur facilè; quandoquidem mulieres conqueruntur de caliditate inſigni in mammis affectis, dolor adeſt in tota mamma ingens, atque vehemens circa papillas, vbi plurimum ſenſus ineſt, vt ſupra diximus. Inflammatio autem ſuis ſignis deprehenditur, de qua ſuo loco audietis; hæc enim ſigna ſunt, quibus ſtatim deprehendetis caſeationem in mammis fieri a calido.

Lactis verò coagulationem a frigido oriri, ex contrarijs cauſis manifeſtum fiet; primò quidem a thoracis conſtructione, ab actione, ſeu modo actionis illius, a pulſibus, à moribus mulieris laborantis, vltimo ab aere attracto.

Adeſt thorax anguſtus, glaber, paruitas, atque conſtrictio anhelitus, qui ad raritatē, atque tarditatē declinet, pulſus quoque rarus, atque tardus, a moribus, quia mulier obtuſa, patiens, naturaliter pigra in actionibus, patitur a rebus frigidis, & iuuamentum a calidis accipit, frigiduſque aer attractus ſummopere lædit, confert verò calidus.

A toto præterea corporis habitu, cum ſcilicet mulier eſt glabra, depiliſue, alba, laxa, multamque coaceruans pituitam; hæc enim, omninò frigiditatem atteſtantur, nullus percipitur dolor, circa verò mammam nulla fit rubedo, nullus calor, nullaque inflammatio: ad tactum verò tumor mammæ eſt durus: ex his facilè cognoſcere poteritis hunc tumorem, ſeu hanc caſeationem a frigido fieri.

Quæ verò compoſita eſt, fieri poteſt modò a calido, modò à frigido; nam lacte ibi congelato, à quacunque cauſa id eueniat, eſſe poteſt, vt vna pars eius putreſcat, mammamque extendat; quandoquidem contingit interdum, vt in aliqua lactis parte calor extraneus accendatur, & putreſcat, hæc autem ex notis iam dictis facilè comprehendentur: addo, quod ob putrefactum iam

A lac mamma ad maiorem extenſionem perducitur.

DE FVTVRO EVENTV *caſeationis lactis.*

Qvod ſpectat ad futurum euētum, ſalus omninò ſperanda, ſi præſertim mulier medicorum præceptis fuerit obediens, & in nullo deliquerit,

B niſi ſuccedant dolores ingentes, vt fieri ſolet; ad hæc inſania, vel furor, vt in aliquibus viſum eſt, quod ſe vidiſſe Io. a Vigo teſtatur lib. 2. de apoſtematibus cap. de apoſtemate calido mãmarum, quamuis hæc accidentia de raro eueniāt, nec niſi in calidis eiuſmodi affectionibus.

Quando verò lac a frigido congelatur, ſpes indubitata eſt; vacat enim

C omni periculo, quemadmodum quoque vbi lac putreſieri incipit; longam tamen in ambobus prædicere conuenit curationem, atque non ita facilem: & hæc de præſagijs, quid modò agendum veniat pro curatione, eſt dicendum.

DE CVRATIONE CASEATIONIS *lactis per victus rationem.*

D Conſueuerunt celebriores medici tribus inſtrumentis omnes morbos è languētibus corporibus expellere, diæta videlicet, pharmacia, atque chirurgia, non tamen ad omnes profligandos morbos neceſſum eſt triplici hoc coniunctim vti inſtrumento; quandoquidem quibuſdam morbis, leuibus præſertim, ſat eſt vti diæta, qua ſola aliquando etiam grauiores morbi oppu-

E gnantur, vt ijs contingere ſolet, qui ob nimiam deliciam omne genus medicamenti renuunt.

Huic inſtrumento, vt plurimum pharmaciam addunt, quæ perpetuò ſupponit diętam, tertium verò inſtrumentum non ſupponit perpetuò aliā duo inſtrumenta, ſiquidem, aliquando licet

chi-

chirurgia vti abſque pharmacia, quemadmodum ſecundum ſupponit primum; neque enim licet medico rationali,atque methodo vtēti ad pharmaciam, aut chirurgiam accedere, niſi diætam rectè, & vt licet, obſeruauerit.

Quod igitur tribus hiſce inſtrumentis a corpore languenti non auſertur,id prorſus deploratum eſt.

Cum verò tumor, cuius inſtituta eſt oratio, a nobis curandus proponatur, videndum eſt, quid agendum veniat, vt ex toto auferatur, an ſcilicet vnico, aut omnibus vtendum ſit inſtrumentis pro eius perfecta ablatione.

Certum eſt medicos ſub diçta omnes res,quas vocant non naturales,comprehendere, inter quas aer eſt, qui in morbis curandis non exiguam partem habet, ab eo propterea tamquam à magis neceſſario pro vita ſeruanda auſpicandum eſt; ſcripſit enim Galenus corpora animalium diu, & per dies, etiam abſque cibo ſeruari, verum ne minimum quidem temporis abſque aere inſpirato viuere poſſe.

Conſiderandum propterea eſt ad rectam inſtituendam curationem, à qua cauſa agente proficiſcatur lactis congelatio, an ſcilicet à caliditate, an verò ex frigore, vt hinc elicere poſſimus, qua ratione aer fuerit alterandus; nam ſi à caliditate procedat, aer eligendus magis ad temperatum, aut ſaltem magis vergens ad frigidum; qui ſi eiuſmodi naturalis non fuerit, arte parandus eſt, at tempore hyberno, facilè cubiculi aer refrigeratur, quemadmodum etiam in medijs conſtitutionibus.

Atqui ſi æſtas ſit, maiori cum difficultate ad frigidum, atque humidum alteratur. Poteſt tamen ægrotantis cubiculi ſolum aqua frigida irrorari, folia quoque viridia ſpargenda vitis, aut ſalicis, aut alterius ſimplicis huius generis: ſin à frigido eueniat, faciliùs aer ad calidum præparari poteſt, vt omnibus notum eſt.

A Quod ad victum attinet, cibus moderatus eſſe omninò debet; ac vbi à cauſa calida, & ſicca eueniat, frigido, atque ad humidum vergente victu vtendum eſt; quare mulieres iſtæ fatuæ audiendæ non ſunt, quæ pleniſſimo, & lautiſſimo victu ita affectas nutriendas volunt, vt locus, vnde infans,ſeu fœtus exierit,repleatur.

B Hinc oua ſorbilia ſummo mane exhibent, ad prandium verò carnem caponis liberaliter offerunt, in meridie duo alia oua, ad cœnam etiã ferculum panis in iure macerati, atque quartam caponis partem, quæ inepta nutritio cauſa quandoque eſt, vt miſerrimæ ægrotantes, vel puerperæ moriantur, aut ſaltem in morbum incidant valdè moleſtum.

C Si igitur à cauſa calida tumor, quem curandum præ manibus habemus, eueniat, cibus offerendus eſt tenuis, atque refrigerans, humectanſque, vt ſunt fercula ex pane trito, vel in iure infuſo, ptiſana valet, ad hæc ſeminum melonũ emulſio, ſique nulla adfuerit febris, poteſt carne etiam veſci, vt pullorũ, vel caponum, hœdi, & huiuſmodi. Circa potum, vel abſtineat a vino, aut ſaltem multa aqua diluto vtatur.

D Sin à cauſa frigida oriatur affectio, contrarijs cibis vtendum venit, calidis nempe, atque magis in paſſiua qualitate ad ſiccitatem moderatam inclinantibus, hæc enim inciſoriam facultatem habere optimum eſt, propterea in iure laudarē, vt ſimplicia quædam ebullirēt ſimul cum caponum carne, vel vitulina, vt eſt acetoſa, fœniculum, cichorium, bettonica, & id genus alia, quæ

E aliqualem incidendi facultatem habēt, Vinum pro potu exhibendum eſt, quod generoſum ſit, calefaciendique facultatem habeat.

Somnus moderatus eſſe debet, magis tamen ad eum, quàm ad vigiliam ſe applicet ægra; ſomnus enim refrigerãdi virtutem aliquam obtinet, vbi ve-

rò à cauſa frigida ſit, minus dormiendum eſt, imò vigilandum.

Quies magis confert, quàm motus; hic enim virtutem calefactoriam obtinet, vt omnes norunt: in alio verò à cauſa frigida, motus eſt vtilior.

Animi accidentia euitanda ſunt, ea præſertim, quæ ad iram ducunt, aut furorem; triſtia nuntia idcirco fugienda, cauendumque ne aliquis id, quo iraſci mulier poſſit, enarret. In frigida tamen coagulatione ira prodeſt, ſed mœrot, triſtitia, atque res melancholicæ fugiendæ ſunt.

Aluus omninò ſit mollis, quæ niſi naturaliter ita ſe habeat, arte emolliēda venit clyſteribus quibuſdā leuibus; id eſt, ſi à cauſa calida tumor eueniat, cum decoct. communi, ol. viol. ſaccharo, & ſale; & vitello vnius oui fiat clyſter: vel ex iure, ol. violaceo, aut butyro, & ſimilibus quę emolliendi fœces facultatem habeant.

Quod ſi pituitoſi humores ob frigiditatem habitus totius redundent in corpore, cuius frigiditatis occaſione contingat lac coagulari, calefacientibus magis procedendum.

Verùm mulieres puerperę cautè ſunt curandæ, ac omni ingenio inuigilandum, vt rectè per vterum expurgentur, vnde medicamenta niſi maxima vrgente neceſſitate exhibenda non ſunt; hæc enim curſui naturæ impedimento eſſe poſſent. Scripſit Hip. mulieres, quę marem pepererunt per 40. dies eſſe expurgandas, quæ verò fœminam per ſpatiū triginta dierum, quare medicus oculatus omninò eſſe debet.

Quod ſpectat ad pharmaciam, licet quandoque alterare iuribus pullorum, in quibus ebullierint ſimplicia quædam modò refrigerantia, modò calefacientia, pro vt perito medico videbitur opportunum. Hęc de primo, atque ſecundo medicinæ inſtrumento.

DE CVRATIONE CASEATIOnis lactis per localia inbibentia.

A A D tertium modò inſtrumentum accedimus. Alia ex localibus, competunt calido affectui; alia frigido. Horum quædam ſunt, quę inhibent, ne maior fiat tumor, hoc eſt, ne amplius coaguletur lac: alia verò, quæ

B ipſum iam coagulatum auferunt. Sed quæ caſeationem inhibent, mea ſententia, ea ſunt, quæ aut lac abſumunt, vel fluere ad mammas non permittunt, aut ipſum reprimunt repercutiendo.

Poſtrema hæc medicamenta ex contrariorum ratione conuenirent, cum ſint frigida, calor verò ſit ille, qui lac coagulet. Impedirent ſecundò, ne ad mammas flueret, ac ipſum repercutiendo, atque expellendo. verùm cum

C lacti iam coagulato officerent, propterea circa eorum applicationem animaduerſione eſt opus; nam cum iam ab hoc lacte partes humidę exiccatæ, atque conſumptæ à caliditate nimia ſint, terrena portio exiccata remanet, quæ ex frigidorum appoſitione magis induratur, quia vt ſcribit Ariſt. 4. meteor. quæ terrea ſunt, à calore concreſcūt & à frigido magis incraſſantur, propterea

D non eſt, vt vtamur frigidis localibus.

Sed aduerſus hanc opinionem eſt authoritas Paul. Æginetæ, qui lib. 3. capit. 35. pro curatione huius caſeationis frigida medicamenta proponit quemadmodum eſt ſpongia mollis tepēte poſca imbuta, quæ expreſſa loco affecto appoſitè ſuper accommodatur, atque illigatur: alia etiā medicamēta proponit, quæ frigida ſunt.

E Huic Pauli authoritati eſt dicendum aliud eſſe conſiderare tumorē iam factum ex coagulato lacte, & aliud eſt ipſum iam in fieri, & a principio; primo modo non eſt vtendum frigidis: ſecundo modo poſſumus ijs tutò vti; quandoquidem ex his remittitur caloris feruor, atque incendium, & repercutitur ſan-

ſanguis ne ad mammam feratur, & tādem coaguletur, hocque modo intelligendus eſt Paulus.

Ex his,quę lactis coagulationem prohibent, ea omninò adminiſtranda ſunt, quorum alia ſunt, quæ ſanguinē pro lactis generatione reuellunt, alia verò lac ipſum conſumunt. Quæ primo modo lactis fluxum impediunt, ſunt frictiones circa totam fęmorum regionem, quæ etiam cruribus fiunt, nec nō doloroſæ ligaturæ circa artus pedum; hæc enim omnia ſanguinem à mammis reuocāt,per vterumque illum abducūt, ne lactis generatio fiat.

Medicamenta autem, quæ caſeationem inhibent parti affectæ applicanda, vel ſunt ad formam linimenti, vel fomenti, aut ad emplaſtrum magis ſpectant, aut tandem ad cerati ſpeciem referuntur, quæ ab Auic.loco citato fen. 123.lib.ca.5 tract.1. proponuntur,hæc enim tenuium cum ſint partium, atque calida,facilem intus aditum habēt, propterea lac ipſum conſumunt, qua ratione in coagulum id mutari minimè poteſt.

Primùm eſt linimentum factum ex cera, atque oleis quibuſdam attenuantibus, & vt inquit Auicen.ſubtiliatiuis, quale eſt iſtud

℞.ol.de rairi citrina, hoc eſt, violis citrinis vnc. iij.

Iacobus de Partibus in com. huius textus ponit vnc.iiij.

Ceræ vnc.j.Miſce

Liquefacta cera ad ignem, fiat linimentum, vel loco olei citrini accipiatur ol.chamæmeli, aut oleum de mentha, vel oleum anethinum, & ex vno iſtorum cum cera, quemadmodum dictum fuit,fiat linimentum molle;hoc enim linimento illinendæ ſunt ambę mamillæ, ſi in vtraſque tumor caſeoſus adfuerit, ſin vnica patiatur, vnicam inungere conuenit.

Ad eandem intentionem valet hoc medicamētū,quod habetur à Io.à Vigo A lib. de apoſt. cap. 1. de apoſt. mammillarum.

℞.foliorum maluarum
Violarum ana manip.j.
Hordei mundi manip.ß.
Foliorum apij.
Florum chamęmeli pug.ß.
Bulliant omnia in aqua ſufficienti cū
Butyri
Olei viol.ana vnc.iij.

B Vſque ad conſumptionē duarum partium totius decocti. Hoc tū ſuffumigetur locus, tum cataplaſmetur cum linteolis calidis.

Ad idem.

℞.furfur.manip. ij.
Chamæmeli manip.ß.
Melilot.bene triti ana manip.j.
Farinæ fab.vnc.iij.
Ol. chamæmeli,
C Anethini ana vnc.j.ß.
Pingued.gallinæ,
Ol.violati ana drach.x.

Cum ſapa ſufficienti fiat emplaſtrum addendo croci drach.ij.

Secundum genus medicamenti ab Auic.propoſitum eſt epithema, quod fomenti potiùs naturam obtinet, ſcilicet fomenti ſicci; nam omnes ſciunt fomenta apud medicos eſſe duplicis D generis:alia humida ex rebus fluxilibus, & humidis facta;alia verò ſunt ſicca actu, hoc eſt,ex ſubſtantia quadam ſolida, & conſiſtente, quæ partibus applicari ſolet. Id igitur, quod ſub epithematis nomine hoc loco ab Auicenna proponitur, eſt mentha trita ad formā panis, vt ille inquit.

Vt autem habeatis,quid hoc in loco ſibi velit Auicennas, ſcire debetis ac- E cipiendam eſſe mentham,eamque optimè conterendam, atque in mortario aliquo contundendam, ex qua contuſa ſimul cum eius ſucco, qui ex hac attritione exprimitur, epithema efformandum eſt ad inſtar cataplamatis cuiuſdam, ſuperque mammam affectam ponendum eſt.

Quod ita appoſitum, cum eleuetur, atque eminentem quandam figuram faciat, ad modum panis cuiuſdam apparet. Alio modo intelligere Auicen. verba poſſumus, cum dicit in modum panis, hoc eſt, ad modum, quo ponitur emplaſtrum factũ ex pane trito. Laudat igitur quomodocũq; apponatur Auic. epithema ex mentha confectum in hoc affectu. A

Aliud, quod pro curatione ab Auic. proponitur huius tumoris caſeoſi, eſt epithema calidum factum ex cerato, & ex mucilaginibus frigidis, & oleis frigidis. Poteſt autem parari hoc modo. B

℞. cerati Gal. quod ex cera alba, atque ol. roſ conſtat, vnc. iiij.
Mucilagin. pſyllij,
Seminum cotoniorum ana vnc. ſſ.
Ol violati,
Nenuphatini ana drach. ſſ.
Ceræ vnc. ſſ.
fiat ceratum molle.

Animaduertendum eſt circa pſylliũ, quod ex duabus conſtat partibus, ex medullari ſubſtantia, atque ex corticea: medullaris calida eſt, atque exulcerans: corticea verò frigida à qua mucilago extrahitur frigidæ naturæ. C

Aliud eſt coriandrum, atque portulaca, quæ contundi, atque conteri debent, mammilque inſtar cataplaſmatis applicari. D

Aliud linimentum datur, quod caſeationem à caliditate factam reſoluit.

Id conſtat ex aceto vini, atque ol. roſato ſimul mixtis, atque agitatis, quo ita parato, ac calefacto iubet mammã illiniri.

Aliud medicamentum fit ex folijs ſolatri contritis, atque contuſis, ex quibus efformetur emplaſtrum. E

Vel
℞. foliorum ſolatri,
Alchechengi,
Caulis
Cum ſuis ſuccis ana vnc. j.
Foliorum myrtill. tritorum vnc. ſſ.
Croci aureum vnum,
M. & fiat cataplaſma,

Nota, quod quatuor ſunt ſolatri ſpecies, vna quę appellatur domeſtica, ſecunda dicitur halicacabo, quã Arabes alchechengi vocãt; tertia ſpecies ſomnifera, vltima tandem furioſa vocatur, quare hic, dum Auicennas iubet accipiẽdum eſſe ſolatrum, intelligit primum ſolatri genus; illud enim ex communi medicorum conſenſu refrigeratoriam facultatem obtinet, quemadmodum quoque & ſecundum, vt ex Dioſcoride docet Galenus lib. 4. ca. 76.

Aliud verò conſtat ex aceto, atque oleo violato, & fœnugræco, ex quibus epithema componitur hoc modo.

℞. aceti vini,
Ol violacei ana vnc. ij.
Farinæ fœnugræci drach. ij.
Miſce, & fiat cataplaſma,

Hęc ſunt omnia localia medicamenta, quæ ab Auicenna pro curatione huius tumoris caſeoſi à cauſa calida, atque ſicca enati proponuntur, quorum quædam eſſe ait prohibitiua, quæ prohibent, ne fiat caſeoſum lac in mammilis, hoc eſt, ne congeletur, inter quę alia ſunt calida, atque tenuium partium: alia frigida enumerantur: alia verò quæ lac iam caſeoſum factum reſoluunt.

Prima medicamenta ſunt prius adhibenda; nam leuem quandam abſumendi facultatem obtinent: ſecunda vbi inſignis fuerit caliditas: tertia verò iã euaporata materia.

Prima inſuper medicamenta traduntur ab Auicenna tanquam prohibentia, ſua partium tenuitate penetrantia, ſuaque caliditate temperata reſoluentia, atque attenuantia.

Præcipuè mentha hoc pręſtat, atque eius oleum; ea enim calida eſt, atque tenuium partium, vt à Galeno 6. de ſimpl. facult. ab Auic. lib. 2. & Dioſcoride lib. 3. cap. 36 habetur. Addit Auicẽna hanc ipſam ſua facultate prohibere, ne

ne fiat caſeatio; ſi enim aliqua folia in A lacte ponantur, prorſus prohibent eius coagulationem.

Frigida quoque prohibent, ſed alia ratione; hæc enim ſanguinem reprimũt pro lactis generatione, propterea obſtant ne coaguletur, ipſum a mammis expellendo.

Sed vnum eſt, quod maximè animaduertere debes, ſiquidem in praxi admodum conferr, id autem eſt de coriandri virtute, Auic. enim hac in parte B frigidum eſſe proponit, rum 2. lib. ſui canonis, ſequutus forſan Dioſcoridem lib. 3. cap. 66. qui de coriandro loquens facultatem refrigeratoriam habere ſcripſit.

Sed ei Galenus aduerſatur lib. 7. cap. de coriandro, vbi longo quodam diſcurſu oſtendit coriandrum non eſſe frigidum, ſed calidum, quod idem cõ C probare ex dictis ipſius Dioſcoridis cõtendit, quandoquidem Dioſc. ſcripſit illud facultatem habere ſimul cum fabacea farina admixtum auferendi, atque diſſipandi ſtrumas.

Medicamenta verò, quæ talem facultatem habent, calida eſſe idem Dioſcorides docuit, quare habetur ex eiuſdem verbis illud eſſe calidum. Pro conciliatione, quamuis dici poſſit coriandrum habere plures partes, quarũ rati D one ſtatuatur, & calidum, & frigidũ, tamen à prædominio Auicennas ait illud eſſe frigidum, vnde vt prohibeatur lactis caſeatio, ab eo proponitur.

Mihi magis Galeni arridet ſententia; nullus enim inter medicos magis exquiſitus fuit, neque diligentior in indagãdis medicamẽtorum facultatibus, quas à ſaporibus, odoribus, atque colori- E bus, & propria eorum ſubſtantia reperit.

Addo, quod longa experientia vſus fuit, propterea magis credendum illi eſſe puto, huiuſce rei locupletiſſimum teſtimonium faciunt quinque illi primi libri de ſimpl. facultatibus.

Sed quamuis demus illud refrigeratoriam facultatem habere, tamen in praxi eſſe euitandum conſulo, dummodo alia adſint medicamenta, quæ certiora ſint in ſuis operationibus, ſiquidẽ Dioſcorides lib. 6. cap. 9. ſcriptum reliquit illud eſſe venenum, multaque, atque peſſima accidentia ab eo euenire.

Auicennas verò, vt eius opinionem tutaretur, duplici modo illud conſiderauit, vt viride ſcilicet, atque recens, & vt exiccatum; primo modo concedit illud pollere venenoſa qualitate, ſecundo nequaquam eſſe venenum propterea facile eſſe adminiſtrandum in medicina.

Alij verò, vt Arabum talis error defendatur, dicunt coriandrum præparatum contrarias prorſus habere facultates; nam etſi ex ſui natura tale ſit, quẽadmodum Dioſcorides putauit, quod caput, & cerebrum lædat, hinc ferina, atque multa fiant deliramenta, & præcipuè, qui hoc aſſumunt inhoneſta, verba proferant, præparatum tamen cum aceto oppoſitas prorſus habet facultates.

Sed quamuis ex præparatione alterationem quandam accipiat, imaginari tamen non poſſum, qua ratione ex vna natura in alteram tranſmutetur, remitti quidem, atque admodum ſuam qualitatem refringi arbitror, non ex toto aboleri, ita vt noua introducatur in illo forma, & per conſequens aliæ, & contrariæ qualitates.

Nam impoſſibile prorſus iudico, vt ex præparatione aliquod medicamentũ proprias qualitates amittat, contrarias verò recipiat, & naturalibus prorſus oppoſitas, quia etſi multum alterentur, redolent tamen perpetuò naturam propriam, vnde mihi videtur vſus communis non eſſe admodum vtilis, eorũ ſcilicet qui pro reprimendis vaporibus coriandro præparato vtuntur: & hæc ſatis de coriandro.

DE

DE CVRATIONE CASEATIONIS lactis per localia reſoluere.

Allatis omnibus medicamẽtis, quę inhibent caſeationem, ad eius reſolutionẽ accedendum, quæ pluribus fieri poteſt, in quibus iſtud eſt emplaſtrũ.

℞. foliorum maluarum,

Violarum ana manip. j.

Radicum althęæ vnc. iiij.

Omnibus in aqua decoctis, contuſis, atque cribellatis cum farina tritici, atque hordei in decoctione, adde

Butyri recentis vnc. iij.

Pinguedinis ſuillæ liquefactæ vnc. ij.

Vitellos duorum ouorum poſitorum, quando ab igne aufertur, miſcendo iterum cum iam dicta cribratura.

Quod ſi ſimul cum hac affectione inflammatio adiungitur, tunc ijs remedijs vtendum eſt, quæ inflammationi accommodari ſuo loco audietis.

Hęc ſunt tũ localia, tũ quæ caſeationi factæ à caliditate conuenire arbitramur.

DE CVRATIONE CASEATIOnis lactis à cauſa frigida.

Modò ad ea, quæ competunt frigidę caſeationi, accedendũ, quæ ab Auicẽna afferũtur loco iam citato, quorũ quædã caſeationem reſoluere docet, quædam quæ prohibent, ne ad ſanioſitatem deueniat, alia demum ſunt, quæ caſeo iam reſoluto, atque à mammis ablato, conferunt apoſtemati iam à dicta caſeatione facto.

Nam poſt talem caſeationem mammæ tumidæ redditæ ſunt ob humores frigidos, pituitoſos, atque lentos infarctos in propria mammarum ſubſtantia, qui diſſipari, atque auferri deſiderant, quapropter alia medicamenta proponuntur.

Galenus lib. 1. de compoſ. med. cap. 17. proponit hoc medicamẽtũ, quod quaſcumque durities, reſoluere aptũ eſt, id

℞. argenti ſpumæ,

A Ceræ ponticæ ana lib. 1.

Ceruſſæ,

Adipis ſuilli elaborati ana vnc. vj.

Myrrhæ vnc. iiij.

Ouorum toſtorum vitellos num. ij.

Olei vnc. xv. fiat emplaſtr.

Primum medicamentum, quod ad caſeationem reſoluendam ab Auic. ponitur, eſt aſſidua embrocatio cum aqua actu calida, quod genus medicamenti

B maximo cum iudicio atque ratione ab eo proponitur, quod in caſeatione à caliditate eueniente numquam propoſuit, ſiquidem caſeatio à frigiditate eueniens fit partibus aqueis, atque terreſtribus ſimul congregatis, atque conſtipatis, hæ autem ex calida aqua appoſita ab inuicem ſeparantur, atque diſſipantur, eo prorſus modo, quo glacies in aqua calida diſſoluitur.

C Vt enim glacies congelatur à frigore, ita hæc lactis ſubſtantia in caſeum degenerat; aquea enim portio, atque terrea ſimul conglobantur, quæ ex embrocatione facta ab aqua calida diſſoluũtur, & diſſipantur. Caſeationi verò à cauſa calida euenienti non conuenit talis aquæ calidæ embrocatio, ſiquidem magis augeretur calor, tum ex caliditate extranea ipſius aquæ, tum etiam ex mo-

D tu illius ex alto cadentis.

Sed aduerſus hanc Auicennæ ſententiam rationes afferri poſſunt, quæ facilè perſuadeant magis conuenire ex dulci aqua calida, quàm frigidæ caſeationi, primò quia determinatũ fuit ſuperius caſeationem ex Auic. fieri a caliditate exiccante, quæ conſumit partes aqueas ipſius lactis, terreis autem ſolummodo remanentibus.

E Cum verò ratio vniuerſalis ſit in medicina facienda, contraria ex contrarijs auferri debere, ſequitur aquam maximè conuenientem eſſe ad humectandũ, ſi quidem quod exiccatum eſt, eget humectatione, aqua autem magis humectat, quàm calefacit; nam aqua quamuis calorẽ adepta calefaciat, atque humectet,

mectet, non tamen eodem modo, atq; eadem vi, quandoquidem humectat in ſummo, non autem calefacit in ſummo, niſi ferueat, quod docuit Galenus lib. 1. de ſimpl. med. facul. cap. 17.

Cum igitur lactis partes aqueæ conſumptæ ſint à caliditate exiccante, ex aquæ, quæ humida eſt, irroratione, caſeus facilè diſſoluitur, magis igitur aquę embroca competit calidę exiccāti cauſæ, quàm frigidæ conſtipanti.

Addo Galenum dixiſſe lib. 1. de compoſitione medicamentorum cap. 6. aquam ex propria ſubſtantia humectare, atque refrigerare ſemper, non tamen ſemper calefacere, propterea aqua refrigerata in caſeatione à frigido eueniente, poſt embrocationem augebit cauſam efficientem, atque ideo & morbum, quare malè in hoc affectu ab Auic. proponitur.

Cæterum idem Auicennas perperam ad reſoluendum hunc tumorem frigidū embrocationē ex calida aqua proponit, quandoquidem pluribus in locis docuit Galenus aquam calidam ſuppurationi maximè vtilem eſſe; nam tanquam exactè ſuppurans medicamētum laudatur tum lib. 13. meth. med. cap. 5. tum 4. eiuſdem cap. 5. vbi fomentum aquæ calidæ maximè extollit ad pus generandum in tumoribus; ineptè igitur Auic. hoc loco pro reſolutorio medicamento aquam recenſet: hæc ſunt, quæ hanc Auic. opinionē perturbare videntur, quæ è medio tolli facilè poſſunt.

Et primò ad primum dicendum aquā, quod ad qualitatem ſpectat paſſiuam, conferre quidem in caſeatione calida, verùm cum ſiccitas non ſit, quæ primò id efficiat, ſed caliditatis exiccantis ratione, hinc eſt, quod calidum aquæ actu non competit; nam principale efficiens magis augeretur, propterea non propoſuit Auicennas.

In frigida verò iure eam adduxit, quippe quæ & frigiditati, atque ſiccitati conſtipanti maximè aduerſetur, &

A quamuis aqua ex propria natura magis humectet quā calefaciat, tamen calor maioris eſt actiuitatis, quàm ſit humiditas, ideo & citius calefacit, propterea euitandus eſt in cauſa calida.

Vbi verò frigus viget, calor ei aduerſatur, propterea aqua calida irrigata in tali affectu iuuare poteſt, caliditatis ratione, quia tenuium eſt partiū, facileque partes internas permeat à B centro ad circumferentiam craſſam educens materiam, quæ poſtea diſſipatur.

Sed quæret quiſpiam, quomodo cognoſci poteſt ex aquæ calidæ perfuſione materiā intus, atque in profundo cōtentam diſſolui, atque diſſipari? Galenus 6. meth. med. cap. 5. docet modum, quo poſſimus cognoſcere materiam à centro ad circumferentiam trahi.

C Quando, ait, ex irroratione, atque embrocatione aquæ calidæ carnes in rubrum tumorem attolluntur, ſi digerere cupimus, non eſt deſiſtendum ab embrocatione, donec partes in tumore eductæ ſubſidant: aqua autem plurima in quantitate eſſe debet; hæc enim plus digerit, quàm attrahat. Ex quibus etiam Gal. verbis apparet, ab hac in calido affectu deſiſtendum eſſe: iure igi- D tur Auic. non propoſuit in calida caſeatione, decenter verò in frigida ea vtendum eſſe docuit.

Ad ſecundum, licet aqua ex propria natura ſit frigida, atque humida, ex caliditate tamen actuali, quam acquirit, quæ, vt dictum eſt, maioris eſt actiuitatis, maior ſit actio, atque impreſſio, quàm ex frigiditate, quæ in potentia E in illa eſt, propterea ſi ea vteremur frigida, re vera frigidam adaugeret cauſam, ſed ea perpetuò vtimur calida; ideoque nullo pacto nocere poteſt.

Ad tertium dico aquam, & ſuppuratoriam facultatem, atque reſoluendi virtutem habere, ſed alia, atque alia ratione adminiſtrata; nam vbi ſuppurare intendimus, iubet Galenus locis citatis

tis

tis aquam tepidam eſſe debere, quia ex eius doctrina clarè habemus ſuppurantia medicamenta, quod ad qualitatem primam ſpectat, debere eſſe temperata, & ſimillima noſtro calori, qualis fieri poteſt aqua; quę ita applicita, & fomēto adhibita facillimè ſuppurat.

His locis ita docuit Galenus, nam vbique ait ſpongiam aqua tepente immerſam parti applicitam proximè ſuppurare, vbi verò hæc digerere, atque reſoluere debet, vt calida ſi, oporret 6. meth. med. cap. 5. hæc autem calida, atque ex alto cadens reſolutoriā habet facultatem, quam ita adminiſtrādam eſſe hoc in loco docuit Auicēnas.

Aqua etiam vtimur, dum aliquam partem exiccatam humectare cupimus, ſed diuerſa ratione; nam quamuis embrocatione id efficimus, in minori tamen quantitate perfundimus aquam, parteſque ab ea in tumorē eleuatæ ita relinquuntur; pauca enim aqua, prius deſiſtit, quam multum confluat humoris, humoreſque, qui ad manū ſunt, per ſpiritum digerit, & qui in alto ſunt, modicè liquat; plurima verò aqua plus digerit, quàm attrahit, & hæc ſatis dicta ſint de aquæ viribus, atque de modo, quo ipſa adminiſtrari debet in medicina exercenda.

Modò ad alia medicamenta tranſeamus, quæ Princeps Mauritaniæ pro frigida caſeatione curāda docet, quorū (vt paulò ante dicebam) alia ſunt, quæ impedire ſanioſitatem nata apta ſunt; alia verò ad apoſtematis ex caſeatione facti curationem idonea exiſtunt.

Quæ ſanioſitatem prohibēt ex Auic. tria ſunt, vnum, & primum eſt decoctio quædam rerum, quæ lac generare aptæ ſunt, vt eſt,

Fœniculum,
Semen eiuſdem,
Anethum,
Chamæmelum,
Balſamita, per balſamitam intelligere oportet mentham Romanam, vt do-

A cet Matthiolus lib. 2. cap. 117.

Fęnugræcum,
Abrotanum, &
Caſtoreum,
Ex his omnibus ſimplicibus ſumendum eſt ana m. j.
Caſtorei verò drach. ij. vel drach. j.

Et in ſufficienti quantitate aquæ dulcis ea omnia ebulliāt, qua decoctione, vel embroca, aut fomentum efformandum eſt, quibus foueatur locus aſ-
B fectus.

Secūdum medicamenti genus eſt oleis quibuſdam confectum: tria autem olea proponuntur quibus irrigationes, & embrocationes faciendæ ſunt, primum eſt ex lilio quod noſtri oleum primum appellant, ſecundum eſt oleum, quod narciſſinum Auicennæ dicitur, eſt verò narciſſus idem, quod bulbus, bulbi
C autem apud Dioſcoridem ſunt notiſſimi.

Matthiolus verò lib. 2. cap. 15 ſcribit apud noſtrates medicos omninò ignotos eſſe: ſunt qui dicant eſſe agreſte allium, alij genus ſæpę non abſimile aſcaloniæ ſed quidquid ſit hoc olei genus noſtris temporibus ignotum eſt, quod cum diſſoluendi virtutem habe-
D at, non deſunt alia eiuſdem facultatis olea.

Tertium oleum eſt id, quod coſtinum appellant, ſeu vt ille inquit oleum de coſto; his igitur oleis illiniri debent māmæ affectæ, aut embrocatione foueri.

Tettium medicamentum eſt emplaſtrum quoddam, quod ex pluribus rebus conſtat, primò eſt panis ex
E ſimila, hoc eſt, ex farina ſubtiliſſima tritici, quam florem farinæ appellant, ſecundò eſt farina hordei, tertiò eſt eruca, quartò eſt fœnugræcum, quintò eſt euiſcus, hoc eſt, radix biſmaluæ, ſextò eſt ſemen lini contritum.

Ex his omnibus iubet Auicennas tātum accipiendum eſſe, quantum manu vnica clauſa contineri poteſt, & efformare

mare emplaſtrum; hoc enim cæteris medicamentis valentius, atque fortius eſſe exiſtimat.

Illud emplaſtrum, quod ita propoſitum fuit ab Auicenna, non admodum partibus applicari poteſt, mea quidem ſententia, quandoquidem omnia ita ſicca actu nô ritè applicari corpori poſſunt; ſiquidem vt componatur emplaſtrum, requiruntur humida quædam corpora, quæ ſicca conglutinent, arq; vt ita loquar, incorporent, quod docuit Gal. lib. 4. de compoſit. med. per genera cap. 3. & alijs in locis.

Ad hoc igitur emplaſtrum præparandum ex arte duobus modis poſſumus procedere, primò.

℞. erucæ,
Radicis biſmaluæ,
Fœnugræci,
Seminum lini ana manip. j.

Bull. omnia in ſufficienti quantitate aquæ ad conſumptionem, aut medietatis, vel tertiæ partis, deinde coletur, & adde

Farinæ hordei,
Panis triti, & cribrati ana vnc. ij. vel iij.

In qua decoctione, vel ebullirem, aut intus reponerē & farinam, & panē tritum admiſcendo, donec ad corpulētiam quandam peruenerint.

Deinde omnibus ſimplicibus decoctis cribratis optimè, & vt decet, omnia ſimul admiſcerem, & formam emplaſtri efficerem.

Mihi placeret admodum illi aliquam ex vno oleorum dictorum quantitatem admiſcere, ad vnc. iij. vel iiij.

Hoc enim modo ritè poſſet tale emplaſtrum mammis adaptari,

Alio modo

℞. farinæ hordei,
Fœnugræci,
Seminis lini,
Panis triti ana vnc. ij.

Bull. in decoct. erucæ, biſmaluæ ad emplaſticam formam, deinde ſimul omnia admiſcendo efforma emplaſtrum,

A hoc modo vſurpari poteſt ad mammas affectas.

Hæc ſunt medicamenta, quæ caſeationi à frigido competere ſcripſit Auicennas, qua reſoluta, cum in mammis remanere apoſtema arbitratus ſit, ideo alia medicamenta mammis applicanda iubet, quæ vndecim ſunt numero, quæue antequam vobis patefaciam, alia nunc propono medicamenta optima pro hac caſeatione reſoluenda Io.

B à Vigo lib. de apoſt. cap. proprio.

℞. ſapæ,
Mellis ana vnc. viij.

Cum farina hordei ſufficienti ad ignē fiat emplaſtrum ſolidum.

Stercus quoque caprinum cum melle decoctum lac expurgare aptum eſſe aſſerit.

Vel

C ℞. farinæ fabarum,
Lentium ana vnc. iij.
Menthæ manip. j.

Bulliant in ſufficienti quantitate lixiuij & ſapæ cum ol. myrtino, atque omphacino æquis portionibus ſūptis, fiat emplaſtrum; hoc enim mirificè lac à mammis exugit, illudque exiccando reſoluit.

Poteſt ad idem tale emplaſtrum præ-

D parari,

℞. panis medullæ lib. ß.
Infundatur in decoctione iam dicta
Olei myrtini vnc. iij.
Butyri vnc. j. ß.
Vitellorum ouorum num. ij.
Croci ſcrup. ij.

Et ad ignem omnia miſceantur, & fiat emplaſtrum,

At ſi magis reſoluendum ſit, adde

E Farinæ fabarum,
Hordei ana vnc. iij.
Chamæmeli.
Meliloti ana manip. j.

Miſce, contuſis contundendis, & cū oleo prædicto quantum ſufficit fiat emplaſtrum ad ignem;

Ad idem Paulus Aegineta ſingulare

medicamentum proponit lib. 4. cap. 117. hoc modo,

℞. aquæ,

Olei veteris ana lib.j. hydrelæon vocant,

Ad ignem ponatur, & coquatur, cui adde,

Aphronitri vnc.vj.

Myſcos vnc.j.vel.ij.

Hæcque incoqui iubet, donec manus non inquinentur ab eo,

B Cui admiſcenda ſunt,

Mannæ thuris,

Ceræ,

Terebinthinę ana vnc.vj.

Hoc medicamentum inſignem reſoluendi facultatem obtinet, eoque vti ad mammas optimum eſt.

Sed huius medicamenti quædam placent, alia verò minimè approbare poſſum, præterquam quod hoc tempore in vſu minimè hæc ſunt, in noſtriſque regionibus non reperiuntur, propterea loco aphronitri acciperem

C Farinæ fœnugræci vnc. v.

Loco verò miſis farinam fabarũ, vnc. iij.

Bull. in hydræleo ad mediocritatem, cui adderem,

Ceræ,

Terebinthinæ ana vnc.vj.

D Thuris vnc. iiij.

Et hoc modo medicamentum pararem ad formam emplaſtri, ac applicarem mammis; illud enim validam reſoluendi virtutem habet, vt ex his quæ intus continentur, videre eſt.

Verùm cũ Auicēnæ opinio ſit, quod caſeatione reſolutæ mammæ apoſtema, hoc eſt, abſceſſum patiantur; fieri enim minimè poteſt, quin aliqua cæterorum humorum eo præter naturã confluant, quæ reſoluenda, atque diſſipanda ſunt, propterea ad illa auferenda quatuor proponit medicamenta.

E Primum eſt, vt ſpongia infundatur in aqua, & aceto æquis portionibus ſumptis, tepidiſque factis, qua intus immerſa mammæ affectæ foueantur.

Secundum medicamentum conficitur ex mica panis, myrrha, atque aceto & aqua, ita vt illud poſſit meo iudicio ita parari.

℞. panis triti, & ſ. cribellati vnc.vj.

Myrrhæ ſ. pul. vnc.iij.

Aquæ quantum ſufficit ad formam emplaſtri adducendam.

Aceti vnc.ij. vel iij.

Vel poſca efformari poteſt, quæ miſceri poſſunt res prædictæ, emplaſtrumque componi, & eo vti.

Tertium eſt compoſitum ex menthã, pane, & aceto, poteſt autem parari hũc in modum,

℞. menthæ manip.j.

Panis triti vnc.iij.

Conterantur cum aceto, donec ad quandam emplaſtri formam ducantur.

Quartum eſt marcheſita ſ. puluerizata cum ol. roſato, atque albumine oui, quod poteſt parari hunc in modum,

℞. Marcheſitæ ſ. pulu. vnc.j.

Ol. roſati vnc.iiij. vel iij.

Albumina ouorum num.iij. vel iiij.

Terantur, atque optimè agitentur albumina cum puluere, addendo paulatim oleum, donec linimenti formam accipiat.

Eſt autem marcheſita lapidis cuiuſdam ſpecies, quã pyriten appellant, alij lapidem luminis, quia lumini oculorum confert. Huius autem plures ſunt ſpecies; alia enim aurea, argentea altera, vel ferrea; optima eſt aurea, vt apud Dioſcoridem videre vnuſquiſque poteſt lib. 5. cap. 100.

His quatuor remedijs auferendos eſſe humores extraneos imbibitos tum in mammarum ſubſtantia, tum in cauitate ipſarum iubet Auicennas, quæ vt puro optima cenſeri poſſunt, atque ijs vnuſquiſque medicus vti poteſt, quoniam maximè rationabilia exiſtunt.

Quibus humoribus ablatis, atque reſolutis, cum fieri minimè poſſit, vt ex

ex toto, tum venę, quæ in mammis ſũt, deobſtruantur, tum etiam glandulæ omnino à ſuperfluis humoribus liberentur, iam ablato tumore à mammis eum iam dictis medicamentis, alia ſeptem numero Auicennas proponit, quę à mãmis obſtructiones facilè auferre poſsũt, quorum ſex localia ſunt, vnum verò, quod exhiberi per os iubet.

Primò eſt medicamentum quoddam, quod ex caratin fieri iubet, & id mammis applicari; ſunt verò cararin lumbrici longi terreſtres; hi enim poſſunt conteri ſubtiliter, iiſque mammæ illiniri; lũbrici enim reſoluendi virtutem habẽnt, ſi verò conterantur, atque ſimul cum aliquo ex reſoluentibus oleis admiſceantur, maiorem reſoluendi facultatem obtinent, hique ſunt lumbrici in communi vſu.

Secundum fit ex myrrha, calamentho, atque aniſis, poteſt enim, vel ad emplaſtri formam iſtud duci medicamẽtum, aut ad linimentum, vel ad cataplaſma.

Nam poteſt accipi myrrhæ ſubt. pul. ad vnc. vj.

Cum decoctione calamenthi, atque aniſi emplaſtrum efformari.

Linimentum fit hoc modo.

℞. myrrhæ ſubt. pul. vnc. ß.
Olei calamenthi,
Aniſi ana vnc. ij.
M. & fiat linimentum cum paululo ceræ

Pro cataplaſmate,

℞. Calamenthi,
Aniſi ana manip. j.
Myrrhæ vnc. j.
M. & conterantur, mammiſque ita applicari poteſt.

Tertium componitur ex pluribus rebus,

Ex farina ciceris,
A Folijs lauri,
Semine apij,
Cumino orientali,
Cardamomo,

Cum aqua virgę paſtoris, atque bletarum, quas ſiclas appellat Auicen. Pro cardamomo non ita clarum eſt, quid ſit accipiendum.

Differt cardamomum Græcorum ab eo, quod Arabes proponunt, Matth. lib. B 1. cap. 5.

Vel poteſt parari hunc in modum ad emplaſtri formam,

℞. Farinę ciceris vnc. ij.
Seminis apij,
Foliorum lauri ana manip. j.
Cinnamomi ſubt. pul. drach. iij.
Cardamomi ſub. pul. vnc. ß.
M. & contuſis ſubtiliter conterendis cum aquis iã dictis emplaſtrum efC forma ſecundùm artem.

Quartum conſtat ex tritico nigella.

Quintum ex rhurę, atque felle bouis,

Sextum ex melle, ſtyrace calamitæ, & oleo roſato complero,

Septimum eſt aqua ex braſſicis, ſeu earum decoctio, quam ſorbendam iubet. Hanc mirabiliter operari in tali affectu docet: hæc ſunt omnia medicamẽta, quæ poſſunt mammis caſeatione D frigida affectis applicari, quæ omnia volui vobis in medium afferre, vt vno accepto, neque iuuante ad alia tranſire poſſitis.

Atque hæc ſatis dicta vobis ſufficiant tum pro caſeatione à calido, tum à frigido eueniente auferenda, atque curanda: veniamus modò ad vltimam ſpeciem, quam ſimul cum caſeatione adiunctam putrefactionem habere docuit E Auicennas, in qua inſtituta victus ratione iam dicta, localia proponenda nobis ſunt, quæ idemmet Auicennas docet loc. cit. cap 5.

DE LACTIS CONGELATIONE, AC PVTREFACTIONE, NEC NON DE MAMMILLAE EXTENSIONE, ET TVMORE.

CAPVT VIGESIMVM.

HVius capitis inſcriptio
non ſpernendam dubi-
tationem præferre po-
teſt, num ſcilicet con-
gelatio ſit idem cum
caſeatione à cauſa fri-
gida facta, an vero quid diuerſum, &
quid illa ſit; ſecundò conſiderandum eſt,
num putrefactio contingat & lacti, &
ſubſtantiæ mammarum; vltimo loco vi-
dendum, an aliqua præterea aduениat æ-
gritudo aut lacti, aut mammis, cuius
meminit Auicenna in capite de hac ea-
dem materia. Hæc nobis diligenter, at-
que accuratè perpendenda ſunt, quæ
nemo ex expoſitoribus Auicennæ con-
ſiderat, nec apud aliquem ea reperie-
tis.

Mouet dubitationem Iacobus de Par-
tibus, qui in hoc commentario ſcriptũ
reliquit congelationem lactis non eſſe
idem cum caſeatione, primò quia ca-
ſeatio fieri poteſt à calido, & frigido,
congelatio verò perpetuò fit à frigido,

Secundò, quia in caſeatione partes ſe-
roſæ ſeparantur à caſealibus, in conge-
latione vero ſimul congelantur, atque
congregantur omnes lactis partes vide-
licet caſeoſæ, butyroſæ, atque ſeroſæ.

Quamuis caſeatio (quam à calido fi-
eri dictum eſt) differat a lactis congela-
tione cauſa efficientis, atque modi ra-
tione, eſt tamen vnus, & idem effectus
caſeatio, & lactis congelatio, vt res ip-
ſa demonſtrat; nam vt Ariſt. 4. Meteor.
docet, cõgelatio alicuius rei nihil aliud
eſt, quàm eiuſdem concretio, aut exic-
catio, quæ & à frigido, & à calido ſicco
fit, à calido quidem, vt ſupra dictum
fuit, abſumente humidum, à frigido ve-
rò exprimente calidum, cum quo hu-
midum euaporat.

B Verùm quæ concreſcunt à calido ex
aqua, & terra conſtant, magis tamen
terream ſubſtantiam adipiſcuntur, quæ
verò à frigido concreſcunt, ex aqua
quidem, & terra participare poſſunt;
ſed ſiue à prædominio aqua, ſiue terra
ſit, frigidum ea concreſcere facit, ſed
diuerſa etiam ratione; nam vbi terra do-
minatur exprimendo calidum, cum quo
humidum euaporat, concreſcere facit;
C vbi verò, aut aqueum ſit illud, aut à præ-
dominio ſaltem, id quod congelari de-
bet a frigido, tunc partes omnes con-
denſando concreſcere facit, vt apparet
in glacie.

Cum autem congelatio lactis nihil a-
liud ſit, niſi eiuſdem in naturam caſei
concretio a frigido facta, arbitror caſea-
tionem, & congelationem vnum, & i-
dem eſſe. Sermo nunc eſt de caſeatio-
D ne præter naturam, quæ fit in mammis;
ſi verò ſermo ſit de caſeatione naturali,
quæ fit extra mammas, tunc differt con-
gelatio lactis à caſeatione; quandoqui-
dem in caſeatione partes ſeroſę ex toto
auferuntur, atque ſeparantur, in con-
gelatione verò condenſari poſſunt om-
nes ſimul partes, & ſeroſæ & caſeoſæ,
quemadmodum contingere poteſt in
mammis.

E Ea propter cenſeo & caſeationem,
atque congelationem vnum; & idem
eſſe, idemque Auicennas intelligit in
hoc capite, quod ex Iacobi de Partibus
verbis etiam demonſtrari poteſt; ſupe-
rius enim in expoſitione quarti capitis,
dixit lac caſeari per congelationem.
Addo Auicennam in hoc quinto capite
in

in fine dixiſſe ſanguinem caſeari; nam, inquit,& quandoque caſeatur ſanguis in mammis, quare per congelationem idē ac caſeationem intellexit, hoc eſt ſanguinis, & lactis concretionem: & hæc quo ad primum.

SOLVITVR QVODDAM DVbium in dictis Auicennæ.

PEr putrefactionem verò, quod eſt ſecundum propoſitorum, puto Auicennam intellexiſſe lactis putrefactionem illæſa manente mammæ ſubſtantia, quod ex medicamētis ab eo propoſitis in eo capite demōſtrari poteſt, quæ ſubſtantiæ mammarum putrefactæ, atque corruptæ nullo modo competūt, ſed ad lac corruptum, & putrefactum auferendum idonea ſunt, vt ſuo loco apetiam.

Sed adhuc dubium eſt, quid intelligat Auicennas per putrefactionem; non enim eſt dicendum, vt aliqui arbitrantur, illum intelligere ſuppurationem, quandoquidem id ex medicamentorum facultatibus, quę in hoc capite docet, facilè colligi poteſt, quæ nulla ratione ſupputatoria ſunt, vt vnicuique patet, quod etiam paulò inferius oſtendere polliceor.

Per putrefactionem equidem exiſtimarem ſubaudire corruptionem lactis; nam vt ex Ariſt. habet 4. lib. meteor. cap.2. putrefactio eſt corruptio eius caliditatis, quæ in vnoquoque humido propriè, & ſecundùm naturam reperitur quæ fit ab aliena caliditate quam in ambiente rēpoſuit idem Ariſt.

Duo igitur requiruntur neceſſariò ad putrefactionem faciendam, vnum eſt caliditas extranea, aliud verò propria frigiditas. Animaduertite tamen, quod etſi Ariſt. caliditatem poſuit in ambiente tanquam putrefactionis efficientem de ea loquutus eſt putrefactione, quæ generationi opponitur; fit enim caloris attractio paulatim, atque ſucceſſiuè, ita

A vt propria, & innata caliditas, ab aeris caliditate, procedente tempore à quacumque re eliciatur, qua deſtituta putreſcere neceſſe eſt.

Verùm de hac putrefactione medici non loquuntur, ſed de illa, quæ ab extranea caliditate, quidem fit, quæ præter naturam in aliqua parte inducta ſit, naturalem calorem abſumens, ita vt frigidum adeo ſuperet, vt calidum innaB tum huius rei, vel partis non poſſit dominari; ea igitur, ad quæ nihil in tranſmutatione confert calidum innatum, omninò putreſcere dicuntur, vt Gal. eſt author lib. de victus ratione com. 2. tex. 44.

Vbi igitur pars aliqua obſtructa ſit, facilè poteſt putrefieri, Gal. de inæquali intemperie cap.7: quia calor impotens tranſpirare augetur, & ſit extraneus C naturalem conſumens, vnde frigidum dominatur, quo fit, vt putrefactio fiat; cauſa enim putrefactionis immediata eſt caloris naturalis inopia, qui duplici modo marceſcere poteſt, aut à contrario prorſus extinctus, vt in ſphacelis quibuſdam apparet, aut ab extraneo conſumi poteſt, vt in magnis inflammationibus contingit, qui & ipſe duplici ratione accenditur, aut in humoribus, D qui ad partem fluūt, præter naturam accenſus, aut prohibita caloris naturalis tranſpiratione calor tunc temporis augetur præternaturam, & naturalem abſumit, hinc neceſſum eſt frigus vigere.

Sed caloris extranei inopia, frigiditatis verò abūdantia putrefactionis cauſa eſt efficiens, verùm materialis eſt humiditas, cum verò in mammis lac congelatum ſit, ſiue à calido, ſiue a frigido, E fieri facilè poteſt, vt illud putreſcat caliditate extranea vrgente, aut frigiditate in partem inducta, quo nomine calor naturalis dominari, atque euincere minimè poteſt,

Nam vt ſcripſit Gal 3, de differ. febr. cap. 11. humór ille, quem proprius calor non euincit, nihil habet reliquum niſi,

niſi, vt ad putredinem tranſeat. Ex his igitur clarum eſt lac ipſum eſſe, quod putreſcit deſtitutū à calore naturali dominante; & quod per putrefactionem intelligere oportet corruptionem.

Sed dubitatio ſuſcitari poteſt, num lac congelatum putreſcere poſſit? Dubitationis verò cauſa eſt Ariſt. 4. meteor. loco citato, qui enumerans ea, quæ putrefactionem minimè patiuntur, ea adſcripſit, quæ congelata ſunt, atqui B iam ſuppoſitum nobis eſt lac eſſe congelatum, non poteſt igitur putrefieri.

Pro ſolutione dici poſſe arbitror, aliud eſſe conſiderare putrefactionem, cuius meminit Ariſt. & aliud conſiderare putrefactionem, de qua medici loquūtur, ſi primo modo, cum putrefactio fiat ab ambientis calore, quæ eſt, vt paulo ſupra adnotaui oppoſita generationi, non eſt tantus calor in eo, vt poſſit ſupra C id, quod congelatum eſt, dominari; nam frigus maius eſt, vt prohibeat, ne à calore ambientis fiat propriæ caliditatis attractio.

Addo quod ſubiectum vtriuſque putrefactionis eſt diuerſum; nam Ariſt. conſiderat omnia, quæ generata ſunt, quæ putreſieri poſſunt; medicorum verò putrefactio nihil aliud eſt, quàm humorum aliquorum, aut partium innatus D calor deſtitutus, vnde dominari non poſſunt, quare putreſcere ea oportet: ſubiectum enim putrefactionis medicorum nihil aliud eſt, quam corpora, atq; humores.

Propterea putrefactio duplex eſt, vt etiā docuit idem Ariſt. loco citato, alia ſecundùm totum, alia ſecundùm partes, primam conſiderauit Ariſt. ſecundam E medici; nam humores non corrumpuntur ſecundùm ſe totos.

Reſpōderi etiā poteſt, quod quę congelantur, ſunt duplicis naturæ, alia ſimplicia, vt aqua, alia compoſita ex aqua, & terra: quæ primo modo congelantur, putrefieri minimè poſſunt, quæ verò ſecundo modo, poſſunt quidem, quia ambientis calor poteſt eorū A frigiditatem ſuperare. De primis intelligendus eſt Ariſt. medici verò de ſecundis.

Sed dubitationem præterea affert id, quod de putrefactione dictum ſuperius eſt, ſcilicet ad hanc efficiendam requiri extraneum calorem, quandoquidem cauſa, quæ per ſe ſola apta eſt aliquem effectum producere, non eget alia, ſed B frigiditas per ſe ſola cauſa eſt efficiens putrefactionem, ſuperflua igitur eſt caliditas.

Minorem comprobo, cum clara ſit maior, ex Ariſt. 4. meteor. cap. 2. vbi frigidum inter paſſiuas qualitates magis repon t, cum in paſſiuis corporibus, in terra nempe, & aqua ſemper reperiatur cum verò in primo huius libri capite dixiſſet inter efficientes cauſas frigidū C connumerari debere, ſtatim in hoc capite, ne ſibi quaſi contradiceret, duplicem efficiendi modum habere dixit, vnū per ſe, aliud per accidens, actio igitur frigidi per ſe, & primariò eſt corruptio; corrumpere enim eſt agere quoddam, vnde ad faciendam corruptionem ſatis eſt frigiditas, non eſt igitur vtriuſque qualitatis effectus, & paſſio ipſa putrefactio, caliditatis, atque frigiditatis, quare D fruſtra ponitur caliditas.

Huic obiectioni ſatisfaciendum ita eſſe puto, quod vnus effectus à duabus contrarijs cauſis prouenire poteſt, ab vna per ſe, & immediatè, ab alia verò per accidens & quod ambæ ſint neceſſariæ, quemadmodum in putrefactione, de qua loquitur Ariſt. contingit; non poteſt enim induci frigus in aliquod putreſci E bile, niſi auferatur eius innatus calor; ſit propterea, vt calore ambientis dominante, atque illius rei caliditatem trahente, vt frigus inducatur, propterea ad hunc effectum producendum ambæ requiruntur, neque aliqua ipſarum eſt fruſtra poſita.

In putrefactione verò medicorum, cū duobus modis calor innatus langueat,

aut

aut extraneus adauctus ſit eo modo, quo ſupra dictum fuit, vel quod à frigiditate nimia conſumatur calidum, putreſcereque faciat, propterea putrefactio fortaſſis fieri poterit abſque caliditate, ideoq; poterit eſſe ſolius frigiditatis effectus.

At ambæ iſtæ putrefactiones, Ariſt. nempe, atque medicorum, quemadmodum in modo cauſarum efficientium differunt, ita quoque & ratione termini ad quem diſcrepant, ſiquidem terminus putrefactionis, de qua Ariſt. eſt terra, & fimus, hoc eſt ſiccitas, finis verò eius, de qua loquuntur medici, eſt humiditas quædam putrida, atque marcida.

Huius rei cauſa eſt modus actionis ipſius caloris extranei. In ea Ariſt. putrefactione calor ambientis calidum naturale trahit, ſecumque euaporare facit humidum, hinc quæ putreſcunt, ſicca euadunt; nulla enim, inquit Ariſt. eſt caliditas humidum trahens, propterea humiditate, atque caliditate naturali deſtituuntur quæcumque hoc modo putreſcunt.

In putrefactione verò medicorum, quod putreſcit, humidum redditur, tum quia naturale humidum non euaporat, tum quia à caliditate externa adaucta, fit varia humorum attractio, & quamuis non fiat attractio ſuperfluæ humiditatis, ea tamẽ quę in parte præter natu. ã reperitur, eo quod in affecta parte calor extraneus non inducatur, ſatis eſt ad putrefactionem faciendam, cum hæc ipſa a calore naturali prorſus deſtituatur, in hac igitur ſpecie putrefactionis frigidum abſque calore putrefacere poteſt.

Sed adhuc aliquod dubitationis veſtigium relinquitur, an putrefactio ſit ſuppuratio? prima enim facie videtur putrefactionem, atque ſuppurationem vnum, & idem eſſe, quod ex Hipp. lib. de vulneribus colligere facilè licet; ille enim inquit neceſſe eſſe carnes con-

A tuſas putreſieri, atque in pus verti, hãc Hipp. ſententiam exponens Galenus 4. meth. med. cap. 5. ſcripſit pus fieri cum putrefactione.

Addo, quod medicamenta, quæ ad pus generandum apta eſſe docet, eadẽ debere putreſieri, calidaque, atque humida eſſe. Succedit, & ratio; nam id, quod eſt præter naturam, euincitur à calido extraneo, puris generatio eſt

B quid præter naturam, vt docet Gal. lib. de diff. morborum cap 9. ſequitur igitur euinci à calido extraneo, ſed vt ſupra iam audiuiſtis, vbi calor extraneus dominatur, proprius languet, & per conſequens frigidum viget, at vbi frigidum viget, ſequitur putrefactio, ergo clarè elicitur à primo ad vltimum putrefactionem eſſe ſuppurationem.

Pro ſolutione dicendum quòd aliud

C eſt dicere putrefactionem eſſe ſuppurationem, aliud eſt dicere ſuppurationẽ fieri cum putrefactione, ſi primo modo dicamus, falſum eſt rectè conſideranti idem eſſe, & ſuppurationem, & putrefactionem; nam docet nos Gal. 5. de ſimpl. med. facultat. cap. 6. in corpore animalis tres eſſe, atque fieri alterationes.

Vna prorſus naturalis eſt, vt quando

D cibus concoquitur in ventre, aut in viſceribus, vel venis, vnde rurſum vnaquaque pars corporis nutritur; altera præter naturam prorſus, videlicet in putreſcentibus omnibus, & hæ alterationes contrariæ ſunt inuicem; tertia, ex vtraque mixta, & media eſt, partim obtinens primæ, & ſecundum naturam, partim contrariæ, & præter naturam.

Neque alia alteratio concipi poteſt,

E nam calor, qui efficientis rationem obtinet, aut ex toto naturalis eſt, aut præter naturam, vel partim naturalis, & partim præter naturam. Prima alteratio dicitur concoctio, ſecunda putrefactio, tertia appellatur ſuppuratio.

Ex quibus Gal. verbis clarum eſt ſuppurationem eſſe quid diuerſum à putre-

fa-

factione; nam ex toto calor extraneus in putrefactione dominatur, in puris verò generatione mixtus, & natiuus calor cum aduentitio, ex quibus quædam caloris commistio fit, ſeu permiſta quædã cõmutatio ex cauſa naturali, & cauſa præter naturã; cauſa enim naturalis concoquit, præter naturam putrefacit, & quæuis aliam ſuperans propria habet ſigna, quibus dignoſcitur, vt odor, color, conſiſtentia, & alia id genus accidentia.

Propterea Hipp. 2. prognoſt. tex. 42. puri laudabili quatuor adſcripſit conditiones, ſcilicet, vt ſit candidum, æquale, læue, & quam minimè fœtidum: putrefactionis verò ſigna ſũt grauecolẽtia, nigredo in parte, & inſignis frigiditas, atque ſenſus, & motus priuatio, ex quibus apparet putrefactionem non eſſe idem cum ſuppuratione, quamuis ſuppuratio non fiat abſque aliqua putrefactione.

Ratione igitur efficientis cauſæ differunt putrefactio, & ſuppuratio, licet; & materiæ ratione etiam diſcrepent; quandoquidem alia, & alia eſt materia, quæ putreſcit, vnde pro obiecto putrefactio habet quamcunque materiam humidam, quæ à calido destituatur naturali, ſiquidem omnes corporis partes putreſcunt, & oſſa, & venæ, & arteriæ, & caro, & cutis, vbi calor naturalis eas regere ſit ineptus.

Suppuratio verò circa ſanguinem verſatur, aut circa carnem contuſam; ſunt enim ambo hæc ſubiectum, ſeu obiectum illi proportionatum, quod Galenus docuit lib. 2. aph. con. 47. 2. de victus ratione in morbis acutis tex. con. 44. & Hipp. lib. de vulneribus capitis: apparet igitur ex his quantum ab inuicem diſcrepent putrefactio, atque ſuppuratio.

Ad Hipp. igitur dicendum eſt ipſum non intelligere putrefactionem, & ſuppurationem eſſe vnum & idem, ſed quod abſque aliquali putrefactione non

A fiat ſuppuratio, vt eo loco docuit nos Galenus.

Medicamenta verò pro pure generando, aut quæ ſuppurantia ſunt, putrefacere debent, quia humida ſunt; hoc enim requiritur in ſuppuratione, ſed quod attinet ad calorem, temperata eſſe oportet, quam ſimillima calori naturali, lentaque etiam, & craſſa, emplaſtica, vt cutis poros obſtruere valeant,

B ac quod intus continetur, aliquo modo putreſcat; calor enim ſimilitudine quadam augetur ex calore medicamẽtorum temperato, augetur quoque pro hibita tranſpiratio a lenta, & craſſa eorum ſubſtantia appoſita.

Nam vt dictum fuit, putrefactio eſt præuia quædam diſpoſitio ad ſuppurationem; ſi calor enim natiuus dominatur præter naturam, fit ſuppuratio: perfecta medicamenta igitur humida quadam caliditate aliquam formam putrefactionis inducere videntur, non propterea putrefacientia ſimpliciter ſunt.

C Ad rationem dicendum, quod ea, quæ præter naturam ſunt, in duplici verſantur differentia; quædam enim ſunt, in quibus calor præter naturam ſimpliciter dominatur, alia vero, in quibus dominatur quidem, ſed à calore naturali

D regitur, illique in actione ſuccumbit, primæ ſunt omninò præter naturam, ſecunda verò ſunt quidem, ſed non ſimpliciter, vt eſt puris generatio, in hocque ſenſu Gal. intelligendus eſt.

Secundò hic reſponderi poteſt puris generationem poſſe dupliciter conſiderari, vel in fieri, vel in facto eſſe, ſi primo modo non eſt prorſus præter natu-

E ram, ſi vero ſecundo modo, eſt prorſus præter naturam; nam pure genito, natura illud tamquam excrementum inutile reijcere conatur.

Per putrefactionem igitur puto in quinto capite Auicenn. intelligere lactis corruptionem, per extenſionem verò ſubaudire arbitror mammæ tumeſcentiam, quæ illi in lactis congelatione,

ne, atque putrefactione contingit, per ægritudinem verò nihil aliud intelligendum eſſe exiſtimo, quàm apoſtema doloroſum ex lactis congelatione, atque putrefactione factum, quod ex medicamentis, quæ proponit pro curatione huius ægritudinis in fine quaſi capitis.

DE CVRATIONE CONGELAtionis, ac putrefactionis lactis.

IN primo capitis ingreſſu medicamenta ſex proponit Auicenna, quæ & congelationem, & putrefactionem reſpiciunt, primum medicamentum recipit bletam decoctā perfectè in aqua, cui admiſceatur medulla panis, farina fabarum, atque oleum ſiſaminum, cuius talis forma eſſe poteſt.

℞. bletarum perfectè in aqua coctarum, atque diſſolutatur; nam coqui debent, donec ipſæ diſſoluantur, manip. iiij.
Farinæ fabarum,
Medullæ panis ana vnc. j. ſſ.
Ol. ſiſamorum quantum ſufficit, fiat emplaſtrum,

Secundum medicamentum componitur ex pane, & parietaria, vt
℞. panis triti,
Parietariæ humidæ ana vnc. j.
Conterantur optimè ad inuicem, deinde cum cera, & oleo roſato ana vnc. ij. fiat vnguentum, & ad modum emplaſtri diſtendi poteſt ſuper fruſta lintea, & mammæ applicari.

Tertium medicamentum ex pluribus rebus conſtituitur, cera, aqua, & oleo cum melle, & vino, aut rob.

Compoſitio autem talis ex arte eſſe poteſt.
℞. ceræ vnc. iij.
Aquæ,
Olei,
Mellis,
Vini crudi, aut cocti, quod rob appellatur, ana vnc. j. miſceatur ad ignem, & ſub forma emplaſtri applicētur mammæ.

A Hæcque medicamenta bis, & ter in die eſſe admouenda admonet nos Auicennas hoc in loco duplici, ni fallor, ratione, vna, vt virtus medicamentorum meliùs imprimatur parti affectæ; nam cum illa medicamēta non ſint gummi alligata, facilè eorum virtus diſſipatur.

Secunda ratio eſt, quoniam medicamenta ſæpiùs partibus iterata maiorem vim habent, propterea hoc in caſu maximè conuenit, vt replicentur pluries; B facilius enim hac ratione putredini reſiſtunt. Hoc ſolùm in loco Auicenna de iterata medicamentorum applicatione locutus eſt, quoniam in hac ſpecie congelationis, cui adiungitur putrefactio, faciliùs ob putredinem medicamenta vires amittunt.

Quartum medicamentum, eſt ſiſamū cum melle, & butyro, quod poteſt com C poni hac ratione,
℞. ſeminis ſiſami, aut granorum ſiſami vnc. j. terantur ſubtiliſſimè, & incorporentur cum
Mellis,
Butyri ana vnc. j. ſſ.
Fiat linimentum, quod ſi fortius ſit adhibendum, adde
Farinæ fabarum,
Tritici,
D Furfuris ana vnc ſſ.
Olei ſiſami vnc. ij. hoc mammillæ frequenter leniri poſſunt.

Quintum medicamentum eſt embroca, ſeu vaporatio cum aqua calida, ſeu frequens inclinatio mammillæ ſuper aquæ calidæ euaporationem, in qua bullierint hæc ſimplicia
℞. ſeminum lini,
Fœnugræci,
E Radicum biſmaluæ,
Seminis cucumeris ana vnc. j.
Florum chamæmeli manip. j. ſſ.
Fiat decoctio in dulci aqua fontis ad pondus trium librarum, cum qua vaporentur frequenter mammillæ.

Sextum medicamentum eſt embrocatio cum decoctione iam dicta, vbi præ

cipuè mulieres delicatiores ſint, non ferentes emplaſtri grauedinem.

Vbi verò contingat mammam extenſam nimis eſſe, ita vt, aut grauedo, vel dolor aliquis adſit, aliud medicamentum adhibendum eſſe iubet Auicennas.

℞. mellis,

Pulpæ paſſularum, quæ ſimul conterantur, & cum aqua bletarum, & tamariſci fiat emplaſtrum. Poteſt autem ſecundùm artem ita efformari emplaſtrum.

℞. mellis vnc.j.

Paſſularum ſine granis, & corticibus vnc.iiij.

Decoctionis bletarum,

Tamariſci ana vnc.iij.

Miſce, & ad ignem ponantur mouendo, donec inſpiſſentur ad formam emplaſtri, mammiſque adhibeantur.

Hæc ſunt, quæ pro curatione, atque dignotione tum ſimplicis, tum compoſitæ caſeationis in mammis mulierum euenientis dicenda nobis erant.

DE CVRATIONE CASEATIOnis ſanguinis.

VErum in fine huius capitis ab eodem Auicenna proponitur caſeatio ſanguinis, quæ quidem nihil aliud eſt, quam ſanguinis concretio in mamis; iſto enim nomine caſeationis abutitur hoc in loco; nam propria caſeatio dicitur de lacte, nunc communi quodam vocabulo accipit caſeationem pro ſanguinis concretione. Si igitur contingat ſanguinis caſeatio in mãmis, duo prę ſidia docet, vnum eſt olei violati inunctio, aliud eſt embroca ex aqua calida: demum emplaſtra propoſita in principio capitis adminiſtranda eſſe iubet, ſi primis duobus medicamentis non cedat.

His iam habitis, meum eſſet docere, quid ſit ſanguinis caſeatio, quibus fiat de cauſis, & in quo ab alijs tumoribus mammarum differat, ſed ne multis dicã, an mammis euenire poſſit, cum iiſdem præſidijs tolli Auicennas dicat, quibus alios auferri ſupra diximus, non eſt, vt modò tempus conteram circa hæc. Atq; hic ſiſtat tractatio de morbis muliebribus, ac infantiũ alimẽto euenientibus.

FINIS.

COMITIS IOANNIS BAPTISTAE CORTESII DE FEBRIBVS TRACTATVS.

(†)

NOtionem, curandiqueꝰ methodum morborum humani corporis particularium, de quibus in publicis Academijs Profeſſores tractare conſueuerunt, hactenus, vt vides, amantiſſime Lector, explicauimus. Reliquum eſt pro Practicæ Medicinæ integritate, vt de Febribus tum in genere, tum in ſpecie inſtituatur oratio. Quas vltimo loco diſcuſſas exhibemus, non quòd ita ordo vel naturæ, vel doctrinæ expoſtulauerit; haud enim, quæ in ſuperioribus attulimus, ſunt priora ſecundum ſe, aut notiora nobis, ijs, de quibus acturi ſumus deinceps; ſicut neq; ex oppoſito febrium natura quidquam reliquis morbis dignoſcendis confert. Sed commoditati gratia poſt allatas mulierum affectiones Febrium tractationi deſtinauimus locum; nam ſi eæ præiuiſſent, vt alij voluerunt in ſuis ſcriptis, nulla in meis voluminibus ſeruata fuiſſet æqualitas, ſed primum aliorum reſpectu ſat paruum, &

C anguſtum haberetur; vt è contra iuxta hanc materierum partitionem aliqualis ijs proportio contingit.

Accedentes nunc propiùs ad rem noſtram monitos rei medicæ ſtudioſos volumus, binos tractatus, eum nempe de putredine, ac eum de periodicatione præmitti, vt quid vniuerſale, à nonnullis ſolere, vt inde facilius febrium diſcuſſio percipiatur. Nos horum

D veſtigia ſequuti eoſdem præponimus, quos huc è noſtris Miſcellaneis decẽ ab hinc annis prælo traditis ad verbũ transferimus. Potuiſſent profectò ij omitti, cùm iam eo in opere ſemel lucẽ aſpexerint, ſed quia hodie Miſcellaneorum volumina apud bibliopolas non reperiuntur, nec ſi venalia adeſſent, ea omnes, qui medicinam practicè facturi ſunt, habere vellent,

E tum ne nihil in tractatione deſideraretur, nobis viſum eſt eos denuò excudendos eſſe.

DE PVTREDINE
CAPVT PRIMVM.

QVo ſunt in Medicina difficillima, quę à Doctoribus in publicis gymnaſijs exagitari ſolent: quæſtio de humorum periodicatione: & tractatio de Putredine. Prima quidem ſatis ardua eſt; nam etſi multiplex à viris peritiſſimis periodicationis afferatur ratio, nulla tamen eſt, in qua intellectus omninò acquieſcat, cùm ſemper rationis, quam hactenus aſſignare conati ſũt, noua adhuc inquirenda ſupereſſit ratio. Altera verò clara eſt ſuapte natura, at diſſentientes ſcriptorum opiniones in illius eſſentia explicanda, adeo obſcuram, & perplexam reddiderunt, vt difficultate priori non cedat. Nos interim humorum periodicatione relicta, de qua in ſequenti capite verba faciemus, putredinis inueſtigandam proponimus naturam, generatim primùm, deinde in ſpecie, pro vt illius cognitio ad febrium putridarum tractationem prærequiritur. Quod autem putredinis materia ad febres dignoſcendas pertineat, deprehendi profectò poterit, quòd maior harum pars, ab ea tanquam ab immediata, & proxima cauſa prodeat.

Iam verò Ariſt. lib. 4. meteor. cap. 2. multa, ac præclara eſſentiam Putredinis exactiſſimè declarantia tradidit, ſimulq; modum, quo ipſa fiat, perdoctè, & eleganter, quamuis pauló obſcurius, in medium adduxit. Quæ omnia ab antiquis tam Græcis, quam Latinis recepta à Gal. præcæteris pluribus in locis, & potiſſimùm 1. de diff. feb. cap. 9. confirmantur, & Alberto Magno in expoſitione 4. meteor. mirum in modum amplificãtur. Et licet omnes arbitrentur vnicam Putredinis definitionem aſſignaſſe Ariſtotelem, non deſunt tamen noſtri temporis grauiſſimi Auctores exiſtimantes duas tradidiſſe: vnam declarantem naturam Putredinis naturalis: alteram violentæ, & præternaturam, quam ſecundùm partem, & propriè Putredinem appellauit, addentes Putredinis naturalis duas eſſe definitiones, eaſque differentes.

B Prior eſt, quòd Putredo ſit dominium paſſiuarum qualitatum ſupra agentes propter continens: altera verò eſt, quòd ſit corruptio propriæ, & ſecundùm naturam caliditatis, in vnoquoque humido à calore ambientis. Verùm dicunt primam definitionem eſſe rectè, ſed cõciſè traditam, ſecundam verò eandem eſſe cum priori quidem, ſed magis explicitè deſcriptam, ſuperiorisque declaratiuam. C Rurſus priorem definitionem formalem, alteram verò cauſalem eſſe fatentur, & propterea in ipſa examinanda omnes hactenus ſcriptores fuiſſe deceptos, quòd corruptionem tanquam genus in definitione aſſumpſerint, cùm tamen cauſales definitiones non tradantur per genera. Addunt præterea definitionem putredinis violentæ, aut ſecũ- D dùm partem eſſe hanc, videlicet Putredo violenta eſt ſeparatio à propria natura, hoc eſt, receſſus quidam à proprio ſtatu ipſius mixti.

Alij concedentes ab Ariſt. duplicem fuiſſe datam putredinis definitionem, in aſſignanda putredinis ſpecie contrariantur prioribus; nam priores, vt audiuiſtis, ſcribunt duplicem Putredinis naturalis ab Ariſt. definitionem traditam fuiſſe: E prior erat, quòd ſit dominium paſſiuarum qualitatum ſupra actiuas propter continens, quam conciſam, ac ſtrictam vocarunt definitionem: altera verò eſt alterius declaratiua: hi verò vtramque dicunt eſſe violentæ, & præternaturam Putredinis definitionem, non autem naturalis, ſed quod magis eſt, tertiam ipſius

ſus Putredinis violentæ addunt definitionem, quæ eſt, quòd Putredo ſit ſeparatio mixti à ſtatu naturali. Volunt igitur iſti Auctores Ariſtotelem triplicem definitionem putredinis violentæ, & præternaturalis tradidiſſe: vna eſt, quòd Putredo ſit dominium paſſiuarum ſuper actiuas: altera, quòd ſit corruptio, &c. tertia, quòd ſit ſeparatio mixti à ſuo ſtatu naturali, atque ita contrarij ſunt prioribus Auctoribus, qui duas priores definitiones eſſe Putredinis naturalis affirmant; vltimam verò tantùm violentæ, ſeu præternaturam Putredini aſcribunt.

Alij verò ſunt, qui quamuis conueniant cum ſecundis dicentibus ſecundam illam definitionem (nempe corruptio proprij, &c.) eſſe Putredinis violentæ; diſcrepant tamen ab omnibus alijs circa hanc particulam (dominium paſſiuarum ſupra actiuas) dicunt enim non eſſe definitionem, nec naturalis, nec violentæ Putredinis, ſed eſſe modum quendam, & ordinem ab Ariſt. declaratum, per quem mixta ad interitum tendunt.

Rurſus alij ſunt, qui cum prioribus conueniunt in aſſignanda definitione violentæ Putredinis dicentes eam eſſe, quam ſecundùm partem Ariſt. appellauit, videlicet Putredo eſt mixti ſeparatio à propria natura: in definitione verò Putredinis naturalis determinanda ab omnibus diſcrepant; ſcribunt enim Ariſt. definiuiſſe Putredinem, quando dixit Putredinem eſſe mixti, quatenus mixtum, interitum, eſtque contraria generationi.

Alij denique dicunt Ariſt. Putredinis naturalis definitionem tradidiſſe vniuerſalem, quòd Putredo ſit communis paſſio mixtorum dependens ex duabus cauſis frigiditate interna, & caliditate externa. Audiuiſtis opinionem eorum, qui exiſtimant ab Ariſt. lib. 4. meteor. cap. 2. duplicem fuiſſe allatam Putredinis definitionem, & quantum inter ſe

A diſcrepent, ex quorum Auctorum lectione confuſio potiùs, quàm rei huius, quam quærimus, determinatio oritur. Mihi verò, qui veſtræ vtilitati ſtudeo, danda eſt opera, vt vobis breuiter, & quantum præſens febrium methodus requirit naturam Putredinis aperiam; (longis Authorum diſceptationibus, quæ potiùs ad oſtentationem, quàm ad vtilitatem faciunt, prætermiſſis) quod
B accuratè fiet, primùm in via Ariſt. deinde in via Galeni, vt inde cognoſcere valeatis Putredinem humorum in febribus, & quomodo ipſa fiat.

Eſt itaque definitio Putredinis perfecta, & abſoluta, ſub qua tanquam ſub genere quodam generaliſsimo omnes ſpecies, & differentiæ comprehenduntur, non ſecus atque ſub definitione febris, omnes febres continentur, illa
C communiſsima ab Ariſt. deſcripta, ab omnibus antiquis ipſius expoſitoribus, & à Galeno maximè 1. de differ. febr. c. 9. recepta, & confirmata, quæ eſt Putredo eſt corruptio proprij, & naturalis caloris in vnoquoque humido exiſtentis à calore ambientis.

Definitio hæc omnibus numeris abſoluta eſt, ac perfecta; conſtat enim ex tribus partibus, vt omnes bonæ acciden-
D tium definitiones conſtare conſueuerūt, nempe genere accidentis, ſubiecto, & cauſa, quæ tria ſunt neceſſarij termini potiſſimæ demonſtrationis, omniaque ſimul collecta vnum faciunt, quod neq; definitum excedit, neque à definito exceditur, omnia prædicata ſunt eſſentialia; prædicantur enim in quid, & omnibus poſitis ſtatim ſequitur genus, quæ omnia ad bonam definitionem ſpe-
E ctant.

Talis eſt ea, quæ ab Ariſt. de Putredine traditur. Namque (corruptio) in primis vendicat ſibi nomen generis; plures enim reperiuntur corruptiones ſub hoc genere comprehenſæ, vt ſunt inquinatio, & incoctio, quæ non ſunt putredines. (Proprij caloris) eſt prima diffe-

differentia, quæ hanc corruptionem differre facit à prædictis, in quibus calor alteratur, & remittitur, aut augetur. (In vnoquoque humido) eſt ſecunda differentia, qua materia, & ſubiectum demonſtratur; nam huiuſmodi corruptio verſatur circa calorem naturalem, & proprium exiſtentem in vnoquoque humido; corruptio enim proprij caloris eſt tanquam eſſentia ipſius Putredinis, & etiam tanquam effectus, in quo includitur ſeparatio humidi à ſicco, tanquam alius effectus poſterior priorē inſequēs, ſubiectum autem, & materia eſt corpus humidum. Calor ambientis eſt cauſa efficiens.

A Habet igitur materiam, formam, & cauſam efficientem; formaque loco generis ponitur, eique corruptio caloris proprij, & naturalis. quam corruptionem immediatè ſequitur humidi à ſicco ſeparatio, vt effectus neceſſariò conſequens. (In vnoquoque humido) eſt materia. (Calor ambientis) eſt cauſa efficiens. Vnde Albertus 4. meteor. cap. 8. rectè ſcribit definitam eſſe Putrefactionem, quia aſſumit genus proximum, nempe corruptionem, agens primum, quod eſt caliditas externa, & proximum, quod eſt caliditas naturalis corrupta, nec non ſubiectum proprium, quod eſt humidum vniuſcuiuſque rei.

B Conſtat igitur ex materia forma, & efficiente, omniaque hæc vnum ſimul faciunt, ita vt definitum nec excedat, nec excedatur; nam corruptio caloris proprij, & naturalis in vnoquoque humido ab ambiente, eſt Putredo: & ipſa Putredo nihil aliud eſt, quàm corruptio prædicti caloris, quam ſequitur humidi à ſicco diſſolutio. Omnia hæc prædicata ſunt eſſentialia, & dicuntur in quid de ſuo ſubiecto. Tandem genus differentias has ſequitur, non è contra, (v. g.) poſita euaporatione caloris innati exiſtentis in humido facta à calore ambientis, ſtatim ponitur corruptio, non è contra, poſito genere ponuntur differentiæ.

Quare à nobis dicendum eſt hanc ab Ariſt. traditam definitionem veram eſſe, & ad vnguem declarare naturam Putredinis in vniuerſum, non ſecus atque definitio febris ab Auicenna tradita declarat eſſentiam, & naturam febris. Quare vanum eſſe videtur fundamentum eorum, qui dicunt duplicem traditam fuiſſe ab Ariſt. Putredinis naturalis definitionem, & eò magis vbi dicunt tradidiſſe definitionem Putredinis naturalis, & violentæ ſeiunctim, cùm vnius, in quantū vnum vnica ſit ratio formalis, & ex Ariſtotele vna eſt Putredo, vna igitur illius eſt definitio docens, & quid, & propter quid.

C Quòd vnica ſit Putredo apparet; quia vnica eſt cauſa, nempe calor ambientis, videlicet extraneus. Vnum ſubiectum, circa quod illa verſatur, nempe calor naturalis in humido, & vnicus finis vltimatus, id eſt elementorum diſſolutio. Agente enim calore ambientis in calorem proprium mixti, ipſum calorem ad ſe trahit, & à ſua proprietate ita aufert, vt non valeat ampliùs mixtum in ſuo naturali ſtatu conſeruari, eo itaque euocato ſimul, & humidum euaporat, hinc

D ſubſequitur neceſſariò ſeparatio humidi à ſicco quidem, ſed ſine formæ deſtructione, vt (v. g.) oſſa cum putreſcunt, ſeruant oſſis formam; quia ſeparatio duo includit, hoc eſt præuiam quandam diſpoſitionem, & formæ introductionem: tamen vlteriùs progrediente putrefactione amittitur forma ipſius, & tunc peruenit ad interitum, nempe in fimum, & terram: primum tamen fit in tempo-

E re, ſecundum verò in inſtanti, quia eſt introductio nouæ formæ; ſeparato enim humido à ſicco mixtum deſtruitur. Vnde ſeparatio humidi à ſicco duobus modis fit, vel ſucceſſiuè, vel in inſtanti; primo modo remanet forma ſubſtantialis rei putreſcentis: ſecundo modo non remanet, ſed fit eius interitus.

Atque

Atque hinc deducere poſſumus hanc
concluſionem, Ariſtotelem ſcilicet non
definiuiſſe Putredinem pro ſolo termi-
no, ſed pro via, quæ fit ſucceſſiuè; cor-
ruptio enim dicitur, & de eo, quod cor-
rumpitur, & de eo, quod iam primò cor-
ruptū eſt, hoc enim modo ſeparatio hu-
midi à ſicco eſt formaliter putrefactio,
non autem mera cauſalis, quemadmo-
dum illa, in qua dicitur eclypſis eſt in-
terpoſitio terræ, ſed perfectiſſima eſt, cū
formam, efficiens, & materiā includat.

Et hæc eſt definitio illius Putredinis,
quæ generationi opponitur, in qua qui-
dem eſt via, quæ ſucceſſiuè fit, & formæ
introductio, quæ eſt terminus ipſius ge-
nerationis, ad quem diſpoſitio illa viæ,
ſucceſſiuè miſcibilium tendit, quæ que-
admodum nunquam acquirit formam
ſubſtantialem niſi in inſtanti, ita contin-
git in ipſa Putrefactione, in qua non
amittitur forma ſubſtantialis, niſi quan-
do ſeparatum eſt perfectè humidum à
ſicco; tunc enim ſeparantur inuicem
elementa, quemadmodum in generatio-
ne vniuntur.

Dicitur ergo corruptio, & de via, &
de termino ad quem: quòd verò *Putre-
factio* de via dicatur præter Ariſtotelem
Galenus teſtimonium locupletiſſimum
affert nobis 11. meth. med. c. 8. vbi ſcri-
bit Putredinem eſſe mutationem totius
eſſentiæ corporis ad corruptelam, non
autem dixit eſſe totius ſubſtantiæ interi-
tum, ſed de Galeni definitione paulò in-
fra; ſat nobis ſit demonſtraſſe hanc Ari-
ſtotelis definitionem omnem, & quam
cunque ſpeciem, & differentiam Putre-
dinis amplecti, & eſſe veram definitionē
habentem omnes conditiones requiſi-
tas ad veram definitionē. Fruſtra igitur
contendunt ſcriptores in via Ariſtotelis
velle afferre tot Putredinis differentias;
multiplicāt enim entia ſine neceſſitate.

Sed hoc loco inſurgit non ſpernenda
dubitatio; nam ſi concedatur hanc defi-
nitionem prædicari in quid de omni Pu
trefactione, iam quoque concedendum

A erit dari vnam definitionem includen-
tem res contrarias, nempe præternatu-
ram, & ſecundùm naturam; præter natu-
ram quidem, quia quæ putreſcunt, pro-
cul omni dubio ſtatum ſuum amittunt
naturalem, quæ talia ſunt, ſine difficul-
tate dicuntur eſſe præter naturam. De-
inde ipſemet Ariſt. 4. meteor. c. 2. ſcri-
ptum reliquit Putredinem eſſe contrari-
am generationi, ſed generatio eſt ſecun-
B dùm naturam, ergo putrefactio eſt præ-
ter naturam. Succedit, quod hæc Ariſt.
definitio competit cōbuſtioni, quæ præ-
ter naturam eſt; nam à calore externo
calor naturalis conſumitur, qui eſt in
humido. Addatis rationem, quæ eſt,
quòd illa tranſmutatio, quæ fit à cauſa
efficiente externa, dicitur præter natu-
ram, at Putredo talis eſt, ergo eſt præ-
ter naturam.

C Ex altera verò parte idemet Ariſt.
prædicto lib. & c. dicebat Putredinem
eſſe opus naturale, quia eſt opus virtu-
tum naturalium, erit igitur ſecundùm
naturam. Idem Ariſt. ſcribit finem ſe-
cundùm naturam omnium rerum eſſe
Putredinem, quare Putredo eſt quid ſe-
cundùm naturam, at quę ſunt ſecundùm
naturam, & præter naturam non poſſunt
ſub vna definitione comprehendi, cùm
D inter ſe pluſquàm genere differant na-
turalia, & præternaturalia, ſub hac ergo
Ariſt. definitione non comprehendun
tur omnes ſpecies, & differentiæ ipſius
Putredinis, vt concluſum ſupra fuit. Iure
igitur merito Auctores Neoterici dupli
cem dixerunt traditam fuiſſe ab Ariſt.
definitionem: vnam naturalem; alteram
præternaturalem, & violentæ Putredini
competentem.

E Ad primum dicimus Putredinem, vt
Putredo eſt, vnicam eſſe, proinde illi
vnam tantùm conuenire definitionem.
Verùm reſpectu rei putreſcentis, & finis
ad quem tendit, poteſt dici, & natura-
lis, & præternaturam. Naturalis quidem
dicitur in relatione ad naturæ ordinem,
quæ ita ſtatuit, vt omnia per corruptio-
nem,

tiem. tanquam per medium ad ſibi deſtinatum finem, nempe ad interitum, veniant: hoc enim modo Putredo dicitur interitus naturalis omnium rerum; ita enim à natura comparatum eſt, vt omnia, quæ in hoc ſublunari mundo ſunt, vno ex duobus modis intereant, prout hæc ipſa ad duo hæc reducuntur, nempè ad animalia, vel ad inanimata, quæ vel ſunt ſimplicia, vel mixta. Animantibus primò aſſignatus eſt modus per B humidi naturalis conſumptionem factum, vt dicebat Ariſt. à calore extraneo, vel vt Albertus inquit à proprio calore naturali, & hic modus interitus vocatur mors naturalis, quæ etiam eſſe poteſt violenta.

Simplicia verò per contrariorum actionem, & paſsionem agente etiam cæleſtium corporum motu. At mixtis animâ carentibus aſsignatus eſt modus vt C per Putredinem intereant, dummodo nullum habeant impedimentum. & quãuis aliqua ſint, quæ non videantur putreſcere ob eorum durationem, vt aurum, & alia metalla, putreſcunt tamen, & ipſa, ſimulque omnia, quæ in hoc ſublunari mundo nata reperiuntur, niſi impediantur. Cùm ergo ex inſtituto naturæ omnia mixta debeant per Putredinem interire, ideo Putredo dicitur naturalis. D

At ſi Putredo comparetur rei putreſcenti in particulari, eſt præter naturam, quia eſſe ipſius corrumpit; indiuiduoq; procul omni dubio violentiam infert, à proprio naturali ſtatu ipſum remouens. Siue igitur calor naturalis amittat ſuam illam proportionem naturalẽ, & acquirat igneitatem, quia conſumit humidũ, faciens illum euaporare extra, ſiue me- E liùs, vt Ariſt. placuit, calor internus ab ambientis calore deſtituatur, extraque trahatur, eſt ſemper præternaturam, tũ quia corrumpitur natura indiuidua, tum quia fit à cauſa externa, cui paſſum nihil confert. Motus verò cælorum fit ab extrinſeco, non tamen eſt præternaturam,

A & hoc eſt, quia illis anima eſt.

Ad ſecundum reſpondetur, quòd nõ valet hæc illatio, generationi contraria eſt Putredo, ergo illa eſt naturalis, hæc verò præternaturã, quia putrefactio eſt naturalis, cum agentia, & patientia in ea ſint naturalia, non ſecus atque in generatione; verùm cum hac differentia, quòd in illa per agentia, & patientia fit via in naturam; in corruptione è contra; B nam principia ſunt mutata ad præter naturam. Dici etiam poteſt, quod reſpectu putreſcentis rei ſemper eſt præter naturam, quia corrumpitur natura ipſius, at reſpectu finis, ad quem tendit, dici poteſt naturalis, cùm tamen diſſolutio ipſius in fimum, & terram ſit violenta, eò quòd ex toto deſtruat naturam rei.

Putredo quoque duobus modis conſideratur, vel reſpectu cauſarum agenti- C um in Putredinem, & generationem: vel reſpectu modi, quem tenet in agendo. Primo modo, & Putredo, & generatio ſunt naturalia entia. Secundo modo Putredo eſt præternaturam, generatio verò ſecundum naturam.

8. Ad poſtremum argumentum, vbi dicitur hanc definitionem competere cõbuſtioni; at combuſtio eſt præternaturam, ergo & putrefactio. Non deſunt, D qui reſpondeant putrefactionem, & cõbuſtionem eſſe præternaturam reſpectu cauſæ agentis exterioris, nempe caliditatis ambientis; verùm differre reſpectu modi; nam putrefactio fit ſenſim, & longo tempore, aduſtio verò violenter, & breui tempore. Sed hęc reſponſio reprobatur ab Alberto Magno 4. meteo. c. 6. dicente hanc non eſſe diuerſitatis huiuſce cauſam, ſed modum quendam à na- E tura rei obſeruatum. At modus rem ipſam, cuius eſt modus, inſequitur; nam violenter fieri, aut tardè fieri eſt modus, qui inſequitur rem, vel naturalem, vel violentam, non autem cauſa, non igitur tarditas aſsignari poteſt, vt cauſa naturalis, neque velocitas, vt cauſa præternaturam.

Alij dicunt Putredinem naturalem eſſe ratione principij interni, non quidem actiui, ſed paſſiui, quod ſi concedatur, idem dicendum eſt de combuſtione; nam materia combuſtibilis, & ipſa habet aptitudinem ad comburendum, non ſecus atque materia putreſcibilis eandem habet ad putreſcendum.

Alij dicunt, quòd licet tam putrefactio, quàm combuſtio vnum finem habeant, & in reſoluendo corpora mixta B ſimilem viam retineant, Putrefactio tamen eſt naturalis, & generationi naturali ipſius mixti oppoſita, combuſtio verò violēta, eò quod putrefactio fiat a calore intrinſeco conſumente humidum, combuſtio ab extrinſeco. Rurſus dicunt calorem mixti duo habere, vnum quatenus eſt quid ſecundùm naturam, & rei conſeruatiuum, aliud verò eſt, quòd habet vim caloris ignis, vbi amittitur illa vis naturalis, qua conſeruabatur, & non retinet niſi vim ignis reſpectu mixti illius, cuius erat calor naturalis, at proprietas, & vis ipſius caloris ignis eſt diſſoluere, & educere ſubtile à craſſo, quod facit calor ille naturalem humorem continuò ad ſuperficiem ducendo, & tunc humeſcit extra mixtum ſicut ligna, & animalia, & lapides, qui putreſcere incipiunt.

Combuſtio autem non ſic agit, eò quòd calor naturalis non adhuc à virtute naturali deductus ſit, & ideo ſit ibi violentia, quia calor interior, cùm ſit in rigore naturæ, adhuc eſt mixti: & ideo in quantum talis nihil coagit ipſi comburenti, ſed reluctatur, & vim patitur, vnde totum principium combuſtionis eſt externum, cui nihil confert, ſiue coagit calor naturalis intrinſecus, in quantum eſt naturalis, & hæc eſt cauſa, cur combuſtio eſt violenta, putrefactio verò naturalis.

Sed huiuſmodi expoſitio nihil valet, cum Ariſt. in tractatu de Putredine actionem tribuat tantùm calori ambientis, à quo deſtruitur calor naturalis, &

A extrahitur à corpore mixti; ita vt calor internus diminuatur, neque quidquam agat, ſed patiatur. Alij reſpondent differre putrefactionem à combuſtione, quia ea habet duplex principium ſuæ corruptionis; combuſtio verò vnicum tantum, nempe calorem externum: putrefactio verò habet calorem internum, & externum. Internus eſt calor naturalis, externus eſt extraneus, & hinc eſt, quòd ab Ariſt. putredo dicitur naturalis, combuſtio verò ſemper præter naturam, & violenta.

Modus ipſius putrefactionis ab ipſis aſſignatus eſt, quia calor (inquiunt) interior augetur ab extrinſeco calore aeris agentis in ipſum, qui calor interior intenſior factus corrumpit humidum radicale, reuocando ipſum ad circumferentiam, & cum illo humido euaneſcit C calor, & hoc pacto fit corruptio: & ſic vt hæc putredo habeat cauſam intrinſecam, appellatur naturalis; combuſtio verò ſemper præter naturam.

Sed huiuſmodi propoſitio de calore interno, qui augetur ab externo eſt cōtraria Ariſt. dicenti calorem extraneū, ſeu ambientis euocare calidum innatū, vt ſupra dictum fuit, inde partim ſubſequi frigiditatem internam rei putreſcentis, vnde dicebat putrefactionem fieri à D duabus cauſis à frigiditate interna, & caliditate externa.

Deinde ſi huiuſmodi calor internus, & naturalis intenſior factus eſt, quomodo conſeruat humidum radicale, cùm ſit à ſua proportione naturali eductum, qua conſeruari ſolebat? Addo quòd, ſi quia intenſior factus huiuſmodi calor conſeruat humidum, vnde eſt, quòd E ipſum reuocat ad circumferentiam? cæterum quis calor ille eſt, quem addit cū humido euaporari? Si eſt idem calor intenſior factus, non poterit hæc duo contraria facere, humidum radicale conſeruare, & ipſum permittere ad circumferentiam ferri: deinde talis calor non poteſt habere rationem cauſæ efficien-

tis, & effectus: cauſa efficiens eſt, quando ad circumferentiam reuocat humidum: eff. ctus eſt, quando humidū euaporat.

Quare dicendum mea opinione eſt, combuſtionem ſemper eſſe præternaturam, & violentam, putrefactionem verò, modò ſecundùm naturam, modò præter naturam, quod præter quam quòd ſatis ſuperque ex dictis patet, quã aptiſsimè confirmatur ex eo, quòd ignis comburens ſimul, & ſemel ob ſui violentiam, non modò agit in frigidum ſibi contrarium, ſed etiam in humidum, omneque corruptibile ad ſui naturam conuertere tentat, quod in putrefactione minimè contingit. Succedit putredinem fieri per ſimilitudinem quandam naturæ, quia attrahitur calor à calore: at combuſtio potiùs per contraria.

Quibus ſic determinatis apparet putredinis definitionem competere omni putredini, tam vniuerſali, quàm particulari; tam reſpectu totius rei putreſcentis, quàm illius, quæ ſecundùm partem putreſcere dicitur; quam etiam eandem eſſe cum putredine totius dictum eſt. Et in ſumma vna. & eadem eſt putredo in omnibus ab eadem cauſa eueniens, eundemque modum ſeruans; nam à calore externo calor internus rei educitur, ſecum humido coeuaporante, idq; à ſicco ſeparatur.

Quæ verò ad putredinem ducuntur, alia ſunt terrea, alia aquea, terrea putreſcunt ſecundùm totum, aquea ſecundū partem, idque eis contingit ratione naturæ, & aptitudinis ipſarum rerum, non ratione efficientis, quod vnum, & idem eſt in omnibus (nempe aeris ambientis calor) eundem effectum inducens in omnibus, ſed cum quadam diuerſitate, cùm à rebus terreis totum educat humidum naturale, reſque putreſcit ſecundū totum, quod fieri non poteſt in rebus humidis, ideſt, quæ aqueæ ſunt, inde eſt, quòd tales res non putreſcunt, niſi ſecundùm partem.

Perfecta autem putrefactio ea eſt, in A qua mixtum penitus in elementa diſſoluitur, ita vt nihil illius reliquum appareat, niſi terra, & fimus, & hæc eſt ſecundùm totū putrefactio, ſecundùm quā putreſcūt omnia mixta, quæ à prędominio ſunt terrea, vt caro, pomum, & omnia ſolida; euocato enim proprio calore, humidum quoq; totum ad extra ducitur, & ita conſumitur, vt remaneat terra ſicca.

B Sed in rebus fluidis, quæ in magno exceſſu ſunt aqueæ, non poteſt fieri hæc perfecta, & integra putredo, quòd in illis ſit plurimùm humidi, & parum ſicci. At ſi per ſicci eductionem fieri poſſet putredo, vtique ipſę ſecundùm totum facilè putreſcerent, ratio eſt, quia illis ſiccum eſt paucilſimum, ſed à calore nō euocatur ſiccū, ſed tãtùm humidū, quod cum plurimum inſit, non poteſt educi totum & à ſicco ſeparari, quare res aqueæ C putreſcere non poſſunt ſecundùm totū; in illis enim primū tenuiores partes educūtur, quod faciliùs ſuccedit, quã ſi craſſiores eſſent, vt in vino putreſcēte videmus, eius enim ebullitio indicat tenuiores partes exhalari, ex quibus in ſuperficie vini genitum inſpicimus illum ſitum vel lanuginem, quæ in omnibus rebus ſignum putredinis eſſe ſolet: attamen omnino tunc ex illa actione vinum D non ſoluitur in elementa, quia in eo multò maior eſt copia humoris, quàm vt educi poſſit totus, & à ſicco ſeparari.

Et hæc eſt illa Putredo, quam Ariſt. appellauit ſecundùm partem, de qua quidem tot inſomnia protulerunt illi, qui conantur reddere rationem, cur Ariſt. eam appellauit propriè Putrefactionem. Hanc enim talem eſſe dixit Ariſt. quia eadem prorſus ratione fit, E quemadmodum illa ſuperiùs dicta, & res eodem modo putreſcunt per caloris euocationem, euaporationemque humidi à ſicco; tunc enim dicitur mixtum perfectè putreſcere, quando penitus humidum ſeiungitur à ſicco: quando verò hæc ſeparatio non perficitur, tunc mixtum, quatenus mixtum eſt, ſecundùm par-

partem interire dicitur, & ſecundùm partem diſſolui, & vt inquit Ariſt. à ſua natura recedere, valeant igitur iſti cum ſuis diuiſionibus rem omnem obſcurantibus, & confundentibus Ariſt. doctrinam, & Putredinis naturam perperam interpretantibus.

Rem igitur breuiter determinantes dicimus vtramque hanc Putredinem vnam, & eandem eſſe, ſolumque differre nomine, & ſecundùm magis, & minus proinde conuenire rebus ſublunaribus omnibus, tam elementis, quàm mixtis. Addentes tamen poſſe elementa duobus modis conſiderari; vel vt ſunt corpora ſimplicia, & in ſuis regionibus ſecundùm ſe tota, vel vt ſunt mixta cum alijs corporibus, ac ſecundùm partem. Primo modo non corrumpuntur, quia non putreſcunt, vt idem Ariſt. teſtatur lib. 5. de gen. animalium: ſecundo modo putreſcunt, is tamen modus putreſcendi non eſt apud omnes idem; nam alij dicunt nunc elementa putreſcere, quando miſcentur, & impura redduntur, aut quando natura ipſorum, hoc eſt temperies, alteratur, at huiuſmodi impuritas, vel temperiei ipſorum alteratio nõ eſt putrefactio, ſed via quædam, & cauſa, ſine qua elementa putreſcere nequeunt.

Hinc eſt, quòd ignis putreſcere minimè poteſt; idque duplici ratione, tum quia calorem ſupra ſe non habet maiorem, à quò trahi poſſit calor naturalis ipſius; tum quia nullam poteſt accipere rerum extranearum admixtionem, cætera verò elementa ſunt veluti ipſius materia, circa quam ipſe agens ab ipſis euocat calorem, ſiue mixta fuerint, perfectè, ſiue imperfectè admiſceantur, cũ Putredo ſit humidi à ſicco diſſolutio, vt ſupra ſatis probatum eſt, quamuis temperamenti corruptio, & mutatio, rerumque externarum admixtio ſint cauſa, ſine qua res putreſcere minimè poſſunt; neceſſariò enim temperamentum rei putreſcentis mutatur.

A Elementa igitur omnia putreſcere poſſunt igne excepto, elementa enim illa, quæ ſunt apud nos, mixta ſunt vno igne excepto, inde eſt, quòd putreſcere non poteſt, ratio eſt, quia dictum eſt Putredinem ab attractione caloris innati ad ipſum ambientis fieri à calore externo; ſed nihil eſt, quod poſſit calorem ignis attrahere, ille verò attrahit ad ſe calorem aliorum, omniaque B ſunt illius materia, circa quam operatur attrahendo calorem ipſorum ad ſe. Deinde non poteſt recipere aliorum admixtionem. Hinc eſt, quòd (etſi à ſuo contrario extingui poſſit) nunquam tamen putreſcere poteſt ſecundùm partem, nec ſecundùm totum; alia verò elementa ſe ipſis longè calidiorem habent ignem, deinde admiſcentur alijs, hinc putreſcere poſſunt, & ſecundùm C ſe tota, & ſecundùm partem, vt conſideranti patet.

Verùm duobus modis contingit ipſa elemẽta alijs miſcibilib' miſceri, vel perfectè, vel imperfectè, aut (vt dicebat Albertus) ſecundùm aliquam partem ipſorum in ſuis ſphæris: ſi perfectè miſceantur, fit attractio caloris proprij, cum quo humidum euaporat; ſi verò non perfectè miſceantur rebus extraneis, D quia tamen qualitates miſcibilium ſunt intrinſecæ magis factæ, caliditatẽ quoque intrinſecatam habent, ex cuius attractione, ſeu ad extra eductione, humidi portio educitur, & ita putreſcere poſſunt vtraque putredine, hoc eſt totali, & ſecundùm partem, idque contingere poteſt duobus modis, diſpoſitiuè, atque terminatiuè. Quamuis elementa frequentiùs putreſcant putredine ſecun- E dùm partem, vt ſupra vidimus, vel quia non veniunt, niſi rarò ad perfectam illã, & conſummatam Putredinem, vel quia putreſcunt ſecundùm accidentia, hoc eſt diſpoſitiuè.

Hac Putredine humores in corpore putreſcunt in febribus putridis, cùm autem ipſi ſint corpora fluida, vix &

cum difficultate eorum humidum extrahi poteſt, vt fiat Putredo ſecundùm totum, ſed aliqua humidi pars educitur, non tota humiditas, quare hæc Putredo, non eſt Putredo niſi ſecundùm partem: poteſt enim humor aliquis ex ingenti Putredine tandem ita exareſcere, vt incineretur quidem, ſed hoc rarò, quod quoque à Galeno fuit obſeruatum lib. 2. de diff. febr. & 3. progn. febribus præſertim bilioſis, quod etiam apparet in fundo matulæ ab vrinis, in quo incineratio euidentiſſimè conſpicitur. Quod verò fiat hæc Putredo ſecundùm partẽ in humoribus, & ſucceſſiuè, id videtur quoq; à Galeno conceſſum lib. art. med. cap. de communiſſima intentione curatiua, vbi ſcribit poſſe concoctione fieri, vt humorum ceſſet putredo, proinde poſſe eos alterari manente ipſorum ſubſtantia.

Concluſum tandem ſit à nobis Putrefactionem, quæ ad diſſolutionem in elementa non peruenit, ab Ariſt. vocatã fuiſſe imperfectam, & ſecundùm partẽ, in qua dantur gradus quidem, vt aliqua ita leuis ſit, vt res alteretur tantùm ſecundùm accidentia, forma verò ſubſtantialis non alteretur, quæ quia eodem modo fit, atque totalis, dicitur ab Ariſt. propriè Putredo; aliqua etiam ſit maior, qua fiat formæ ſubſtantialis deperditio, non tamen in ea ad elementa vſque fiat diſſolutio, ſed mutatio mixti in aliam naturam.

Res huiuſcemodi exemplo ſanguinis declaratur; primo enim alteratur, & facit ſynochum febrem imputrem, deinde putreſcens facit ſynochum putridam; conuertitur tandem in aliam formam humoris, nempe tenuior ipſius pars in bilem, craſſior in melancholiam, ibi adſunt gradus Putredinis diſtincti ſecundùm magis, & minus, omniſque huiuſcemodi Putrefactio eſt ſecundùm partem, ſed quia non eſt ad finem vſque deducta, nempe ad incinerationem, non eſt perfecta, & ſecundùm totum abſoluta Putrefactio, eſt tamen vera, & propria Putrefactio eundem modum ſeruans, & ab eadem cauſa eueniens: fit enim attractio caloris naturalis, & proprij in vnoquoque humido à calore ambientis. Caloris ambientis nomine, non modò intelligere oportet aeris, & aquæ, vt ſonare videntur Ariſt. verba, quæ loco exempli potiùs allata ſunt, ſed omne continens, quod putrefacere poſſit, ſeu à quo res putrefieri poteſt: dicebat enim Albertus, per continens eſſe intelligendum locum, qui locus ab ipſo duobus modis conſideratur, nempe vt locus, & vt eſt qualitatibus affectus, videlicet caliditate; nam quamuis calor ille, qui putreſcere faciat, non tamen communicatur rebus, nec eas tangit, niſi per ſuperficiem loci continentis, in eo, quod tangit, agit, & in quod agit, alterat, & per conſequens putrefacit.

Sic vbi ſanguis, aut alius humor putreſcit, ambiens putrefaciens, aer eſſe minimè poteſt, ſed eſt aut circumſtans caro, vel aliqua alia pars præter modum calefacta, & extraneo calore affecta, quæ Putredinem efficit, tanquam cauſa quædam extranea, quæ naturalem humoris calorem educit, & ita Putredinẽ efficit. Sic quando ex obſtructione, vel prohibita tranſpiratione fit in animaliũ corporibus Putredo, vapores cùm diſflari non poſſint, ibi manentes calefaciunt humores, tanquam cauſa quædam externa, & ob eandem rationem fit lætaminis Putrefactio, atque celeriùs ſi lætamen in aceruum congeratur, propterea quòd vapores intrinſecùs, cùm nequeant diſflari, funguntur officio externi calidi putrefacientis. Nomine igitur ambientis non ſolùm aquam, & aerem, ſed quodcunque, quod continentis rationem habet, intelligere oportet. Calor igitur ambientis eſt cauſa Putredinis.

De modo autem, quo calor hic externus agat in calorem naturalem, & infimum, non vnica eſt opinio. Nam alij

dicunt agere primùm in humidum, faceréque ipſum euaporare, ad cuius diſſolutionem, neceſse eſt quoque diſſolui calorem innatum. Alij dicunt ex caliditate naturali, & extranea fieri vnum calorem, qui naturam caloris innati ita corrumpit, vt non ampliùs valeat ſuas exercere operationes, nec conſeruare mixtum: hinc eſt, quòd putreſcit. Ambo igitur iſti calores coniunguntur, ex quibus totus calor extraneus redditur, & alienus fit, qui mox in humidum agit, & partem mixti corrumpit.

A

Hæc opinio, etſi non ſit eadem cum Alberti opinione, non tamen ab ea valde diſtat; nam Albertus dicebat à calore extraneo tolli illam proportionem caloris innati, qua conſueuerat operationes naturales moliri, fierique igneum, inde in humidum agere, efficereque corruptionem. Sed iam dictum eſt Ariſt. ſcripſiſſe fieri caloris naturalis ab actione exterioris ad ſe attractionem, quare calorem innatum diminui, non autem augeri. Putredo igitur fit per caloris naturalis diminutionem, non autem per ipſius auctionem.

Modus igitur eſt, vt calor ambientis ſua vehementi actione (quæ naturali maior eſt) ad ſe trahat calorem innatũ, eoq; mixtum deſtitutum maneat, & per conſequens neceſſariò ſequatur humidi euaporatio, & tandem Putrefactio. Hinc eſt, quòd idemmet Ariſt. ſcripſit, quod putreſcit, frigidum remanet, quia priuatur propria caliditate. Quare etiam non defuerunt, qui dixerint frigiditatem agere in aliquot gradus ipſius caliditatis, & hoc modo Putredinem fieri ab vtraque cauſa.

Sed inſurgit ex dictis non ſpernenda difficultas, quia falſum eſt, quæ putreſcunt reddi frigidiora, quod non modò ipſa experientia docet, ſed auctoritate Ariſt. & Galeni comprobari facilè poteſt. Nam videmus aceruum grani, aut tritici, (cùm putreſcit) ita incaleſcere, vt vix manus poſſit talem perferre calorem, ſicut etiam in fimo obſeruatur, in quo tactu concipitur calor, vt ſit idoneus ad fouenda oua, non ſecus atque gallinarum calor.

Ratione etiam confirmatur; nam cùm ab Ariſt. ſcriptum ſit, & ab omnibus tam Medicis, quàm Philoſophis conceſſum in calore duplicem eſſe actionem; primariam nempe, & ſecundariam; primaria eſt calefacere, ſecundaria verò terminare; at vbi vehementior eſt, non niſi calefactionem præſtat, vt ſupra cum Alberto vidimus. Cùm igitur propria caloris operatio ſit calefacere, vbi in mixtum agit, neceſse eſt, vt primùm calefaciat, deinde ſequantur alij effectus, ideſt rarefactio, attractio, & id genus. Quamobrem neceſſariò concludendum eſt, quòd illud, quod putreſcit, calidum reddatur, ac proinde mixtum putreſcẽs à principio eſſe calidum caliditate aduentitia, & extranea, quia procul dubio mixtum à caliditate calefit, calidumque redditur ab extraneo calore in ipſum agente, calor verò mixti ex illa actione intenditur, & maior fit, & hac ratione dicitur corrumpi, vt dicebat Albertus, quia deſinit eſſe illi mixto naturalis, cũ amiſerit debitam proportionem in paſſiuas reſpectu illius mixti.

B

C

Hinc fit, vt deſerat illud, ita vt euaporet, & res illa ſine calore naturali manet frigida. Quare mixtum putreſcens poteſt duobus modis conſiderari: vno modo, quando putreſcit, & per totam viam putrefactionis deinde quando iam putrefactum eſt. Si primo modo procul omni dubio eſt calidum, caliditate aduentitia, & frigidum frigiditate propria. Sed frigiditas ipſa non percipitur, duplici de cauſa; vna eſt, quia calor extraneus, dũ validè operatur, neceſſe eſt, vt primum calefaciat. Secunda eſt, dum euocat calorem internum, opus eſt, vt à centro ad circumferentiam feratur; hinc eſt, quòd calidus quo ad ſenſum appareat. Nam quemadmodum ex humido, quod euaporat, redduntur humidæ

D

E

dæ res, quæ putreſcunt, ita quoque neceſſe eſt, vt calidæ appareant, quare poſſunt etiam in ſuperficie dici à principio calidæ, intus verò frigidæ. Si verò conſiderentur in fine, iam conſumpta, & facta putrefactione, etiamſi ad incinerationem non deuenerint, frigidæ tamen reperiuntur, & ſine aliquo calore, & hoc eſt, quod Ariſt. dicebat, quia indigens tali virtute, (hoc eſt calore) frigidum omne.

A frigiditate igitur propria, & caliditate aliena fit Putrefactio, non quòd ipſa frigiditas expellat, aut extinguat aliquem gradum ipſius caliditatis naturalis, ſed quia, vbi res priuatur ſuo calore, vt ſtatim fiat frigida, neceſſe eſt. Calor igitur ambientis ſimilitudine quadam trahit calorem internum mixti, ad quē ſequitur humidum naturale, hinc diſſoluitur humidum à ſicco, quæ eſt Putrefactio formalis. Reſoluto humore, & calore neceſſariò ſequitur, vt remaneant alia duo, nempe frigiditas, & ſiccitas; nam procul dubio, quod patitur putrefactionem, eſt ipſum mixtum. Putrefactio igitur eſt communis affectio frigoris proprij, & caloris alieni; eſt enim effectus vtriuſque frigiditatis, & caloris, non tamen addita eſt ipſa frigiditas, vt alia cauſa, ſed vt declarans naturam priuationis caloris naturalis, nam quod priuatum eſt calore proprio, vt ſit frigidum, neceſſe eſt, non igitur frigiditas agit in ipſum calorem.

Per humidum autem, quod ſimul cū caliditate naturali euaporat, quid intelligere vellit Ariſt. non omnium eadem eſt opinio. Atque cùm multa à ſcriptoribus inter ſe diſſidentia dicantur, quæ aliud tempus, aliamque occaſionem requirunt, breuitati, ac vtilitati veſtræ ſtudentes dicimus humidum rei alicuius putreſcentis eſſe in duplici differentia; aliud eſt naturale; aliud excrementitiū, & ſuperfluum. Exiſtimamus Ariſt. intellexiſſe vtrumque humidum, tam natura-

A le, quàm ſuperfluum. Verùm non ſimpliciter, ſed alia, & alia ratione prout mixta putreſcentia ſunt inter ſe diuerſa; quandoquidem nonnulla ſunt humido naturali, ſed fluido, & quod euaporare facilè poteſt, quædam verò è contra, humido conſtant non admodum copioſo, & quod ſuapte natura ſine adminiculo non euaporat.

Priora facilè putreſcunt, quia à calo-
B re ambientis facilè educitur calor internus, cum quo ſine difficultate humidum illud euaporat, & fit ſeparatio, ſeu diſſolutio humidi à ſicco, quæ eſt Putredo, ſeu Putrefactio: vbi verò humidum eſt paucum, vt in lignis aridis, etiamſi calor ambientis agat, nōn poteſt tamen tam facilè calorem in hoc humido, tanquam in proprio ſubiecto reſidens ad ſe trahere. Ideo vbi aliquod humidum ad-
C uentitium additur, vt potè ſi ligna arida madefiant, faciliùs putreſcunt, quia à calore ambientis attrahitur calor, inde ſequitur humidum aduentitium primò, deinde humidum radicale ad cuius euaporationem ſequitur Putredo. Quare vnum humidum habet rationem rei cōſiſtentis, aliud vehiculi, vnde per humidum intelligere oportet, tam naturale, quàm aduentitium.

D Et hæc ſunt, quæ de Putredinis natura ex Ariſt. colligere nobis licuit, quæ ſummatim ad epilogum reducuntur, nempe, quòd vnica ſit Putredo vnica definitione comprehenſa, videlicet, Putrefactio eſt corruptio propriæ, & ſecundùm naturam caliditatis in vnoquoque humido ab ambiente. Modus eſt, vt calor ambientis euocet caliditatem innatam, cum qua ſimul euaporat humi-
E dum, & tunc ſequitur humidi à ſicco ſeparatio, in illa caloris attractione, mixtum priuatur ſuo calore, redditurque frigidum; dumque id operatur contingit paſſiuas qualitates dominari ſupra actiuas, naturamque ipſius indiuidui à ſuo ſtatu naturàli remoueri, calidiuſq; & humidius in principio putrefactionis

eſſe,

eſſe, in fine verò remanere ſiccitatem & frigiditatem, quo nomine, duplex reperitur; vna ſecundùm partem, altera ſecundùm totum: prior imperfecta; ſecunda verò perfecta, & vltima appellatur. Omnes res, quæ in hoc ſublunari mundo continentur aptæ, natę ſunt per hanc putrefactionem interire; quarum tamen aliquæ facilius, aliquæ difficilius putreſcunt, pro earum naturæ diuerſitate.

Quibus ſic breuiter (quoad fieri potuit) iactis, ac declaratis iam ad naturam Putredinis Galeni, & Medicorum indagandam deueniendum eſt. De huiuſmodi Putredine multę ſunt lites, & controuerſiæ inter Philoſophos, & Medicos, quorum tamen diſcordias minimè referre opus eſt, cùm ſit tædioſum, & præter veſtram vtilitatem; eas ſolùm innuemus, vt ſi placet, poſſitis per vos ipſos legere.

Sed venio ad Galeni definitionem ab ipſo allatam 11. methodi med. c. 8. quæ eſt. (Putredo eſt mutatio totius eſſentiæ corporis ad corruptelam à caliditate aliena.) Reuocandum eſt ad memoriam, quòd aliqui dixerunt definitionem Putredinis. quam vnicam eſſe determinauimus eſſe vnam quidem comprehendentem ſub ſe particularem illam Putredinem, quam ſecundùm partem appellauit Ariſt.

Alij è contra dixerunt fuiſſe duplicem; nam vna eſt illa, quæ ſecundùm partem; alia verò ſecundùm totum, quam quidem definitionem alij dixerũt eſſę naturalis Putredinis, alij verò violentæ. Qui dixerunt definitionem illam, in qua dicitur, quòd (Putredo eſt corruptio caloris, &c) eſſe naturalis Putredinis, adhuc ſunt inter ſe diuiſi. Nam alij voluerunt definitionem hanc à Galeno traditam comprehendi ſub Putredine illa ſecundùm partem, eſt autẽ hæc mutatio à ſtatu ſuo naturali ipſius mixti. Alij verò eandem eſſe cum totali, ſiue hæc ſit naturalis Putredinis definitio, ſiue præter naturam; nam etſi differant

A in hoc. quòd aliqui velint eſſe Putredinis naturalis, alij verò violentę definitionem, conueniunt tamen in hoc, quòd eadem ſit Galeni definitio cum ipſa definitione Ariſt. nempe quod corruptio propriæ, & ſecundùm naturam caliditatis in vnoquoque humido ab ambientis calore, & mutatio totius eſſentiæ putreſcentis corporis à calore extraneo ſit vna, & eadem declarans vnã,

B & eandem rem, quamuis aliqui dicant has eſſe definitiones Putredinis naturalis, alij è contra exiſtiment eſſe definitionem Putredinis violentæ, & præter naturam: ſunt tamen concordes in hoc vt exiſtiment vnam, & eandem rem ſub diuerſis verbis ſignificare voluiſſe.

Qui verò putant vnam ab Ariſt. traditam fuiſſe Putredinis definitionem comprehendentem ſub ſe tam Putredinem

C ſecundùm partem, quàm ſecundùm totum, etſi conueniant cum his, qui exiſtimant Galeni definitionem referri debere ad Putredinem violentam, nempe ſecundùm partem, in hoc quòd, quæ putreſcunt in corpore noſtro, dicantur putreſcere ſecundùm partem, dicunt tamẽ hanc Galeni definitionem minimè conuenire cum prædicta Ariſtotelis definitione, neque declarare Putredinis natu-

D ram.

Sed cum à prædictis multa dicantur, quæ in hunc locum allata parum, aut nihil vtilitatis afferre poſſent, ijs ſilentio inuolutis, cum illis conuenio, qui dicunt Galeni definitionem vnam, & eandem eſſe cum illa Ariſt. à nobis ſupra examinata, ac puto ſub illa tanquam ſub maiori propoſitione contineri, quaſi quòd fieri poſſit huiuſmodi ratiocinium, ſeu

E ſyllogiſmus. Omnis corruptio caloris innati in vnoquoque humido facta à calore ambientis eſt Putrefactio, ſed mutatio totius eſſentiæ putreſcentis corporis ad corruptelam à calore extraneo eſt corruptio caloris innati in vnoquoq; humido facta à calore ambientis; ergo mutatio totius eſſentię putreſcentis corporis

poris ad corruptelam à calore extraneo eſt Putrefactio.

Raciocinij huius maior clara eſt; eſt enim Ariſt. definitio Putredinis. Probo minorem hoc ſuppoſito, quòd idem eſt dicere rem corrumpi, & mutari ad ad corruptionem. Vtroque enim modo res à ſuo ſtatu naturali exit, quæ cùm ſtatum naturalem non ſeruat, opus eſt etiam, vt putreſcat. Formalis ratio Putredinis ex Ariſt. eſt corruptio caloris, quam ſequitur ſeparatio humidi à ſicco: efficiens eſt calor extraneus: modus eſt, vt calor internus ab hoc calore extrahatur, ſubiectumq; illud proprio calore deſtitutum, vt putreſcat, neceſse eſt: at quando mutatur eſſentia ad corruptelam eſt, quando a calore extraneo ipſius rei calor conſeruatiuus attrahitur; Galen. enim libro 2. de diff. febr. cap. 9. ſupponit id, quod Ariſt. ſcripſerat, nempe à calore extraneo attrahi calorem internum, qui nihil aliud eſt, quàm rei ipſius, nempe corporis mixti, & ſimilaris eſſentia, quæ cùm mutatur à ſuo ſtatu naturali, nec poteſt ampliùs ipſum conſeruare, vt putreſcat, ne ceſſe eſt.

Qui igitur dicit mutationem eſſentiæ corporis putreſcentis ad corruptelam à calore extraneo, dicit corruptionem caloris proprij exiſtentis in vno quoque humido à calore extraneo; Galenus enim in ſua Putredinis definitione particulariùs loquitur, & de Putredine illa potiſſimùm, quæ fit in partibus corporis humani, quæ & ipſæ ſunt corpora mixta, non ſecus atque alia corpora mixta, Iam verò omnia mixta ſubiecta ſunt Putredini, quæ cùm in omnibus vna ſit, modúſque eius vnus, ſic & ratio formalis eadem; neceſſariò quoque contingit, vt eadem partibus humani corporis conueniat.

Alium tamen ſeruauit Galenus dicendi modum, ac facit Ariſt. in ſua definitione, quandoquidem ſenſum magis ſequutus Galenus accomodat ſermonem ſuum ijs, quæ in putrefactione apparent noſtris ſenſibus; vnuſquiſque autem videt, quòd quando aliquid putreſcit, quod ad corruptionem tendit, in qua à primo ſuo naturali ſtatu mutatur, vt igitur ipſam declaret, ac omnibus patefaciat, dixit id euenire ratione mutationis eſſentiæ, cùm autem (vt millies docuit) eſſentia corporis ſimilaris ſit ipſa temperies, ſequitur, quòd ad ipſius mutationem ſubſtantia quoque putreſcat; mutatur autem quando calor ipſius naturalis euaneſcit, atque languet, idque patitur à calore extraneo. Putreſcit enim ſubſtantia, non calor, corrumpitur calor, quia euocatur, aut deſinit eſſe naturalis illius partis, cuius erat naturalis, & tunc res illa putreſcit.

Ariſtoteles verò philoſophicè magis, & intimius rem ipſam ſcrutatus, non modò popularem ſequutus eſt dicendi modum, ſed rei naturam, vniuerſaliterque de omni Putredine, tam in fieri, quàm in facto eſſe loquutus eſt; quare modus loquendi ipſorum eſt diuerſus, res tamen vna & eadem eſt: forma Putredinis ab vtroque declaratur, pro diuerſitate tamen ſubiectorum diuerſimodè videntur tractaſſe. Ariſt. enim vt Philoſophus naturam Putredinis in vniuerſum amplexus eſt, at Galenus vt Medicus eam contemplatus eſt, qua fit in corporibus humanis, & præſertim in humoribus.

Hinc etiam eſt, quòd cauſa efficiens diuerſa eſſe videtur, cum Ariſt. dicat caliditatem ambientis, nempe aeris, & aquæ, vt ſupra adnotauimus; Galenus verò calorem extraneum in nobis tanquam magis particularem, & magis immediatum excitatum, à quacunque cauſa ipſe prodierit, ſiue fuligines ſint calefactæ, ſiue partes circumuicinæ inflammatæ, ſiue alio modo calor extraneus in corpore fiat, habet rationem ambientis, atque extranei, à quo corrumpitur calor naturalis ſpirituum, aut humorum, aut partium ſolidarum noſtri corporis, ex cuius

cuius caloris naturalis corruptione contingit varios caloris extranei gradus excitari, à quibus febrium differentiæ oriuntur.

Ex his igitur apparere ſatis puto, quid Putredo ſit, tam in via Ariſt. quàm Galeni. Modò videndum eſt, à quibus cauſis in corpore noſtro excitari poſſit. Cauſæ igitur Putredinis vel externæ ſunt, vel internæ: ſi primo modo, vel neceſſariò occurrunt nobis, vel non neceſſariò. Si neceſſariò, in primis eſt aer, qui mutatur à propria natura multis modis, vel ratione intemperiei, qui calidior, & ſiccior redditur, qualis maximè ſub canis ortu accidit, lib. de diff. febr. cap. 4. & 9. vel ratione temperiei, aut ſubſtantiæ alicuius extraneæ admixtionis, vt ſit calidior, & humidior.

Hinc non modò febres putridæ ſimpliciter, ſed peſtilentes frequentiſſimè fiunt, Gal. 1. de diff. feb. c. 4. Auic. 1. 4. tract. 2. c. 1. vel propter admixtionem putreſcibilis euaporationis, vel ex loco propinquo, vt paludibus, lacubus, præſertim aeſtatis tempore, Gal. 1. de diff. febr. 4. & Auic. loco citato, locis in quibus maceratur linum, aſphaltum, & huiuſmodi, ex Auic. ibidem, vel loco longinquo, ſicut quando ventorum impetu ad longinquas regiones defertur, ſicut Athenis ex Aethiopia, 1. de diff. febr. c. 4. vtriuſq; ſecundùm varias combinationes.

Cibus, & potus ratione, vel ſubſtantiæ, vel quantitatis, præparationis, temporis, ordiniſque. Subſtantiæ quidem aut bonæ, vel malæ; bonæ quidem, ſed quæ facillimè putredinem contrahat, ſicut lac, ex Auic. ibidem, malæ verò vel ſimpliciter, vel ſecundùm quid; ſimpliciter quidem, aut per ſe, aut per accidens, per ſe, & ex propria natura, vt ſunt allia, cæpe, naſturtiũ, porri, braſſica, ozima, vrtica, & quæcunque alia agreſtia, ex Gal. 1. de diff. febr. c. 3. per accidens verò qualia ſunt omnia, quæ alioquin bonæ ſubſtantię, diſpoſitionem

A tamen ad putredinem contraxerunt: vel in primo ipſorum ortu, ſicut cùm frumenta, hordea, atque omnes aliæ fruges, quæ ad vſum cibi aſſumuntur, in primo ortu rubiginem contrahunt, primò de diff. febr. c. 3. vel poſt ortum, vt ſola diuturnitate marceſcentes, ſicuti dictæ fruges, carnes, piſces, oua, omniaque iam fœtentia, quę mala cuſtodia excrementitiã humiditatem putredinoſam

B contraxerint, Gal. ibidem.

Non ſimpliciter, ſed ſecundùm quid, aut quia aquoſa nimis ſunt, vel excrementitia, vel glutinoſa, craſſa, & frigida: aquoſa quidem, & excrementitia, qualia ſunt, quæ à corpore quantumuis ſano non poſſunt in optimum ſanguinem conuerti, ſed in excrementitium. Huius generis ſunt horarij omnes fructus, ſeu

C præcoces, vt ceraſa, pyra, mora, perſica quoque, melones, cucumeres, & reliqui fructus autumnales, vua ſuſpenſa excepta, & ficubus optimè maturis, Auic. lib. 4. fen 1. tract. 2. c. 1. Gal. de bon. & vitio ſuccorum c. 1. & 6. alijq; huiuſmodi fructus, de quibus idem Gal. loco. cit. ſunt enim omnes mali ſucci, & excrementitij, quorum immoderato vſu, ipſemet Galenus ſæpè ægrotauit, vt loco citato de ſe ipſo refert.

D Glutinoſa tandem, craſſa, & frigida, quæ malè regulantur à calore natiuo, facilè extraneum concipiunt calorem, & obſtructionem faciunt, Gal. 1. de diff. febr. cap. 3. tales ſunt cucumeres, bazecę Arabum, citruli, pyra, & huiuſmodi. Adde paſtam, caſeum, polentam.

His, quæ de cibis dicuntur, addatis etiam potus, quorum meminit Gal. loco cit. 1. de diff. febr. cap. 3. ſcilicet aquarum

E fæculentarum, & lutulentarum, ſiue ex paludibus, ſiue ex piſcina, ſiue quouis alio modo vitioſarum; ratione quoque immoderatæ quantitatis, cuius potus, licet boni ſint ſucci, confici tamen probè nequeunt; vndè malè à calore natiuo conuertuntur, & tam hoc nomine, quàm quod obſtructiones pariunt

T pu-

putredinis cauſæ ſunt, ex Gal. & Auic. locis citatis. Præparationis, vt ſi non probè coctus cibus fuerit: vel probè quidem coctus, ſed aut in vaſe immundo, vel ſtamno illito cum butyro, aut axungia rancidis, &c, ex Auic. loc. cit. Temporis, ſi nondum priore alimento confecto nouum aſſumatur, vel à cibo in hora coctionis bibatur, & præſertim aliquis potus calidus; rapitur enim alimentum incoctum ad viſcera inde obſtructiones fiunt, ex Auic. loco citato.

Ordinis, vt ſi tenuia alimenta, & quæ facilè putreſcunt poſt craſſa, & difficilia aſſumant, ex Auicenna loco citato. Vel quæ calefaciunt, non aſſumuntur ante alia, ſed poſterius, & hæc de cibo, & potu. Succedunt aliæ res non naturales, vt immoderata vigilia 1. de diff. febr. 3. inde enim cruditas fit, vel quæ facta fuit quiete, & ſomno, non corrigitur.

Somnus etiam immoderatus ad putredinem aliquando confert, quatenus excrementa non diſcutit Motus immoderatus præſertim à cibo, ex Galen. & Auicen. locis citatis; diſtrahitur enim calor à coctione, & alimentum rapitur in viſcera. Immoderata quies, & exercitium intermiſſum. Inanitio conſueta intermiſſa; ex retentis enim excrementis Putredo facilius conciliatur, animi accidentia, vt diuturnæ cogitationes calorem à coctione diſtrahentes, ex Gal. loc. cit. & iſtæ ſunt cauſæ non naturales neceſſariò occurrentes, quæ putredinem facere poſſunt.

Non neceſſariæ ſunt balneum, aut vſus ipſius intempeſtiuus, vt ab aſſumpto cibo, ex Gal. ſuo enim calore mouet, & fundit crudos ſuccos ad habitum corporis, ſicque vel præexiſtentem obſtructionem auget, vel nouam gignit. Inſolatio itidem præſtat, ex Galeno, & Auic. ob eandem rationem, frequens acrium medicamentorum vſus, ex Gal. loco pluries citato; auget enim calorem externum, ſeu extraneum. Et hæc de cauſis externis. Cauſæ verò internæ cũ aliæ ſint, quæ per ſe id præſtare poſſint; aliæ verò per accidens, per ſe quidem vel ſunt remotæ, vel proximæ: remota cauſa eſt obſtructio à cauſis iã dictis facta. Cauſæ verò per accidens ſunt quatuor; duæ tamen ſunt, quæ magis corpus ad ſuſcipiendam Putredinem diſponunt, vt temperamentum, & habitus corporis.

Temperamentum quidem vel totius, vel partis, totius quidem, nempe calidum, & humidum, ratione cuius fit, vt non ſolum febribus Putridis, ſed omnibus alijs morbis ex Putredine valde ſint obnoxij, 7. method.; partis, vel partiũ, nempe viſcerum, quibus alimentorum concoctio demandata eſt. Temperamentum quoque calidius, quàm par ſit, conuertit alimentum potiùs in biliosum ſuccum, quàm in bonum ſanguinem, frigidius quoque temperamentum alimentum minimè concoquens conuertit in acidum, frigidum, & craſſum ſuccum corrumpens, à quo obſtructio facilè, & facillimè quoque calor extraneus conciliatur, ex Auic. ibidem.

Habitus corporis, vel plethoricus, vel cacochymus; ex multitudine enim obſtructio, ex obſtructione Putredo oritur, ex 1. de diff febr. 3. & Auic. ibidem. In cacochymia verò humores facilè putreſcunt non benè victi à calore, qui eos continere debet, ex Gal, loc. cit. & hæc ſint dicta de cauſis Putredinis tam internis, quàm externis. Declarata Putredine, & in genere, & in ſpecie, ſubſequitur Methodus febrium tam cognitionis, quàm curationis, de qua agendũ eſt deinceps, vbi tamen prius de Periodicatione, eiuſq; cauſis nonnulla adduxerimus.

DE PERIODICATIONE

CAPVT SECVNDVM.

SVb vnius quæſiti ratione videtur primo aſpectu Periodicationis ratio, quam diſcutiendã aggredimur, accommodatè contineri poſſe; nihilominus ſi rem ipſam attentiùs perſcrutemur, videbimus (ni fallor) quatuor, eaſque difficillimas ſub ſe comprehendere quæſtiones.

Prima illa eſt, quæ Gal. quoque 2. de differ. febr. cap. vlt. in admirationem traxit, vnde ſcilicet fit, vt non omnes putridæ febres ſynochorum in modum vnica acceſſione à principio ad finem vſque extenſæ comprehendantur, ſed pleræq; vbi ſemel, vel ad infebricitationem, vel ad manifeſtam ſaltem remiſſionem perductæ fuerint, iterum repetant?

Altera eidem Gal. maiorem admirationem attulit, cur repetant per circuitum hoc eſt, cur ſemper ab eodem in idem quibuſdam interuallis, & typis redeunt, tanquam ſi rationis compotes eſſent?

Tertia, cur ex illis circuitibus, ſecundùm quos repetunt, melancholicæ illum, qui fit longiſſimo interuallo, pituitoſæ eum, qui fit breuiſſimo, bilioſæ denique eum, qui medio modo ſe habet, ſortitæ fuerint, cùm ratio omnis potiùs efflagitare videatur, vt bilioſæ tanquam à materia calidiori, tenuiori, & celeriori profectæ interuallo omniũ breuiſſimo repeterent?

Quarta, ac poſtrema, quid commune eſt prædictis humoribus, & ſtatutis illis diebus, vt melancholica nec ante, nec poſt quartam diem, ſed in ipſa ſolùm repetat, bilioſa nec ante, nec poſt, ſed tertio quoque die ſolùm acceſſionem faciat, & ita pituitoſa nec priùs, nec poſteriùs, ſed quotidie recurrat?

Hæc ſunt, quæ in hoc quæſito difficultatem faciunt, quibus non poſſe commodè reſponderi puto, niſi primũ quid Periodus, quidue Typus ſit, & qua ratione ab inuicem diſtinguantur, interpretemur; nam cùm horum ſæpe mentio futura ſit, niſi ſingulorum naturam cogno-

B uerimus, perplexionem, ac obſcuritatẽ non leuem illa afferre poſſunt.

Περίοδος ergo græcè, latinè circuitus, ex Gal. 1. aphor. 12. & lib. qui de typis, & definitionibus medicis inſcribitur, nihil aliud eſt, quàm totum illud tempus, quo ægritudo redit in ſimilem diſpoſitionem, vt in exemplo pridie febris inuaſit cum rigore, poſtridie redit in eundem rigorem, totum tempus inter pri-

C mum, & ſecundum rigorem periodus, ſeu circuitus vocatur, qui deinde in partem mitiorem, & ſæuiorem diſtribuitur, pars ſæuior à Græcis παροξυσμοὺς, à Latinis acceſſio, ſeu exacerbatio dicitur; mitior verò in intermittentibus ἀπυρεξία græcè, infebricitatio, ſeu quies, ſeu intermiſſio latinè; in continuis verò græcè ἄνεσις, latinè remiſſio.

Τύπος autem græcè, ordo latinè ver-

D titur, licet à nonnullis cum periodo cõfundatur, vt obſeruabat Gal. re vera tamen ab ea diſtinguitur, propterea quòd propriè loquendo typus ſignificat ordinem in periodo ſeruatum, vnde ex febribus periodicè infeſtantibus alias dicimus hoc, alias autem illo typo redire, vt de quarto in quartum, de tertio in tertium, &c.

His ita declaratis ad propoſita quæ-

E ſita diſſoluenda reuertor. Quod ad primam difficultatem, ſeu quæſtionem ſpectat, cur nimirum non omnes putridæ febres vnica acceſſione terminentur, Auerrhoes 4. coll. 7. cauſam retulit in humorem putreſcentem, qui in talibus febribus ad differentiam ſynochorum paulatim ad putredinem diſponitur, &

putreſcit; vnde fit, vt non vnica acceſſione, ſed pluribus comprehendantur pro varijs portionibus, quæ ſucceſſiuè ſuccenduntur.

Huic ſententię Auerrhois plurimùm fauere videntur Galeni dicta primo de differ. febr. cap. 5. de fimo putreſcente: nam ſicut ille totus ſimul non putreſcit, ſed ſenſim per partem poſt partem circuitu vnius diei, ac noctis, ita dicam in huiuſmodi febribus totum humorem ſimul non putreſcere, ſed aliquando circuitu vnius diei, ac noctis, vt in pituitoſis, aliquando duorum, vt in bilioſis, & aliquando trium, vt in melancholicis.

Sed hæc reſponſio non ſatisfacit eidem Galeno lib. & capite citato, pro pterea quòd putauit aliam eſſe rationẽ fimi putreſcentis, & aliam humoris, ex quo febris generatur: in fimo enim verum quidem eſt totum ſimul non putreſcere ſed per partem poſt partem, quia putreſcentes partes non poſſunt ijs, quę non putreſcunt, facilè commiſceri, vt in humoribus (ex omnibus ad omnia conſpiratione, & confluxione exiſtente) facillimum eſt: & propterea haud euenire poteſt, vt putredo nunc vnam, nũc aliam occupet partem, vt in fimo, niſi fortè putris factus humor in inflammatione aliqua eſſet coercitus; cæterũ in alijs nihil obſtat, quin putridus humor imputri commixtus totum corrumpat.

Vt igitur idem Galen. diſſoluat hanc difficultatem reſpondet ad calcem capitis id accidere, quia humores non putreſcunt in caua. vt in ſynochis, ſed in foco aliquo determinato ſequente diſpoſitionem membrorũ, in quo ſucceſſiuè, & per partẽ colliguntur, ac putreſcũt. Colliguntur autem in hac, vel illa parte, aut quia in ea gignũtur, aut quia ab eadem, vel ſuſcipiũtur ſi imbecillis ſit, vel trahũtur, ſi doleat; aut immoderatè caleat.

Hæc fuit Gal. ſententia, quæ licet à priori, quam Auerrhoes recipit, diſſentire videatur, re vera tamen in alio non diſcrepat, niſi quia diſtinctius exponit,

A qua de cauſa in his totus ſimul humor non putreſcat. quod inexplicatum reliquit prior ſententia.

Ratio autem eſt, quia in foco totus ſimul non colligitur, nec vrget ratio, quæ Galeno diffi cultatem fecit; nam exiſtente conſpiratione, & confluxione ex omnibus ad omnia, non ſemper neceſſarium eſt, vt ſi cæperit vna pars humoris putreſcere, totus ſimul putre-
B ſcat, & ſuccendatur, vt in ſynochis, ſed ſolùm cùm portio inſignis intra vaſa magna ita putreſcat, vt non poſſit neque extra vaſa, neque à maioribus ad minora detrudi; ſi enim exigua ſit portio, vel magna etiam, quæ poſſit incipiente putredine, aut extra vaſa, aut à maioribus ad minora propelli, non eſt neceſſarium totam ſimul ſuccendi, vt in ſynochis, ſed vel intermittens, vel continua pro-
C portionalis vocata prodibit.

Propelletur autẽ humor magis hoc, vel illo modo, tum pro ratione vincentis naturæ, tum pro ratione foci pinguedinis, quem aliquando contingit in vaſis, aliquando extra vaſa exiſtere, ſemper tamen in parte cæteris imbecilliore, calente, aut dolente: & quia non omnes partes putreſcentis humoris ſimul incipiunt ſuccendi, ſed vna poſt al-
D teram ob diuerſam ipſarum habilitatẽ, hinc variæ acceſſiones fiunt in quouis morbo, & portione vna detruſa ad focum, quæ primùm aliquod putredinis rudimentum contrahere cæpit, ſuccedit altera, donec vniuerſa humorum maſſa integrè à vitio, & putreſcibili humore expiata fuerit.

Hæc eſt igitur cauſa, ſiue Galenum, ſiue Auerrh. ſequamur, ob quam con-
E tingit non omnes febres putridas vnica acceſſione terminari, ſed plurimis ſibi inuicem ſuccedentibus; & hæc ad primam difficultatem.

Quod attinet ad ſecundam, in qua quærebatur, cur ſuccedunt potiùs ſibi inuicem per circuitus, duo continet virtute (ſicut in circuitu duo continentur, ſci-

ſcilicet reditus in idem, & typus) primùm cur ab eodem in idem redeuntes ſibi inuicem ſuccedant, (exempli gratia) cur ſi cum frigore extremorum, & membrorum extenſione incæpit, repetat ad idem frigus, & ad eandem membrorum extenſionem?

Alterum, cur typo, hoc eſt, ordinatè ſtatis quibuſdam interuallis hoc fiat?

Circa primum Gal. loco citato putauit reditum febris in eandem diſpoſitionem non aliunde pendere, niſi quia in ſuccedētis acceſſionis principio eadem cauſa viget, ob quam præcedens acceſſio incæpit.

Talem autem cauſam putat eſſe caliditatem auctam in foco putredinis, ob putredinem ibi conceptam: ſicuti ergo præcedens acceſſio incæpit cum frigore extremorum, & membrorum extenſione, quia aucto calore in foco ob putredinem ad illum confluit vniuerſus ſanguis, & ſpiritus extrema deferens; ita ſuccedens, quæ circuitum complet, redit in eandem diſpoſitionem refrigerationis extremorum, & extenſionis mēbrorum; quia noua concepta putredine in foco auctus adeo eſt calor, vt ad ipſum denuò ex vniuerſo corpore confluat ſanguis, ac ſpiritus.

Circa ſecundum verò, ſtatis quibuſdam interuallis id fieri arbitratus eſt, quia par excrementum, in pari interuallo, fluxione, vel congeſtione aceruatur, & putreſcit in foco, manente pari alimento, & pari membrorum diſpoſitione. Hæc Gal. in quem inuehitur Auerrhoes lib. & cap. citato, vt in eum, qui totam huius rei cauſam retulerit in ſolū calorem putredinalem ordinatè præparantem & putrefacientem materiam, quive effectus ordinatè procedētis cauſam merè prçternaturalem aſſignauerit, quod ſanè repugnat principijs naturalis, & diuinæ Philoſophiæ, cùm potiùs hoc tribuendum fuiſſet calori naturali agenti in materiam nō naturalem, eamque præparantem ad putredinem, & pu- A trefacientem.

Et hoc duplici ratione probat, altera à priori, altera à poſteriori: primò quia talis præparatio, & putrefactio, non dicitur putrefactio ſimpliciter, ſed putrefactio iuncta coctioni, & paſſioni, quæ ad benignum redigi poteſt, certum autem eſt coctionem non poſſe fieri citra calorem naturalem, ergo & putrefactionem ei adnexam.

B A poſteriori verò, quia niſi hoc dicamus, variatio circuituum (ſupple quantum ad ordinem in febribus) non eſſet malum ſignum, tanquam indicans calorem non dominari materiæ, quia ſi per ſe ab hoc non fierent circuitus, talis variatio nihil indicaret de diſpoſitione caloris naturalis, concluditque propterea cauſam ordinis in circuitu referendam eſſe in calorem naturalem agen- C tem in materiam non naturalem, ipſamque ordinatè præparantem ad putredinem, & putrefacientem.

Sed præter hæc multis alijs nominibus vrgeri poſſet hæc Gal. ſententia, alioquin receptiſſima: ac primùm, cauſa reditus in eandem diſpoſitionem difficultatem facit, quòd videtur ea ſolùm in continuis proportionalibus ineſſe, quæ citra rigorem cum ſola extremorū D refrigeratione, & extenſione incipiunt, & in earum acceſſionibus eſt par ratio retractionis caloris ad focum, ſed in intermittentibus, quæ fiunt cum rigore concutiente, quomodo ex ſola caloris retractione ad focum, ſeruabitur nulla expulſa materia ad muſculorum genus?

Hic audiendi non ſunt, ij (inter quos eſt Thomas Auega in 2. de differ. febr.) E qui exiſtimāt rigorē ex ſola retractione humorum ad viſcera fieri, dicentes primùm, quòd ſecretio humorum à vaſis difficillima ſit intellectu, nec tam breui fieri poſſit. Deinde quia eo tempore bilioſa, & per aluum, & per vomitum frequenter excerni videmus, & vrinas longè minùs, quàm antea tinctas reddi, quę om-

omnia recurſum potiùs humoris bilioſi ad viſcera quàm eiuſdem propulſionẽ ad muſculorum genus arguat. Poſtremò quia neque in ſudore critico, neq; in ictericia in quibus conſtat quàm maximè effundi bilioſum humorem ad habitũ corporis, al quid tale obſeruatur.

Reſpondeo, & ad primum dico falsũ eſſe excretionem è vaſe humoris tenuis. calidi, & acris eſſe difficillimam, nec breui fieri poſſe, cùm præſertim natura magno conatu eam moliri tentet, vt & in acceſſionis principio, vbi à noxio humore moleſtari incipit, & in criſi maximè cauſonem ſoluente apparet.

Ad aliud de excretionibus bilioſis concedo fieri recurſum humoris bilioſi ad viſcera ſed hoc non tollit, quin etiam ad muſculos demandetur; nam craſſior pars ad inteſtina, & ventriculum per latiores vias effunditur, tenuior verò, & halituoſa magis ad habitum corporis detrudirur. Vrinæ autem albicantes, ſeu minùs tinctæ potiùs oſtendunt à viſceribus ad habitum, quàm è contra detrudi; nam ideò minùs colore ſuffulæ redduntur, quia tenuis bilioſi humoris portio, quæ antea ſeroſum humorem tingere ſolebat, nunc ad habitum corporis tranſmiſſa non inficit.

Ad vltimum, quod in criticis ſudoribus, & in ictéritia non fiant rigores, id accidit, quia vt rigores fiant, non ſatis eſt ad muſculorum genus effundi bilioſum humorem, ſed oportet etiam repentè effundi, quare cùm neque in critico ſudore, neque in ictéritia fiat repentina humoris effuſio, nihil mirum eſt, ſi neque rigores accidant. Quare viget adhuc dubitatio contra Gal. quantum ad cauſam reditus febris in eandem diſpoſitionem ab eo aſſignatam.

Hoc omiſſo, longè grauiores difficultates patitur, cùm dixerit, (ordinarè repetere, quia par excrementum, in pari interuallo, vel defluxione, vel congeſtione acetuatur, & putreſcit in foco; manente pari alimento, & pari mem-

A brorum diſpoſitione.) Hoc ſiquidem fortè locum habet in ordinatis repetitionibus multorum affectuum, qui per circuitus fiunt, ſiue ſint morbifici, vt podagra, arthritis, dolor capitis, tertiana, & huiuſmodi, ſiue non morbifici, vt menſium eruptiones, hæmorrhoidum apertiones, & alia huius generis; In his enim omnibus ad differẽtiam aliorũ fortè verum eſt dicere ſtatis quibuſdam

B temporibus per certa quædã interualla infeſtare; quia manẽte pari alimẽto, pari membrorũ diſpoſitione, in pari interuallo, acetuatur etiam, vel per defluxionẽ, vel per congeſtionem in membro, quod eſt origo mali, par excrementum aptum eundem affectum de nouo ſuſcitare.

Sed de cauſa ordinatæ repetitionis harum vniuerſalium acceſſionum nunc

C non eſt diſputatio; quæritur enim ſolùm ratio, quamobrem præſente iam morbo particulares acceſſiones ipſius ordinatè repetant, in qua aſſignanda ad æqualem excrementi acetuationem recurrere in æquali interuallo factam, ab eodem alimento, & eadem membrorum diſpoſitione, alienum à ratione videtur.

Primùm, quia oporteret in exiguo interuallo particularium acceſſionum, cùm non ſolùm non manet idem alimẽ-

D tum, ſed tota victus ratio cõtraria morbo adhibetur, tantã acetuari excrementi copiam, quanta in magno interuallo acceſsionum vniuerſalium, cùm nulla prorſus victus ratio obſeruabatur, collecta fuerit, quod abſurdiſsimum eſt.

Atque vt id clarè appareat, ſi (exempli gratia) (ne à propoſito recedamus) æger, qui ſingulis annis menſe Iulio corripiatur tertiana exquiſitè ordi-

E nata quia per illud interuallum manẽte eadem membrorum diſpoſitione, eodẽ alimento, colligitur par excrementum bilioſum in foco, & putreſcit, num quid ergo quando iam febre correptus eſt; quæ ſeptem, aut pluribus, aut paucioribus acceſsionibus ſoluitur, in ſingulo interuallo inter vnam, & alteram acceſſio-

ſionem colligitur tantùm excrementi apri ad faciendas particulares acceſsiones, dum æger vtitur victus ratione prorſus contraria bili, quantùm in toto anno, dũ nulla ſeruabatur victus ratio?

Alienum quidem eſt hoc ab omni veritate; ac propterea neceſſe eſt aſſerere, non repetere particulares acceſſiones ex pari excremento genito, in pari interuallo, ſed potiùs ex præexiſtẽte in vaſis ante primam morbi inuaſionem, & ex alia ratione ordinatè inſultante.

Præterea, ſi in quauis acceſſione accederet noua bilis genita in interuallo acceſſionum, non redderetur continuò bilis craſsior, & frigidior tanquam reſolutis primùm partibus tenuioribus, & calidioribus per acceſsiones præcedentes; conſtat autem reddi continuò frigidiorem, & craſsiorem, ergo non eſt noua in interuallo genita.

Confirmatur, quia ſi ob par excremẽtum in pari interuallo aceruatum ordinatè repetſit acceſsiones, cur ergo progrediente tertiana non repetant potiùs interuallo longiori, vt de quarto in quartum, vel de quinto in quintum, quã ſemper eodem; nam quò magis progreditur, eò maius tempus requiritur, imminuta ſemper bile ob præcedentes acceſsiones ad coaceruandum æquale excrementum illi, quod priores fecit acceſsiones?

Rurſus, cur non citiùs repetit paruo exiſtente membro, quod eſt putredinis focus, tardiùs autem magno; nam quod multum in magno, & paucum in paruo præſtat? Ad multum autem aceruandum longius tempus requiritur; nam quod aceruatur, ideo aceruatur in foco, vel quia attrahit, vel quia ſuſcipit, vtcunque tamen fit, non magis hunc, quam illum aceruat, ſed omne noxium; cur ergo magis ordine de tertio in tertium, vel de quarto in quartum repetet per totum decurſum, quàm alio quopiam? Neque enim rationi conſen-

A taneum eſt alienum humorem (puta bilem) tractum in foco, in quo putreſcit piruita in quotidiana, ſtatim verti in pituitam.

Addo, quòd ſi ex aceruato in membro excremento noua fieret acceſſio, oportet apparere ſymptomata cumulati huius excrementi, vt calor, dolor, rumor, quæ nullo modo in febribus obſeruantur. Nec ſatisfacit, quòd non B apparent ſymptomata, quia lateant membra, in quibus adeſt focus, contra quàm eueniat in morbis à fluxione externa pendentibus, quos obſeruat Gal. ex caliditate ad tactum, & ex tumentibus venis.

Nam primùm non ſemper latet focus in febribus, cùm aliquando ex cruribus, aliquando ex ventriculo febricitemus. Deinde, licet appareat caliditas, & tu- C mor, dicam illa non ſequi ad aceruatum humorem de nouo, ſed ad conatum aggredientis naturæ, quòd in ſtatu talium fluxionum idem contingit, in quo tamẽ certum eſt nihil amplius per defluxionẽ congeri, & quòd omninò non ſit neceſſarium in quauis acceſſione gigni, & aceruari vel defluxione, vel congeſtione tale excrementum, ſed ſufficiat ſimplex eiuſdem aggreſsio à natura.

D Fidem faciunt multi, quos in dies cernimus in inflammationibus; videmus enim certo quodam ordine fieri exacerbationes etiam in declinatione, quo tẽpore certum eſt ceſſaſſe ex toto fluxionem. Epileptici centies (vt ita loquar) eodem die infeſtantur acceſsionibus; itidem & præfocatæ mulieres. Numquid ergo continuò ex noua materia genita? nequaquam: ſola aggreſsio na- E turæ, ſola agitatio humoris, ob quam prauus vapor communicatur, hoſce ſeruat effectus; cur ergo idipſum in acceſsionibus febrium non eueniet?

Poſtremò, quod de æquali alimento dicitur ad ſeruandam ordinatam hanc repetitionem, omnium ineptiſsimum videtur; nam quid præſtat hæc alimenti æqua-

æqualis aſſumptio ad ſeruandum hunc ordinem, quando videamus in dies acceſſiones tertianæ ſemper ſeruare eundem typum, ſiue æger alatur carnibus, ſiue ptiſana? quòd ſi aliquid facit alimẽtum, cur ergo progrediente morbo, cũ pleniùs nutrimus, non fiunt acceſsiones minori interuallo?

Hæc ſunt, quæ Gal. ſententiam funditùs euertere videntur firma ac ſollida adeo, vt viri clariſsimi, & doctrinæ B Galeni alioquin addictiſsimi, ab eo receſſerint. Tentandum igitur nobis eſt, vt dubitationi huic occurramus, & quã tùm fieri poterit, pro virili parte Gal. ſententiam tueamur.

Quod ergo ſpectat ad primum caput ipſorum perperam mea opinione tribuit Auerrhoes Galeno, quòd totã cauſam circuituũ in febribus retulerit in ſolum calorem putredinalem. Nam etſi con C ceſſerit fieri reditum febris in eandem diſpoſitionem in ſecunda acceſsione, quia accedente noua putredine in foco, ex nouo addito calore fiat noua reuocatio caloris ad focum, & noua refrigeratio extremorum, ac membrorum extenſio ſimilis ei in priore acceſsione factæ; nihilominùs non dicit totam illam operationem pendere à ſolo calore putredinali, ſed potiùs à calore natiuo, D agente in materiam non naturalem, vt quod ex toto putruit, abijciat, quod autem ex toto non putruit, corrigat.

Certum quidem eſt putredinem illam non contrahi in foco, niſi primùm aceruata fuerit materia, vel per defluxionẽ, vel per congeſtionem; aceruari autem non poteſt niſi ſit, quod ſeparet, & quod mittat, ſi per defluxionem aceruetur; vel ſit, quod aggreget, ſi per imbecillitatẽ E facultatis, aut coctricis, aut expultricis, ſi per congeſtionem.

Et quid aliud eſt hoc, quàm caloris natiui vis regens, & gubernans corpus, quę de eius incolumitate ſolicita ſtudet præcipuè, vt omnia ſuo munere fungantur, nempe attractrix, coctrix, retentrix, A & expultrix in vnoquoque membro? vbi verò id aſſequi non poteſt, ex labe aliqua, vel in toto, vel in parte contracta, vt vitium omne corrigat, quod noxium eſt, vel extra corpus detrudit, vel à nobilioribus, aut robuſtioribus ad ignobiliores, & imbecilliores deponit. Quare non video rationes Auerrhois quicquam roboris contra Gal. habere, imò verò ſententia, quam ſibi ipſi tribuit, eadem eſt atque illa à Galeno propoſita.

Nullius ſimiliter momenti eſt, quod ad hoc idem propoſitum afferebatur, ſcilicet, quòd in ſolis febribus incipientibus cum frigorẽ, & membrorum extenſione locum habeat hæc cauſa, nòn autem in illis quæ cum rigore concutiente aggrediuntur, eò quòd præter caloris retractionem, oporteat eſſe detruſionem materiæ ad muſculos.

Nam licet veriſſimum ſit in his requiri talem expulſionem; nihilominus hoc eſt quid poſteriùs ſuccedens retractioni caloris, quia etiam ij, qui rigentibus febribus corripiuntur, nõ ſtatim ac febris ipſos adoritur, rigent, ſed percipiunt primùm illam leuem refrigerationem extremorum, & membrorum diſtentionem, cui deinde ſuccedit rigor, quia ſuccenſa magis materia à robuſtiore calore innato detruditur extra vaſa, & portio craſsior ad inteſtina, ac ventriculum; tenuior, atque halituoſa magis ad habitum corporis rigorem factura tranſmittitur.

Sed aliud caput dubitationum contra cauſam ordinatæ repetitionis, quæ in circuitu includitur, magis vrgere cenſendum eſt; nam magis ad repetitiones acceſsionum vniuerſalium, ſecundùm quas per longa admodum interualla ſolent nonnulli morbi repetere, quã ad particulares, quæ præſente morbo fiunt, pertinere videtur. Primùm, quia abſurdum eſt generari in exiguo interuallo particularium acceſsionum tantam materiam, quanta genita fuit in ma

gno

gno vniuerſalium, cùm præſertim in hoc nulla victus ratio obſeruetur, in illo verò prorſus contraria.

Ad hanc rationem ita pro Galeno reſpondendum eſſe mihi videtur, nempe aliud eſſe loqui de generatione excrementi geniti ex alimento, aliud de aceruatione excrementi in foco putredinis apti ex putredine acceſsionem facere; ſi ſermo ſit de generatione, abſurdum quidem eſt exiſtimare, quòd ſicut in interuallo acceſsionum vniuerſalium generetur tantum excrementum ex tanto alimento, quod poteſt nouum morbi inſultum facere, ita in interuallo particularium tantundem ex tanto alimento gignatur, quod particularis acceſsionis inſultum faciat.

Et hoc non afferit Gal. ſed vult in interuallis quidem acceſsionum vniuerſalium generari par excrementum ex pari alimento à pari membrorum diſpoſitione.

Atque in interuallis particularium non vult gigni ex pari alimento, ſed colligi ſolùm in foco putredinis à calore natiuo ſenſim ſeparante à maſſa, & ad focum putredinis tranſmittente in tanta copia, quanta fuit cauſa, quæ in prima acceſsione ſeparata fuit: atque hoc non eſt inconueniens, quotieſcunque ſupponitur par diſpoſitio tum membrorum ſuſcipientium, & demandantium, tum facultatum naturalium, & par quantitas, & qualitas alimenti, non quòd ex alimento putat ſeparandum, ſed quia requiritur hoc tanquam conditio requiſita ad ordinem.

Nam quemadmodum inordinatio perſæpe ex ſola victus ratione malè adhibita fit. 2. de differ. feb. capite vltimo, vt ſeruetur ordo in periodis, ita opus eſt ſupponere etiam parem victus rationem tum in alijs, tum præſertim in cibo, & potu.

Ex hoc ipſo fundamento facilè corruit alia ratio, quæ huic ſubijciebatur; nam conſtat falſum eſſe in quauis acceſ-

A ſione particulari, non accedere tantam bilem genitam, ex tanto alimento ſumpto in interuallo, ſed accedere non genitam, & ſeparatam à virtute regente corpus, & expiante maſſam ab eo, quod noxium eſt, itaque excernit primùm, quod magis aptum, magis autem aptū, quod tenuius, hinc fit, vt progrediente morbo reddatur craſſior, & frigidior bilis, quæ excernenda relinquitur, &
B quæ in interuallo magno ſenſim fuit genita.

Sed aduerſus ordinatam aceruationem excrementi, etiam obijciebatur, primùm quia ſi ob hanc ordinatè factā, ordinatè repetunt acceſſiones, cur progrediente febre, puta tertiana, non repetunt potiùs de quarto in quartum, vel de quinto in quintum, vel ſecundùm alium aliquem typum, quàm ſemper de
C tertio in tertium; nam in progreſſu ſemper tantò maius tempus requiritur ad aceruandum æquale, quanto maius eſt decrementum bilis ob præcedentes acceſſiones.

Reſpondendum eſſe puto, quòd licet progrediente morbo ſemper minuatur bilis putreſcenda, non propterea tamen fit, vt manente eadem diſpoſitione membrorum ſuſcipientium, ac mandantium,
D manente pari alimento, tanquam cauſa ſine qua non, aceruetur ſemper in tempore æquali,

Quinimò ſi qua diuerſitas, quæuis ſit, ratione huius proportionis, accidere deberet, potiùs ex parte breuioris, quàm longioris interualli contingeret; nam quo magis minuitur reſiſtentia paſſi, eò agentis ratio celeriùs operatur, & fit.

E Nunc autem tantùm minuitur, quantùm bilis copia ſeparanda, colligenda, & putrefacienda ſupponitur magis diminuta, ſed tamen neque variatur ordo hac ratione, quia agens non mouet ſecundùm proportionem, quam habet ad totam materiam ſimul, ſed ad varias portiones ipſius ordinatè ſeparandas,

conditio neceſſaria ad ſeruandam identitatem typi. Quocirca ſi in tertianario multus fieret lapſus in victus ratione, ex hoc ſolo poſſet variari typus, ex paruo autem ſicut à ptiſana ad carnem non variatur, vt dicebatur. Cur ergo non variatur progrediente morbo, iam dictum eſt, quòd non fit acceſſio ex genito in quouis interuallo, ſed ex iam præexiſtente, ad quod natura ſemper habet eandem rationem, ſiue aucta, ſiue imminuta ſit, vt initio oſtenſum fuit.

Ex his ergo iam ſatis conſtare arbitror, & cur non omnes febres putridæ vnica tantùm acceſsione, vt ſynochi conſtent, & cur quæ pluribus conſtant, per circuitum repetant, certis quibuſdā typis, atque ſtatis interuallis ab eodem in idē redeant. Sed cùm ex circuitibus, ſecundùm quos repetunt, vnus ſit omnium maximus, alter omnium minimus, & tertius inter vtroſque medius, horum ratio mox inueſtiganda.

Quærebatur tertio loco, cur melancholicæ febres omnium longiſsimæ, pituitoſæ omnium breuiſsimæ, bilioſæ verò medium ſtatum ſortitæ fuerint, cùm tamen ratio poſtulare videretur, vt potiùs bilioſæ tanquam à materia acriori, tenuiorique próficiſcentes omnium breuiſsimum ſibi aſſumerent?

Huic quęſito variè admodum reſponſum eſt à doctoribus, quidam ad ſolas cauſas naturales confugerunt, atque horum alij ſola Luna vſi ſunt, alij verò Luna & alijs quibuſdam Planetis.

Qui ſolam Lunam huius rei cauſam agnouerunt (cum quibus eſt Thom. de Garbo in calce expoſ. in lib. Gal. de differ. febr.) ſupponentes ex Aſtronomia hunc Planetam peculiariter influere omnibus humiditatibus, præſertim verò aquæ, dixerunt inter humores illū maximè ęmulari omnem motum Lunę, qui maximè omnium accedit ad naturā aquæ, illum verò minimè omnium, qui magis ab ea recedit, medio autem modo ſe habere eum, qui nec maximè accedit, nec maximè recedit.

Quare cùm inter humores nullus ſit, qui magis ad naturam aquæ accedat ipſa pituita, nil mirum, ſi hæc maximè omnium in ſuo circuitu æmuletur motum illius; nā ſicut Luna ſpatio viginti quatuor horarum redit ab eodem in idem; ita pituitoſus humor ſingulo die ſuum circuitum abſoluit, deficiens à Lunæ circuitu ſpatio ſolum ſex horarum ad ſummum. Melancholia ex aduerſo, quia maximè omnium recedit à natura aquę, (accedit enim ad naturam terræ) minimè omnium æmulatur motum Lunę, ſuum circuitum de quarto in quartum ſolùm perficiens.

Bilis demum, quia medio modo ſe habet, motum etiam Lunæ media quadam ratione comitatur, vnde neque celerrimè ſuum curſum peragit, vt pituita, neque tardiſſimè abſoluit, vt melancholia. Non obſtat, quòd in iſtis humoribus non ſeruentur ſemper ijdem circuitus, cùm videamus pituitam aliquando de menſe in menſem moueri, vt in podagricis; non enim debent influxus cęleſtium corporum etiam tum operari, cùm à particularibus cauſis deſtituuntur, quod præſertim non accidit cum putreſcunt humores, vt in febribus.

Qui verò Lunæ, & alijs quibuſdam Planetis hunc effectum tribuunt (inter quos eſt Iacob. de Partibus in expoſ. 1. 4. Auic. cap. de putredine) ſupponentes ex Aſtronomia pituitam moueri, ac regi à Luna, bilem à Marte, melancholiam à Saturno, dixerunt pituitam citiùs ſuum circuitum perficere, quia Luna frigida, & humida citiùs alijs ſuum circuitum peragit. Melancholia verò tardiùs reliquis, quia Saturnus frigidus, & ſiccus tardiſſimè omnium ſuum curſum abſoluit. Bilis demum medio quodam modo ſe habet, quia Mars calidus, & ſiccus, ſuum curſum media quadam ratione, neque ſcilicet citò, vt Luna, neque tardè, vt Saturnus conficit.

Hi ſunt, qui ad cæleſtia confugiunt.

Plato autem in Timæo ad elementa conuerſus, ex horum proportione ad humores referre tentauit diuerſitatem circuituum, quos in ipſis ſpectauimus Gal. referente 8. de plac. 8. Quare quartanas dixit omnium tardiſſime ſuum circuitum abſoluere, quia ex terræ exceſſu, quæ omnium tardiſſimè mouetur, fiunt; pituitoſas verò omnium celerrimè, quia ex aeris exceſſu prodeunt, qui omnium ocyſſimè mouetur, ſolo igne excepto, à quo nō fiunt periodi cauſæ, ſed ardentes, & continentes tantùm; bilioſas demum medio modo, eò quòd ex aquæ exceſſu ortū trahūt quę aere, & igni quidem ſegnior eſt, velocior autem terra.

Ita ſenſerunt, qui ad ſolas cauſas naturales reſpexerunt, ſiue cæleſtia corpora ſint, ſiue quatuor elementa, qui partim communem, partim propriam reprehenſionem merentur. Falluntur quidem omnes communi errore, quòd effectus particularis cauſas vniuerſales ſolùm, & extra corpus exiſtentes nulla ratione limitatas attulerint, cum longè meliùs, & ad earum rationem vtiliùs per ea, quæ in corporibus ſunt, afferre potuiſſent, vt notabat Gal. in Platonē vtentē quatuor elementis corporibus omnibus communibus. Quòd ſi ob hoc meruit Plato reprehendi, quantò magis, qui ad cæleſtia etiam refugerunt.

Sed contra hæc peculiariter etiam facit primùm, quòd ſi ab ipſorum influxu humores talibus periodis mouerentur nobis ægrotantibus, oporteret etiam (manente eodem influxu) per ſanitatem eaſdem ſeruari periodos; neque enim ſatisfacit, quòd influxus operentur tunc ſolùm, cùm plurimùm natura ob putredinem deſerantur, quia per putredinem, niſi ſumma ſit, nunquam ex toto deſeruntur, vel ſi quando deſeruntur, vt in gangræna, & ſphacelo, non ſeruant eaſdem periodos.

Præterea cur ſanguis propriam etiā periodum non retinebit, cùm ſiue ſola Luna vtaris, ſiue Luna, & alijs, non mi-

A nùs habeat propriam habitudinem, & ad Lunam, & ad alios, quàm reliqui? Peculiariter verò, quod ſpectat ad ſolam Lunam, quis non videt, quàm ineptè reddatur ratio quotidiani circuitus pituitæ ex quotidiano circuitu Lunæ, cùm hic non ſit proprius Lunæ, ſed primi mobilis impertitus non minùs alijs Planetis, quam Lunæ.

B Quantum ad Platonem attinet, in eo iure reprehenditur à Gal. quòd ad verā quotidianæ, & tertianæ febris cauſam, nec prope quidem acceſſerit; nam cum euidenter pateat in quotidianis phlegmaticum humorem redundare, qui frigidus, & humidus eſt; in tertianis verò flauam bilem, quam è contra ſummè calidam, & ſiccam eſſe conſtat, debuerat dicere in tertiana ignis, in quotidiana aquæ elemenrum redundare, ſic in

C quartana atræ bilis humorem, & terræ elementum.

Sed hæc iam miſſa faciamus, expendamuſque potiùs eorum ſententiam, qui ad magis particulares, & intrinſecas cauſas deſcenderunt, quorum aliqui ſola quantitate humoris peccantis vſi ſūt, alij ſola qualitate, quidam demum quantitate, & qualitate ſimul. Alexander 2. problem. 10. ex ſola quantitatis diuerſitate profeſſus eſt rationem huius

D reddere, innixus potiſſimùm huic fundamento, quòd quo minùs ſubeſt materiæ, eò lentius, quò maius, eò celeriùs repetat acceſsio, quòd confirmat tū ex quintanis, ſeptanis, & nonanis, tum ex continentibus: ex illis quidem, quia tales febres nulla alia ratione lētè repetunt, niſi quia pauca admodū eſt materia, quæ ſuppeditatur vt infra conſtabit.

E In continentibus verò, quia in his ex aduerſo nullus ſit concurſus ob tantam materiæ copiam, quæ non permittit intermiſsionem aliquam fieri; eodem etiam fundamento vſus eſt Auicenna 1. quarti tract. 2. cap. 27. rationem aſsignans, cur in pituitoſis febribus circuitus, qui ſolent ſingulo die fieri, aliquando

do ad tertium, & quartum vſq; protrigantur, & in melancholicis, qui ſecundo quoq; die ad quintum, ſeptimum, & nonum protrahuntur.

Stante ergo hoc fundamento ab Auicenna etiam recepto, inquit Alexander quartanam ideo omnium tardiſſimè ſuum circuitum facere, quia cùm exiguũ materiæ habeat, ſtatim in prima acceſſione ſudore, aut vomitu digeri poteſt, nec ſecunda repetet acceſſio, niſi donec tantùm materiæ aceruetur, vt naturam denuò poſſit infeſtare: quotidianam verò omnium ocyſsimè moueri, quia tanta eſt pituitæ copia in corpore, vt vna portione abſumpta, altera iterum colligatur ad naturam diuexandam.

Tertiana autem medio modo ſe habet, quia bilis non ita in corpore redundat, vt pituita, nec adeo deficit, vt melancholia, cuius rei cauſam eſſe inquit, quia natura ſic ſtatuit, vt ſanguis, qui noſtra debebat alere corpora, cæteris omnibus eſſet largior, pituita locum teneret ſecundum, quia quodcunque alere poteſt, bilis flaua tertio loco haberetur, licet ſuam ob acredinem vſum nullum præſtet in alitione; denique atra bilis fortis eſſet poſtremæ, quoniam naturæ eſt inimica, quippe quæ membra exedat, atq; interimat. Hæc Alexāder.

Gal. verò 2. de differ. febr. cap. tum 4. tum vltimo, rationem reddens, cur acceſſiones quotidianæ acceſsionibus tertianæ, (de his enim potiſsima eſt difficultas) citiùs repetant, ſolis qualitatibus pituitæ viſus eſt vti, frigiditate ſcilicet, craſsitie, ac lentore; frigiditate quidem, quia ratione huius concipit hebetiorem calorem ineptum totam acceſsionis materiam abſumere, craſsitie verò, & lentore, quia per has conceptum calorē diutiùs, & firmiùs retinet.

Vnde acceſsio diuturnior, & intermiſsionis tempus perexiguum, atque illud non prorſus ſyncerum ob derelicta putredinis ſemina in reliquijs humoris non ex toto conſumpti in foco, à

A quibus fit, vt putridus humor aliam acceſsionem facturus citiùs putreſcat, partim velociùs tractus à derelicto calore putredinali in foco, vt exemplo tapſiæ 2. de differ. febr. vltim. declarauit, partim coinquinatus ſtatim à reliquijs putrefacti humoris non ex toto abſumpti, quæ omnia cùm oppoſito prorſus modo ſeſe habeant in tertiana ratione bilis, à qua pendet, hinc fit, vt quotidia-
B næ acceſsiones citiùs repetant acceſsionibus tertianæ.

Hæc Gal. quibus Auerrh. 4. coll. 29. perperam adiecit humiditatem, ratione cuius dicebat fieri, vt pituitæ compararetur maior habilitas ad putredinem, quā bili, quod tamen repugnat, & rationi, & experimento: rationi quidem, propterea quòd caliditas bilis iuncta humiditati, ſaltem actuali, multò magis ad ca-
C lorem putredinalem diſponit, quàm humiditas pituitæ iuncta frigiditati; experimento verò; quia conſtat vix vnam pituitoſam pro mille bilioſis obſeruari, vt idcirco non defuerint, qui fortè ab harum frequentia exiſtimauerint putridas omnes à bile fieri, quos tamen reijcit Galen. 2. de different. febr. capite 1.

Alexander igitur ſola quantitate,
D Gal. ſola qualitate humoris peccantis vſus eſt, alij verò & quantitate, & qualitate ſimul, atque horum aliqui manifeſta ſolùm, vt frigiditate, craſsitie, & lentore iam dictis, alij præter has occultas etiam, ſicut Gentilis, & qui eum ſecuti ſunt, per hanc autem nihil aliud intellexerunt, niſi proprietatem quandam ſpecificam, cuique humori in ſuo generationis principio ingenitam, iuxta ſuæ
E formæ ſubſtantialis exigentiam, per quam habent, vt certis quibuſdam interuallis propriæ naturę congruentibus moueantur ab extraneo calore ad putredinem. Arqui hi auctores in hanc venerunt ſententiam multis rationibus adducti.

Primùm, quia vbi alicuius effectus nulla

nulla cauſa manifeſta aſsignari poteſt, neceſſarium eſt ad occultam proprietatem recurrere, talis autem eſt effectus, de quo nunc diſputatur, ſcilicet diuerſitas circuituum in febribus. cuius nulla cauſa manifeſta reddi poteſt; nam ſi ad qualitatem, aut quantitatem humoris, aut ad aliquam aliam ex hactenus propoſitis confugias, nulla ſatisfacit, propterea quòd etiam poſita paritate, in his nihilominus ſemper adeſt impedimentum, quominus pituita ſingulo die, bilis tertio quoque die, & melancholia de quarto in quartum faciat ſuum circuitum; ergo neceſſarium eſt à ſpecifica, & occulta ipſorum proprietate, non à manifeſta aliqua cauſa huius rei notitiam petere.

Præterea menſuræ humorum non poſſunt eſſe cauſa determinatorum effectuum, niſi quatenus determinatur proprijs formis naturalibus, ſed circuitus iſti ſunt determinati effectus, ergo non poſſunt fieri à menſuris humorum, niſi prout determinantur proprijs formis naturalibus, ſed iſtæ formæ ſunt ſpecificæ, ergo formæ ſpecificæ ſunt cauſa circuituum. Addunt inſuper, quòd effectus finiti, & determinati cauſa debeat eſſe finita, & determinata, ſed circuitus humorum ſunt finiti, & determinati, ergo &c. At cauſæ manifeſtæ aſſignatæ ex quantitate, & qualitatibus dictis poſſunt ad infinitum variari, ergo non poſſunt eſſe cauſę circuituum determinatorum, quare præter ipſas oportet ponere occultam proprietatem?

Confirmant hoc ipſum, eò quòd ex quantitate, & qualitate humoris tranſmiſſi ad focum (dicunt) non poteſt aſſignari cauſa omnis circuitus febrilis, ergo non eſt ſufficiens: probant antecedens ex tertiana continua, in qua fit circuitus non tranſmiſſo humore ad focum in tanta quantitate, & in tali qualitate, quia cùm tota materia inter vaſa putreſcat, in ea nullus eſt determinatus focus putredinis.

A Addunt, quòd niſi confugiamus ad occultam hanc proprietatem, non poſſumus aſſignare rationem, cur in duplici tertiana acceſſiones ſibi inuicem proportione reſpondeant in modo inuaſionis, hora, & ſymptomatibus; quomodo enim ſeruabitur inuariabilis illa proportio, niſi poſita proprietate indiuiduali humoris, per quam reſpicit modò materiam primæ, modò materiam ſecundę B acceſſionis, atque ita ſecundùm determinatos illos circuitus ſibi inuicem reſpondentes repetat?

Rurſus, niſi fierent huiuſmodi circuitus ab hac proprietate occulta, cur etiam febres à ſanguine proprium circuitum non habent; nam ſi ex tali, & tanto humore pulſo ad focum fit circuitus, quid prohibet, ne in ſanguine etiam hoc fiat?

C Poſtremò ſi à cauſis illis manifeſtis ſolùm fierent periodi, oporteret ſecundam acceſſionem tertianæ fieri citiùs vltima quotidianæ, quia in ſecunda tertianæ concurrunt omnes cauſæ, materia copioſior, nec dum abſumpta per acceſſiones, calidior, tenuior, acrior, & mordacior; in vltima autem quotidianæ, oppoſitæ prorſus.

Hæc fuit horum ſententia, quibus ſi D obijcias, quòd Auicenna concedit à pituita poſſe fieri circuitus tertianarios, & quartanarios, & à bile febrem ſyncopalem ſingulo die repetentem, quæ non contingerent, ſi tales motus ſequerentur proprietatem ſpecificam humoris, reſpondēt motus periodicos ſequi quidem proprietatem ſpecificam humoris, non quomodocunque ſe habentis, ſed cum debita quantitate, qualitate, & E alijs accidentibus. Sicut attractio ferri ſequitur proprietatem magnetis, non quomodocunque, ſed rectè diſpoſiti in qualitatibus, & accidentibus; nam attritus is lapis allio non attrahit; ſic eductio pituitæ ſequitur proprietatem turbith, ſed in debita menſura, in debito loco, cum debitis accidentibus.

Rur-

Rurſus ſi iiſdem obijcias, quòd oporteret etiam periodicos motus fieri in ſanis, cùm in illis adſint humores omnes cum ſuis proprietatibus ſpecificis; reſpondent non contingere hoc in ſanis, quia ſpecificæ illæ proprietates non habent conditiones requiſitas, locum ſcilicet opportunum, & alterationem conuenientem; quemadmodum etiam proprietas ſpecifica medicamenti non operatur, niſi in proprio loco, & cum alteratione conuenienti: iſtæ fuerunt aliorum ſententiæ in hac materia, quænam ergo magis recipienda?

Quod ſpectat primùm ad hanc poſtremam, exiſtimo ipſam prorſus reijciendam eſſe; quia non ſolùm ad proprietatem occultam ſine aliqua neceſſitate confugit, vt intelligetis, ſed etiam quia ſecundùm ſe erronea eſt, cauſam ſiquidem periodici motus refert in proprietatem ſpecificam ſequentem formam humoris, vnde cogitur fateri humorem per propriam formam ducere ſe ipſum ad interitum, quod abſurdiſſimum eſt.

Conſequentia hinc deducitur, quòd ipſe ſibi ipſi eſt author periodici motus per propriam formam, ſed motus ille periodicus eſt motus ad putredinem ſui ipſius; idcirco enim bilis de tertio in tertium mouetur, quia de tertio in tertium putreſcit, ergo, &c.

Quòd ſi dicant non moueri à ſe ipſo ad putredinem, ſed à calore putredinali, non effugiunt difficultatem; nam petam, cùm idem ſit calor extraneus, & putredinalis, quid mouet hunc humorem potiùs hoc typò, quàm illo? Non poſſunt reſpondere niſi per proprietatem ſpecificam, ergo hæc vnumquodque ad putredinem duceret.

Præterea cur in ſanis, in quibus maximè viget humorum proprietas, non ſiunt tales motus periodici?

Non ſatisfacit reſponſio ab ipſis allata, quòd deficiant conditiones requiſitæ, vt locus, & alteratio conueniens; propterea quòd in eodem loco ſunt, & in ſanitate, & in ægritudine; in febre ſcilicet continua putreſcens humor eſt intra venas, in intermittente non repugnat eſſe in eodem loco, & extra, quia etiam in ſanis datur bilis, & pituita extra venas.

Quantum verò ad alterationem attinet, quid præſtat alteratio, quæcunque illa ſit, ad motum ſequentem proprietatem ſpecificam, quod non multò magis præſtet naturalis conſtitutio humoris, in qua forma maximè viget, & conſequenter proprietas ipſam conſequens? omnis quidem alteratio formam vitiat, & proprietatem hebetat.

Vrget etiam hos alia ratio ab ipſis propoſita, & malè ſoluta, ſcilicet ſi proprietatem ſequerentur, non ineſſet humoribus diuerſarum ſpecierum idem circuitus; reſpondent ipſi id accidere, quia humores tunc non ſunt ſub debita quantitate, & qualitate, & alijs conditionibus requiſitis, ſed incautè; nam primò recurrunt ad manifeſtas cauſas ab alijs receptas quantitatem nimirum, & qualitatem humoris, & alias conditiones.

Deinde non docent, quomodo cum imminuta quantitate, ſeruata forma, & proprietate, humor non faciat potiùs periodum propriam ſuæ formæ, quam aliam; nam ſi non poteſt propriam, quomodo alienam?

Poſtremò ſi ob proprietatem ſpecificam ſit motus periodicus, cur ſanguis periodum non habet? huic enim proprietas ineſt, & febres producit, ſicut alij humores, ergo, &c.

Hæc ſunt, quæ horum ſententiam funditùs euertunt: nec quæ pro eius confirmatione afferebantur, alicuius ſunt momenti; nam cùm dicebatur motum periodicum febrium non poſſe reduci in cauſam aliquam manifeſtam, quia poſita paritate in omnibus aſſignatis, nihilominus in tertiana bilis de tertio,

tio in tertium, in quartana melancholia de quarto in quartum, & ſic in alijs pro natura humoris putreſcentis propria vniuſcuiuſque periodus efficitur.

Reſpondendum eſt, quòd poſſit dari paritas in omnibus cauſis manifeſtis aſſignatis, aliòquin quæ ſunt diuerſarum ſpecierum, fierent eiuſdem ſpeciei; quomodo enim fieri poteſt, vt pituita propria natura frigida, lenta, craſſa, & multipliciter multiplex ad bilem (exempli gratia) vertatur? ergo, &c.

Rurſus cùm dicebatur circuitus non poſſe fieri à menſuris humorum, niſi quatenus determinatis formis ſpecificis eorundem iungãtur, & conſequenter formas ſpecificas cum ſuis proprietatibus eſſe authores ipſorum, non autem quantitatem, vel aliquam aliam naturam manifeſtam, concedo menſuram, & ſolam quantitatem humoris non poſſe eſſe cauſam periodi, nec alterius rei niſi quatenus iungitur formæ ſpecificæ eiuſdem; ergo hæc cum ſua proprietate occulta eſt cauſa circuitus, nego conſequentiam, aſſero equidem formam ſpecificam eſſe cauſam circuitus, at non per proprietatem occultam, ſed manifeſtam petitam vel ex quantitate, vel ex qualitate aliqua manifeſta, aut prima, aut ſecunda ipſius humoris.

2. Ad primum verò cùm dicebatur effectus finiti, & determinati cauſa, debet eſſe finita, & determinata, ergo cauſæ manifeſtæ aſſignatæ ex quantitate, & qualitatibus humorum non poſſunt eſſe cauſę periodorum, tanquam effectus determinati, & finiti, quia vnaquæque illarum eſt in infinitum variabilis: dicendum eſt falſò accipi, quòd periodi ſint ad infinitum variabiles; in quauis enim adeſt latitudo aliqua, ſecundum quam poteſt variari, non in typo, ſed in maiori, aut minori extenſione, anticipatione, poſtpoſitione, vt in dies videmus: at nulla caret prorſus proprio aliquo termino, propria aliqua circumſcriptione, alioquin à quouis humore poſſet quæ-

A uis periodus formari, quod eſt omninò falſum.

Addebatur non poſſe ex ſola quantitate, & qualitate humoris ad focum tranſmiſſi, aſſignari cauſam omnis circuitus febrilis propter tertianam continuam, vbi nullus eſt focus, in quem mittatur humor in tanta quantitate, & qualitate, ergo ſola quantitas, & qualitas non ſunt cauſæ ſufficientes: dic in illa

B à maioribus ad minora tranſmitti, atq; hæc habere rationem foci, aliàs tertiana continua recideret in idem cum cauſonide; nam quod in magnis putreſcit humoris, in illis retinetur, quod tamen non fit in continua ob robur naturæ, & materiæ paucitatem.

Minus vrget, quod dicebatur de duplici tertiana, ſcilicet non poſſe aſſignari cauſam ſeruatæ proportionis inter

C acceſſiones ſibi inuicem reſpondentes, niſi ad hanc proprietatem occultam habeatur recurſus; nam facillimum eſt hoc ſeruare, ſuppoſita virtute humoris in vtraque putreſcentis; & foci diuerſitate.

Quod verò addebatur de ſanguine, quòd oporteret etiam fieri ex ipſo circuitum aliquem, cum etiam ſanguis talis, & tantus poſſit à natura pelli ad de-

D terminatum focum: tantùm abeſt, vt illorum ſententiam confirmet, vt potiùs euertat; nam ſi circuitus ſequuntur proprietatem pendentem à forma ſpecifica, cur ergo à ſanguine non fit proprius circuitus ab alijs diſtinctus, nobis quidem relinquitur ratio effugiendi dubium, quia id fieri dicimus ob copiam ſanguinis, & facilem commeatum partium ipſius, ita vt putridæ non putridis nullo

E negotio commiſceantur.

Poſtremò illud quoque nullius momenti eſt, quòd ſecunda acceſsio tertianæ fieret citiùs vltima quotidianæ; eò quòd materia eſt copioſior, nondum abſumpta in multis acceſsionibus, eſt calidior, eſt tenuior, eſt acrior, & magis irritans, quæ omnia arguunt celeriorem

orem repetitionem; nam dum ita diſcurrunt, videntur nec attigiſſe quidem veram cauſam celerioris, aut tardioris repetitionis acceſſionum; caliditatem enim, acrimoniam, tenuitatem, & irritationem maiorem putant eſſe cauſam celerioris repetitionis quantitati iunctam, cùm tamen ex Gal. ſupra oſtenſum ſit ob oppoſitas prorſus conditiones pituitam celeriùs repetere.

Nec verum eſt in ſecunda acceſſione bilem eſſe quantitate maiorem pituita in vltima acceſſione; nam in quauis acceſſione effunditur tantum, & tale humoris ad focum, quantum ſufficit irritare naturam; effunditur autem ſemper magis pituita, quàm bilis, etiamſi pituita ſit in fine, quia ob proportionem huius humoris ad alios in maſſa ſemper eſt multipliciter multiplex, & quod fieret humoris in febribus, quæ per acceſſiones repetunt, totum ſimul non effunditur, ſed ſenſim excernitur, vel ſi maior etiam eſſet quantitas, non propterea citiùs repeteret, quia deſunt aliæ conditiones.

Miſſa ergo prorſus fiat horum ſententia, quod ſpectat ad alias duas, neque probo eam, quæ in ſola quantitate ſubſiſtit, nec eam; quæ in ſola qualitate. Sola qualitas non ſufficit, propterea quòd natura ad nouam acceſſionem mouetur modò à quantitate, modò à qualitate etiam humoris irritata, 2. de differentijs febrium vltimo capite; quare cùm bilis ſit multò acrior, ac agilior pituita, quid ergo in cauſa eſt, vt licet in minori ſit copia, natura citiùs ad nouam acceſsionem non proritetur?

Sed dato etiam à ſola quantitate grauatã moueri ad nouam acceſſionem, non propterea tamen ex hac ſola ſeruabitur in biliosis, quòd tardiùs repetant acceſsiones, quàm in pituitoſis; nam ſicuti in tertianarijs videmus duplo diuturniore, & acerbiore acceſsione eos corripi, ita exiſtimandum eſt in hoc duplo maiorem copiam bilis colligi, cur

A ergo ſicut in illo dimidia tardiùs, vt puta ſingulo biduo, ita in hoc dupla citiùs, puta ſingulò die, vt pituita acceſsionem faciat; nam tantùm ſingulo die in hoc bilis colligitur, quantùm mitiores, & breuiores acceſsiones habent ſingulo biduo; quare eadem periodo bilis, & pituita mouebantur.

Addo tandem, quòd licet in ſanis fortè ſit ea proportio quantitatis, quam B poſuit Alexander, non propterea tamẽ neceſſariò adeſt in lapſis; nam commenſurato vno exiſtente incommenſuratũ multiplex eſſe poteſt, quid ergo prohibet, ne lapſus non immoderatæ bilis tãto magis labatur? Reſpondetur lapſi ratione pituitæ, vt in febricitante bilioſo poſsit tantundem bilis colligi ſingulo die, quantùm pituitæ in pituitoſo; ſola ergo quantitas non ſufficit ad ſeruan-C dam hanc periodorum diuerſitatem.

Sed neque etiam ſola qualitas; nam eſto pituitam eſſe frigidiorem, craſsiorem, & magis lentam bile, niſi eſſet multipliciter multiplex ad ipſam, non poſſet ſingulo die ſubſtituere portionem pro acceſsione: ex aduerſo licet bilis ſit calidior, acrior, agilior, &c. non faceret alternis diebus ſolam acceſsionem, ſed vel ſingulis, ſubſtituta quotidie nó-D ua materia, ſi copia eſſet tanta, quanta pituita; vel continuam, & ardentem, coinquinata, & putreſcente vniuerſa maſſa, vel intra magna, vel intra parua vaſa.

Quid ergo tandem dicendum? Sicut neutra harum ſententiarum per ſe ſola veram, & adæquatam cauſam huius effectus continet, ita vtraque ſimul iuncta exactè, & planè (quantum ego puto) E quæſito ſatisfaciet.

Pituita citiùs repetit bile, quia, & quantitate multipliciter ſuperat bilem, & qualitate admodum frigida, craſſa, & lenta eſt, quæ multum faciunt ad celerem repetitionem, modo ſimpliciter expoſito.

Melancholia verò tardiùs omnibus,

quia & quantitate minima eſt, & vtraq; qualitate prima putredini repugnans, nec lentoris particeps, vt pituita.

Neque hoc Galenum prorſus latuit; nam 2. de differ. f. br. cap. cit. cauſam reditus febrium in eandem diſpoſitionem retulit, non modò in quantitatem, ſed in qualitatem etiam aceruati humoris, quem modò citiùs, modò tardiùs aceruari dixit, quæ omnia apertè docent ipſum olfeciſſe vtramque hanc cauſam, licet deinde in reddenda particulari cauſa, cur pituita citiùs bile faciat acceſsionem, meminerit tantùm qualitatum, vt ſupra audiuiſtis, fortè quia fuit contentus precipuam cauſam afferre; vel quia ſuppoſita etiam pari quantitate voluit rationem aſsignare, cur nihilominus pituita citius faciat ſuas acceſſiones, quam non poſſunt aſsignare, qui ſoli quantitati nituntur, vt Alexander.

Auerrhoes quoque nouit ſecundam hanc cauſam, ſcilicet quantitatem, & naturam, ſeu qualitatem humoris; nam 4. collig. 27. expreſsè vtriuſque meminit, ſed deinceps cap. 29. particulariùs deſcendens ad reddendam rationem, cur pituita citiùs bile acceſsionem faciat, prætermiſſa prorſus quantitate, cuius paulò antè meminerat, perſiſtit in ſola qualitate, videlicet in humiditate, quæ facit ipſam magis ad putredinem aptam, & in frigiditate, quæ prohibet, ne feruidum calorem, aptum citò materiam abſumere, concipiat.

Atque ex his ſufficienter, ni fallor, primis tribus quæſitis iam ſatisfactum eſt, ſcilicet cur ex febribus putridis quædam repetant, deinde cur repetant per circuitus, tertiò cur pituitoſæ interuallo omnium breuiſsimò, melancholicæ omnium longiſsimo, bilioſæ verò medio modo ſe habeant.

Relinquitur quartum, & poſtremum paucis abſoluendum, ſcilicet cur interuallum omnium breuiſsimum, quòd eſt pituitæ, ſit intra diem, ita vt ad ſummũ

A ſit ſex horarum, omnium autem longiſſimum, quod eſt melancholiæ, ſit intra quartum, medium verò, quod eſt proprium bilis, intra tertium, quid nimirum eſt commune his diebus, & humoribus dictis, vt melancholia cunctetur duos dies nec plùs, nec minùs, antequam nouam acceſsionem faciat, bilis verò vnicum diem nec plùs, nec minùs, pituita ſex horas ad ſummum?

B Hoc certè omnem humanum captum ſuperat, nec aliquam cauſam euidentem habet, in quam referri poſsit, itaque oportet neceſſariò confugere ad occultam aliquam proprietatem, per quam natura operatur, ſicut in multis alijs; obſeruamus enim determinatos aliquos dies conuenientes, & diſpoſitioni cauſę mouentis, & naturæ materiæ mouendæ ſibi eligere, quos religioſè ſemper, niſi C impedita ſit, obſeruat.

Ad quod ſolùm ſi reſpexiſſent, qui ad occultam proprietatem confugerunt, laudandi ſanè fuiſſent, ſed re vera occulta proprietate vſi ſunt non ad hoc ſolùm, ſed etiam ad reddendam rationem cur pituita ocyſſimè, melancholia tardiſſimè, bilis verò medio modo circuitum ſuum repetat, in quo turpiter lapſi ſunt; cùm ſine occulta aliqua proprie- D tate poſſit horum omnium ratio aſſignari, vt audiuiſtis. Atque hæc ſunt, quæ de huiuſmodi quatuor quæſitis à Præclariſſimo, & Doctiſſimo Aęnęa Vizano aliquando, dum publicè febrium diſceptationem interpretaretur, in Archigymnaſio Bononienſi collecta diligenter fuerunt.

Sed quoniam Franciſcus Perellus Pariſienſis lib. de febr. interm. cap. 17. E 18. & 19. ſcribit ſe reperiſſe veram rationem ex Anatome huius quæſiti vltimi, operæ pretium videtur, vt nos, qui Anatomes cognitionem profitemur, ſuas rationes exactè perpendamus.

Is primò præſupponit quatuor tanquam ſuæ opinionis certiſſima fundamenta; primum eſt, quòd à tribus parti-

bus

bus veluti à fontibus quidusdam febres omnes intermittentes proficiſcantur, quotidiana ex ventriculo ſemper malè affecto, tertiana ex iecore, quartana verò ex liene.

Secundum ad faciendam acceſſionẽ tria ex neceſsitate requiruntur, nempe collectio humoris extranei, eiuſdem putrefactio, & tandem motus eiuſdem, quia ad faciendam acceſsionem opus eſt, vt per corpus moueatur.

Tertium eſt, ſi ventriculus, iecur, & lien haberent æqualia attrahendi, concoquendi, retinendi, & expellendi temporis ſpatia, fruſtra eſſet inquiſitio hęc, quia nullam haberemus occaſionem effectus huius varietatem ad partes haſce referre, ſed quia diuerſis temporibus ſuas acceſſiones faciunt, meritò exiſtimandum eſt ordinem acceſſionum, earundemque decurſum à partibus prędictis eſſe petendum.

Quòd verò partes prædictæ in diuerſis temporibus ſuas actiones faciant, inde colligere oportet, quia antequam chylus ad hepar fluat, ibique in ſanguinem transmutetur, non modò opus eſt, vt elaborationem accipiat in ventriculo, ſed etiam, vt moram faciat in inteſtinis, cùm verò lien à iecore trahere debeat, & ſit diſtans ab illo, erit tanquam tertium inſtrumentum, ita vt primum membrum in hoc ordine ſit ventriculus, ſecundum ſit iecur, tertium verò lien.

Quartum fundamentum eſt, quò partes citiùs ſuum alimentum concoquunt, eò citiùs excrementum ſecernunt, ſed partes, quæ propinquius alimentum ſibi habent, citiùs concoquunt, alterant, ſecernunt excrementa, & colligunt: è contra verò, quæ magis remotum habent, tardiùs concoquunt, alterant, ſecernunt, & colligunt, ac propterea tempus acceſſionis longius habent, intermiſsionis verò breuius, quia dum pars operatur, tunc ſit materiæ collectio, & vbi collecta eſt, fit acceſsio.

A Illæ igitur partes, quæ alimentum ſibi propinquius habent, illæ ſunt, quæ citiùs ipſum alterant, concoquunt, atq; atque excrementum ſecernunt: quæ è contra remotius habent, tardiùs concoquunt, & tardiùs excrementa ſecernunt, atque etiam colligunt; nam vbi ſit ſecretũ excrementũ, nec poſſit expelli, ſiue quia pars languida ſit, aut vię ipſius obſtructę, vt colligatur in ipſa oportet,

B ac tandem putreſcat, indeq; moueatur.

Sed ventriculus alimentum ſibi propinquius habet, longius iecur, lien longiſſimum, hinc citiùs ventriculus, tardiùs iecur, tardiſſimè lien conficit alimentum, ſecernitque excrementum.

Quod autem ventriculus habeat propinquum ſibi alimentum, inde eſt, quia illud ab ore, os verò à manibus, quæ promptæ ſunt ad offerendum, accipit;

C recta enim eſt via ab ore ad ventriculũ per œſophagum, & breuis: quare etiam promptè, & citò ab ore ventriculus ſuum recipit alimentum, citò tranſmutat, ſuumque excrementum ſecernit, quod eſt pituita, quare & ſuo foco excrementum pituitoſum offert.

Hinc eſt etiam, quòd quotidiana citiùs repetat (per primum ſuppoſitum) Sed quoniam ventriculus ex omnium

D authorum conſenſu non plùs, quam ſex, aut ſeptem horas ad alimentũ tranſmutandum impendit, contingit, vt excrementum pituitoſum, ex quo fit quotidiana acceſſio, ſpatio ſex horarum in ventriculo colligatur.

Iam verò cùm intermiſsio fiat tempore acceſsionis membri, acceſsio verò poſt collectionem, ſequitur, vt acceſsio quotidianę febris duret ſeptemdecim,

E aut decem, & octo horas; intermiſsio verò ſex, aut ſeptem: cumque ſingulo die fiat huiuſmodi ventriculi actio, ſuccedit etiam, vt ſingulo die fiat humoris huius collectio, ac inde acceſsionis repetitio, & hæc eſt cauſa cur paroxiſmus in quotidiana febre ſingulo die repetat.

Eadem ratione, eodemque funda-

mento in tertiana febre tertio quoque die acceſsio inuadit, nempe quòd quantò via, per quam debet fieri chyloſæ materiæ delatio, longior eſt, tantò magis viſceris actio retardabitur, cùm autem triplo longius ſit ſpatium illud, per quod è ventriculo ad iecur fertur chyloſa materia, quàm ea, quę ab œſophago ad ventriculum eſt, triplo etiam longius erit temporis ſpatium, in quo iecoris operatio fieri debet.

Cæterùm non modò triplo longior eſt via hæc à ventriculo ad iecur, verùm & anfractuoſa, quo nomine requiritur triplex ſpatium ſex, vel ſeptem horarum, ita vt tempus illud quo fertur chylus ad hepar, erit decem, & octo, aut viginti, & vnius horæ, ſi addiderimus tempus, quod conſumit ventriculus ad coquendum. quod eſt ſeptem horarum, iam habebimus viginti, & octo horas, addatis & horas, quibus tranſmutatur ſanguis in hepate, quæ ſi ſint ſeptem, iam habebimus trigintaquinque horas, quod eſt totum tempus intermiſsionis febris tertianæ; nam ſupponatur aliquis febriens tertiana febre exquiſita, ſpatium longiſsimum acceſsionis eſt duodecim horarum, intermiſsionis tringinta ſex, cùm tempore operationis partis fiat humoris collectio, & vbi collectus ſit, fiat acceſsio.

Iam verò intermiſsio longa eſt, quòd tam diu per viam maneat materia chyloſa; nam inteſtina longa ſunt adeo, vt omnia ſimul accepta, ac menſurata ſuperent totius corporis longitudinem ſepties menſuratam: quòd verum eſt, ſi omnia inteſtina tam tenuia, quàm craſſa menſurentur: adde, quod pręter longitudinem hanc pluribus anfractibus, & reuolutionibus ſunt implicita, quæ omnia antequàm à chyloſa materia ſuperentur, pluſquàm viginti, & vna hora effluere oportet, & tandem vt in ſanguinem ab hepatis parenchymate tranſmutetur, requiritur aliquod temporis ſpatium, quod iunctum tempori, quo ventriculus ſuam chylificationem molitur, numerum trigintaquinque horarum complet, quod eſt ſpatium longioris intermiſsionis in genere febrium bilioſarum.

A

Hæc res, cùm ita ſe habeat, non eſt amplius tempus inſumendum in inquirenda ratione, cur bilioſa materia moueatur de tertio in tertium; nam vt hæc colligatur, eo temporis interuallo eget, & poſt ipſius collectionem ſtatim mouetur, acceſsionemque facit, cùm ipſa non ſecus, atque pituita, vt dictum eſt, quæ generatur in ventriculo, in hepate ſuam habeat productionem.

B

Nec huiuſmodi opinio de bilioſa materia videtur à mente Hippocr. aliena; ſcripſit enim lib. de morb. tex. 11. eduliorum excrementa ſecunda, vel tertia die per ſeceſſum exire, & hoc eſt, quando iam totus chylus exuctus eſt à venis meſeraicis.

C

Clarum igitur eſt hepar non poſſe niſi alternis diebus ſuum excernere excrementum: fatendumque prætereа non niſi alternis diebus poſſe ipſum colligere & per conſequens ijs diebus in bilioſis febribus fieri paroxiſmum, aut acceſsiones. Apparet itaque ex dictis manifeſtè, quòd quotidiana ſingulis diebus ex neceſsitate faciat ſuas acceſsiones, tertiana verò alternis diebus.

D

Quod attinet ad quartanas, eodem fonti, & principio nituntur quartanarię acceſsiones; nam ſi æquè longa, atque æquè obliqua eſt via, quæ ab hepate ad lienem ducitur cum ea, quæ à ventriculo ad hepar, idem omninò concludendum erit; nam ſi ęqualis attractionis per æquale tempus ſit ad ſui excrementi collectionem, & hepar vno die opus habeat, quippe quod ab vno viſcere ſolummodò alimentum expectabat, cùm lien à duplici viſcere ſuum expectet, nempe à ventriculo, & iecore, idque per duplex ſpatium attractum, neceſſariò ſequitur, vt tempus quoque illi duplicatum ſit, vnde ſi duobus diebus opus

E

fuit

fuit hepati, vt ſuum conuerteret alimentum, lieni opus erit quatuor: meritò igitur quartanæ febres quarto quoque die paroxiſmos repetunt.

Neque id à ratione alienum videtur; nam lien eſt viſcus remotiſſimum recipiens humorem omnium tardiſſimum ad motum, tum ſuæ craſſitiei ratione, tum quia ipſius motus à chylo ſurſum per venam portam ad hepar traducto impeditur; facto enim ſanguine in hepate excrementa duo, nempe bilis, & melancholia ſecernuntur, bilis per canaliculum ſibi deſtinatum recta admodum deducitur; melancholia autem per venã portam deorſum ad lienem truditur.

Cùm autem ſimul contineatur materia chyloſa in hac vena porta, ad iecurque transferatur, in illo motu obuiam venit melancholia, ipſiuſque motus à chyloſa materia impeditur, retardaturque, quibus nominibus tarda etiam fit excrementi melancholici collectio.

Cæterùm cùm lien debeat nutriri ex tenuiori parte ipſius excrementi, & opus ſit longiori tempore ad ipſum comminuendum, atque alterandum, hinc eſt etiam, quòd magis, ac magis in excrementitij humoris collectione fiat retardatio.

Ex quibus apparet temporis ſpatium duplicatum eſſe in intermiſſione quartanæ ab ipſa tertiana; nam primò adeſt tempus, quo chylus à ventriculo ad iecur per reuolutionem venarum meſaraicarum traducitur, ſcilicet viginti vna hora, & tantundem, quo à iecore ad lienem atrum excrementum proficiſcitur, addanturque ſeptem horæ, quæ ſunt ſpatium temporis, quo concoquit ventriculus, deinde tempus, quo lien alterat humorem, atque excrementum colligit, vnde non ſolùm colligemus tempus intermiſſionis, quod ſemper, vel vt plurimùm eſt quadraginta, & octo horarum, ſed etiam excedemus tempus, tum intermiſſionis, tum acceſſionis vnius, quod quidem perdurat ſpatio ſeptuaginta duarum horarum.

A Quapropter concludendum eſt quartanam febrem ſuas acceſſiones meritò habere de quarto in quartum. Iam igitur probatum eſt quotidianam febrem ſingulo die, tertianam tertio, quartanam verò quarto quoque die ſuas acceſſiones habere, non eſt itaque, vt ampliùs nodum in ſcirpo quæramus.

B Sed huiuſmodi opinio non innititur principijs Galenicis, vt author ſupponit; nam lib. 1. ad Glauc. cap. 5. ad hunc modum ſcribitur; (quotidiana verò rarò aduenit, quin os ventriculi patiatur, quemadmodum quartana ex malè affecto ſplene generatur, tertiana ex iecore laborante.)

C Ex quibus totum oppoſitum colligitur ab eo, quod primò ſuppoſitum eſt; aliud eſt enim dicere, quòd ventriculus, iecur, & lien ſint loca quædam, à quibus febres iſtæ ſemper ortum ducant, in illiſque adſit putredinis focus, & aliud eſt dicere, quòd rarò contingat quotidianam euenire abſque oris ventriculi læſione. Gal. non dicit, quòd tres iſtę partes ſint, à quibus oriantur febres intermittentes, ſed quòd rarò contingat quotidianam euenire abſque oris ventriculi læſione, ex quo cum ſequatur febrem quotidianam euenire poſſe abſq. læſione ventriculi, non dicendum eſt

D in quotidiana ventriculum primariò læſum eſſe, & ab hoc ſemper ipſam quotidianam proficiſci.

Huic authoritati addo aliam Gal. lib. 2. de criſib. cap 5. vbi loquens de generatione quotidianæ, dicebat perrarum eſſe, quin os ventriculi, aut hepar malè afficiatur, vnde potiùs concludere

E poſſumus læſionem totius hepatis, quã ventriculi, quia in vtroque prædicto loco ſcriptũ eſt de parte ventriculi tantũ, nẽpe de ipſius ore ſuperiori, nõ autẽ de toto ventriculo, igitur dicere non valemus ex Gal. hoc loco: ventriculus læſus eſt, ergo adeſt febris quotidiana, ſed benè poſſumus dicere, adeſt quotidiana febris,

bris, ergo læſum eſt os ventriculi, vt neque id in omnibus, & ſemper.

E contra verò Gal. loquens de iecore apertè ſcribit ipſum eſſe læſum, non autem partem ipſius: addo, quòd paulò inferiùs ſubiungit vtraque præcordia eſſe ex toto præter naturam tumefacta, magna ex parte extenſa, & inflata. Per præcordia autem Hippocr. & Gal. ſemper intelligunt viſcera in abdomine contenta, quorum vnum in dextero latere continetur, quod eſt iecur, duo in ſiniſtro, vt eſt lien, & ventriculus, quare ſi ſunt tumefacta, & inflata, ſunt etiam læſa, & præternaturam affecta.

Quare concludendum eſſet in quotidiana febre ſimul cum ventriculo, & iecur, & lienem eſſe læſum, non igitur eſt dicendum in quotidiana ventriculum ſolùm, tanquam præcipuum membrum eſſe malè affectum, & ab eo tanquam ex proprio loco prodire quotidianam febrem, vt ſupponitur in primo fundamento.

Cæterùm idem Gal. lib. 2. de differ. febr. cap. 5. de quartana febre loquens dicebat: ſæpiùs etiam hepatis, aut ſplenis affectus attulit febrem, quare quartana non modò à liene malè affecto, ſed etiam ex iecore ortum ducit, & vt dicebat Aetius ſæpè quartanam ex iecore malè affecto euenire, quæ quandoque in hydropem terminatur; non ſolùm igitur ex liene tanquam ex parte propriè affecta febris quartana ortum ducit, ſicut neque à ventriculo tantùm febris quotidiana, aut à iecore tertiana tanquam ex foco putredinis procedit, vt ex Gal. doctrina elicitur: & hæc ad primum.

Ad ſecundum, adeo verum eſt ex principijs Galeni, quòd acceſſiones fiunt propter collectionem materiæ, eiuſdemque putrefactionem atque motum, vt in hoc capite nihil ſit, quòd conſideratione egeat.

Præſupponitur in hac inquiſitione, quòd dum ventriculus, iecur, & lien

A verſantur circa ſuam actionem, nempe ventriculus circa chylificationem, iecur circa ſanguificationem, & lien circa attractionem excrementi melancholici, ipſiuſque in ſui conuerſionem, tunc fiat excrementorum ſuorum collectio, quia in omnibus coctionibus fiunt excrementa, & ab eodem calore ſecernûtur, deinde colliguntur, & vbi collecta ſunt nec poſſunt diſcuti aut expelli, accenduntur,

B & febres fiunt, quotidiana quidem ab excremento ventriculi, quod eſt pituita, tertiana ab excremento iecinoris, quod eſt bilis, quartana à melancholico, quod eſt lienis excrementum.

Sed Gal. 2. de natur. facult. cap. 9. ſcribit pituitam non generari in ventriculo, ſed in venis, ſunt eius verba (porrò omnimoda cruditas pituitæ intelli-

C genda eſt, quæ in ea coctione incidit, quæ in venis agitur, non autem in ea, quæ prima eſt, quæque in ventriculo perficitur, cum ſi hæc deficeretur, ne ſuccus quidem omninò eſſet, quare non poteſt dici pituitam eſſe excrementum primæ coctionis; nec quotidianam febrem fieri ab excremento primæ coctionis, & per conſequens non dependet febris quotidiana ab excremento

D ventriculi, vt ſupponitur abſque probatione.

Sed demus febrem hanc à ventriculo fieri, non propterea neceſſarium eſt ipſam fieri ab excremento ventriculi; nam fieri poteſt, vt ventriculus à circumuicinis partibus, nempe à iecore, & liene materiam recipiat, & ab iiſdem etiam attrahat, ſiue modò id faciat dolore, aut calore moleſtatus, ſiue ab ali-

E mento inanitus, quod tertio de natur. facult. cap. 13. à Gal pulchrè oſtenſum eſt; igitur non ex ſolo excremento genito in ventriculo generatur febris quotidiana, vt ſuppoſitum eſt.

Accedo ad tertianam febrem, quam etiam ex excrementi blioſi collectione fieri arbitratur in tempore ſuæ coctionis,

nis, quam opinionem eadem ratione falſam eſſe demonſtrari poteſt; nam in iecoris coctione, in qua tranſmutatur chylus in ſanguinem, non modò generatur excrementum tenue, ſed etiam craſſum: tenue eſt bilis, quæ per canaliculum ſibi deſtinatum ad inteſtina expellitur, craſſum eſt melancholia, quæ fæx ſanguinis à Gal. dicta eſt: ſi igitur excrementum poſt coctionem iecoris collectum eſt, & ex eo debeat fieri febris tertiana, rationi conſonum eſſe videtur debere etiam fieri quartanam, cùm ab vno, & eodem membro, ab eodem calore, vnò & eodem tempore, ambo iſthæc excrementa à maſſa ſanguinis ſecernantur.

Non eſt itaque maior ratio, cur bilis colligatur in actione iecoris quam melancholia, ergo non erit maior ratio, cur poſt collectionem ex vno fiat febris, quàm ex alio, cùm, vt dictum, eodem modo, & eodem tempore, & ab eadem cauſa agente fiant; ſed cùm nulla ratione ſupponatur in iecoris actione colligi bilem, poſt actionem verò putreſcere, febremque facere, meritò dicendum eſſe hanc poſitionem purum eſſe figmentum.

Ad commentum de generatione quartanæ in liene, ſupponitur coctionem melancholiæ, eiuſdemque tranſmutationem fieri, & dum hæc alteratur à lienis actione colligi eiuſdem melancholiæ excrementa, poſt quorum collectionem, eorundem fit putrefactio.

Gal. 4. de vſ. part. 15. ſcripſit lienem attrahere melancholiam, quæ eſt fæx ſanguinis à iecore, ex eoque nutriri, ſed in ipſo liene non concoquitur, vt in ventriculo chylus, & in iecore ſanguis, ſed excrementum illud alteratur ea ratione, vt tenuiorem partem ſibi attrahat, & ex eo nutriatur, quæ actio dici non poteſt concoctio, quia eſt ſeparatio tenuioris partis huius excrementi, ex quo lien nutriri poſſit; reliquum verò ad ventriculum corrugandum, vt aiunt, diſtri-

A buitur; ex huiuſmodi itaque alteratione, quam lien facit, non poſſunt generari excrementa; quare neque ex his generari poteſt febris quartana, vt ſupponitur.

Euerſis igitur prioribus fundamentis, neceſſe eſt ea etiam ruere, à quibus prodeunt. Dicebat Perellus ſingulo die repetere acceſſionem in quotidiana, propterea quòd ipſa acceſſio ſequatur

B actionem ventriculi; nam dum fit coctio in ventriculo, fit humoris pituitoſi aggregatio, inde etiam, & infebricitatio: hæc autem concoctio cùm duret per ſpatium ſex, aut ſeptem horarum, tantum quoque temporis in quotidiana perdurat tempus intermiſſionis, cumque poſt coctionem collecta ſit materia, ſtatim ipſa collecta accenditur, ex cuius accenſione fit febris, quæ reli-

C quum diei, quod eſt decem, & octo horarum ſpatiùm perdurat, ita vt ex ſex horis, quibus febris intermittit, & reliquis, quibus fit acceſſio, conſtituitur dies integer naturalis; atque ita ex coctione ventriculi fit quies in febre quotidiana, ex quiete eiuſdem fit febris.

Huius rei volens reddere rationem, inquit, quòd illæ partes, quæ ſibi propinquius habent alimentum, citiùs

D tranſmutant, & ab eo ſeparant excrementa, cùm autem cæteris partibus prędictis, nempe iecore, & liene, ventriculus propinquius habeat alimentum, eò quòd breuis eſt via ab ore ad ipſum, citiùs tranſmutat alimentum, at quod citiùs tranſmutat alimentum, citius colligit excrementum, quod citiùs colligit, breuiùs habet intermiſſionis tempus, & longiorem acceſſionem; igitur quia ſin-

E gulo die ventriculus ſuum alimentum conficit ſpatio ſeptem horarum, hinc eſt etiam, cur febris quotidiana habeat ſex, aut ſeptem horarum intermiſsionis; reliquum verò diei acceſsionis, meritoque febris quotidiana ſingulis diebus repetit ſuas acceſsiones.

Et hęc eſt per Perellum ratio demon-

ſtra-

ſtratiua, qua oſtenditur quotidianas ſingulo die inuadere. Quæ ratio ſi vera eſſet, ne amplius reuerteretur febris, opus eſſet poſt coctionem factam in ventriculo alimentum denuò concedere, quia ſi dum fit actio in ventriculo, febris quotidiana intermittit, nunquam eſſet ceſſandum à cibo, nec permittendum ventriculum quieſcere, cùm tempore ſuæ actionis ceſſet febris, & in ſua quiete fiat acceſsio; hoc autem videtur non modò abſurdum, ſed ridiculum.

Addo, quòd dicere viſceris alicuius coctionem tardiorem eſſe, quòd longiorem habeat viam, per quam tranſducitur ad ipſum alimentum, & è contra celeriorem eſſe, quòd propinquiorem habeat viam, eſt modus improprius loquendi, & res omninò difficilis, vt intelligatur; nam ſi hoc eſſet verum, actio ventriculi poſſet fieri tardè, & celeriter ad libitum noſtrum, cùm os ipſum non recipiat alimentum niſi à manibus, & pro arbitrio noſtro, & nos poſsimus prolongare exhibitionem alimenti, quare dicere actionis velocitatem, aut tarditatem deſumi à breuitate, aut longitudine ipſius oeſophagi, ſeu gulæ eſt, vt dicebam antea, propoſitio admodum abſurda.

Poſſem etiam alia afferre argumenta, ſed nolo tempus conterere in huiuſmodi ineptijs: hoc vnum tantùm addam, quòd Galenus lib. de diſſet. loquens de βραδυπεψία, quæ eſt tarda ventriculi coctio, inquit, ipſius cauſam eſſe ventriculi intemperiem, nunquàm vidi aliquem referentem cauſam tardæ coctionis in gulæ longitudinem, & meritò quidem, quia quando alimentum non continetur in ventriculo, non dicitur ventriculus ipſum concoquere, non igitur dici poteſt, quòd tunc temporis tarda, aut cita fiat concoctio; aliud ſiquidem eſt dicere, quòd aliquod membrum tardè faciat ſuam operationem, & aliud eſt dicere, quòd diu maneat abſque actione.

A Primo modo eſt, quando longum conſumit tempus in alterando alimento, quod in ſe ipſo habet, & longiori tēpore vtitur ad tranſmutandum materiam in ſe contentam, quòd ſit tarda concoctio. Secundo modo, ſi diù vacuum maneat ab alimento, non poteſt dici tarda concoctio, nec è contra membrum, quod citò recipit alimentum, poteſt dici ſuam actionem citò facere, quia eſſe B poteſt, vt citò recipiat, non tamen citò concoquat, vt contingit in βραδυπεψία iam dicta.

Neque credibile eſt, quòd ſpatio ſex, aut ſeptem horarum coctio abſolui poſſit in ventriculo malè affecto, cùm vix in benè complexionato, & ſano tam breui ſpatio perficiatur; quare dato, quod à ventriculo fiat quotidiana, vt ſupponitur, fieri minimè poteſt, vt tam C breui fiat, & conſequenter quies erit longior in quotidiana ſex, aut ſeptem horarum ſpatio.

Cæterùm hęc ratio de ventriculi coctione videtur ex hac ſuppoſitione procedere, quòd æger ſolùm accipiat ſemel in die alimentum; nam ſi bis exhibeatur, erit dubitandum, an ſecunda vice, cùm ventriculus ſumit alimētum, & eſt in actione, ad quietem veniat; per D hoc enim ſuppoſitum eſſet dicendum febrem intermittere, quia per te dum agit ventriculus, fit febris intermiſſio, igitur neceſſum eſſet aſſerere febrem quotidianam bis in die repetere, & ſic ex aduerſo non eſſet febris quotidiana ſimplex; quia de ratione ipſius eſt, vt ſemel in die repetat, hæc & ſimilia eſſent aduerſus hanc poſitionem dicenda.

E Febris tertiana, quam à iecore fieri dictum eſt, tertio quoque die recurrit, eò quòd tunc temporis actionis hepatis fiat collectio, poſt cuius collectionem inuadit acceſſio, & antequam actio hepatis celebretur, requiritur multum temporis ſpatium; nam via à ventriculo ad hepar ter longior eſt ea, quæ ab ore

ad ventriculum fertur, ideo etiã ſpatiũ temporis ter logius eſſe debet, quo chylus ad iecur feratur, quã ſit tempus, quo ab ore ad ventriculum fertur alimentũ.

Deinde gula, quę eſt via ab ore ad vẽtriculum breuis, lata, atque plana eſt, hæc verò non modò triplo longior, ſed longè plùs, cũ inteſtina per quæ chylus ad iecur fertur, ſint non modò longiora ipſa gula, ſed longa, ſicut eſt corpus illius, cuius ſunt inteſtina, plùs quã ſeptiẽs, ita vt ſint cubitorũ viginti vnius, aut circiter; homo verò non excedit lõgitudinẽ trium cubitorũ. Additur, quòd in illis inteſtinis plures ſũt reuolutiones, atqui antequam chylus permeat tantã lõgitudinem, & anfractuoſitatẽ, requiruntur pluſquã viginti, & vna hora, quibus ſi adijciatur tempus, quod conſumit ventriculus in ſua coctione, & tẽpus coctionis iecoris, erunt triginta ſex horæ.

Hoc loci animaduertendum eſt Authorem hunc dicere ſpatium illud, per quod chylus à ventriculo in iecur fertur longius eſſe eo, quod ab ore ad ventriculum eſt, atque requirere tantum temporis, quod triplici huic ſpatio correſpondeat, & quamuis non determinauerit tempus, quo ab ore ad ventriculum feratur alimentum, deſcripſit tamen, & definitè illud tempus, quod chylus ad iecur tranſiens conſumit, quod eſt ſpatium viginti, & vnius horæ.

Quare ſi huius tertia pars requiratur, vt alimentum ab ore ad ventriculum feratur, quæ non excedit ſpatium ſeptem horarum, videtur dicendum alimentum ab ore ad ventriculum transferri intra ſeptem horas, quod abſurdum omninò, & præter omnem rationem, quinimò impoſſibile eſt, quia quàm primùm alimentum commanſum fuerit in ore, breuiſſimo tempore degluritur, nullamque in oeſophago, aut momentaneam, vt ita dicam, trahit moram.

Nam ſi moraretur in gula, periculum eſſet, ne aſpera arteria comprimeretur, ideoque homines ſuffocarentur, quæ A res cùm ita ſe habeat, debeatque ſpatium temporis, quod chylus conſumit in permeanda via, quæ à ventriculo ad iecur eſt, triplicata proportione correſpondere tempori, quo ab ore alimentum ad ventriculum deducitur, tempus non poteſt eſſe longius dimidiæ horæ quadrante: non igitur erit horarum vnius, & viginti, vt ſupponitur; conſequentia hinc deducitur, quòd alimen- B tum ab ore ab ventriculum expulſum non conſumit tertiam quadrantis dimidiæ horæ partem, ſi igitur debet eſſe triplicatum tempus, non ſuperabit dimidium quadrantis vnius horæ.

Sed quod ſupponitur viam à ventriculo ad hepar ter longiorem eſſe ea, quæ ab ore ad hepar deducta eſt, non modò falſum, ſed aduerſus & αὐτοψίαν, anatomen, ac ſenſum ipſum: nam tria C inteſtina tenuia, (vt dictum ſuperiùs eſt) nempe duodenum, ieiunum, & ileon, ſunt inſtrumenta chyli diſtributoria, de quorum poſitione egit Gal. 5. de parc. vſ. cap. 3. & primò de duodeno, quod primò chylum à ventriculo recipit, cuius, inquit, poſitio eſt ad hepar, & vaſorum multorum orificia in ſe continet, ex hoc ipſo iecur alimentum rapit; deinde ſequi ieiunum appellatum, quod D non multùm diſtat à iecore, mox ſuccedit ileon, de quorum fabrica loquens idem Gal. inquit, eadem in ſe ipſis nonnulla habere, quæ ad celeriorem alimenti diſtributionem faciunt, alia verò ad virtutis propultricis robur.

Primæ vtilitati ſatisfaciunt multitudo vaſorum, atque reuolutiones, quæ cùm quamplurimæ ſint in ieiuno inteſtino, hinc eſt etiam, quòd ſemper va- E cuum maneat à chylo, ſiquidem à venis euacuatur, bilis autem, quę per duodenum ad cauitatem inteſtinorum fertur, irritat facultatem ipſorum expultricem, quare breuiſſimum ſpatium ab inteſtinis ad iecur breuiſſimæ quoque ſunt venæ, neque tertiam partem longitudinis oeſophagi adæquant, cumque

multæ ſint exugentes venæ expultriceque inteſtinorum irritata, atque ſtimulata, neceſſariò ſequitur celeriorem eſſe debere receptionem chyloſæ materiæ à ventriculo in iecur, quàm alimenti ab ore.

Cùm igitur chyloſa materia tam citò feratur in iecur, falſum erit ipſius coctionem retardari per ſpatium viginti horarum, in quo debeat ferri chyloſa materia in iecur, ex quibus apparet commentum illud nullam rationem habere, cui innitatur.

Ad illud, quod dicitur de inteſtinorum longitudine, ita vt ſepties excedant longitudinem illius corporis, cuius ſunt inteſtina, pluresque habeant reuolutiones, reſpondeo, quòd materia chylóſa non fertur per omnem longitudinem omnium inteſtinorum, vt ad iecur perueniat.

Verùm enim verò cùm inteſtina ſint in duplici differentia, vt 4. de vſ. par. 17. & 18. à Gal. ſcriptum, & demonſtratum eſt; alia ſcilicet tenuia, alia craſſa, non omnia in eundem finem ſunt à natura facta, ſed tenuiora, vt alimentum concoctum in ventriculo promptè diſtribuant, cui quidem diſtributioni alimenti reuolutiones inteſtinorum prædictæ (in quibus author hic dicebat eſſe opus diu immorari chyloſam materiam) duplici fauent ratione: primò enim prohibent, ne alimentum, quod fluidum eſt, ex animali ocyus elabatur; deinde, vt breui tempore, quamplurimum alimenti, & per plurimas venas hepar aſſumeret.

Huius rei eſt ratio, quia in quacunque reuolutione adeſt innumerabilis venarum multitudo ex porta per meſereon, quæ ſuccum in ventriculo coctum ſurſum ad hepar mittunt, vnde idemmet Gal. oſtendens non fuiſſe pro animalis nutritione bonum, quòd quemadmodum datur ventriculus quidam magnus pro concoctione facienda, ita daretur venter magnus pro diſtributione, **A** quia cùm neceſſarium ſit, vt multa copia chyli breui tempore ad iecur feratur, opus eſt etiam, vt magna vaſorum multitudo contingat elaboratum cibum.

Si itaque magnus eſſet ventriculus, in quo contineretur chyloſa materia, & partem ipſius paruam admodum tangeret chylus, plurima verò alimenti pars, quæ in profundo eſſet, apprehenſiones **B** venarum fugeret, inde tarda, & diuturna ſequeretur diſtributio: cùm autem inteſtina anguſta ſint, & rotunda, atque in plures reuolutiones diuiſa, hoc beneficium præſtant, vt in tranſitu in paruas partes alimentum diuidatur, totumque inteſtinum attingat, ad quod venæ terminantur, atque hiant, quæ radicum in modum illud exugunt, reuolutiones verò inter ſe ita adaptatæ ſunt, vt quicquid **C** in prima reuolutione venas effugerit, illud in ſecunda attrahatur, & ſic de alijs omnibus, quouſque promptè, & citò totus chylus in hepar fuerit tranſmiſſus.

Quare in animali benè ſe habente, fieri minimè poteſt, vt aliquid ad nutriendum idonei fugiat, aut ex animali elabatur, ex quibus Gal. verbis apparet vias illas, quæ è ventriculo in iecur ferunt **D** chyloſam materiam, breues eſſe, neque oportere tam diu eam materiam immorari per vias, ſed vt citò, & in multa copia iecur accipiat alimentum; non igitur poteſt dici eſſe opus ſpatio viginti horarum, vt ad iecur feratur chyloſa materia, & in ſanguinem conuertatur.

Nec verum eſſe exiſtimo tantum temporis iecur impendere ad tranſmutationem materiæ chyloſæ in ſangui**E**nem, ac faciat ventriculus in tranſmutando alimento in chylum, quod tam ex materia concoquenda, quàm ex natura inſtrumenti colligi facilè poſſe exiſtimo; nam Gal 4. de vſ. par. de materia concoctibili in iecore loquens dicebat in ea res quaſdam craſſas contineri proportione correſpondentes excrementis,

tis, quæ ſunt in tritico, vt lapides, terræ, ſpinæ, ſyluestrium ſemina, & huiuſmodi, quæ primùm ſeparanda ſunt in ventriculo, cùm ſint difficilioris ſeparationis, quã paleæ, & furfures à tritico.

At ventriculus, qui eſt cauſa agens, & ſeparans has materias ſuapte natura membraneus eſt, & indiget ope partium circumuicinarum; nam vt ait Gal. continetur inter tria membra, veluti inter tres focos, nempe anteriùs habet omentum, poſteriùs muſculos lumbales, iecur ad dextrum latus, lien à ſiniſtris, quorum beneficio ipſius operatio fouetur, ex quibus facilè apparet ad ſuam transmutandam materiam ventriculum longiori tempore egere, quàm iecur, quod ſua ſubſtantia carnoſum eſt, & craſſum, materiamque habet aſſimilatam tritico, egente ſolummodò leuiſſima expurgatione, nempe à paleis, & furfuribus, quæ ſolo motu euaneſcunt, hæc autem ſunt duo illa excrementa fluida, nempe bilis, & melancholia. Quare concludo in iecore citiorem fieri coctionem, quàm in ventriculo.

Cùm igitur probatum ſatis ſit attractionem chyloſę materiæ à iecore citiſſime fieri ab inteſtinis, hoc eſt, quòd vbi primùm a ventriculo expellitur chylus ad inteſtina, ab his in iecur per venas meſeraicas, breuiſſimo tempore multa chyloſæ materiæ fiat deductio: hinc clarum etiam eſt non poſſe tam diu materiam per viam immorari, vt ſuppoſitum eſt; non igitur concludere poſſumus ex prædictarum partium actione prodire motum tertianarium in tertiana febre, quia coctio in hepate longè citiùs celebratur actione ventriculi, & poſt ipſius actionẽ ſpatio ſex horarum, plus, minus.

At dicet quiſpiam, quid reſpondebimus Hippocr. dicenti fęces extra corpus non protrudi; niſi vel alternis diebus, aut tertio quoque die? Poſſumus, inquam, dicere hunc librum non eſſe Hippocrat. quia quamplures authores, & grauiſſimi quidem ipſum pro ſuſpecto

A habent, & certè multa ſunt in eo, quæ non ſapiunt illius doctrinam.

Sed dato, quod ſit Hippocr. poſſumus adhuc reſpondere, quòd quemadmodum inteſtina tenuia facta ſunt ad alimenti diſtributionem, ita quoque craſſa ad retinendas fæces, quouſq; ſint à chyloſa materia ſeiunctę; nam quamuis craſſa inteſtina, nempe in homine colon, ſit veluti amplus venter in ſe paulatim,

B & ſucceſſiuè colligens fæces, dum chylus per tenuia tranſit, & quicquid in ipſo ſucculenti reperitur, à venis meſeraicis exugitur; fieri tamen non poteſt, quin aliquid ipſius deorſum elabatur fæcibus immixtum, quod ne deorſum ad ſeceſſum cum fæcibus eat, in colo retinetur, & in cœco, à veniſque, quæ in illo ſunt, exugitur, quo exucto fæces re-

C manent puræ, atque ibi, nempe in colo, reſident ad debitum vſque tempus expellendi.

Verùm quoniam id, quod cibi aſſumitur in vno die, non eſt tantæ quantitatis, vt fæces in tanta copia efficere queat, vt virtus inteſtini moueatur ad expellendas illas, hinc eſt, quòd excrementa, quæ exeunt, non poſſunt cibi vnius diei eſſe excrementum, quare

D opus eſt, vt ſuccedant alterius, & ſequentis alimenti excrementa, quæ priora ſucceſſiuè expellant: ac proinde alternis diebus excrementa alimenti per ſeceſſum exeunt, vel etiam ſi copioſa non ſunt, retardantur vſque in alteram diem.

Sed de huiuſmodi materiæ determinatione vix in eam ſententiam deuenire poſſum, vt exiſtimem poſſe huius rei cer-

E tam, & determinatam regulam conſtitui, quemadmodum Gal. lib. 2. aphor. 20. eleganter oſtendit, vbi examinans hunc aphoriſmum, quòd quibus iuuenibus aluus eſt mollis, ſeu humecta, ijs ſeneſcentibus exiccatur, & è contra, dicit non ſemper eſſe veram; nam relicta victus ratione, quæ poteſt eſſe cauſa tum fluxibilitatis, tum adſtrictionis,

diſpoſitiones etiam partium diuerſæ ſunt.

Cæterum, & materia tum quantitatis, tum qualitatis ratione poteſt aluum ſtimulare, nam vbi hepar non trahat totam materiam chyloſam, fluida redditur aluus, vel vbi materia ſit bilioſa, etiam deorſum fluit, neque permittit, vt ipſam trahat hepar, ex parte autem ventriculi etiam contingere poteſt, ſi vel frigidus, & humidus ſit, vel calidus, & humidus.

Harum igitur cauſarum ratione fieri poteſt, vt aluus modò lubrica, modò conſtricta reddatur, pro diuerſitate tum copiæ materiæ, tum etiam partium ratione, ſuper quas diſcurrens Galenus oſtendit in aliquibus cauſis aphoriſmũ verum eſſe, in aliquibus minimè; nam vbi (exempli gratia) ventriculus ſit frigidus, & humidus, multum appetat, nec concoquat, aut retineat iuuentutis tempore, iecurque hac ratione non trahat, fit aluus fluida in iuuene, quæ cùm augeantur in ſene, non erit ſemper vera ſententia, atqui ſi calidus, & humidus fuerit, tunc moderatus calor ventriculi, ex ſenectute mutata in ſiccitatem humiditate, verus redditur ſermo Hippocratis.

Sed huiuſmodi determinatio non ſpectat ad præſentem locum; ſat enim eſt oſtendere propter variam ſtomachi, iecoris, & inteſtinorum conſtitutionem, & propter variam victus rationem poſſe rem ita variari, vt nullus ordo certus determinari poſſit: ſat quoque eſt in præſenti me demonſtraſſe acceſſionem in tertiana alternatim euenientem non poſſe euenire ex hepatis coctione, nec poſſe referri in illam moram præſuppoſitam, quam facit chylus in vijs, quæ ſunt à ventriculo in iecur.

Quod attinet ad acceſsionem quartanariam, quæ dicitur prouenire à lienis alteratione, cùm eodem tempore, quo iecur tranſmutat chylum in ſanguinem, excrementa ſeparentur, inter quæ di-
A ctum eſt melancholiam eſſe, ſeu humorem melancholicum à coctione iecoris ortum ducentem, neceſſarium eſt ſimul à liene attrahi, & eodem tempore, & per breuiſsimam viam, nec anfractibus quibuſdam implicitam, quia à venæ portæ tertio ramo, qua ipſa extra iecur prolabitur, ſtatim ramus, & ſatis inſignis emergit, qui in lienem delatus ſecum fert humorem atrum, & melan-
B cholicum, nec vllus anfractus, neque vlla in venis reuolutio ineſt, quò minùs per breuiſsimum ſpatium à concaua regione iecoris in lienem humorem melancholicum eructet, non ſecus atque faciat folliculus bilis, qui trahit bilem ſuum deſtinatum excrementum.

Atque id adeo clarum eſt, vt nulla egeat probatione; nam cùm vnica vena ſit, tertius venæ portæ ramus ſplenicus
C dicta, à porta in lienem diſtributa, quæ ſi filo menſuretur, non excedit longitudinem vnius digiti, aut circiter, ideo non poſſum ſatis mirari, quomodo à Perello ſcriptum ſit melancholicum humorem à porta in lienem duplo maiorem viam habere ea, quæ eſt à ventriculo ad iecur, & per conſequens conſumere duplicatum tempus, cùm ſimul, & ſemel fiat humoris à liene attractio,
D ac fiat in iecore generatio; quia (vt aliàs dictum fuit) lien datus eſt pro expurgatorio iecoris à fæculento hoc humore, qui dum à iecore expellitur, trahitur à liene; expellitur tanquam quid inutile, attrahitur vt vtile, itaque cùm is humor impellatur, & attrahatur per viam breuem, & patentem, ſubitò etiam deduci putandum eſt.

Ex his igitur manifeſtè apparet non
E eſſe opus melancholico humori, vt per viam, quæ eſt à iecore ad lienem, temaneat per ſpatium quadraginta duarum horarum, vt ſuppoſitum fuit, nec vt retardetur ipſius motus à chyloſa materia in eadem vena exiſtente, quia & chylus, & melancholicus humor vno, & eodem tempore ad ſua feruntut loca vir-

tute attractrice membrorum media.

Nam iecur, vt dictum eſt, ſibi rapit proportionatum chylum à vena porta, & lien ſua facultate attractrice trahit ſibi proportionatum humorem, in cuius gratiam ipſe eſt genitus; verùm ab hoc authore gratis acceptùm eſt in hac vena, quæ expurgat iecur ab humore melancholico, reperiri materiam chyloſam; quia huiuſmodi ramus licet à vena porta deducatur, in ipſo tamen adeſſe non poteſt chylus; nam vena porta vbi

A in iecur chylum depoſuerit, tranſmutatur is à iecoris parenchymate, & poſtea excrementa ſecernuntur, bilis ſcilicet per folliculum, & melancholia per hunc ramum, quare hic ramus venæ portæ à natura factus eſt, vt humorem melancholicum deferat in lienem; ex quibus puto ſatis manifeſtum eſſe cauſam varietatis acceſsionum in febribus, aliunde petendam eſſe, quàm à varia partium

B prædictarum actione.

DE FEBRIS DEFINITIONE.

CAPVT TERTIVM.

EXplicata putredinis natura tum ſimpliciter, tum vti in humoribus ſpectatur; eiuſdem cauſis, tam proximis, quã remotis allatis: nec nõ diſcuſſis varijs quæſtionibus, quę periodicationem difficillimam reddebant, antequam ad febrium putridarum declarationem me accingam, ſatius duxi explicare vobis definitionem febris, quæ à feruore à Latinis dicta eſt, à Græcis vero πυρετὸς ἀπὸ τὸ πυρὸς denominata, quod eſt ignis, quaſi quòd febris ſit ignis quidam paruus. Variæ ſunt febris definitiones, quas varij auctores commenti ſunt; nihilominus nulla eſt, quæ mea opinione magis declaret naturam ipſius, quàm definitio Auicennæ lib. 4. fen. 1. cap. 1. ea verò eſt. (Febris eſt calor extraneus, & accenſus in corde, & procedens ab eo mediantibus ſpiritu, & ſanguine, per arterias, & venas in totum corpus, & inflammatur in eo inflammatione, quæ nocet operationibus naturalibus, non ſicut caliditas iræ, & laboris, qui non vltimatur, & impedit operationem, ita vt retineatur.

Hanc Auicennæ definitionem probarunt quotquot in publicis ſcholis to-

C tius Europæ, Italiæ præſertim docuerunt, non ſolum Arabum doctrinam profitentes, ſed etiam Græcorum, qui omnes eam exactiſſimè interpretantur, ſimulq; laudibus extollunt, vt ſunt Hieronymus Capiuaccius doctiſſimus Mercurialis, Alexander Maſſaria, Hercules Saxonia, Aeneas Vizzanus præceptor meus, alijq; innumeri, è quibus excipe Euſtachium Rudium lib. iij. de ſignis, &

D curat. intemperierum totius corp. qui ad hunc modum ſcribit.

Vnicam Galeni definitionem examini ſubijciemus, cùm ſola inter reliquas tum veriſſima, & perfectiſſima, tum breuiſſima, & maxima admiratione digna ſit. Sed paulò inferius loquens de Auicennæ definitione talia profert verba. Sed quidnam habet definitio, quam Auicenna prolixo ſatis ſermone tra-

E dit, quod in hac breui, & lucidiſſima Galeni definitione virtualiter non contineatur?

Nam impoſſibile eſt (inquit) vt natiua caliditas, ignea reddita ſit, & non ſit accenſa, quod ſanè dictum verum eſt apud doctos, & peritos, at iuuenibus in Medicina vix initiatis, quomodo hoc con-

conſtare poteſt? aliud quidem eſt do-cere in publicis cathedris, & priuatim etiam, & aliud eſt ſcribere ad ingenij oſtentationem.

Quando docentur ſcholares, non inconuenit longas definitiones, & claras in medium afferre, vt fecit Auicennas, qui poſtquam in ſua definitione poſuit calorem tanquam genus, vt orationem ſuam clariorem redderet, adiunxit calorem hunc accenſum eſſe in corde, vt tolleret de medio illam dubitationem, in qua dicitur, omnium Medicorum conſenſu, febris calorem eſſe quidem præternaturam, in vniuerſum animal diffuſum, vel omninò in plures, vel ſaltem in principes partes; adiecit item accenſū eſſe in corde, inde per venas, & arterias mediantibus ſpiritibus, & ſanguine deferri per totum corpus.

Definitio enim ex Ariſtotele ſecundo poſteriorum cap. 5. eſt oratio ipſius quod quid eſt eſſe rei, ſignificans.

Debent igitur definitiones maximè in accidentibus ita tradi, vt ab omnibus intelligantur; non enim ſatis eſt dicere in definitione febris rem contineri in potentia, ſed opus eſt, vt formaliter contineatur, & apertè declaretur genus, & differentiæ, ex quibus conſtat definitio; ad genus enim poſitum in definitione non ſequuntur differentiæ, ſed potius è contra ad differentias ſequitur genus.

Mox inquit Rudius, quod Auicennas addit calorem hunc in corde accenſum eſſe, quod pariter in Galeni definitione implicitè, & virtualiter continetur; quā primum enim calor innatus igneus redditur, ſtatim propter maximam, & agentis vim, & paſſi diſpoſitionem ipſum cor, quippè quod innati caloris origo, & radix eſt, afficitur. Verum quoniam, dum primùm calor hic extraneus in corde accenſus eſt, ex Auicennæ ſententia, febris ſanè principium eſt, & febris adhuc eſt in fieri, non autem iam facta, atq; completa, ideo vt hoc explicaret

A Auicennas, & febris eſſentiam magis aperiret, ſubdit, calorem hunc à corde per totum corpus procedere mediantibus ſpiritibus, & ſanguine, per arterias, & venas, dummodo vt alibi, limitabat, non prohibeatur.

Cum autem febrilis calor accidens quoddam ſit, quod ſui natura de ſubiecto in ſubiectum migrare non poteſt, ob id Auicenna medium propoſuit, quo

B calor hic à corde vniuerſo corpori communicatur, & inquit id fieri mediantibus ſpiritibus, & ſanguine; tum enim ſpiritus, tum ſanguis à calore cordis incaleſcunt, & caliditas illa per totum corpus diſtribuitur: non ſolum ergo ſubiectum refert, quo mediante calor hic per totum corpus diſtribuitur, ſed etiam viam proponit, dum in definitione & arterias, & venas poſuit.

C Verum in Galeni definitione id proponere omninò ſuperfluum erat (inquit Rudius) cum habeat febrem eſſe conuerſionem natiuę caliditatis ad igneam, quis namq; eſt, qui ignoret natiuam caliditatem à corde mediantibus ſpiritibus, & ſanguine potiſſimum per arterias, necnon etiam per venas per totum corpus deferri? Quare nihil prorſus in Auicennæ definitione repetias, quod in

D virtute in ea, quam Galenus proponit, non contineatur, & clariſſimè ab vno quoque mediocriter in arte medica, & philoſophia exercitato elici non poſſit?

Addit idem Euſtachius non fuiſſe opus Galeno addere in definitione ſua calorem accenſum eſſe in corde, cum in ea totum hoc implicitè, & virtualiter contineatur. Neque oportuit (ſubdit)

E in hac Galeni definitione cauſam apponere efficientem.

Huiuſmodi ſanè determinatio non videtur eſſe rationi conſentanea, quia definitiones, quæ in potentia res neceſſarias continent, breues nimis ſunt, & ſermonem obſcurum reddunt, iuxta illud Horatij, cum breuis eſſe laboro, obſcu-

ſcurus fit, & in obſcuritate ſermonis, ſcholares vix inſtrui poſſunt.

At vbi dicit cauſam effectricem, non fuiſſe ponendam in definitione febris Galenica, mancam eam, & inutilem eſſe ex eo apparet, quod omnes definitiones debent coſtare ex materia, forma, & efficiente, docente Ariſtotele libro poſterior. cap. 5. iam dicto. Veriſſimum quidem eſt, & ego quoq; concedo nihil contineri in definitione ab Auicenna ſcripta, quod implicitè non habeatur in definitione febris tradita à Galeno, & vt apertè dicit Rudius ab omnibus Medicis, & philoſophis poſſe intelligi, ſed ſcholares, qui docentur nondum medici facti opus habent clara, & aperta definitione, qualis hæc eſt, quam declaramus.

Definitio igitur hæc habet omnes conditiones ad definitionem accidentis veram attinentes; conſtat enim ex genere, & ſuis differentijs prædicatis bus in quale quid de ſuo definito, quibus poſitis ſequitur ad eas genus acceptum in definitione, & omnia prædicata vnum ſimul faciunt, quod cum ſuo definito conuertitur.

In hac definitione examinanda hunc ſeruabimus ordinem; primò curabimus videre, quale ſit genus, ipſiuſque omnes conditiones aperire, deinde ſigillatim, & ſucceſſiuè vnamquamque differenti am interpetrabimur vſque ad vltimam, tandem ad faciliorem intelligentiam totius definitionis, & partium ipſius, nonnullas dubitationes aduerſus genus primùm, ordineque ſucceſſiuo aduerſus omnes differentias, quæ à ſcriptoribus afferri ſolent, & nos cum ijs adducemus, ac pro viribus accuratè, quo ad poterimus, eas enodare, atque vndequaque ſoluere enitemur.

Quod ſpectat ad genus, ab Auicenna in hac febris definitione poſitus eſt calor: quid amplius addendum generi docet, atq; egregiè probat doctiſſimus Saxonia lib. de feb. cap. 5. in-

A quiens calorem extraneum inflammatum, qui lædit operationem, eſſe genus in hac definitione, at reliqua omnia vult ſpectare ad ſubiectum; nobis tamen videtur aptiùs ſtatuendum calorem eſſe genus, & alia ad differentias ipſius generis ſpectare, ad quod dicendum mouemur, quòd veræ definitiones illæ ſunt, vt cuique conſtat, quæ ex genere conſtant, & differentijs, ita vt genus ſequa-

B tur ad differentias; quare tota illa particula, quam Saxonia ponit pro genere, non poteſt eſſe genus: nec reliqua ad ſubiectum pertinent; cùm ſint propoſiti generis differentiæ prædicatæ in quid de ipſo, & omnes ſimul acceptæ, aptè genus contrahunt, ac perficiunt.

Id quòd ex eo ſatis patet, quòd in corpore noſtro ex Gal. ſententia plures ſint calores, 6. epid. com. 4. t. 25. 3. de

C cauſis pulſuum cap. 6. lib. aduerſus Lycum cap. 6. (quod ab omnibus, tam Philoſophis, quàm Medicis receptum eſt) nam vnus eſt, qui dicitur natiuus, aut innatus, alter aduentitius.

Rurſus, etſi calor natiuus modò à Gal. fuerit appellatus ille, qui in ſanguine menſtruo, & ſemine ſubijciatur, modò qui in ſanguine venali, & ſpiritu, aliquando verò in ſolo ſpiritu, nonnun-

D quam etiam in omnibus iam dictis, nempe in ſpermate, & ſanguine menſtruo, & ſanguine venali, ſimulque in ſpiritu, ex quibus omnibus ſubſtantiam, & eſſentiam caloris innati conſtare aſſeruit, nihilominus in tres calor naturalis portiones diuiditur pro ſubiecti diuerſitate, in qua fundatur; nam calor ille, qui in ſemine, & in ſanguine menſtruo reperitur, vt pote qui a primordio genera-

E tionis ingreditur primam membrorum conſtitutionem, dum in vtero efformamur, prima eius portio eſt, quem proinde ab Hipp. ἔμφυτον appellatum fuiſſe idem Gal. ſcribit lib. aduerſus Lycum cap. 7. hoc eſt primo genitum.

Altera portio caloris, quæ poſita eſt in ſanguine venali, & ſpiritu, ab hepate, &

& corde fluens, in ipſiſque genita eſt, calor natiuus, ſed influens vocatur. Tertia caloris innati portio, ea eſt, quæ in omnibus membris noſtri corporis remanet, & θέρμον ἔμφυτον ab Hippocr. dicitur, à noſtris calidum implantatum, & huiuſmodi calor à calido influente conſeruatur, & niſi ab eo refocillaretur, non poſſent vllæ partium fieri operationes, quandoquidem ab hoc calore tanquam ab efficiente fiunt omnes corporis operationes.

Rem hanc de calido innato, influente, & implantato pulchrè nobis deſignauit Gal. lib. artis paruæ cap. 9. vbi corporis membra diuidens dicebat quaſdam noſtri corporis partes eſſe principia, alia ab ijs principijs dependere, nonnullas habere ſibi innatas facultates; ita vt à ſe ipſis regi poſſint, alias eſſe tandem, quæ & inſitas facultates habent, & affluxu egent, at facultas inſita non poteſt niſi ab inſito, & implantato calore proficiſci (quem omnes partes, quæ nutriuntur habere eſt neceſſe) nec poteſt conſeruari, niſi mediante calido, quod per ſanguinem, & ſpiritum ad ipſas partes nutriendi cauſa transfluit.

Ex ijs igitur patere ſatis poteſt, duplex in nobis reperiri calidum innatum, vnum, quod implantatum, ſeu inſitum appellamus, aliud quod influens dicitur, quæ inter ſe conueniunt, tum nominis, tum temperiei, tum motus ratione: nominis quidem, quia comprehenduntur ambo ſub calore, ſecundò conueniunt ratione motus, ſiquidem vterque calor in corpore continuò mouetur; tertiò conueniunt ratione temperiei, ſiquidem ſi conſideremus actiuas ipſius qualitates, ita inter ſe temperatæ ſunt, vt elemento ſtellarum proportione reſpondeant, vt Ariſt. teſtatur 2. de generatione animalium cap. 3. & Gal. 8. de Hippocratis, & Platonis decretis.

Et ratio eſt, quia eodem docente Galeno, eius ſubſtantia ex aquea, &

A aerea ſubſtantia cum aliquali ſpirituum abundantia conſtat, ex quibus mediocritas quædam inſurgit aliquantulum ad calidum declinans; nam cùm ab iſtis duobus caloribus tanquam ab anima, aut immediato inſtrumento ipſius animæ omnes operationes corporis fieri neceſſarium eſſet, rationi conſonum fuit, vt ab ipſa caliditate tanquam ab efficaciori, & magis actiua qualitate denominaretur.

B Quod attinet ad paſſiuas qualitates, ad humidum magis flectunt; nam ſpermatica, & ſanguinea, & ſpirituoſa ſubſtantia, in qua fundantur, omninò eſt humida.

Differunt verò inter ſe primò ratione ſubiecti, quia implantatu[illegible]or eſt in ſemine, & ſanguine men[illegible]o, à quibus fiunt omnes corporis partes, quibus efformatis remanet in illis inſitus, &

C implantatus calor: influens verò eſt in ſanguine venali, & ſpiritu arteriali; deinde implantatus perficitur, & conſeruatur ab influente, vnde influens habere videtur rationem perficientis, implantatus verò perfectibilis.

Tandem differunt, ratione modi motus, ſi quidem implantatus mouetur ſemper à centro ad circumferentiam, & è contra à circumferentia ad centrum,

D nunquam tamen partem deſerens, cui implantatus eſt, Gal. auth. aduerſus Lycum 6. & 7. cap. At calor influens à centro ſemper ad circumferentiam mouetur, videlicet à iecore, & corde, in quibus generatur ad partes reliquas corporis quaſi impulſus. De hac materia Decade noſtra ſecunda dictum fuit, & de modo, quo reſtaurari poſſit calidum implantatum, nunquam tamen à circumferentia ad centrum moueri id poſ

E ſe ſtatuimus ſecundùm naturam: & hæc eſt natura caloris innati breuiter declarata.

Sed præter hos duos calores datur, & alius, qui adſcititius, aduentitius, & acquiſititius dicitur Gal. authore 1. aphoriſ. 14. aduerſus Lycum 6. & 7. cap.

6. Epid.

6. epid. com. 4. tex. 25. quibus in locis ait eiuſmodi calorem ſic appellari, eò quòd in nobis tēporis progreſſu enaſcitur: de quo quidem calore multi multa dicunt; curabo tamen relictis aliorū opinionibus, breui, quantum fieri per me poterit, naturam huius caloris perſtringere, & quantum ſuffecerit vobis ad intelligentiam, eorum, quæ de hac febris definitione dicturus ſum.

Scire igitur debetis doctiſſimum Donatum ab Altomari lib. de medendis febribus cap. 9. dixiſſe hunc calorem adſcititium quatuor modis ab innato differre, nempe nomine, eſſentia, qualitate, & operatione, nomine quidem, quia innatus ineſt nobis à primordio generationis, vnde innatus dicitur ab Hippocrate ἐγχίγονον, hoc eſt primò genitum, vt dictum eſt, at acquiſititius ſic appellatur, quòd non niſi poſt generationem in nobis naſcitur, vnde etiam ſpurius appellatur: differt ſecundò ab innato ratione ſubiecti, à quo ſui ſpecificam ſumit rationem, quia calor innatus in ſubſtantia aerea, & aquea; hic verò è contra fundatur in ſubſtantia terreſtri, & ignea: tertio differt qualitate; nam caliditas innati caliditas halituoſa eſt, ſuauis, mitis, ac temperata; caliditas verò acquiſititij acris, mordax, arida, atque ignea eſt, id quod tactu comprehendi facilè poteſt.

Nam calidum innatum conſequuntur vapores, halituoſi, benigni, ſuaues, & temperati; è contra verò caloris acquiſititij vapores ſunt fuliginoſi, fumoſi, aridi, acres, & manus mordentes; idque contingit ratione variæ ſubſtantiæ, cum ex humida halituoſi, ex ſicca fumoſi exſpirent vapores; quarto, & vltimo hi duo calores operatione inter ſe differunt; nam à calore innato prodeunt naturales operationes, vt eſt generatio, coctio, diſtributio, ſanguinis procreatio, auctio, appoſitio, aſſimilatio, & huiuſmodi; at à calore aduentitio eueniunt operationes contrariæ; videlicet

A putrefactio, aduſtio, corruptio, deſtructio; tandem calor acquiſititius corrumpit ea omnia, quæ à calore naturali fiunt.

Sed huiuſmodi Altimari opinio non ſatis conſtare videtur; nam quamuis iſti duo calores, inter ſe nomine differant; nam vnus innatus, alter aduentitius, & acquiſititius dicitur, ſunt tamen inter ſe vnum, & idem re ipſa; nam aduentitius B calor in eiſdemmet ſubſtantijs ſubiectatur, in quibus diximus calorem innatum repoſitum eſſe, nempe in ſanguine, & ſemine, ex quibus partes ſolidæ componuntur ſanguine venali, & ſpirituali ad ipſarum conſeruationem fluentibus.

Differunt verò ad inuicem, quia quamdiu ſubſtantia ex iam dictis, nempe ex ſemine, & ſanguine menſtruo in C tegram, ac propriam, temperiem ſeruauerit natiui, & inſiti caloris nomen, & rationem habet, vbi verò egreditur limites proprios, & ſibi conuenientes, iam dicitur calor aduentitius; nam vt Gal. primo aphoriſ. citato, & alibi loquitur facta in vtero, poſt ſeminis receptionem, ſanguinis menſtrui, & ſeminis miſtione calidum, quod innatum vocamus, in perfecto humido exiſtit, & ma D ximè viget.

At vbi partes ex eo efformatæ ſunt, amittitur iam ipſius aliqua vigoris quantitas, quod partes paulo ſicciores redduntur; vbi enim magis perficiuntur, humiditatis copia euaneſcit, ac tandem vbi extra vterum viuimus, perpetuò de huiuſmodi humido primigenio aliquid ſecundùm magis, & minus deperditur, vt tandem temporis progreſſu paula E tim, & ſucceſſiuè fiat huiuſce humidi reſolutio, ad ſiccius ſubſtantia promota, hinc corpus noſtrum quotidie magis terreſtre fieri, atque magis in dies eius qualitatem calidam augeri accidit.

Cùm igitur diminutio caloris ipſius innati per humidi reſolutionem fiat, ipſius caloris fundamentum ad terreſtre

Z acce-

accedat magis, neceſſe eſt, atque ita ipſius qualitas magis temporis progreſſu acuitur, igneumque corpus redditur; quare ex ijs apparet calorem innatum, & acquiſititium vnum, & eundem eſſe ratione eſſentiæ, ſiue entitatis, differre tantummodo ratione ſubiecti, in quo fundatur innatus calor, qui temporis progreſſu conſumitur, inde partibus ſicciorībus redditis, caloris eiuſdem qualitas acuitur, & ad caliditatem promouetur, ſubſtantia ipſius ad ſiccius promota.

Id quod Gal. etiam ſcripſit lib. ad Lycum cap. 6. quo in loco dicit calorem hunc non agnouiſſe Lycum, neque alium ex antiquis: idem ſcribit 6. epid. com. 4. tex 25. iam citato, quare caliditas hæc vna eſt, & eadem, ſubiecti tamen diuerſitate modo temperata modo acris, & mordax, ex quo apparet etiam, quantum Siluanus Romanus deceptus fuerit, qui ſcribit calidum aduentitium eſſe portionem quandam ignis in ſemine, & ſanguine menſtruo ſiccitatis gratia à natura poſitam.

Altimaro igitur dicenti calorem hunc aduentitium differre ratione temporis, generationis, & eſſentiæ, ratione fundamenti mutati, & per conſequens ratione qualitatis, ſubſcribo, tamen non concedo ipſum differre ratione operationis; nam vterque calor, tam innatus, quàm aduentitius, eaſdem faciunt operationes ſecundùm tamen magis, & minus perfectas, niſi velimus pro Altimaro dicere calorem aduentitium eſſe in duplici differentia, nempe vnum naturalem, alium præter naturam.

Naturalis calor aduentitius ille ſtatuendus erit, qui poſt ortum infantis incipit generari, 6. epid. cit. com. 4. tex. com. 25. & à cauſis naturalibus, nempe à tempore, ab ætate, ab exercitio, & ab alijs rebus non naturalibus, tam neceſſariò, quàm non neceſſario occurrentibus: calor verò aduentitius præter naturam eſſe cenſeri poteſt, qui fit à cauſis præter naturalibus, vt (exempli gratia) eſt inflammatio, putrefactio, & id genus cauſarum præter naturalium.

A

Si primo modo conſideremus calorem aduentitium, tam per ſe, quàm per comparationem ad calorem innatum, vt puerorum, procul omni dubio, quòd acer, & mordax eſt ad manum, vaporeſque ipſius ſunt fuliginoſi & acres: ac ſi comparetur cum calido præter naturam, benignus cenſebitur, eiuſque vapores benigni, & actiones ipſius omninò ſunt naturales, alioquin non fierent actiones naturales ad vitam neceſſariæ in ijs, qui ipſo calore aduentitio abundant, cuiuſmodi ſunt iuuenes, neque poſſent nutriri, eſſentque ſemper morboſi, quod falſum eſſe continuò oſtendit experientia, rerumque euidentia.

B

Si verò ipſum calorem aduentitium conſideremus, vt eſt præter naturam, verum eſt id, quod ſcripſit Altimarus, nempe quòd actiones ipſius ſunt corrumpere quidquid à calore innato perficitur. Ex ijs ſatis patere puto poſſe plures caloris differentias dari, nempe innatum, qui diuiditur in implantatum, & influentem, necnon & acquiſititium, proinde dicimus rectè Auic. in ſua definitione aſſumpſiſſe calorem tanquam genus.

C

D

De quo calore inquiritur à quibuſdã, an ſolam qualitatem dicat, an ſubſtantiam quandam qualitate affectam; de hac enim materia controuerſia eſſe videtur inter Latinos, quorum aliqui tenent vnam, alij alteram partem ſuis quibuſdam rationibus, & Gal. authoritatibus defendere contendunt, quorum fundamenta, & rationes hic ſilentio inuoluimus, eò quòd parum prodeſſe poſſunt ad id, quod declarare intendimus, quod eſt vobis demonſtrare cognitionem febrium putridarum, & earumdem curationem in genere; ſatis enim eſt, vt intelligatis, & ſciatis de hac caloris febrilis natura poſſe nos duobus modis lo-

E

loqui, nempe vel ſecundùm iudicium ſolius ſenſus, vel ſecundùm iudicium ſenſus, & rationis ſimul.

Si ſenſum ſequamur, quia ad hunc pertinet ſola qualitatum cognitio, dicimus febrem eſſe caliditatem, nòn calidum præter naturam, & extraneum; hoc enim modo febrem conſiderauit Gal. 1. de diff. febrium cap. 2. vbi loquebatur de febre, vt ſub varijs differentijs caliditatis, quas tactui offert, poteſt in varias tribui ſpecies: at ſi ſequamur iudicium ſenſus, ac intellectus ſimul, hic docet nòn poſſe ſolam qualitatem dicere, cùm illa dependeat ab effluxibus ad totum habitum corporis demandatis, qui ſubſtãtiæ quædam ſunt, ſupponuntq; calidam aliquam ſubſtantiam præter naturam affectam, à qua eleuantur. Nomine igitur caloris poſſumus intelligere, & ſubſtantiam caliditate affectam, & qualitatem ipſius calidam.

Hoc loci inquiritur, quiſnam ſit iſte calor, qui extraneus ſit factus febrem faciens. Altimarus dicebat eſſe calorem aduentitium, ſed Gal. lib. 1. aphoriſ. 14. multiſque alijs in locis docuit febrem tunc fieri, aut eſſe, quando calor innatus mutatur ad igneam naturam, ſiue intelligere velimus ſubſtantiam, in qua fundatur calor naturalis, calidiorem redditam eſſe, vel ipſius qualitatem eſſe magis adauctam, ita vt ipſius caloris innati temperies, & harmonia à propria temperie receſſerit.

Per calorem autem naturalem opus eſt, vt intelligatis tam inſitum, quàm influentem; & etiam aduentitium; hic igitur calor præter naturam effectus lędir operationes; afficitur autem quandoque in ſolis ſpiritibus accenſus, vt in ephemeris, quandoque in humoribus, vt in putridis. Dicere etiam poſſumus febrem eſſe calorem compoſitum ex naturali, & præter naturam, vt dicebat Auer. ſecundùm verò Auicen. per calorem extraneum oportet intelligere calorem naturalem ad maiorem caliditatem mutatum; & hæc de natura caloris ab Auicen. tanquam de genere aſſumpto in definitione febris dicta ſatis ſint.

De differentijs.

Venio modò ad examen differentiarum huius generis, inter quas primò occurrit (extraneus,) qua differentia oſtenditur non omnem calorem eſſe febrem, ſed tantummodo extraneum, hoc eſt præter naturam, ad differentiam naturalis, qui in ſua temperie manens nunquam poteſt febrem facere.

Secunda differentia eſt (accenſus in corde) vt hac demonſtret ſubiectum febris primarium eſſe cor, in quo primò calor extraneus accenditur, vnde Gal. 1. de differentijs febrium cap. 3. dicebat, quod quamuis in corpore calor accendatur à quauis cauſa, nunquam tamen eſſe poteſt febris, niſi accendatur in corde, calor etiam, qui in alijs corporibus partibus accenditur, vt iecore, liene, aut alijs, non poteſt dici febris, niſi ſi accendatur in corde, quare character febris eſt, vt calor accenſus ſit in corde, tunc calor naturalis mutatus eſt ad igneam naturam, vt voluit Galenus, & à communi hominum conſenſu febris appellatur.

Tertia differentia eſt (procedens ab eo mediante ſanguine, & ſpiritu, per venas, & arterias per totum corpus.) Quamuis character febris videatur poſitus in accenſione caloris cordis, requiritur tamen, vt poſtquàm accenſus eſt calor in corde, inde ad vniuerſas corporis partes feratur, quo etiam ipſum incaleſcat.

Proinde Auicen. addit procedere calorem extraneum à corde mediantibus ſanguine, & ſpiritu per venas, & arterias, oſtendens nobis vehicula, per quæ fertur talis calor, quæ ſunt ſanguis, & ſpiritus; nam cùm ſanguis in corde calefactus fuerit, & ſpiritus cum ipſo ferantur per corpus, opus eſt, vt caliditatem ſuam, quam à corde acceperunt,

vniuerſo corpori communicent, ſed ſanguis per venas, ſpiritus per arterias ferantur, quare Auicen. non ſolùm declarauit nobis vehicula ipſius caloris, ſed ſpatia, & loca, per quæ feruntur tam ſanguis, quàm ſpiritus, quæ ſunt venæ, & arteriæ per totum corpus diſtributæ.

Quarta differentia huius generis, nempe caloris eſt, (vt inflammetur in eo inflammatione, quæ nocet operationibus naturalibus;) nam quamuis cor incaleſceret, atque etiam communicaretur calor vniuerſo corpori, operationibus tamen haudquaquam noceret, non eſſet febris, quare requiritur, vt calor extraneus ſit accenſus in corde, inde ad omnes corporis partes delatus ſit, & lædat operationes, ad hoc vt ſit febris, ex quibus Auicēnæ verbis luce clariùs apparet febrem eſſe morbum, cùm lædat operationes naturales.

At cùm morbus ſit triplex, nempe in ſolutione continui, in mala compoſitione, & in intemperie, non poteſt eſſe in ſolutione continui, vt apparet, neq; vnquam aliquis fuit, qui imaginatus ſit febrem eſſe talem morbum, de morbis tamen in compoſitione aliqui dubitarunt, cùm exiſtimauerint ſubſtantiam, in qua calor fundatur, adauctam fuiſſe; nam vt ſuperiùs intellexiſtis, plerique ex Latinis exiſtimarunt nomine caloris innati, eſſe intelligendam propriam ſubſtantiam caloris, vt ſenſus ſit, febris eſt accenſio caloris innati, hoc eſt ſubſtantiæ, in qua calor innatus eſt accenſus, vnde dixerunt ſubſtantiam calore affectam eſſe.

Hęc autem non poteſt ad aliud genus morbi referri, quàm ad numerum adauctũ, ſed dato, quòd vera ſit hæc poſitio, dico ego, quòd nõ ſequitur febrẽ reponi debere in genere morbi malæ cõpoſitionis, & ratio eſt, quia nomine caloris, quem θέρμον Gal. appellauit ſuo idiomate, duo intelliguntur ab eodem Galeno, nempe ſubſtantia, & qualitas calida, ſed febris non lædit operationem, quà ſub-

A ſtantia; hoc eſt ratione ſubſtantiæ, in qua fundatur, id non habet, ſed ratione caliditatis extraneæ, ſeu quatenus mutata eſt ad igneam naturam, vt dicebat Galenus.

Vnde ſequitur neceſſariò, quòd febris redigatur ad intemperiem calidam, quare eſt morbus in intemperie calida, vt pulchrè nobis hac definitione docet Auicen. ſi autem læderet actionem, vt B vt eſt ſubſtantia, dici poſſet eſſe morbus in numero adaucto, quia ſubſtantia, quę priùs non erat adaucta, eſt operationem lædens.

Cùm igitur maximum abſurdum ſit excogitare febrem eſſe ſubſtantiam in numero adauctam, abſurdius eſt etiam dicere eſſe morbum in numero, de alijs autem ſpeciebus ipſius malæ compoſitionis non eſt, vt quidquam dicam; cùm, C vt clarum eſt, non poſſit reduci ad figuram læſam, aut ad magnitudinem adauctam, vel diminutam, aut in ſitu alicuius partis mutato, quæ ſunt ſpecies morbi malæ compoſitionis, neceſſarium igitur eſt, vt ſit morbus in intemperie, quare cùm ſit calor lædens operationes, concludendum eſt morbum eſſe in intemperie calida, vnde ex hac Auicen. definitione colligimus febrem eſſe intem- D periem calidam cordis, & totius corporis lædens operationes.

Atque ex his quantum Argenterius aduerſus Gal. & Auicen. ſcribens erret (vbi dicit lib. de febribus cap. de febris definitione, non rectè ab his in definitione febris acceptum fuiſſe calorem, ſed intemperiem) vnuſquiſq; ſanè veſtrum iudicioſus poteſt facilè cognoſcere, cùm calor lædens operationes nihil ali- E ud ſit, quàm intemperies calida, rectè Auicen. aſſumpſiſſe calorem, vt genus in hac ſua definitione.

Quarta igitur hæc differentia ab Auicenna poſita eſt, vt oſtendat calorem hunc extraneum eſſe intemperiem calidam lædentem operationes naturales, vt eſt attractio, retentio, expulſio, & reliquæ

liquę

liquæ actiones naturales. Poſtrema verò particula in hac definitione ab Auicen. poſita facit ad maiorem declarationem; nam cùm dixiſſet calorem extraneum accendi debere in corde, inde ad omnes partes corporis diſtribui, potuiſſet quiſpiam dicere adeſſe quandoq; huiuſmodi calorem in corpore, non propterea debere dici febrem, talis autem eſſe poteſt calor ab ira, aut labore excitatus proinde addit, (non ſicut caliditas iræ, aut laboris, cum non vltimatur, & impedit operationem, ita vt retineatur) quaſi dicere volens de ratione febris eſt, vt lędantur operationes, à calore autem iræ, & laboris non poteſt fieri læſio operationum, non ergo calor iræ, & laboris eſt febris,

Ratio eſt, quia calor vtriuſque non retinetur tandiu in corpore, vt vltimetur, hoc eſt, vt ad tantam caliditatem perueniat, vt inde actionum læſio ſequatur; ſi enim calor hic tandiu retineretur, vt ad vltimum gradum peruenire poſſet, tunc lædi poſſent operationes, vnde dicere poſſumus duplicem eſſe actionum læſionem, vna eſt, quæ tranſiens dici poteſt, quæ contingit in ira, & labore, nec eſt morbus, ſed paſſio; huius enim eſſe eſt in fieri, at læſio operationum permanens eſt morbus, cùm ſit in facto eſſe, calor autem iræ, aut laboris, niſi remaneat in corpore, non poteſt lædere actiones.

Vnde Gal. lib. 1. de differentijs febrium cap. 3. lib. de cauſis morborum cap. 5. dicebat calorem extraneum non poſſe lædere operationes, niſi ipſe retineatur, & longam moram faciat in corpore, ita vt non ampliùs dependeat à ſua cauſa, verùm ea ablata, adhuc ipſe calor remanet, tanquam effectus à violentia cauſæ impreſſus.

Concluſio ſit, quòd febris non eſt calor extraneus, quemadmodum caliditas ab ira, aut labore proueniens, quia huiuſmodi caliditas citò tranſit, & paſſionis rationem habet, calor verò febris

A remanet, & vltimatur, rationem diatheſis habens, cùm ſit intemperies calida, & hæc eſt definitio febris ab Auicenna tradita, habens omnes conditiones veræ definitionis; nam calor occupat nomen generis; extraneus, eſt differentia ad demoſtrandam naturam ipſius caloris excedentis limites naturæ, accenſus in corde, & procedens ab eo per totum corpus actiones lædens, ita vt calor extraneus

B accenſus in corde, inde in omnes partes corporis lędens operationes ſit febris.

E contra febris eſt calor extraneus accenſus in corde, & in omnibus partibus corporis actiones lædens, hoc modo definitio conuertitur cum ſuo definito, vnum faciens, & omnia prædicata de ipſo genere prædicantur in quid, & illud ad ipſa prædicata ſequitur, non è

C contra, & hæc de definitioe febris.

Difficultates aduerſus definitionem febris.

Ad faciliorem intelligentiam eorum, quæ de febris definitione, & partibus ipſius à nobis in ſuperioribus fuerunt examinata, nonnullæ difficultates in medium ſunt afferendæ, ac ſoluendæ, quas quidem eo ordine proponemus, quo particulas definitionis eximinauimus.

D Et primò eſt difficultas, an febris ſit intemperies calida tantùm, an verò complicata, & ſi complicata concedatur, dubium adhuc eſt, an ſecum adiunctam habeat humiditatem, an ſiccitatem; dictū enim fuit calorem extraneum accenſum in corde nihil aliud eſſe, niſi intemperiem præter naturam calidam, ita vt videatur eſſentia ipſius febris ex Galeno,

E & Auicenna poſita in ſola intemperie calida.

Galenus ſanè pluribus in locis videtur voluiſſe naturam, & eſſentiam febris poſitam eſſe in ſola caliditate, primò quidem lib. de diff. morb. cap. 5. lib. de cauſ. morb. cap. 2. & lib. 1. de diff. feb. differentias eſſentiales à ſolo calore deſum-

ſumptas eſſe ſcripſit; quare de eſſentia febris ſolus eſt calor, ſunt etiam alia loca, quibus eandem opinionem habere videtur.

Ex altera verò parte plures ſunt eiuſdem Galeni authoritates, quibus probari facilè poteſt febrem eſſe intemperiem calidam,& ſiccam. Vnus locus Gal. eſt primo acutorum tex. 15. & 43. vbi colligens medicamentum febri competens concludit debere eſſe frigidum, & B humidum, ergo eius eſſentia poſita eſt in caliditate, & ſiccitate, quare febris, vt indigens tali auxilio, calida, & ſicca eſt affectio, & 1. aphoriſ. com. 16. dicebat Gal. quia febris eſt affectus calidus, & ſiccus, cùm ſit conuerſio innati caloris ad igneam naturam, quaſi reddens rationem vtriuſque qualitatis, & aphoriſ. 14. eiuſdem particulæ admonebat medicos, vt euitarent medica- C menta calida, & ſicca in morbis acutis, potiſſimùm in febre, quia augeretur febris, cùm ſit paſſio calida, & ſicca; poſſem plura alia Galeni loca afferre, quibus comprobarem febrem eſſe intemperiem calidam,& ſiccam, vnde videtur varius Gal. in hac materia determinanda.

His Galeni locis addo Hipp. authoritatem lib.1.aphoriſ. aphoriſ. 16. iam D citato, vbi inſtituens victus rationem febricitantibus, dicebat victum humidum omnibus febricitantibus conuenire, nulla facta frigiditatis mentione, ſignum eſt igitur Hipp. voluiſſe magis in ſiccitate, quàm in caliditate eſſentiam febris poſitã eſſe,ſi enim in his,quę pręter naturam ſunt,indicationes victus rationis à contrario deſumerētur, vt Gal. in com. huius aphoriſ. dicebat, & Hip- E poc. mentionem habet humiditatis tantùm, neceſſariò cogimur fateri febris eſſentiam magis poſitam eſſe in ſiccitate, & Gal. ibi huic ſententiæ conſentiens contendebat oſtendere, quomodo febricitantibus omnibus talis victus conueniat, dubitatio nes omnes è

A medio tollens,quæ videbantur huic veritati repugnare.

Huiuſmodi difficultas ab aliquibus, & grauiſſimis quidem viris ex neotericis maximi pendirur, quam tamen exiſtimamus eſſe parui momenti, & facilis ſolutionis, quandoquidem in febre duo conſiderari debent, vnum eſt forma febris ipſius, aliud eſt læſio, quam infert actionibus corporis.

Si primo modo febris conſideretur de ratione ipſius eſt, vt non minùs ſiccitatem,quàm caliditatem habeat adiunctam; cùm ſit caloris naturalis ad igneũ calorem conuerſio, perpetuoque per caliditatem, & ſiccitatem lęſionem inferat.

Si verò ſecundo modo conſideretur, non ſemper per ſiccitatem in corpus inducere poteſt læſionem, propter corporum diuerſitatem, quibus febris euenit; nam Gal. lib. aduerſus Lycum ſcripſit dari febres quaſdam humidas, ſub quibus primo die ſtatim homines magno ſudore perfunduntur ſine aliquo ægrotantium profectu, aut conferentia, imò verò nos hoc anno obſeruauimus tales febres, quæ vt plurimùm in prima hebdomada homines ad ſepulchrum reducebant, à Græcis tales febres τυφώδεις καὶ ἰδρώδεις vocantur.

Dantur etiam febres quædam aridiſſimæ, & ſicciſſimæ, quæ ægrotantibus ſitim inexhauſtam inferunt, cutem corij in modum exiccantes, ſummamque ſiccitatem, ariditatemq; in linguam, os, & palatum inducentes, ex quo Gal. loco vnicuique veſtrum patere facilè poteſt dari febres quaſdam, modò humidas, modò ſiccas, nullam tamen dari poſſe abſque caliditate;nam caliditas ſemper læſionem inducit, non ſemper ſiccitas; quare & Auicen. conſiderans calorem in febre ſemper lædere, non autem ſiccitatem, meritò poſuit calorem in definitione tanquam genus; calor enim dicitur de omni,& ſecundùm quod ipſum, vnde nulla febris ſine caliditate dari poteſt,

teſt, abſque ſiccitate verò aliquando.

Aduerſus tamen hanc reſponſionem, adeſſe poteſt auctoritas Auicennæ 1. 4. cap. 1. dicentis dari febres frigidas, deinde idem Auicen. ſcriptum reliquit febres ſyncopales eſſe in hoc genere, quandoquidem in ipſis apparent ſigna frigiditatis, quæ ſunt pulſus rari, & tardi: hęc autem ſunt cordis frigidi ſigna, ergo febris frigida datur.

Succedit & experientia; nam quotidie obſeruamus in epyalis, & lypirijs corpora eſſe frigida, quod etiam manifeſtiſſimè obſeruatur in febribus tertianis, & quartanis, in quibus ægrotantes frigore maximo corripiuntur: ex his apparere poterit dari aliquas febres frigidas, vnde reſponſio data claudicare videbitur, cùm non ſecus reperiantur febres frigidæ, atque de ſiccis, & humidis dictum eſt, quod à iuuantibus & nocentibus confirmari poteſt; nam ſunt aliquæ febres, quæ curantur calidis, quæ ſi frigidis tractentur, potiùs exaſperantur, ergo dantur febres frigidæ.

Huiuſmodi obiectio nulla eſt; nam aliud eſt febrem conſiderare ratione ſui ipſius, & aliud eſt ipſam conſiderare reſpectu materiæ, in qua accenditur, hoc eſt ratione ſubiecti, ſi primo modo nunquam febris eſt frigida, cùm in ipſius eſſentia calor ſit incluſus, ſi ſecundo modo febrem conſideremus, opus eſt non modò materiam, in qua febris accenditur, conſiderare, ſed & locum in quo accenditur, & motum, quem facit.

Nam materia frigida eſt, quæ ſi intus corpus incaleſcat, deinde moueatur, tunc ægrotantes intus refrigerari ſe percipiunt, ſi verò extra, tunc frigore algere ſe dicunt, & aliquando ſimul; & ſemel refrigerari, & calefieri, quod in epyalis, & lypirijs apparet, vnde Auicennas conſiderans materiam, in qua calor accenditur, dixit aliquas febres eſſe frigidas, non conſiderans febris ideam, ſed tantummodo effectus prodeun-

A tes à materia, rem potiùs ſenſu, quàm ratione dijudicans, taleſque febres quandoque cogimur curare calefacientibus, non ratione cauſæ efficientis caloris, ſed materiæ.

De tertianis, & quartanis febribus, in quibus ægrotantes frigus maximum percipiunt, alia eſt ratio; nam calor iam accenſus eſt in corde, in principioque acceſſionis totius corporis ſpiritus, &

B calor ad cor tanquam ad arcem refugiunt, inde deſtitutæ ſunt exteriores corporis partes ſuo calore, quo nomine refrigeratæ apparent, vnde febris ratione ſui eſt ſemper calida.

Quod ſpectat ad febres ſyncopales ab Auicen. allatas dicimus, quòd in huiuſmodi febribus duo conſiderari debent, vnum eſt febris, alterum eſt ſyncope, febris ſemper calida, ſyncope

C verò eſt virium præceps lapſus, à quo pulſus rari, & tardi fiunt, nec ſunt effectus febris, ſed ſyncopis, vt ſuo loco declarauimus, idque luce clariùs conſpicitur in ſyncope ſine febre, quare huiuſmodi authoritas non eſt ad propoſitum, ſit igitur conſtans, & firma aſſertio, in qua dicimus febrem ratione ſuæ formæ includere calorem, & ſiccitatē, reſpectu verò læſionum ſemper lædere

D per caliditatem, non ſemper per ſiccitatem, aut humiditatem.

Ad Gal. authoritates dicimus ipſum conſideraſſe febrem ratione ſuæ formę, proinde dixiſſe eſſe calidam, & ſiccam intemperiem, atque illi refrigerantia, & humectantia conuenire, vt eſt aquæ potus, vbi verò ſcripſit ipſius eſſentiam in calore eſſe poſitam, conſiderauit ipſam ratione ſuæ operationis perpetuæ,

E cùm, vt audiuiſtis, febris per ſuum calorem ſemper lædat; per ſiccitatem verò, aut humiditatem non ſemper.

Ad Hippocratem reſpondemus propoſuiſſe victum humidum omnibus febricitantibus non ſolùm curationis, ſed præſeruationis, & conſeruationis gratia, curationis quidem; ratione ſic-

ſiccitatis præſentis, quæ à febre, vt febris eſt, producitur, cùm non ignoraſſet eſſentiam ipſius poſitam eſſe in caliditate, & ſiccitate, à qua ſiccitas prouenit, quæ humectatione eget a ratione etiam præſeruationis, quia corpora, quæ febrem patiuntur, nimium exiccantur, vt itaque præſeruentur à nimia ſiccitate, opus eſt victu humido, ratione verò conſeruationis victus humidus competit ipſis pueris, & corporibus mollioribus, cùm id, quod eſt ſecundùm naturam, conſeruari debeat à ſimili.

Idem dicendum eſt de illis, qui victu humido vti conſueuerunt; nam conſuetudo habet rationem naturæ, quæ conſeruari debet, de frigido autem ne verbum quidem habuit, quod omnibus notiſſimum erat, non ſecus illud conuenire, atque humidum, vel vt dicebat Argenterius, victus frigidus ſuo inſtituto ita accommodari non poterat; nam frigidus ſtatus corporis, cùm naturæ noſtræ inimicus ſit, non conſtat, mutandus nè, an verò conſeruandus qualitate ſit; humidum autem, quale præſertim eſt in pueris, vt potè naturæ noſtræ familiare ſimili victus qualitate conſeruandum eſſe omnes concedunt; quare cùm ex victu humido oſtendere poſſet qualem victum, & morbus, nempe febris, vt febris eſt, nulla facta cauſarum conſiderατione, & propria temperies, & etiam conſuetudo exigeret, ideo eam qualitatem præ omnibus elegit.

Alij dicunt Hippocratem non fuiſſe ibi loquutum de medicamento, quod apponi debet febri, vt febris eſt, ſed tantùm de victus ratione competente febrientibus, quæ eſt, vt victus ſit tctu humidus, & potulentus, qui facilè diſtribuatur, ῥοφήμα, id eſt, ſorbile à Græcis dicitur.

Sed hoc loco adhuc vlteriùs quæretis (cùm determinatum ſit febrem eſſe intemperiem calidam, & ſiccam) ſit ne ipſa cum materia, an ſine materia? & A ratio inquiſitionis eſt nonnullorum Latinorum doctrinam Arabum ſequentium protrita quædam diuiſio, quæ eſt, quòd febrium quædam ſunt immateriales, aliquæ verò materiales, priores ſunt hecticæ, atque ephemeræ, ſecundæ ſunt putridæ, quæ ab Auic. dicuntur humorales.

Reſpondeatis, quòd aliud eſt dicere febrem eſſe intemperiem calidam, & B ſiccam cum affluxu materiæ, & aliud eſt dicere febrem, eſſe intemperiem calidam, & ſiccam fundatam in materia, ſi primo modo ipſam conſideremus, nulla febris eſt intemperies cum fluxu materiæ, nec Latini voluerunt febres materiales eſſe intemperies cum fluxu materiæ, ſed dixerunt febres aliquas eſſe materiales, vt oſtenderent quaſdam dari febres in corpore habentes materiam C eas fouentem, vt ſunt humores; eaſque appellarunt materiales ad differentiam aliarum, non quia exiſtimarent in intrinſeco ipſarum ingredi huiuſmodi materiam, ſcientes febris eſſentiam poſitam eſſe in ſolo illo calore igneo, & præter naturam, qui dicit intemperiem calidam, & ſiccam ſine materia; quare febres materiales ab ipſis appellatæ ſunt febres putridæ, & humorales, ephemeD ræ verò, atque hecticæ immateriales dictæ ſunt, quia non fundantur in humoribus, hæc de materia caloris extranei, quod eſt primum poſitum in noſtra definitione.

Sed rurſus inquiretis, an febris ſit intemperies? & cùm omnis intemperies ſit æqualis, vel inæqualis, in quo nam genere ipſa reponatur febris? huic quæſito reſpondeatis ex Gal. lib. de inæquali E intemperie primò, quòd febres aliæ ſunt ephemeræ, aliæ humorales, aliæ hecticæ: primæ, & ſecundæ ſunt intemperies inæquales, tertiæ verò, nempe hecticæ, ſunt intemperies æquales; rurſus inæqualis intemperies eſt in duplici differentia, vna quæ à materia ortum ducit; altera à forma, prior eſt, quando

ma-

materia, in qua accenſus eſt calor, ſit varia, vt eſt bilis, & pituita, ſecunda verò eſt, quando [illegible] ſpecie calida, non [illegible] corporis partes æquè afficit; [illegible] pe ries æqualiter afficit omnes corporis partes, vt [illegible] febris.

Sed [illegible] prediamur, [illegible] huiuſmodi [illegible], quæ Auicen. nomine extranei caloris [illegible] ſit, duplici [illegible] ad humanum [illegible] ſit ſe habere, vno quidem modo, vt determinatam [illegible] corporis partem occupet, vt [illegible], crus, & cætera, alio vero [illegible], vt vel totum ipſum occupet, vel plures partes, vel ſaltem magis præcipuas, vt docet Gal. 1. com. in 6. epid. tex. 30. Cùmq; in præſenti definitione di[illegible] fuerit inter omnia corporis membra, cor eſſe primum membrum, in quo calor hic extraneus eſt, propterea [illegible] ipſius cordis paſſionem [illegible] eſſe minimè dubitandum eſt.

Obijci tamen poteſt aduerſus vtrumque propoſitum, & primò, quod non ſemper febris accenditur in corde primò, quia dantur febres aliquæ, in quibus calor in corde non eſt accenſus, vt patet in epiala apud Auicen. in qua interiora frigent, exteriora verò calent, ergo cor non eſt inflammatum, eſt tamen in ipſa febris, deinde confirmatur à febre ephemera ex gaudio, quæ [illegible] ex motu ſanguinis, & ſpiritum à corde ad circumferentiam, ergo potius [illegible] refrigeratur.

Idque comprobari poteſt ex natura ipſius febris; nam Galeno teſte lib. de caus. morb. cap. 1. febris nihil aliud eſt, quàm immoderata totius corporis caliditas, nullam habet hic Galenus cordis mentionem, quare febris ſiue cor primò, ſiue ſecundò afficiat, ſeruat febris naturam.

Quod ad ſecundum ſpectat, ſi eſſet febris propria cordis paſſio, ſemper illi ineſſet, quemadmodum trianguli ha-

A beret tres angulos eſt propria paſſio, quæ [illegible] S[illegible] ſecundo [illegible] vtrique [illegible] & primò dico [illegible] non accidere [illegible], nam iuſtus [illegible] extra vero calefactio [illegible] ratione materiæ, quæ [illegible], ratione [illegible], & frig[illegible] ex gau-

B dio [illegible] cordis [illegible] caliditate [illegible].

Ad [illegible] aliatam [illegible] mus [illegible] loqui de natura febris ex pro[illegible], [illegible] eam [illegible] ſpecificè, & qui ab omnibus vt talis [illegible] eſt totius corporis caliditas, ac [illegible] ex profeſſo lo[illegible] natura febris vt

C primo de [illegible] fen. 3. [illegible] med. cap. 10. apertè declarauit non [illegible] totius corporis caliditatem eſſe febrem, ſed eam tantùm, in qua [illegible] cor accenſum fuerit & [illegible] afficit totius corporis c[illegible] quæ contingit poſt [illegible] calefactionem ex motu excitato.

Ad ſecundum [illegible]; quod [illegible] Logici dicunt) paſſiones proprijs ſubiectis inſunt d[illegible], ne[illegible] actu, &

D [illegible], hoc eſt [illegible], febris [illegible] non ſemper [illegible] ſit, [illegible] eſt [illegible] cor eſt illa pars, quæ primo febri ſubijcitur, deinde [illegible] eſt paſſio vna, quæ ſemper [illegible], vt riſibile in homine, altera vero non ſemper, vt ecclypſis in luna, febris eſt cordis paſſio [illegible] modo, non autem primo.

E Ex his [illegible] conſtat [illegible] particulæ officere hæſce [illegible], accenſus igitur calor [illegible] procediamur vlterius, ſubſequitur hæc particula, quæ eſt, (& procedens ab eo mediante ſpiritu, & ſanguine per arterias, & venas in totum corpus,) in hac breui definitionis febris particula quatuor [illegible]

 ſide-

ſi[illegible]to, primum eſt terminus à quo pro- A ficiſcitur hic calor, nempe cor, ſecundum eſt vehiculum caloris ad vniuerſum corpus, mediante ſpiritu, & ſanguine, ita vt ſanguis, & ſpiritus ſint vehiculum huius caloris [illegible] eſt via, per quam calor à vehiculis [illegible] per arterias, & venas, [illegible], & [illegible] eſt terminus ad quem [illegible] delationis [illegible] caloris, qui eſt vniuerſum corpus.

Dubito [illegible] bo- B rum, & probo [illegible] a corde procedere [illegible] in febre hectica calor eſt fixus & habituatus in membris, non igitur à corde procedit. Deinde in febre ſyncopali, & ephemera ex triſtitia, motus potius eſt à toto ad cor, quàm a corde ad totum; in his enim luce clarius apparet a circumferentia corporis ad interiores partes, tanquam ad centrum fieri recurſum C ſpirituum, & humorum, non eſt igitur vera hæc particula, quòd à corde proficiſcatur calor in omnibus febribus. Ad hanc dubitationem reſpondere poſſe [illegible] febres hecticas poſſe duobus modis cõſiderari, nempe quatenus ſunt in fieri, aut in facto eſſe.

Si primo modo conſiderentur, tunc dicimus, q[illegible] de [illegible] p[illegible] ditatur calor, ſi [illegible] d[illegible] iam D fixa eſt febris & [illegible] a dico [illegible] quòd adhuc à corde tr[illegible]r cal[illegible] nõ quoad eſſe, ſa[illegible] ad conſeruationem; nam ſi poſſet dari huiuſmodi febris hectica confirmata, neque in ea cor afficeretur ab hac intemperie fixa, ſtatim etiam [illegible] ret calor in alijs membris, quare ſemper in quacunq; febre à corde pro[illegible]tur calor.

Quod ſpectat ad ſyncopalem febrem, E cum duplex ſit eiuſmodi febris, vna, quæ dicitur ſyncopalis humoroſa, alia minuta, in vtraque primo facta fuit affectio in corde, à qua effluxus occaſio orta eſt quòd ſi in totum non expanſa eſt, id ex copia irruentium humorum frigidorum, in humoroſa factum eſt vel quia vna cum calore innato, qui proximus eſt extinctioni ſimul etiam extinctus eſt calor febrilis, vt in minuta. Ad ephemeram ex triſtitia dicendum eſt, quòd febris non ſit ex ea delatione humorum, & ſpirituum ad cor, quæ fit in anguſtijs animæ ſed poſtquàm facta fuit talis delatio, ſi accidat ſpiritus inflammari, & aſſum cordi communicari, & mediante corde toti corpori, quia tunc febris eſt, & hæc de termino à quo.

Quantum verò attinet ad ſecundum, nempe ad vehicula, in his quoque ſuæ occurrunt difficultates, quia primùm videmur admittere maximum cuique recte philoſophanti repugnans abſurdum, quod eſt migratio accidentis de ſubiecto in ſubiectum, videlicet caloris febrilis in ſanguinem, & ſpiritum è corde, & ab his ad totum (præterea ſpiritus, & ſanguis potius ſunt vehicula caloris viuifici, quàm febris) vehicula verò propria febris potiùs ſunt ex Gal. putrida exhalatio, fuligo, & huiuſmodi.

Sed tales difficultates facilè ſoluuntur, quandoquidem dicimus calorem à corde tranſmitti in vniuerſum corpus mediante ſpiritu, & ſanguine, non per migrationem eiuſdem caloris numero ex vno in aliud, ſed per productionem ſimilis in ſpecie, quo producto ratione continuitatis eiuſmodi partium ſucceſſiuè productarum vnus numero calor febrilis in totum conſtituitur, ratione item vnitatis ſubiecti, cui inhæret, quod vti ſubſtantia ipſum habet ſuſtentare, eiuſmodi verò caloris entitas, ſeu vt vulgò dicitur, & impropriè ſubſtantia, primum erat caloris innati, dum propriam temperiem, naturalemque diſpoſitionem ſeruabat, deinde ſupra modum accenſa, extrinſecùs accedente calore cordis, & per vehicula calor vnus numero, qui febrilis eſt, ratione ſubiecti vnus efficitur, vt ex dictis patet.

Ad aliud, vbi dicebatur ſpiritum, & ſanguinem, eſſe vehiculum caloris viuifici, reſpondendum eſt, quòd homo cõſide-

ſideratur, vel vt ſanus eſt, vel vt febre affectus, ſi primo modo verum eſt, quòd ſanguis, & ſpiritus ſunt vehicula caloris viuifici, at vbi præter naturam, & febre præſertim afficitur, nihil prohibet ab his deferri ad vniuerſum corpus malam qualitatem in corde repertam, quæ licet poſſit habere etiam alia vehicula, non tollitur tamen, quin etiam his opus ſit, quare neque hi officiunt propoſitæ febris definitioni.

Contra vias, idest ſpatia, aliquæ iam inſurgunt difficultates; primo enim oſtendi poteſt, quod non poſſit per venas, & arterias huiuſmodi delatio fieri; ſecundò, quòd ſaltem non poſſit per venas.

Primum ſic conuincitur, ex ſola alteratione partis poſt partem poteſt accendi febris diaria ex bubone, ergo & corde calefacto per ſolam alterationem partis poſt partem citra arterias, & venas poterit deferri calor febrilis in totum corpus.

Præterea ſi per venas, & arterias, ergo ſequeretur febres omnes eſſe continuas, probatur conſequentia ex eo, quòd perpetuò & continuò fit huiuſmodi delatio. Tandem ſi hoc eſſet, omnis febris eſſet ephemera, aut putrida, nulla hectica; clarè infertur conſequentia ad hunc modum, quia per venas, & arterias ſanguis ſolus, & ſpiritus deferuntur.

Quòd verò ſaltem nō per venas, probatur, quia ſi à corde, non per venas, quia à corde non oriuntur venæ, ſed arteriæ ſolæ.

Sed breuibus reſpondendum; primò itaque ad primum dicimus, dato fieri poſſe communicationem caloris per alterationem partis poſt partem, negari tamen non poteſt, quin multum conferre poſſint ſpiritus, qui in minutiſſimis arteriarum ramulis continentur, & partibus inferuntur, alias vix mente concipi poſſet, quomodo tam citò fieri debeat huiuſmodi alteratio. Si ergo ſpiritus in

A his contenti concurrunt, ergo per arterias deferuntur.

Ad ſecundum vbi dicitur, quòd inde ſequeretur, quod omnis febris eſſet continua, nonnulli reſpondent non eſſe ſatis ad febrem continuam producēdam, vt ſanguis, & ſpiritus contineantur in venis, & arterijs, ſed opus eſſe, vt materia putreſcat intra vaſa, quæ ſanè reſponſio vera eſt, ſed non aſſignat veram

B eius, quòd quæritur, cauſam; nam vt ſit febris continua, non eſt ſatis continuam eſſe delationem ſpiritus, & ſanguinis à corde per arterias, & venas, nec quòd materia putreſcat intra venas, ſed opus eſt, vt fiat continua delatio putridæ exhalationis à loco putredinis ad cor, quòd fit ſolùm, vbi putreſcit materia intra vaſa, & propè cor.

Ad tertium neganda eſt conſequen-

C tia. Ad probationem vero dicendum, quòd licet in venis, & arterijs ſoli humores, & ſpiritus contineantur, ſpecies tamen febris deſumuntur ex varia materia, in qua calor reperitur in calefacto eſſe; quandoque enim eſt in ſpiritibus, & non in humoribus, & ſolidis, vt in ephemera, quandoque in humoribus, & non in alijs; vt in putridis, quando-

D que in ſolidis, & non in alijs, vt in hectica.

Demum cum dicebatur quòd ſaltem non per venas, quia Auerroes 3. col. cap. 3. viſus eſt timuiſſe hanc difficultatem, cùm mentionem faciat tantummodo arteriarum, ſed pauci momenti videtur eſſe, quia licet primò per arterias, tamen etiam per venas, quia licet non oriantur à corde, quemadmodum arteria magna, quæ à ſiniſtro cordis ven-

E triculo prodit, in quo continentur ſpiritus, qui vbi accenſi ſunt per corpus media arteria diſtribuuntur, vena tamen caua eſt, quæ etſi à iecore prodit, non à corde, magnum tamen ramum offert dextro ventriculo cordis, in quo ſanguis continetur, qui vbi calefactus eſt, per eumdem canalem in venam re-

gurgitat, transfunditur, & inde demum per corpus. His accedit, quòd continuò venæ ipſis arterijs aſſociantur, vt facilè poſſint affectione eadem corripi, qua ipſę arteriæ.

De termino ad quem videntur eſſe grauiores difficultates, & primò ſi totum eſt febris ſubiectum, cum illud conſtet ex ſpiritibus, humoribus, & partibus ſolidis, vel igitur febris erit in partibus ſolidis tantum, & tunc omnes febres erunt hecticæ, vel in humoribus & ſpiritibus tantùm, quod ille minimè poteſt; nam ſubiectum morbi debet eſſe pars viuens, at neque humores, neque ſpiritus viuunt, vt ſcripſit Ariſtoteles quare dicendum erit omnes febres eſſe hecticas, nec putridas, nec ephemeras poſſe dari.

Secundò cum febris ſit intemperies, videtur pertinere ad ſolas ſimilares partes, non ad totum: at reſpondebit is primò eſſe in ſimilaribus, & harũ ratione in organicis, dicam ego tunc febrem non eſſe morbum vnum, cùm non habeat ſubiectum vnum.

Tertiò ſi in totum diffunditur tanquã in proprium, & adæquatum ſubiectum, ergo cor non erit ſubiectũm ipſius vt determinatum eſt. Tandem ſunt aliquæ febres, vt lypiriæ, & febrientes illi, qui ſunt proximi morti, qui febriunt quidem, nihilominus exteriora frigent, ergo non in totum corpus.

Ad primum argumentum, quod nullius eſt conſiderationis, dicendum eſt totum corpus conſtans ex humoribus, ſpiritibus, & partibus ſolidis eſſe febris adæquatum ſubiectum, ſi non ſemper in actu, in potentia ſaltem, quia omnes ipſius partes iam dictæ, febri ſubijciuntur, quando calor præter naturam in illis reperitur in facto eſſe, ita vt ſi in ſpiritibus talis calor, hoc eſt in facto eſſe, reperiatur, fiat febris ephemera, ſi in humoribus fiat putrida, tandem ſi in partibus ſolidis fiat febris hectica.

Vnde patet totum corpus eſſe ſubiectum febrium in vniuerſum, partes verò eſſe particularis cuiuſque febris, vt dictum eſt; humores enim ſunt ſubiectum putridarum, ſpiritus diariarum, ſolidæ verò hecticarum, febris itaque ſi accenderetur in partibus ſolidis, adeoque eſſent illæ ſecundùm ſe totæ in calefacto eſſe, procul omni dubio, fieret febris hectica, & tunc valeret argumentum, ſed quia accenditur in humoribus, & ſpiritibus in facto eſſe quidem, ſed cum hac conditione, vt etiam ſolidæ ſint in calefacto eſſe non tamen ſecundum ſe totas, hinc eſt, quòd illo nihil concluditur.

Hæc eſt Galeni doctrina primo de diff. lib. cap. 1. vnde etiam rectè idem Gal. lib. 8 meth. med. cap. 1. ſcripſum reliquit, ex febribus quaſdam eſſe χύτικας, alias eſſe hecticas, febres ephemeræ, & humorales ſunt χύτικαι, aut ἐν χύσει, hecticæ verò ἑκτικαι, aut ἐν ἕξει; ſunt enim febres iam dictæ in calefacto eſſe ſecundùm habitudinem, hecticæ verò ſecundum habitum, & hæc eſt communis ad hoc argumentum reſponſio, quam Saxonia non admittens ſcripſit nihil habere veritatis, proinde ex Galeno dicendum eſſe putauit 3. de præsag. ex pul. cap. 6. ephemeras, & putridas aliquando eſſe abſque totius corporis caliditate, neque in fieri, neque in facto eſſe.

Hic adiecit hunc Galeni locum maximè notatu dignum eſſe, & certè eſt dignus, qui accuratè diſcutiatur, vt Saxonia aduertit ob id præſertim, quia de hac materia nec verbum quidem loco citato Galenus habet, quinimò oppoſitũ docet 1. c. lib. 1. diff. feb. nempe, quòd in ephemera calor eſt in facto eſſe, non ſecus atque in putrida; & ſolidæ partes ſunt in calefacto eſſe, vt dictum eſt, imo verò Gal. lib. 8. meth. med. cap. 1. vult in quacunque febri, ſiue humorali, ſiue diaria, & hectica partes ſolidas eſſe ſemper in calefacto eſſe, idque declarat exemplo deſumpto à lignis, quæ vel

ſunt

ſunt propè ignem, ita vt ſummè calefiant, ita tamen vt ab illis, nec flamma, nec fumus prodeat, ſecundo modo vbi ita aduruntur, vt ab illis flamma exeat.

Ambo hæc ligna dicuntur in calefacto eſſe, ſecundū tamen magis, & minus & cum quadam alia differentia; nam ſi à prioribus lignis auferatur ignis, ſtatim aufertur caliditas quod euenire minimè poteſt in ſecundis, cum in illis iam accenſus ſit ignis: non ſecus euenit in partibus ſolidis, quæ in febribus putridis, & ephemeris incaleſcunt, ita vt actiones lędant, diſpoſitionemque talem inducant, vt affectio permanens dici poſſit, at in hecticis ita calefiunt, vt non modò diſpoſitionem, & affectionem faciant permanentem, ſed habitualem.

Aliud etiam adduxit Saxonia hoc in loco non minùs abſurdum, idque eſt, quòd actiones non tantùm à morbo læduntur, ſed ab alijs rebus, hancque propoſitionem inauditam facilè probare ſe dixit ex auth. Gal. tum primo de locis affect. cap. 6. tum alijs in locis. in quibus tamen hac de re nullum habet ſermonem, afferam tantùm eum de locis affectis, a quo accipit exemplum, quo putat ſe probaſſe ab alio, quàm à morbo lædi operationem, quod eſt, quòd vox læditur deficiente aere, ergo non læditur actio à ſolo morbo, ſed ab aeris defectu. Qui veſtrum leget cap. 6. & 7. huius libri cognoſcet planè ibi Gal. facere differentiam inter partes naturales, & animales, & modum læſionis ipſarum.

Sed ad propoſitum dico, quòd quando amittitur vox, non eſt ex defectu aeris ſimpliciter, ſed ex defectu aeris talis, nempe per exufflationem à pulmonibus ſurſum ad laryngem impulſi, non impellitur autem, quando thorax non dilatatur, nec poteſt dilatari, ſi virtus motiua per neruos ad ipſum non feratur, quemadmodum contingit, ſi nerui ipſi-

A us aliquo morbo lædantur, quare actio læſa thoracis à morbo aliquo in neruis motum ferentibus inducta eſt, ſiue ſolutio continui, ſiue aliquis alius fuerit morbus, tam in intemperie, quàm in mala compoſitione.

Poſſem etiam demonſtrare alia exempla, quæ hoc loco adducit Saxonia, nihil concludere; nam ex Gal. ſatis clarum eſt primo de diff. morb. nihil eſſe,
B quod immediatè lædat noſtri corporis operationes, niſi morbum, quod etiam apparere poteſt, vbi nerui reuulſiui ferentes motum laryngi, vel ſecentur, aut alio morbo lædantur; tunc enim vox ipſa læditur, vel diminutè, aut etiam abolitè, quod ſanè anatome facta in viuis animantibus apertè demonſtrat; nam ſi ex vna parte ſecetur vnus neruus, animal ſemiuocale redditur, at ſi vterq;
C ſecetur, omninò amittit vocem, at id non poteſt euenire ratione aeris, eius videlicet defectu, vt patet, ſed ex neruorum recurrentium ſectione vox igitur non amittitur ratione defectus aeris, ſed ob morbum lædentem neruorum deferentium facultatem thoraci, & laryngi.

Ad ſecundam argumenti partem dico, quòd non ſolū viuunt partes ſolidæ,
D verum etiam humores & ſpiritus, quare & ipſi poſſunt eſſe ſubiectum floris, falſum igitur eſt humores, & ſpiritus non viuere, vt ſupponitur ab aduerſarijs.

Ad Ariſtotelis authoritatem dicimus viuere, aut vita frui dupliciter contingere, vel in actu, vel in potentia, partes ſolidæ viuunt in actu, & ſuas faciunt actiones manifeſtas, at ſpiritus, & humo-
E res, etſi in actu non viuant, viuunt tamen in potentia: deinde Ariſt. 1. cap. lib. de ſenſu & ſenſili non dicit, quod humores non viuant, & ſpiritus, ſed dicit nec ſanitatem, nec infirmitatem poſſibile eſſe fieri carentibus vita; aliud enim eſt dicere ſanitatem, & morbum requirere corpus viuens, & aliud eſt dicere,

çere, quòd ſpiritus, & humores non viuant.

Ex hac Ariſt. authoritate habetur, quòd morbus, & ſanitas non ſunt niſi in corpore viuente, non autem habetur, quòd ſpiritus, & humores non viuant; nam præter allatas rationes ſpiritus & humores ſunt viuentia, quia ſunt partes corporis viuentis, & ordinati in vitæ totius conſeruationem.

Idem Ariſt. lib. 2. de generatione animal. cap. 1. loquens de ſemine, negat illud eſſe actu animatum ſed potentia; huius etiam opinionis videtur eſſe Fortunatus Fidelis vir ſanè per quam doctus & valde in doctrina Galeni exercitatus lib. 4. contemplationum medicarum c. 3. qui etiam docet lib 9. cap. 8. eoſdem ſpiritus ex ſententia Coſtæi habere quoſdam morbos ſibi proprios, id quod non modò verificari poteſt ex ſyncope, in qua corrumpuntur ex mala quadam aura à maligna minera eleuata, ſed etiam videmus ipſos intemperatos eſſe à varijs intemperiebus: pariuntur quoque & morbum in ſitu, vt clarè in vertigine conſpicitur.

Quare ex his confirmari poteſt ipſos ſpiritus viuos eſſe, quod etiam de humoribus eſt dicendum, de quibus loquens Ariſt. 2. de generat. animal. cap. 1. dicebat eos eſſe viuificos, eorumque actionem eſſe delationem caloris ad vniuerſum corpus, ſimulque, & nutrimenti: vbi verò ab hac actione deſiſtunt, neceſſe eſt etiam actiones partium ſolidarum deficere: cum igitur totum corpus diuidatur in partes ſolidas humores, & ſpiritus, hinc fiunt tres ſpecies, & differentiæ febrium, vt dictum eſt, & vt 1. de diff. feb cap. 1. a Gal habetur; rectè igitur cor, & vniuerſum corpus pro ſubiecto febrium in hac definitione fuit acceptum.

Dici poteſt etiam ſubiectum febris duplex eſſe, mediatum, & immediatum, cor, & vniuerſum corpus eſt ſubiectum mediatum, immediatum verò eſt illud

A idem, quod eſt ſubiectum caloris innati, ex Gal. 1. aphoriſ. com. 14. vbi ait proximum ſubiectum natiuæ caliditatis eſſe ſpiritum, humorem, & ſolidam ſubſtantiam.

Ad ſecundum dicatis eſſe vnum morbum vnitate ſubiecti proximi, ſcilicet ſubſtantiæ cui innititur, quæ primum ſecundùm naturam ſe habens erat calidum naturale.

B Ad tertium dicendũ eſt febris ſubiectum eſſe duplex primarium, & extenſiuum, ſeu adæquatum, primariũ eſſe cor, ſecundarium verò & extenſiuum eſſe totum corpus, vt dictum eſt.

Hanc reſponſionem, quæ communis eſt Auicennæ, & omnium Medicorum, Saxonia vul. eſſe corrigendam, atque oportere dicere primò & per ſe febrem eſſe cordis paſſionem, ex accidente non

C neceſſario totius corporis; quòd ratione probat, & auth. Gal. ratio eſt, quia ideo febris eſt paſſio totius corporis, quia cor eſt fons ſpiritus, & caloris, qui per venas, & arterias in vniuerſum corpus diſtribuitur, is verò ſi non poſſit diſtribui, tunc eſſet febris. Authoritas Gal. eſt lib. 6. epid. com. 1. tex. com. 30. vbi inquit Galenus, iuxta expoſitionem Saxoniæ, febrem eſſe paſſionem cor-

D dis primariò, per accidens tamen, & in reliquis partibus nonnunquam accendi.

Sed nec ratio, nec authoritas tales ſunt, vt demonſtrare poſſint totum non eſſe ſubiectum febris, quia cor eſt fons caloris, vt ſic autem ſemper ad totum corpus tranſmittit, & ſpiritum, & ſanguinem, neceſſarioque ſemper talis ſit progreſſus, à corde nempe ad totum corpus, alioquin animalia perirent.

E Quemadmodum igitur ſe habet calor naturalis in corpore ſano, ita ſe habet calor febrilis in infirmo, vbi ſemel eo tale corpus obſidetur, ſed conſtat planè cuiq; ſemper calorem cordis mediante ſpiritu, & ſanguine per vniuerſum corpus delabi, pari ergo ratione euenire neceſſe eſt, vt calor febrilis ſem

per

per per totum corpus tranſmittatur, ergo à corde ſemper, & neceſſariò fit caloris delatio; talis enim eſt propenſio caloris cordis ad totum corpus, qualis eſt propenſio grauis ad ſuum centrum, ſed graue ſuapte natura ſemper deorſum tendit, niſi impediatur, ergo etiam quando calor extraneus accenſus eſt in corde, neceſſariò per vniuerſum corpus diſtribuitur.

Nec videtur poſſe dici talem progreſſum à corde ad corpus caloris huius breuiſſimo tempore ceſſare, quia cum cor ſit fons caloris & vitæ vbi ceſſat ab hac tranſmiſſione, ſtatim vita totum corpus priuatur; non ſecus atque obſeruamus, vbi facultas vegetatiua ceſſat à ſua operatione, ſtatim quoque partes mortificari, quare non poteſt dari inſtans, multò minùs breue tempus, in quo calor cordis retineatur abſque tranſmiſſione ſui ad vniuerſum corpus, non igitur poteſt dici, quòd in corde retineatur, eo que tempore fiat febris.

Deinde ſi febris fieret vt fulgur, dici fortè poſſet ipſam fieri in corde, antequam ſpiritus, & ſanguis tranſmitterentur ad vniuerſum corpus, ſed vt 3. de criſibus dicebat Gal. non fit febris in breuiſſimo tempore vt fulgur, non igitur febris dici poteſt fieri in illo breui tempore, in quo calor in corde mutatus eſt ad igneam naturam, antequam expandatur. Succedit, quòd de ratione febris eſt, vt lædantur totius corporis actiones, id quod requirit tempus, in quo etiam fieri debet caloris diſtributio in totum corpus, alioquin non poſſent totius corporis lędi actiones.

Et quàuis Nicolus Florentinus tract. 2. ſumma 1. ſermonis 2. cap. 5. fuerit huius opinionis, vt putaret ad febrem faciendam non eſſe neceſſarium hunc progreſſum à corde ad totum corpus, nihilominus conſiderans febrem, vt febris eſt, faſſus eſt eſſe opus. vt per illum operationes lædantur; prout in diffinitione febris aſſumptum eſt, licet pro-

A nunciauerit id eſſe per breuiſſimum tempus, & in eo febrem eſſe in corde, neq; neceſſarium eſſe progreſſum, vt febris conſtituatur, ſed quantum ipſe allucinatus fuerit ſimul cum Saxonia, qui in hac materia ipſum ſectatus eſt, ſatis ex ſuperioribus patet, & ex his perſuadeor rationem Saxoniæ nullius momenti eſſe.

Venio ad authoritatem iam ſupra citatam, quam ex Gal. adduxit, ſuæ tamen
B opinioni contraria illa eſt, ſi rectè attendatur. Gal. verba ſunt hæc. Eſt autem febris ſubſtantia, non ſecundùm [illegible] optimoſq; medicos, ve- [illegible] dum [illegible] hominum [illegible], præter naturam caliditas [illegible] in totum extenſa [illegible] tamen in pluribus, [illegible] è in præcipuis eueniens [illegible].
C [illegible] apparet Gal. hoc [illegible] febrem [illegible] per ſe [illegible] cordis paſſionem, ex accidenti vero eſſe totius corporis, vt illi imponit Saxonia, ſed quod febris tunc fit, quando caliditas extranea eſt per totum.

Ad vltimum reſpondet Auicen. tractatu proprio id eſſe per [illegible] mentum, & [illegible]
D [illegible] dum eſſe niſi aliquid impediat, [illegible] de [illegible] graui il- [illegible] quod d[illegible] ſũ mo [illegible] impediat. In morbun [illegible] fugent ob impoten- [illegible] ex[illegible] ctinci proximi, qui [illegible] amplius regere [illegible] poteſt, [illegible] cum febri i etiam euaporat, & hebetatur natura.

Quod difficultatē facit in hac eadem
E definitione [illegible] particula, cum dicitur (nocere operationibus naturalibus) nam ſi operationes naturales in definitione poſitæ ſunt ad differentiam vitalium, & animalium, diminuta, & falſa videtur iſta definitio: diminuta quidem, quia in multis etiam vitales læduntur, vt in ſyncopalibus, imo verò in omni-

bus

bus febribus læ[illegible] pulſus, tum reſpiratio, [illegible] ephemeris non [illegible] calor blandus ma[illegible] ſit; & Hippoc. 2. Aphoriſ. 28. [illegible] que contin[illegible] corpus [illegible].

Si vero [illegible] ex[illegible] omnes fe[illegible] am[illegible] bentes, tunc [illegible] reddi [illegible], qu[illegible] febricitantibus [illegible] a gi[illegible] videmus, in illis [illegible] [illegible] ab [illegible] [illegible] exce[illegible] [illegible].

[illegible] eſt [illegible] contra [illegible] & maximè [illegible] ratione; a natura [illegible] [illegible] auten dicu[illegible] ne [illegible] quod al[illegible] præterea [illegible] de[illegible] perles a[illegible].

Si [illegible] cenna tra[illegible] ſ[illegible] Auicen[illegible] dete[illegible] A[illegible].

[illegible] Auicenna dicit, [illegible] Galenus [illegible] ita vt voluerit [illegible] eſſe

A de via, non autem de termino ad quem, & ratio [illegible] adducit explicans in hoc Gal[illegible] [illegible]ntem, eſt, quia cùm vltimus ter[illegible]us mutationis huiuſce ſit ignis, ad [illegible] ſi mutatio hæc perueniret, qui f[illegible]e corripe[illegible]entur, omnes ab igne vi[illegible] non potuit igitur Galenus per [illegible] intelligere terminum, ſed motum, & viam quandam ad terminum.

B [illegible] verò Auicennas pronuntians ipſum [illegible] extraneum acceſum febrem [illegible] terminum, & non viam in [illegible] ſuit non ergo eadem eſt de[illegible] ris, & à Galeno, & ab Auic[illegible] Auicenna verò alio vti[illegible] candem conci[illegible] ex hac enim [illegible] plura ſubſequerent[illegible].

C P[illegible] febris non ſit morbus, [illegible] omnis enim morbus d[illegible] ſymptoma verò eſt pathos, [illegible] voces denotant, alter[illegible] in fieri altera in facto eſſe, [illegible] eſſentiam febris eſſe in [illegible] iam ſequeretur eſſe pa[illegible] hoc [illegible] pa[illegible]onem: omnes tamen [illegible].

D [illegible] quod ſi conuerſi[illegible] de f[illegible] ſequeretur nullam [illegible] e[illegible] intemperiem, & [illegible] quæ [illegible].

[illegible] & natura [illegible] per naturam, quia [illegible] mutatur, remanet [illegible] naturalis aliqua por[illegible] mutatus eſt, & ter[illegible] acquiſiuit, non eſt

E a[illegible] natiuus calor, ſed præter naturam.

Hæc ſunt, quæ contra poſitam deſeri [illegible] difficultatem faciunt. Secunda difficultas eſt, quia diximus Auerr[illegible] d[illegible] eandem eſſe cum hac de[illegible] Auicennæ, cùm tamen Auerroes lib. 3. colliget cap. 3. ſcripſerit febrem

febrem eſſe calorem compoſitum ex duobus caloribus, naturali nempe, & extraneo, non igitur dicendum eſſe videtur vnicum eſſe calorem, nempe extraneum.

Auget difficultatem Augenius, qui hanc Auerrois definitionem tribus rationibus euertere contendit, prima eſt, illud pro eſſentia, & definitione febris ponendum eſt, ad quod prima ratio curandi dirigitur, id autem eſt calor extraneus, non compoſitus ex naturali, & extraneo, quare ſolus calor extraneus in definitione accipiendus, non igitur compoſitus ex naturali, & extraneo.

Secunda ratio, ille calor ſolus debet in definitione febris aſſumi, qui lædit operationes, at naturalis calor non lædit operationes, imò perficit, ergo non eſt ponendus in hac definitione, alioquin ſi poneremus ipſum calorem naturalem, opus eſſet etiam ad illud dirigere curationem, eſſet proinde auferendus; nam cùm eſſentia febris indicet ſui ablationem, eaque conſtet ex naturali, & præter naturam calore, opus eſſet omninò ipſum calorem naturalem auferre, quo nihil abſurdiùs audiri poteſt; idem enim eſt, ac ſi diceremus ægrotantes eſſe interficiendos.

Poſtrema ratio, ſi febrilis calor compoſitus eſſet ex naturali, & præter naturam, ſequeretur procul dubio, quòd actiones, quæ à febricitantibus, vt tales ſunt, proficiſcuntur, ab vtroque calore prodirent, quare omnium operationum læſio ad compoſitum illum calorem referenda eſſet, quod omninò abſurdum eſt, cùm actiones permixtarum cauſarum permiſta eſſe debeant, proindè neceſſarium omninò eſt, vt à calore naturali actiones proueniant naturales, & à præter naturam præternaturales; actiones naturales ſunt concoquere, alterare, conſeruare, generare ſanguinem, & huiuſmodi, præternaturalis verò caloris munus eſt corrumpere, putrefacere, adurere, & huiuſmodi, & ſic in defini-

A tione opus eſſet ſimul cum læſione actionum ponere etiam ipſarum conſeruationem, quod abſurdum, vt patet: hæc Augenius lib. 1. de feb. cap. 10.

Nobis autem ad primam difficultatem de febre dicendum videtur Galenū non intelligere per mutationem motū, & viam ſimpliciter, ſed etiam terminū ad quem; nam quod mutatur, dum mutatur, recedit quidem à termino à quo,
B ad terminum ad quem properans, & quantùm recedit plus à termino à quo, magis perdit de ipſo, & plus acquirit de termino ad quem, in quo eſt latitudo magna.

Cùm enim attingit tantam quantitatem, vel vt aptiùs loquamur, tot veluti gradus ipſius termini ad quem, nempe ignis, vt ſit aptus lædere actionem, tunc eſt febris, nec opus eſt vlteriùs progre-
C di, nempe ad perfectā ignis acquiſitionem, vt ſit febris, ſed ſatis eſt acquiſiuiſſe tot veluti gradus eius, quot ſint ſatis ad febris conſtitutionē: res pari ratione ſe habet, ſicut in ſanitate; adeſt enim ingens in illa latitudo differens ſecundū magis, & minus, ſic ergo videre eſt etiam in latitudine rei præter naturalis.

Nam vbi calor ille à naturali ſtatu
D exiens, tanquam à termino à quo, veniens, & properans ad terminum ad quem attingit conſtitutionem præter naturam, tunc mutatus eſt ad igneam naturam, quamuis reſpectu ignis ſit in mutatione, ad quem tamen terminum deuenire non poteſt, eò quòd non ſit opus; nam in corpore noſtro non poteſt reperiri talis conſtitutio: ad hoc verò vt fiat febris, ſat eſt, ſi calor ad eum gradum
E perueniat, in quo rectè de illo dici poſſit, quòd ſit præter naturam, & lædat operationes, tunc autem cùm mutatus eſt ad præternaturam, dicitur facta mutatio caloris naturalis ad præter naturam, quæ eſt formalis cauſa læſæ operationis.

Non igitur definitio à Galeno tradi-

ta declarat modum generationis, ſed febris ipſius naturam, quaſi dicens tunc febris cenſenda eſt, quando caloris naturalis mutatio eſt facta ad igneam naturam, non quidem ad ignem, ſed ad certum caliditatis gradum, qui terminos naturales excedit.

Vnde Auer. tertio colliget cap. 3. dicebat quod calor febrilis eſt permutatio caloris naturalis permutati in quantitate, & qualitate operandi in corpore operationes non naturales, aut in materia non naturali, volens mea opinione ſummus hic philoſophus hac dicendi formula nobis demonſtrare calorem præter naturam eſſe in duplici differentia alium, qui permutatur ad gradum talem, vt longè ſuperet caloris naturalis temperiem, ſed tamen nondum lædat operationes, vt iræ, aut laboris calor, & in hoc genere calor febrilis non eſt; alterum verò, qui non modò excedit gradum caliditatis naturalis, ſed etiam lędit operationes omnes corporis, qui in duplici poteſt eſſe differentia.

Cùm alius ſit, qui longè excedat in gradu calorem naturalem, cùm is, nempe calor naturalis, non excedat ſecundum gradum, calor verò febrium ardentium tertij gradus terminos extremos attingit: alius verò, qui quandoque non excedit calorem naturalem in gradu, vt eſt malignarum, & peſtilentium febrium calor, ambo tamen lædunt operationes, quare iſti calores dicuntur quantitate, & qualitate lædere operationes; proinde concludẽtes dicimus mutationem accipiendam eſſe ſub ratione termini ad quem.

Quare etiam concludimus definitionem Galeni declarare eſſentiam, & formam ipſius febris, non autem, vt dicebat Augenius, ſolummodo modum generationis, & ex hoc fundamento apparet rationes adductas aduerſus hanc definitionem eſſe vanas; nam mutatio hæc, vt dixi, non eſt in fieri ſolùm, ſed A in facto eſſe, habetque rationem termini ad quem, à quo ſit denominatio, non termini à quo: & hæc ſunt, quæ ſatisfacere poſſunt primæ difficultati.

Venio ad ſecundam definitione Auerrois, quam diximus eandem eſſe cum definit. Galeni, & Auicen. de qua dicebat Augenius non rectè in definitione acceptum fuiſſe calorem compoſitum; pro cuius rei vera intelligentia B oportet primò noſſe calorem extraneum eſſe in duplici differentia, videlicet alium, qui à toto genere præter naturam eſt; alium, qui extraneus quidem eſt, ſed non à toto genere.

Hanc doctrinam elicere poteſtis à Gal. lib. 5. de ſimpl. med. fac. cap. 6. vbi ſcribit triplicem in noſtro corpore fieri alterationem, vnam à calore naturali ſimpliciter, alteram à calore huic omC nino contrario, qui præternaturam abſolutè dicitur, alteram tandem eſſe, quę fit à calore naturali, & præter naturam, hanc eandem doctrinam ab eodem Galeno confirmatam videmus lib. 1. de diff. feb. cap. 6.

Ex quibus habetis etiam calorem extraneum quendam eſſe talem à toto genere, vt omninò ſuperet caliditatem naturalem, nullamque ſecum mixtioD nem habeat, & talis calor non poteſt dici compoſitus; ab hoc autem calore prodeunt corruptiones, & reliquæ operationes pręter naturam ſimiles his, quę in cadaueroſis corporibus fiunt; ex toto enim ſuperatus eſt calor naturalis; alterum verò eſſe calorem naturalem admiſtum calori præter naturali, & hic eſt, de quo in præſenti definitione loquitur Auerroes, quando dicit febrem eſſe comE poſitam ex naturali, & extraneo calore; nam ex parte, qua perficit actiones dicitur naturalis, ex parte verò, qua corrumpit actiones, dicitur extraneus, ſtante hac Galeni veriſſima doctrina, poſſumus Augenij reſpondendere argumentis dicentes, quòd prior calor non ſumitur in definitione, ſed ſecundus.

Et

Et ad primum argumentum dicimus, quòd ratio curandi ea eſt, quæ ſumitur ab indicationibus quidem, hæ autem indicationes ſunt duæ in genere, vt ex tritiſſima Gal. doctrina apparet, vna, quæ ſumitur à re naturali, alia à re præter naturam, cumque ab vtraque ſumatur indicatio ad vtramque dirigitur curatio, ſed cùm æquè, & primò ſeruandum ſit id, quod eſt ſecundùm naturam, mox auferendū id, quod eſt præter naturam, ideo falſum eſt, quòd dirigenda ſit curatio ad calorem extraneum ſolum, qui ita refrigerandus ſit, vt extinguatur, ſine tamen læſione caloris naturalis: ad vtrumque igitur calorem dirigitur curatio, quamuis alia, & alia ratione.

Nam vnus reſpicitur, vt auferatur, alter verò, vt conſeruetur, vterque igitur calor accipitur in definitione febris, vt ſupra diximus, nec propterea dicimus horum duorum calorum talem eſſe compoſitionem, qualem obſeruamus fieri ex materia, & forma, ſed eſſe quandam compoſitionem, qua oſtenditur in febre ſemper adeſſe vtrumque calorem, cùm tamen extraneus læſionem faciat in operationibus, & eo quòd habeat rationem prædominij, magis ei competere videtur definitio, quamuis non ſemper idem robur, aut eandem virtutem habeat in principio, atque in fine.

In principio enim videtur dominari ipſi calori naturali, in fine verò è contra calor naturalis dominium habet, vt contingit in febribus ſalubribus, contrarium tamen euenit in febribus lethalibus, in quibus ex toto dominatur calor præternaturam; tunc enim ægrotantes in extremo laborare dicimus, ergo compoſitus calor impropriè eſt idem, ac ſi diceremus, calor naturalis factus eſt extraneus, non autem extinctus ab extraneo, ſed oppreſſus ita, vt ſuas operationes perfectas moliri non poſſit.

Ad ſecundum Augenij argumentum

A dicimus calorem innatum duobus modis conſiderari, vel vt ſolus eſt, & tunc facit operationes purè naturales, vt dicebat Galenus in prima alteratione, vel quatenus extraneus iam factus eſt, & ſuas facit operationes quidem, ſed impeditas, quemadmodum Gal. ſcribit fieri in tertia operatione, ideſt in puris generatione, & tales ſunt febrientium operationes, vt ſupra ex Galeno 1. de
B diff. feb. dictum eſt, & hic calor naturalis eſt, qui ponitur in hac definitione.

Nec valet dicere, ergo oportet curationē ad illū dirigere, & per conſequens illum extinguere, quia vt ſupra dictum eſt, curatio fit conſeruando, & auferendo, calor quà naturalis eſt conſeruatur, quà verò extraneus aufertur: valeret conſequentia, ſi calor naturalis eſſet præ
C ter naturam, id quod eſſe non poteſt, ergo neq; fieri poteſt, vt extinguatur in curatione.

Ad tertiam rationem, quæ nullius momenti prorſus eſt, concedimus actiones in febrientibus, vt tales ſunt, fieri ab vtroque calore, ſed cùm calor præternaturalis magis vigeat, ſuæ operationes quoque magis conſpicuæ ſunt, calor verò naturalis ſuas molitur ope-
D rationes, ſed impeditus eas perſpicuè facere minimè poteſt, idque ſecundùm magis, & minus, vt apparet in generatione puris.

Cum enim vigentibus febribus læſio operationum appareat magis, quàm naturalium conſeruatio, hinc eſt etiam, quòd calori præternaturali tota actio attribuitur; niſi tamen calor naturalis operaretur, id contingeret, quòd in
E prima alteratione à Galeno ſcriptum eſt fieri, nempe actionem caloris præternaturalis talem, qualem in cadauerofis corporibus, aut in partibus, quæ moriuntur, vt in gangrænis, & ſphacelis quotidie fieri obſeruamus; in principio quidem febrium, augmento, aut ſtatu videmus magis vigere calorem

extraneum, in declinatione verò magis dilucidè conſpiciuntur vires caloris naturalis, in febribus videlicet ſalubribus.

Continuò enim iſti duo calores inter ſe pugnant, & quilibet eorum ſua tempora habet, in quibus vnuſquiſque vigere cernitur; vnde ſemper ab horum duorum calorum permiſtione, operationes permiſtæ fiunt, nec propterea in B definitione febris ponenda eſt actionis conſeruatio; quia ipſa nõ conſideratur, niſi quatenus actiones naturales deprauat, ſic vitiat: cum igitur febris, vt talis eſt, impedimento ſit, ne probè fiant actiones, ideo tantummodo ponitur læſio operationum in definitione; cum e- A nim dicitur actionum læſio, ſupponitur adeſſe actiones naturales, quæ labefactantur.

His ergo ad hunc modum determinatis facilè vnicuique veſtrum clarum eſſe poteſt idem voluiſſe Auer. atque ſcripſit Gal. & poſt Gal. Auicen. quare concludendum eſt veram, & germanam febris definitionem eam eſſe, quam nobis tradidit Auicennas, vbi ait, quòd B febris ſit calor extraneus, idem ſibi volens; ac Gal. qui dixit eſſe calorem extraneum in igneam naturam mutatum, quod idem voluit Auerroes, quando dixit, quòd eſt calor compoſitus ex naturali, & præter naturam, vt ex dictis ſatis, ſuperque patet.

DE DIFFERENTIIS FEBRIVM:

CAPVT TERTIVM.

NAtura febris propoſita, difficultatibuſq; aduerſus eam euerſis, antequam particularium febrium ſpecies attingã, D operæ pretiũ duxi quinque capita, tamquam præludia quædã neceſſaria afferre, quorum primum eſt, de differentijs febrium in genere, deinde de cauſis earundem, tertio loco de corporibus tam paratis, quàm nõ paratis ad febrem, ad hæc de febrium temporibus, ac tandem de præcognitione ſtatus morbi.

Ad primi igitur capitis rectam intel- E ligentiam opus eſt, vt febrem tanquam genus quoddam in ſuas differentias diuidamus, quod ſanè non eſt admodum facile; nam plerique ex philoſophis, vt Ariſtoteles, & ante ipſum Plato, ac Theophraſtus teſtati ſunt rem admodum difficilem eſſe genus aliquod in ſuas proprias differentias diſtribuere, vt mirum eſſe non debeat, ſi Galenus ſummus philoſophus, omniumque medicorum præſtantiſſimus alios medicos, nec vul- D gares reprehendat primò de differentijs febrium cap. primo, quod febrem in ſuas proprias differentias partiti ſine perperam, & abſque iudicio.

Idque profectò contingere ſolet ratione imperitiæ logicæ; nam qui huius facultatis inſcius eſt, in diuidendo multifariam peccat, præſertim tribus modis.

Et primò. quando omittit differen- E tias à rei diuidendæ eſſentia accipiendas, & ad eas, quæ ex accidentibus oriuntur, procedit, vt ſi quis animal diuiſurus omittat rationabile, & irrationabile, & ad album, & nigrum ſe conferat, vt in exemplo, cum deberet dicere, animal vel eſt rationale, vel irrationale, dicat, animal, vel eſt album, vel nigrum.

Pec-

Peccat, & ſecundo modo accipiens differentias à rei natura prodeuntes, ſi cum illis admiſceat differentias ab accidentibus euenientes, vt ſi quis dicat, animalium quoddam rationale eſt, quoddam bipes, quoddam quadrupes, quoddam verò irrationale.

Tertiò contingit error, ſi quamuis diuiſio fiat per differentias eſſentiales ſolum, aliquis deſiſtat, antequam vltimæ attingantur differentiæ, in quibus ſolis ſiſtendum eſſe iubebat Plato, vt ſi qui diuidens elementum in vocale, & conſonans putat non eſſe vlterius procedendum.

In febrium igitur diuiſione antiqui medici labebantur vno ex his modis propoſitis, quos Galenus grauiter notat: quocirca in diuidendo hoc febrium genere oportet, vt ipſius differentias omnes eſſentiales inueniamus; deinde accidentales, neque vnquam acquieſcamus, quouſque omnes inuentæ fuerint.

Propterea ad euitandas ineptas horum medicorum diuiſiones, neceſſe eſt vt animum ijs, quæ a Galeno docentur, adhibeamus, vbi in primis verbis primi capitis de differentis feb. dicebat. Febrium differentias quaſdam eſſe eſſentiales, hoc eſt à natura, & eſſentia febris prodeuntes; alias verò eſſe accidentales.

Quas rurſus diuidit in duas differentias pro accidentium natura, & prærogatiua; nam alia ſunt proximiora naturæ, & eſſentiæ febris, alia verò remotiora. Eſt autem hoc in loco notandum eſſentiam febris metaphoricè dici, & ſimilitudine quadam, cum febris ſit accidens, quod vt in alio ſubiectetur, neceſſe eſt.

Sed appellamus differentias eſſentiales, quæ à natura ipſius deſumi poſſunt; verùm ipſius febris naturam poſuimus in calore, qui calor tribus modis conſiderari poteſt. Primo modo, vt eſt accidens quoddam ſubiecto inhærens.

A Secundò quatenus eſt qualitas de tertia ſpecie qualitatis. Tertiò quatenus participat de natura ignis, & eſt qualitas maximè mobilis.

Si primò modo eſſentiales febris differentias contemplemur, videbimus non poſſe eſſe plures, aut pauciores, tribus, pro vt ſubiectum, in quo febris accenditur, eſt triplex, nempe ſpiritus, humores, & membra ſolida, quæ ab

B Hippocrate ſub nomine continentium, contentorum, & impetum facientium comprehenduntur: per continentia, partes ſolidas, per contenta humores, per impetum facientia ſpiritus intelligens: hæcque differentia febris apud Galen. & Auic. maximè propria eſt.

Secunda deſumitur à calore, vt eſt qualitas quædam de tertia ſpecie qualitatis, cuius proprium eſt ſuſcipere magis, & minus: quare hæc ſecunda febris

C differentia eſſentialis erit deſumpta ab intenſione, & remiſſione caloris febrilis.

Tertia differentia eſſentialis erit deſumpta à motu caloris, & vt dicit Galenus à modo motus ipſius.

Sed iam conſideremus vnamquamque differentiam, & primò primam, à qua tres febris differentiæ eſſentiales

D prodeunt, vt ſubiectum, in quo calor accenditur, eſt triplex; nam ſi accendatur in membris ſolidis, appellatur febris hectica; ſi in humoribus, dicitur putrida; & quoniam contingit fieri febres ſynochas imputres, ideo Auicennas has febres omnes humorales vocauit; Græci verò omnes appellarunt putridas, ab eo quod frequentius contingit; nam ſæpius euenit, vt febres ab humoribus

E fiant putridæ. Denique ſi calor accenditur in ſpiritibus, dicitur ephemera, ſeu diaria febris, cuius ſubiectum vnicum eſt, cum non poſſit diuidi in alias febris ephemeræ differentias.

A ſubiecto igitur febris ephemeræ nullæ deſumi poſſunt differentiæ; ac ſi aliquæ à medicis afferantur, eas accipi-

unt

unt à cauſis præincipientibus, à quibus proficiſcuntur; huiuſmodi autem cauſę poſſunt ad duo capita reuocari, nempe ad ea, quæ intra corpus noſtrum ſunt, & ad res exteriores.

Rurſus, quæ ſpectant ad corpus, conſiderantur, vel vt ad corpus, vel vt ad animum referuntur: ſi ad corpus, eſſe poſſunt immoderata ſitis, nimia fames, nimia ſatietas, nimia euacuatio, nimius potus, ebrietas, cruditas, inflammatio, ſyncope, dolor acutus, obſtructio, adſtrictio, & id genus.

Ad animum reducuntur ira, amor, timor, mœror, mœſtitia, triſtitia, hilaritas, anguſtia, & huiuſmodi.

Exteriora ſunt calor, frigus, adhæſio corporis calidi, corporiſque adſtringentis, vinum, cibus calidus, medicamentum calidum; nam ab his omnibus ſumuntur febrium ephemerarum differentiæ; vnde dicimus aliam febrem ephemeram prouenire ab ira, furore, mœrore, & huiuſmodi, aliam à cruditate, adſtrictione cutis, ebrietate, ſatietate nimia, & quæ ſunt huiuſmodi, ſimiliter à calore, à nimio exercitio, & ab alijs rebus exterioribus: quare febrium ephemerarum differentias non aliunde deſumimus, quàm à prædictis rebus.

At febres, quas putridas vocamus, cum ſubiectum habeant multiplex, & æquiuocum, ab eius diuerſitate innumeræ deſumuntur differentiæ; dictum enim fuit calorem accendi in humoribus, qui vnica ſanguinis maſſa comprehenduntur: ſunt autem hi numerò quatuor, nempe ſanguis, bilis, pituita, & melancholia, quare, & quatuor primæ febrium differentiæ ſtatim exoriuntur; nam ſi calor accenditur in ſanguine, fit febris ſanguinea; ſi in bile, bilioſa; ſi in pituita, pituitoſa; ſi in melancholia, melancholica.

Verùm huiuſmodi febres habent etiam propria nomina, quandoquidem ſanguineæ dicuntur ſynochi; bilioſæ ardentes, & tertianæ; pituitoſæ dicun-

A tur quotidianæ, ad quas pertinent etiam aliæ, vt lypiriæ, & epialæ; melancholicæ verò quartanæ vocantur, quibus ſubiacent quintanæ, ſextanæ, & quæ quæ ſunt huius generis.

Rurſus ſynochi verſantur in duplici differentia; nam vel ſanguis ſolùm incaleſcit abſque eo, quod putreſcat, vel iam putreſcit; ſi primo modo fit ſynochus imputris; ſi verò putreſcat, fit ſy-
B nochus putris, hoc eſt febris concluſa, aut continens dicta: & hæc eſt ſanguinis prærogatiua, nempe quod ex ipſius ſola accenſione fiat febris ad differentiam aliorum humorum, à quibus non fiunt febres, niſi putreſcant; quamuis Ioubertus in ſuis paradoxis, velit omnes febres fieri ex bile accenſa non putrefacta. An verò ſanguis putreſcens poſſit
C facere propriam febrem ſeruata ſanguinis natura, ſuo loco intelligetis; & iſtæ ſunt febrium differentiæ, quæ ab hoc ſucco fiunt.

Venio ad alias, eaſque conſidero ratione communitatum, quas habent ad inuicem; deinde quatenus inter ſe differunt. Primò quidem conueniunt, quia nullus humor poteſt febrem producere, niſi putreſcat. Cum item in illis duplex ſpecies putredinis prouenire
D poſſit; vna, vt ſupra dictum eſt, communis, & regularis; altera, quæ in excellenti putredinis gradu eſt poſita, quam plerique varijs nominibus appellarunt: à priori putredine febres putridæ proportionatæ fiunt, de quibus nunc, & primò de ſuis differentijs agendum venit.

Ex altera verò putredine fiunt febres peſtilentes quæ etiam vocantur mali-
E gnæ, de quibus ſuo loco in particulari tractabimus.

Vna igitur eſt communitas, in qua omnes humores putreſcentes conueniunt, & ab hac omnes febres nomen aſſumunt, putridæque vocantur. Secundò conueniunt ratione locorum, in quibus ijdem humores putreſcunt, quandoqui-

dem

dem poſſunt putreſcere tam intra venas, quàm extra venas. Tertiò conueniunt ratione denominationis loci, in quo ipſi putreſcunt, nam ſi intra vaſa, dicuntur febres continuæ; ſi extra, intermittentes.

Differunt verò inter ſe, quia ſi bilis putreſcit intra vaſa, fit quidem bilioſa, ſeu tertiana continua, quę tamen adhuc quaſdam habet differentias pro loci vaſorum diuerſitate, & materiæ bilioſæ differentia.

Siquidem ſi putreſcat bilis intra vaſa magna, quæ ſunt prope cor, generatur vna febris bilioſæ differentia, quæ dicitur febris ardens, febriſque concluſa, & etiam ſynochus bilioſa, quæ aſſumit differentias à varia differentia ipſius bilis; nam vel flaua eſſe poteſt, vel vitellina, vel æruginoſa; hæ autem differentiæ ſunt reſpectu futuri euentus, cum vna ſit altera magis periculoſa.

Si verò bilioſa materia putreſcat intra vaſa quidem, ſed à corde remotiora fit febris tertiana continua; quæ adhuc eſt in duplici differentia; nam vel ſingulis diebus acceſſio recurrit; vel alternis tantùm diebus. Si primo modo fit continua ſeruans ordinem duarum tertianarum. Si ſecundo modo fiunt vocatæ tritæophies, ſed hoc ſuo loco fuſius, & clarius declarabimus.

Si verò bilioſus humor putreſcit extra vaſa, vel ſolus putreſcit, vel admiſcetur ei pituita, aut melancholia. Si ſolus putreſcit, fit febris tertiana intermittens, ſed exquiſita; ſi cum pituita fit febris tertiana nota, quam Arabes appellant maioris famæ; ſi cum melancholia fit tertiana minoris famæ.

Ruſus ſi materia pituitoſa putreſcit intra vaſa, fit modò quotidiana continua, modò febris ardens impropriè dicta; nam ex pituita acida, vel inſipida, aut alia putreſcente intra vaſa fit quotidiana continua; ſi verò pituita ſalſa putreſcat intra vaſa fit febris ardens, ſeu cauſos impropriè dicta; cum verò pituita extra vaſa putreſcat, fit quotidiana intermittens.

Hoc idem dicendum eſt de febre quartana; nam ſi intra vaſa, dicitur quartana continua, ſi extra, fit intermittens quartana, & aliæ etiam, vt quintana, ſextana; &c. Iſtæ ſunt omnes differentiæ febrium putridarum, quas proportionatas appellant.

Sunt, & aliæ febres quidem putridæ, ſed à putredine excellenti ortum ducentes, quæ in duplici adhuc ſunt differentia; cum aliæ ſint peſtilentes veræ, aliæ verò peſtilentes non veræ, quas malignas, & mali moris appellant, ad quas referuntur tam lypiriæ malignæ, quàm epialæ, τιμφυγώδεις vocatæ, ἐλώδεις, καὶ τυφώδεις, ſed de his ſuo loco. Habetis igitur differentias febriũ deſumptas à ſpiritibus, & humoribus tanquam à materia, aut ſubiecto.

Venio ad eas febres, quæ pro ſubiecto habent partes ſolidas, & à medicis hecticæ vocantur, quarum tres ſunt differentiæ, pro vt triplex eſt illis ſubiectum. Primum eſt prima humiditas; alterum eſt ſecunda humiditas, & tertium eodem modo eſt tertia humiditas. Si accendatur prima humiditas, fit febris hectica primæ ſpeciei; ſi ſecunda, fit illa ſecundæ ſpeciei; ſi demum tertia, tertiæ ſpeciei hectica naſcitur.

Sunt, & aliæ huius generis differentiæ, prout cor diuerſimodè læditur, quandoquidem quibuſdam cor areſcit tantùm; alijs verò cordis ſubſtantia ad putredinem diſponitur, rore ipſius iam putrefacto; ſed huiuſmodi differentia ad hecticam malignam refertur.

Videamus modò, quæ ſint illæ differentiæ, quæ ab intenſione, & remiſſione deſumuntur; deinde contemplabimur illas, quas à tertio capite deſumi diximus, nempe à motu caloris, aut à modo motus.

Sed vt verum fatear, hæc duo capita tantam ad inuicem habent affinitatem, vt à ſcriptoribus ſæpè confundantur;

nam

nam Hippocrates 6. epid. ſcriptum reliquit febrium quaſdam eſſe manui mordaces, alias mites, alias poſt inſurgentes, acutas aliàs, ſed manui ſuccumbentes, alias eſſe exardentes; tandem nonnullas puſillas, ac debiles.

Auctores grauiſſimi inter ſe contendunt, quomodo iſtæ differentiæ eſſentiales collocari debeant ſub prædictis capitibus; nã Franciſcus Valleſius 6. epid. con. tex. 29. tradidit primã diuiſionem quadrimembrem eſſe, referrique debere ad modum motus, hoc eſt, ad tertium caput differentiarum eſſentialium febris.

Eſt autem prima Hippocratis diuiſió talis, febres aliæ ſunt mordaces, intelligatis vos ad manum medici; aliæ verò mites, aliæ inſurgentes, hoc eſt dictu, non apparent mordaces à principio, ſed poſtea inſurgunt, & à manu medici mordaces percipiuntur, quando ſcilicet manus ad carpum, aut thoracem iniecta diù detenta fuerit.

Poſtremæ ſunt acutæ, id eſt, à medico tales ſentiuntur à principio, ſed poſteà à manu medici vincuntur, haſque oppoſitas eſſe dicit ijs, quæ mordaces non ſunt; ſed poſtea inſurgunt; alias verò duas, nempe ardentes ſtatim, & debiles ad intenſionem, & remiſſionem caloris referendas eſſe contendit.

Leonardus verò Fuchſius inter Germanos non infimus auctor, (referente eodem Valleſio) ſcribit primas duas differentias referri debere ad intenſionem, & remiſſionem caloris; vnde dicit primam diuiſionem bimembrem eſſe; differtque ab ipſo, tum quia ipſe dicebat primam diuiſionem quadrimembrem eſſe; hic verò dicit bimembrem: ille volebat debere referri ad modum motus; hic verò ad intenſionem, & remiſſionem caloris.

Secundam verò diuiſionem Fuchſius dicit eſſe quadrimembrem, quam Valleſius ſtatuit eſſe bimembrem, eſt autem diuiſio talis; quędam non mordaces, ſed

A inſurgentes: aliæ verò acutæ, ſed à manu deuictæ; quædam ſunt ſtatim ardentes; quædam verò omninò debiles, pertinentque ad modum motus.

Ex quibus apparere ſatis puto maximam affinitatem eſſe inter duo hæc capita, à quibus febrium differentiæ eſſentiales deſumuntur; nam vt intellexiſtis, vnus vult primam diuiſionem quadrimembrem eſſe, referrique ad modum

B motus; alter è contra bimembrem, pertinereque ad caloris intenſionem, & remiſſionem. Rurſus Valleſius vult ſecundum membrum eſſe diuiſum in duas febris ſpecies, ac differentias, & ſpectare ad intenſionem, & remiſſionem caloris.

Fuchſius è contra diuidit ſecundum membrum in quatuor differentias, eaſq; dicit reducendas eſſe ad modum motus

C caloris. In hoc autem conueniunt hi duo authores, quod velint ab Hippocrate ſex differentias allatas eſſe, quas in duas partes diuidunt, ſed differunt quoad modum; nam vnus dicit duplex eſſe membrum; ſed in primo adeſſe duas differentias; in ſecundo verò quatuor; è contra alter, in primo membro ponit quatuor differentias, in ſecundo verò duas.

D Quare cum dictum à nobis ſit duo eſſe capita, ad quæ referri debent hæ, quas Hippocrates attulit, febrium differentiæ, vix determinari poteſt, quomodo ex Hippocratis ſententia reduci poſſint ad dua capita diſtincta, hoc eſt, quæ ſint illæ, quæ ad intenſionem caloris, & quæ ad modum motus referri debeant.

E Quamobrem noſtrum erit in præſentiarum, vt rectè differentias omnes ab eſſentia febris poſitas intelligatis, ex natura rei procedentes videre, an poſſumus veri aliquid ſecundùm mentem Hippocratis determinare.

Primò igitur dicamus Hippocratem ſcripſiſſe quaſdam febres mordaces eſſe, quaſdam vero mites, quas quidem inci-

intimius conſiderantes dicimus, vel ſemper eſſe mordaces, quando à medico tanguntur à principio contactus ad finem vſque, ita vt ſemper manum medici mordeant, vel non ſunt mordaces à principio, ſed tales tactus progreſſu fiunt.

A

Hæc tria membra, ſunt tres differentiæ caloris, ideſt mordaces ſemper à principio ad finem vſque, vel mites eodem modo à principio ad finem vſque, vel mites à principio, deinde mordaces.

B

Hæc ſanè tria membra ad intenſionem, & remiſſionem reſeruntur; mordax enim illud dicitur, quod ſenſum ita ferit, ac faciant dentes animalis, inducit triſtem, & dolorificam ſenſationem, quod ſanè fieri minimè poteſt, niſi per caloris intenſionem. A remiſſione autem caloris non poteſt fieri ſenſus mordicationis; vnde quando calor mitis, & blandus eſt, non poteſt inducere ſenſum mordicationis, ſed inducit contrariam affectionem.

C

Quare mitis calor, & mordax ſunt ad inuicem contraria; continentur enim ſub eodem genere, & maximè diſtant; ſed cum mordax referatur ad caloris intenſionem; mitis è contra referri debebit ad remiſſionem; atq; ideo mordax licet à principio ad finem vſq; ſit talis, ſiue paulò poſt inſurgat, ad idem genus referendus eſt.

D

Vnde meritò dicimus has tres differentias non ad modum motus caloris, ſed ad intenſionem, & remiſſionem ipſius referri debere, dum dolor [illegible], fit mordax, dum remittitur, fit mitis; non igitur ad modum motus, vt Valleſius ſcriptum reliquit.

E

Aliæ verò tres differentiæ, & ad intenſionem, & remiſſionem, & non ad modum motus omnino reducendæ ſunt; ſed alia ratione, nam febris ſub acuto reponitur, acutum autem eſt genus diſtinctum à mordaci; vnde non poſſunt eſſe inter ſe contraria; ſiquidem contraria ſunt, quæ ſub eodem genere continentur; hæc verò diſparata ſunt; nam acutum illud eſſe dicimus quod breui tempore multum ſpatium penetrat; mordax verò, quod læſionem infert morſus in modum cum dolore.

. Nec nomine acuti Hippocrates intelligere voluit, quod chronicæ febri opponitur, cum non faciat ad ſuum propoſitum; ſed voluit intelligere calorem febrilem, qui citò manum medici penetrat, velociſſimeque ſenſum ipſius mouet, quare dicimus referri acutum ad modum motus, non ad intenſionem caloris.

Sed audio quempiam veſtrum mihi obijcientem authoritatem Galeni lib. 8. epid. com. 1. tex. 29. dicentis has febres acutas a principio contrarias ijs, quæ non apparent mordaces à principio, ſed paulo poſt inſurgunt.

Reſpondeo, quod tales febres poſſunt conſiderari ratione propriæ naturæ & læſionis, quam afferunt, & reſpectu modi, quem tenent ad inuicem. Si primo modo conſiderentur, non ſunt contrariæ, quia acutæ continentur ſub vno genere, mordaces verò ſub alio, vnde potius debent dici diſsimiles, & diſparatæ.

Si verò ſecundo modo conſiderentur [illegible] modi, & temporis ratione, poſſunt eſſe contrariæ, [illegible] ſint à principio mordaces, vt au[illegible]is; illæ verò [illegible] à principio acutæ, deinde progrediente tactu manus mordaces [illegible], acutæ verò mites ſunt, & hac ratione dicuntur eſſe contrariæ, & in hoc ſenſu eas accepit Galenus [illegible] citato.

Rurſus aliæ, quæ exardentes ab Hippocrate appellantur, ad duo membra referri [illegible] poſſunt, nam quatenus ardent manum medici tangentis, ſummamque caliditatem ardentem ſibi oſtendunt, poſſunt reduci ad intenſionem caloris; nam niſi calor intenderetur, non poſſet inferre ſenſum ardentis caliditatis,

tis, cum autem ſtatim occurrat huiuſmodi calor, & in toto decurſu contactus, refertur ad motum, & ad modum motus; celerrimè enim inducit ſenſum caloris ardentis, & ſummè calefacientis.

Atque huiuſmodi febres illæ ſunt, quas Galenus ſcripſit a medicis magnas appellari, licet impropriè, quia, quaſi nomen [illegible] accomodabant. Puſillæ verò ac debiles his contrariæ ſunt, quas [illegible] impropriè etiam medici paruas vocant. Ex his intelligere [illegible] [illegible] opinionem, [illegible] tres differentias [illegible] & [illegible] cæteris [illegible] referantur & ex [illegible] vna [illegible] eſſe, quę ad [illegible] debeat.

Duæ verò [illegible], quæ & ad [illegible]onem & [illegible]nem, nec non ad modum [illegible] [illegible] differentias febrium eſſentiales [illegible], quæ [illegible] quam [illegible] propri[illegible], & maximè [illegible] nempe [illegible], in qua calor accenditur, quæ [illegible] eſſe [illegible], videlicet ſpiritus, humores & membra ſolida, à quibus prædictæ exo[illegible] differentiæ.

Propero ad differentias, quas accidentales vocat Galenus, quæ in duplici ſunt diſcrimine, nam aliæ dicuntur [illegible] propinquiores eſſentialibus differentiis, aliæ verò remotiores. Priores ſunt illæ, quæ per [illegible] indicant [illegible] tias eſſentiales, [illegible] Hippocrate loco iam ci[illegible].

Aliæ ſi[illegible]æ, q[illegible] a, quædam [illegible] s, [illegible] ; [illegible] ad [illegible] la ve[illegible] n tervallis, a[illegible].

A q[illegible] ris peccantis. [illegible] hoc c[illegible] facere magis ad cognitionem [illegible], & humorum, a quibus fiunt, quas ſi quis cupit intelligere, legat Galenum tum 1. cap. lib. de diff. febrium, tum 6. epid. comm. 1. tex 29. ſat enim eſt pro præſenti inſtituto indicaſſe hinc Galenum deſumpſiſſe differentias febrium accidentales.

Venio ad aliud caput, à quo deſumuntur differentiæ accidentales remotiores, quod Auicennas fen. 1. 4. tract. 1. cap. 1. interpretatur, & ordinatè quidem. Sub hoc capite ſex alia capita comprehendi poſſunt, à quibus deſumuntur differentiæ accidentales, quæ ſunt hæc Tempus. Motus. Modus. Ordo. Mos. Coniugatio, ſeu complicatio cum alijs febribus, aut cum alijs morbis.

Si tempus conſideremus, hic ſignificatur [illegible] eſt, nempe decurſum febris à [illegible] vſq; vel tempus an[illegible]. Si accipiamus febres ſecundùm primum temporis ſignificatum, dicimus febres alias breues eſſe, quæ breui tempore ad finem veniunt; aliæ è contra ſunt longæ, & chronicæ ſecundùm tamen magis, & minus.

At ſecundum aliam temporis ſignificationem habemus febres alias eſſe autumnales, alias hyemales; vnde Hippocrates dicebat, æſtiuas quartanas eſſe breues. Rurſus aliæ noctu di[illegible] inuadere: vnde nocturnæ febres appellantur, aliç interdiu, & diurnæ dicuntur.

Si motum etiam conſideremus, ab hoc capite deſumimus aliquas differentias, vnde dicimus alias eſſe celeres motu alias tardiores.

Quod ad modum ſpectat, ab hoc etiã ſuas deſumuntur ſuæ differentiæ nam aliæ ſunt continuæ, aliç intermittentes, [illegible] ſunt, quę moleſtiã inferunt, [illegible] minimè, nonnullæ cum ſymptomatis prauis, aliæ abſq; ſymptomatibus prodeunt.

Ab ordine quoque febres accipiunt [illegible], cùm aliæ ſint, quę ſtatutis quibuſdam temporibus recurrunt, & periodicæ dicuntur, quæ vel in ſua periodo

periodo ſeruant ſemper eundem typũ, non modò quo ad diem, ſed etiam quo ad horam, vt illæ, quæ de tertio in tertium, aut de quarto in quartum mouentur.

A

Vel periodicæ exiſtentes variant horam, & etiam diem, vt Galenus docet libro ſecundo de differ. febrium cap. vltimo, & hoc duplici de cauſa: primò quidem permutationis ratione vnius humoris in alterum, vt quãdo ſynochus fit ardens, aut quartana, aut tertiana.

B

Secũdò ratione errati cuiuſdam tam in victu, quàm in medicamentis, vt quando ex vna quartana fiunt duæ, aut tres quartanæ. Addit Auicennas lib. 4. fen. 2. cap. 1. craſsitiem, & tenuitatem, humoris multitudinem, & paucitatem, virtutis imbecillitatem, ſenſuſque acrimoniam.

C

Aliæ verò ſunt ſine ordine, à Plinio ſtatæ, & erraticæ dicuntur, Celſus vagas eas appellat.

A more etiam deſumuntur differentiæ, cum aliæ ſint malignæ, ſeu mali moris; aliæ benignæ & boni moris.

Tandem a coniugatis febres compoſitæ dicuntur; quare aliæ ſimplices, aliæ compoſitæ, quæ duobus modis contingunt; nam vel alijs febribus coniunguntur, & tunc fiunt innumeræ complicatarum febrium differentiæ, de quibus ſuo loco, vel alijs morbis, tuncque appellantur ab Auicenna febres accidens, quod Auicennas deſumpſit à Galeno 4.

D

aph. 73. 66. lib. de diff. morb. cap. 5. 1. de morbis vulg. com. 2. tex. 4. vnde febres aliæ ſunt, quæ morbi dicuntur, aliæ accidens, ſeu ſymptoma.

Febris morbus ea eſt, intra quam, & ſuam cauſam nihil mediat, hoc eſt, nullus alius morbus medius eſt, febris verò ſymptoma, eſt illa, quæ ſuccedit inflammationi, vel alteri morbo. Sed reuera febris, vt febris eſt, ſuapte natura ſemper eſt morbus, ſed appellatur ſymptoma, quando ſequitur aliquem morbum ſimilitudine quadam; nam vera ſymptomata ſemper ſequuntur morbum.

Febris verò, quæ ſequitur aliquem morbum poteſt dici ſymptoma impropriè, & ſimilitudine quadam, eſt tamen natura ſua ſemper morbus, & vt morbus poteſt etiam habere duas differentias; quia vel ad diſpoſitionem reducitur, vel ad habitum.

Quare febrium aliæ ſunt diſpoſitiones, aliæ habitus, diſpoſitio enim, & habitus ſunt de prima ſpecie qualitatis; vna facilis, altera difficilis ſolutionis, inter quas datur etiam magis & minus; nam ephemeræ ſunt facilis ſolutionis; putridæ verò non omnes ſunt facilis ſolutionis: hecticæ verò ſunt difficilis ſolutionis potiſſimùm ſecundæ, & tertiæ ſpeciei.

Sunt, & aliæ differentiæ febrium à cauſis deſumptæ, de quibus agendum nos proponimus in immediate ſubſequenti capite.

DE CAVSIS FEBRIVM VNIVERSALIBVS.

CAPVT QVARTVM.

IN explicanda febris definitione ſatis dilucidè apparere vobis potuit cauſa eius materialis, & formalis; materialis enim, vt dicebamus, eſt calor; formalis extraneus accenſus in corde.

Cum autem vniuſcuiuſque rei aſſignari ſoleāt quatuor cauſarum genera; nempe materiale, formale, finale, & efficiens, & de materia, & forma ſatis, actum fuerit, de fine verò cum febris ſit quid præter naturam, nihil dicendum, neceſſarium itaque eſt, vt in præſenti ſolas cauſas efficientes ſpeculemur, quæ in febrium materia tradenda maximum negotium faceſſunt; nam non ſemper ſunt eiuſdem actiuitatis, & vehementiæ.

De his Galenus loquitur lib. de cauſis morb. cap. 2. 1. de diff. feb. cap. 3. vbi dicit illas eſſe febris cauſas, quæ calorem ignis accendere conſueuerunt: hoc eſt ea omnia quæ calorem augere poſſunt in corpore humano, de quo loquimur in præſenti, quæ ad quinque capita communiter reuocantur.

Primum caput eſt vicinia, ſeu contactus rei calefacientis, ſeu corporis calidi; clarum enim adeo eſt corpora rebus calidis approximata calefieri, vt nulla egeat probatione.

Secundum eſt motus tam animi, quā corporis; philoſophi quippe dicunt motum aptum eſſe ignire lapides.

Tertium eſt putrefactio.

Quartum eſt prohibita tranſpiratio, ſeu retentio fuliginum, quæ continuò è corpore effluunt, euaporantque.

Quintum eſt cibus, & potus calidus, & omnia, quæ ore aſſumuntur. Hoc caput ad differentiam primi appellant admixtionem rei calidæ; nam quoad ſenſum noſtrum, vel generat, vel auget caliditatem, non ſolùm per contactum, vt
B dicebatur in primo capite, ſed etiam quia admiſcetur corpori, quod paulò poſt fuſius patefiet.

Ad primum caput ſpectant omnia, quæ actu poſſunt inducere caliditatem, vt eſt aër calidus, & ſiccus, inſolatio, ſeu longa ſub ſole manſio; vnde æſtas dicitur febrium ferax, quod eo tempore aer calidus ſit, & ſiccus, quamuis etiam præſens anni conſtitutio febres pa
C rere poſſit; vnde Hippocrates ſcriptum reliquit, anni tempora proprias febres parere.

Regio quoque producit febres, hinc Alexander Aphrodiſeus ſcripſit æthiopes ſæpè febribus tentari. Aqua item calida, nempe balnea calida, ſiue thermalia, ſiue arte calefacta corpus noſtrū calefaciunt; contractus igitur cuiuſuis corporis calidi aptum eſt generare fe
D brem.

Aduerſus hoc cauſarum genus inſurgunt aliquot difficultates.

Prima eſt, ſi ob viciniam, & contactum rei calidæ inducitur febris, cur illi, qui curationi febricitantium aſſiſtūt, febricitanteſq; contrectant, febre non tentantur?

Secunda, vnde eſt, quod illi, qui ſub ſole manent, tam facilè febricitent, &
E qui ad ignem diù caleſiunt, non tentantur febre?

Tertia, Hippocrates dixit æſtate fieri febres ardentes; contrarium verò habuet Ariſtoteles 1. ſect. problem. problem. 29. (in quo libro multos Hippocratis aphoriſmos interpretatur, nec tamen vllam ipſius vnquam habuit men

tio-

tionem, adeo in ipſum ingrato animo fuit) ſcribit enim hyeme, & temporibus frigidis, vt in autumno, magis generari morbos ex aduſtione, inter quos febrem ardentem connumerat, & 14. ſect. probl. 3. dicit habitatores plagarum frigidarum maximè vexari ardentiſſimis febribus. His non obſtantibus.

Ad primam dicendum eſt, falſum eſſe, quod illi, qui febrientes contrectant, non afficiantur febre, quamquam opus eſt diſtinguere de febrientibus, nam vel conſiderantur tantummodo ratione caliditatis, qua calidi redduntur in actu, vel ratione vaporum, qui à materia faciente febrem eleuantur.

Si primò modo vtique verum eſt, nunquam poſſe eos, qui contrectant febrientes, corripi febre; ratio eſt, quia calor non eſt tantus, vt poſſit cor calefacere, nec per perſpirationem, nec per inſpirationem.

Si ſecundo modo febricitantes conſiderantur, dicimus poſſe febricitare aliquem, præſertim in peſtilentibus, & malignis febribus; nam vapores calidi, & maligni partim per arteriarum perſpirationem, partim per inſpirationem ad cor trahuntur, qui cor calefacientes febrem inducunt malignam.

Ad ſecundam difficultatem ſunt, qui dicunt calorem ſolis communicari aeri, qui calefactus intus penetrans tam per inſpirationem, quàm per perſpirationem arteriarum cordi communicatur, ipſumque calefacit; calor verò ignis ſuperficietenus calefacit, nec intus penetrare poteſt, & ſic nequit febrem inducere, quod quidem verum eſt, ſed id non contingit ratione caloris ignis ſimpliciter, ſed quia illi, qui igni calefiunt, non vndique calefiunt quemadmodum illi, qui ſub ſole morantur; ſi enim ignis validus eſſet, ita vt homines per totum corpus calefierent, vt contingit ſub ſole, vtique febrirent, vt 1. lib. de diff. feb. cap. 3 ſcripſit Galenus, hoc tamen

A eſt de rarò contingentibus, licet euenire poſſit.

Ad tertiam difficultatem reſponde, quod aliud eſt dicere magis, hoc eſt frequentius, & aliud eſt dicere magis, hoc eſt intenſius, quare æquiuocatio eſt in aduerbio magis. Hippocratis enim ſententia eſt, quod æſtiuo tempore frequentius fiant febres ardentes tam propter aeris ambientis caliditatem, quàm
B propter corporis diſpoſitionem, in quo multi adſunt humores biliofi parati, vt facilè accendantur,

E contra verò hyemali tempore, & in regionibus frigidis febres fiunt magis ardentes, hoc eſt intenſæ magis, & hoc eſt, quod voluit Ariſtoteles.

Cuius rei duplex aſſignatur ratio, vna eſt, quia huiuſmodi febres his temporibus, & regionibus fieri non poſſunt, niſi
C à magna cauſa, à magna verò cauſa, vt magnus ſequatur effectus, eſt neceſſarium.

Altera verò ratio eſt, quia tunc temporis corpora hominum conſtipata ſunt, in quibus tranſpiratio prohibetur, qua prohibita vapores, & fuligines, qui expurgari nequeunt, accenduntur magis, hincq; magis ardentes redduntur febres: & hæc de primo capite, à quo
D cauſæ febrium efficientes accipiuntur.

Ad ſecundum caput ſpectat motus, qui duplex eſt, animi ſcilicet, & corporis; ab vtroque enim febris in corpore accenditur; primò quidem in vehementiſſimo corporis motu, vt eſt æquitatio vehemens, ambulatio, ſaltatio, lucta, & id genus alia, muſculi, nerui, copulæ articulorum calefiunt, inde ſucceſſiuè venæ, & arteriæ, à quibus
E iam calefactis calor cordi communicatur, quo nomine huius calor extraneus, & præter naturam redditur, & febris producitur.

Non rarò etiam contingit à calore huiuſmodi humores fundi, ac colliquati, qui per corpus, dum aeterni vehementer mouent, agitati atque fuſi,

ca-

calefiunt, & febrem inducunt.

In hoc cauſarum genere poſſunt collocari omnes immoderatæ corporis euacuationes, medicamentorumq; vehementes operationes, & huiuſmodi, à quibus quotidie febres fieri obſeruamus.

Quod ad animi motum ſpectat, & Galenus, & Auicennas, & quotquot de ipſo ſcripſerunt, in hoc conueniunt, quod vehemens animi motus febrem facere poſſit; vnde Galenus lib. 1. de diff. febrium cap. 3. de ira tanquam de motu animi dicebat, iram eſſe veluti feruorem quendam, & vehementem motum iraſcibilis potentiæ in cordis corpore exiſtentis.

Sed motus animi ſunt in duplici differentia; alij ſcilicet à corde ad totius corporis ſuperficiem; alij è contra ab extimis corporis partibus ad ipſum cor tendunt. Priores ſunt, vt gaudium, verecundia, &c. poſteriores, vt ira, triſtitia, & timor.

A primis non producũtur febres, quia non calefaciunt cor; ſed potius ſuperficiem petentes ipſum deſerunt; at ira, & triſtitia febrem faciunt, ſed cum quadam differentia; nam Ira, tum feruoris, tum motus ratione producit febrẽ; triſtitia verò ex ſolo motu, non autem feruore; nam vbi corpora in corde exiſtentia ſiue ſpiritus ſint, ſiue ſanguis, calorem admiſerint, longoque tempore retineant, etiamſi motus cordis ſedetur, in hiſce tamen remanet calor præter naturam, neceſſarium etiam eſt hominem febrire.

Ad tertium cauſarum genus refertur putredo, eſtque immediata, & proxima cauſa febrium putridarum, quæ non ſecus in corporibus noſtris caliditatem inuehit, ac faciat in rebus exterioribus, quod pulchrè Galenus exemplo deſumpto à ſtercore, ſeu fimo columbarum comprobare contendit libro de cauſis morb. cap. 3. qui ſtatim à putredine accenditur manifeſtè.

A Quod etiam in nobis euenit in conuerſione ſanguinis in pus omnibus manifeſtiſſimum eſt; nam pars illa, in qua fit puris generatio, omninò incaleſcit, vt ſenſus docet. At duplex putredo in nobis fieri poteſt, ex Galeno 1. de diff. feb. cap. 4. vna interna; altera externa: interna adhuc duplex eſt, vna communis, & ordinaria; alia propria, & in excellenti gradu poſita: externa verò eſt

B illa, quæ in peſtilenti conſtitutione reperitur.

Ad quartum reuocatur prohibita tranſpiratio, hæc autem poſita eſt in clauſione meatuum, quos natura ad ſuperflua expurganda fabrefacit, nec non eorum, per quos nutrimentum ad extimas corporis partes natura demandat. Priores ſunt ad cutis ſuperficiem, ſuntque veluti foramina quædam in cu-

C te exsculpta, foraminum cribri in modum; alij verò intus exiſtunt, & ſunt canales quidam a venis, & arterijs ortum ducentes.

Priores adſtringuntur; ſecundi verò obſtruuntur, & oppilantur; vnde fit adſtrictio, quæ eſt pororum læſio, vel obſtructio, & oppilatio, quæ eſt aliorum affectio præter naturam, à quibus læſis fit prohibita tranſpiratio, quod per eos

D nihil amplius exire poteſt earum rerum, quæ antea exibant; hæc verò meatuum læſio, ſiue adſtrictio ſit, ſiue obſtructio, vel fit in corporibus impuris, in quibus humores acres exuperant; vel fit in corporibus puris, & temperatis.

Si primo modo humores acres accenduntur, & febris generatur; ſi ſecundo modo non ſemper fit febris; ſed pleni-

E tudo, quæ autem ſint illæ cauſæ, quæ & obſtruendi, & adſtringendi facultatem habent, ſuo declarabimus loco.

Ad poſtremum caput venio, nempe ad ea, quæ ore aſſumuntur, ſiue alimenta ſint, aut potus, vel medicamenta; quod verò medicamenta calida intus corpus noſtrum aſſumpta febrem face-

re

re poſſint, quotidiana demonſtrat experientia.

Quod autem alimenta idem efficere valeant, præter Galeni plures authoritates, omnes quotquot ſumus experimur: idq; contingit duplici ratione, vel nimia eorum quantitate, vel praua qualitate; nam boni cibi nimia quantitate aſſumpti febrem facere quidem poſſent; ſi adſit prohibita tranſpiratio, ad quam ſequitur plenitudo primum, deinde poſt plenitudinem fit febris.

In illis igitur, qui intemperanter viuunt ex obſtructione fit febris, è contra ſi quiſpiam temperanter viuat, in corpore colligens bonos humores, atq; continua halitu[illegible] [illegible], foueat que ea, quæ circa iecur, & ventriculum ſunt, nunquam in febrem incidet ex Galeno loco ſupra citato 1. de diff. fib. cap. 3.

Praua quidem qualitate tribus modis obſunt ex Galeno loco præcitato; nam quædam alimenta ſunt, quæ prauitatem actualem, & potentialem habent, vt ſunt

- Allia,
- Cæpæ,
- Naſturtium,
- Porri,
- Braſſicæ,
- Ocymum,
- Vrtica,
- Agreſta, & alia.

Hisce capiti addi poſſunt omnia aromata, quamuis hæc ſola caliditate febrem inducant.

In ſecundo ordine ponuntur ea alimenta, quæ boni quidem ſunt ſucci, & bonæ ſubſtantiæ, ſed propter aliquos putrefactionis modos æqualem virium prædictis acquirunt, & fortè etiam peius; hæc autem ſunt

- Frumenta,
- Hordea,

Et aliæ fruges, quæ ad vſum humani victus à natura productę ſunt.

Sunt, & tertio loco quædam, quæ ad A putreſcibilem naturam tempore reducuntur; alia, quia malè repoſita ſitu replentur, alia etiam, quia primis diebus rubigine afficiuntur; vnde homines, qui coacti ſunt his edulijs victitare, non modo in febrem putridam incidunt, ſed in malignam, & etiam peſtilentem, & ex ijs nonnulli etiam puſtulis, & prauis vlceribus replentur.

Et hoc eo magis, & facilius, vt in-
B quit Galenus præcitato loco, ſi poſt hęc praua alimenta cogantur bibere aquam paludoſam, aut fæculentam, ſiue ex lacubus, aut piſcinis, vel alio modo corruptam [illegible] vllus vnquam medicus poteſt tales homines ab imminente febre con[illegible]; & hæ ſunt capita, à quibus cauſæ febrium efficientes deſumuntur.

[illegible] aduerſus hactenus dicta nonnul-
C læ d[illegible]tates aff[illegible]ntur, quas breuibus in medium aff[illegible] conabor, ac diſſoluere; hæc autem ad duo capita [illegible] mea opinione, red[illegible]guntur [illegible] ab inuicem repugnan[illegible], nam alij Gal[illegible] & Auicennam redarguunt, quod in aſſignandis prædictis f[illegible]rium cauſis diminuti fuerint; alij è contra dicunt eoſ[illegible]m ſuperuacaneos f[illegible], quia genera quædam attulerunt, quæ non ſunt neceſſa-
D ria.

Q[illegible] volunt d[illegible] prædictos [illegible] [illegible] quia [illegible] quietem, [illegible]am, quæ ſunt [illegible] cauſæ.

A[illegible] [illegible]atur, tam ratione quàm a[illegible]. Ratio eſt, quia [illegible] non expurgantur recrementa corporis, imò verò quies e[illegible] mater ignauiæ, à qua vniuerſum corpus
E h[illegible]tatur, quo nomine virtutes partium excretrices non poſſunt ſua obire munia; quare neceſſariò colligunt excrementa, quæ deinde putreſcunt, quibus putrefactis fiunt febres.

Authoritas Galeni eſt 8. meth. med. cap. 2. lib. 1. de diff. feb. cap. 3. à quibus locis colligi facilè poteſt, quod quem-

quemadmodum à nimio motu, ita & à A
nimia quiete fiunt febres; nam contrariorum eadem eſt diſciplina.

Quod verò inedia faciat febrem, probant authoritatibus a Galeno acceptis; nam tam in lib. 8 meth. med. cap. citato, quàm in lib. de venæ ſectione aduerſus Eraſiſtrateos cap 4 primo loco dicebat inediam poſſe accendere calorem, ergo & febrem, quæ eſt calor præter naturam [illegible] B
Eraſiſtratum dicebat ex [illegible] bilem, & ad ventric[illegible] confluere, & ex hoc conflux[illegible] accend[illegible], inde q; febres fieri.

Et Ariſtoteles lib. de iuuentute, & ſenectute, nec non 14. [illegible] probl. [illegible] ſcr[illegible] um ſtom[illegible] bus fieri aſſuolos, & [illegible] ſos quoniam aer immotus, c[illegible] C
in huiuſmodi ſtomachis, cum ab ingreſſu ciborum non euentilatur, veluti incenditur, & calet.

Vnde ſub[illegible], ora ieiunantium propter hoc multum olere, quia aer immotus, atque ideo cal[illegible] factus [illegible], & putrefacit humores, vnde fœt[illegible]: rectè igitur reprehenduntur Galenus, & Auicennas, quod [illegible] inter cauſas febrium quietem, & inediam cum ab vtraq; fieri [illegible] febris. D

Videamus modo, quid [illegible] illi, qui eoſdem Authores, vt ſuperuacaneos redarguunt, qui & [illegible] ſuis rationibus, quarum vna eſt, quod putredo ſit ſuper[illegible] prohibitæ tranſp[illegible] prohibita tranſpiratio[illegible] pu tredo, quare hoc cap[illegible] ſuperfluum eſt, cum à præ[illegible] de[illegible]cat.

Ad corporis tranſpirationem faciendam tria requiruntur, Saxonia Authore lib. de febribus cap. 5. viæ ſcilicet apertæ; facultas expultrix valida; & obedientia inſtrumenti: ergo viæ occluſæ, facultas non valida, & inſtrumenti inobedientia producunt prohibitā tranſpirationem. E

Adducit hic Author Galeni teſtimonium lib. 11. meth. cap. 4. vbi inquit apertiſſimis verbis eum loquutum fuiſſe hac oratione: prohibet inflationem, & tranſpirationem, ſi deficiat arteriarum obedientia.

Affert etiam locum eiuſdem Galeni 3. in 3. epid. tex. 1. quem paucos vidiſſe admonet, & ego non ſolùm paucos, verum neque ipſum vidiſſe puto, cum B Galenus ne verbum quidem de hac re [illegible] nam oſtendens hoc loci flabellatio[illegible] ventorum putredinem impedi[illegible], & [illegible]ditatem remittere, ſcribit [illegible] es aſſiduè veſtimenta concutere, & maxime [illegible] calidus, & humidus eſt aer, tanquam [illegible] putrefaciat immobilitas, ſic [illegible] & arteriarum motus in animalibus [illegible] quædam vtilia, [illegible] oſtendit e- C nim [illegible] arteriarum in corpore prohibere [illegible] ſui motus ratione, non [illegible], quod ſi deficiat obedientia arteriarum inflationem, & tranſpirationem prohiberi.

In 4. verò capite lib. 11. meth. tranſpirationis prohibitæ cauſam vnam affert adſtrictionem cutis, & vaſorum obſtructionem, quæ fit à craſſitie, & lentitie, ac humorum multitudine.

D Secundo dicunt poſtremum illud caput nempe de iis, quæ ore aſſumuntur, eſſe quoque ſuperuacaneum, quia reducitur ad primum caput, nempe ad contactum corporis calidi, nec quidem iniuria dictum videtur; nam nullus eſt, qui poſſit ore quidpiam aſſumere, niſi per contactum; ſequitur igitur, quod dicebant, debere reduci ad contactum rei tangibilis calidæ.

E Verum huiuſmodi difficultates paruipendendæ à vobis ſunt, cùm nullam probas habeant aduerſus Authores prædictos efficaciam, immo verò nihil concludant; nam aliud eſt loqui de cauſis facientibus, & inducentibus calorem in corpore noſtro effectiuè, & immediatè, & aliud eſt loqui de cauſis media-

diatis. Galenus, & Auicennas eas tantummodo in medium attulerunt, quæ poſſunt in nobis calorem accendere, non ſecus atque contingit in rebus exterioribus ignem accendi, hinc eſt, quod harum tantùm mentionem habuerunt.

Cum autem quies id præſtare nequeat, idcirco de ea nihil dixerunt; nam ſi quies calorem facit, eſt id per accidens, & per multa media; nam primò hebetatur corpus, deinde debiles redduntur virtutes; tertiò colliguntur excrementa; quarto putreſcunt, & tandem accenduntur. Quare cum quies non ſit immediata cauſa caloris, hac ratione non ponitur inter cauſas immediatas febris, de quibus eſt ſermo.

De inedia id quoque ſtatuendum, quod, vt Galenus dicebat lib. de ſanguinis miſſione aduerſus Eraſiſtratum, per ſe nihil ſit, ſed priuatio quædam; eſt enim veluti cæcitas, nullum in rebus obtinens locum, ſed tantùm alimentorum conſuetorum inopia, & penuria quædam eſt, quam ſtatim ſequitur ſiccitas, quæ eſt lima caloris.

Nam calor fundatus in humoribus, & ſpiritibus magis accenditur, & ratione ſiccitatis acuitur, nullumque ſolamen ab alimentis recipiens acrior redditur, in biliosoque humore ad ventriculum fluente accenſus efficacior euadit, ac non amplius ab humore eſculentorum, & potionum retuſus magis augetur, non tamen ratione inediæ, quare cum inedia nihil ſit, nullam actionem habere poteſt, niſi per accidens, & poſt multa media: ideoque nec Galenus, nec Auicennas hanc inter cauſas efficientes poſuerunt, nec propterea habendi ſunt diminuti.

Aliud caput verſabatur circa cauſas ſuperuacaneas febris, vnaque erat putredo; altera verò permixtio rei calidæ. At primùm dico falſum eſſe putredinem, & prohibitam tranſpirationem eſſe vnam, & eandem rem, quia quamuis à prohibita tranſpiratione fiat putredo, poteſt tamen ab alia cauſa in corpore noſtro fieri, quod à Galeno pluribus in locis ſcriptum eſt, nam putredo ab aere inſpirato non rarò efficitur. Rectè igitur hæc duo capita inter ſe diſtincta à Galeno, & ab Auicenna accepta ſunt; at ſi putredo à ſola probibita tranſpiratione ſemper fieret, vtique putredo ſuperflua foret.

Quod attinet ad admixtionem rei calidæ, vt ad contactum corporis calidi, ſeu ad contactum rei calidæ, dico, quod hæc duo capita inter ſe diſtincta ſunt; nam vnum ad res corporis externas, aliud ad internas refertur. Ea, quæ aſſumuntur in nobis, quamuis tangantur, & tangant noſtrum corpus, non tamen ipſum ratione contactus calefaciunt; ſed quatenus admiſcentur rebus in noſtro corpore exiſtentibus; at contactus corporis calidi in actu corpus noſtrum calefacit, vt aer, balneum, & huiuſmodi; quare hæc duo inter ſe ſunt diſtincta, atque ideo non ſuperflua. Sed iam videamus, quæ corpora ſunt parata, vel imparata ad febrem.

DE CORPORIBVS AD FEBREM PARATIS.

CAPVT QVINTVM.

ABſoluto ſermone vniuerſali de cauſis febrium, à quibus poſſunt etiam deſumi aliquot febrium differentiæ, cùm aliæ ſint, quæ fiunt à contactu corporis calidi, aliæ à motu nimio; aliæ à putredine, vt p… ue…ales; aliæ à prohibita tranſ…ra ione, & denique aliæ factæ à rebus, quæ per o…, n… ſt …m corpus ingrediuntur, tam neceſſario, quàm non neceſſariò o…urrent…s, quæ ad ſex res non naturales reducuntur, nempe ad.

Aerem.
Cibum. & potum,
Motum & quietem.
Somnum & vigiliam,
Retenta, & excreta, &
Animi affectiones.

Denique. & ad ea omnia, quæ nobis occurunt, ſiue ſponte, ſiue caſu, & fortuito.

Iam tempeſtiuum videtur, vt aliarum cauſarum … em habeamus, quæ etſi efficientium rationem minimè habeant; ſine his tamen prædictæ cauſæ non poſſunt ſuum effectum in corpore producere: ſunt autem hæ diſpoſitiones corporis, de quibus Galenus lib. 1. de diff. febrium loquens cap. 4 dicebat oportere in toto ſermone de cauſis febrium ſemper hæc memoriæ retinere, quod nulla cauſarum ſine patientis diſpoſitione agere poſſe; hinc experientia patet aliqua corpora eſſe, quæ nunquam, aut raro febribus obijciuntur, alia è contra ſunt, quæ ſemper febriunt.

Vnde Plinius ſcripſit lib. 7. ſuæ hiſtoriæ cap. 51 fuiſſe quendam nomine Enæum Mæcenatem, qui toto vitæ ſuæ tempore febre laborauit; alium verò Antipatrum, qui ſingulis annis die ſuæ natiuitatis febre corripiebatur, idque ei contigit toto ſuæ vitæ curriculo.

Galenus quoq. 8 meth. med. cap. 8.
B & Aphrodiſeus lib. 1. probl. 7. dixerunt æt… pum corpora frequentiſſimè à febribus confici; propter igitur hanc corporum diſpoſitionum varietatem, ſcire maximè intereſt, quænam ſint corpora magis, & minus ad febres ſuſcipiendas parata.

Diſpoſitiones autem corporum deſumuntur à complexionibus, ſeu à temperamentis de quibus pulchrè Auicen
C nas ſen. 1. lib. 4. tract. 1. cap. 2. & ante ipſum Galenus 8. meth. med. cap. 8. tractarunt, quamuis non in omnibus conueniant; nam temperamenta, ſeu corporum complexiones ſunt ex communi medicorum conſenſu illę diſpoſitiones, quæ ad ſuſcipiendas febres corpora magis apta reddunt; ab his enim potentia, & impotentia naturalis in corporibus fit; nam diſpoſitum eſſe corpus ad fe-
D bres ſuſcipiendas nihil aliud eſt, quàm habere potentiam, & impotentiam naturalem ad febres contrahendas, quæ à complexionibus eorundem corporum proueniunt.

Complexiones, id eſt temperamenta diuiduntur in temperamentum ad pondus, & ad iuſtitiam … noh dicitur temperamentum ad pondus, quoniam vt … Camillus Baldus
E meus con… libello de humanarum propenſionum ex temperamento prænotionibus cap. 14. non ſequeretur paſſio, nec alteratio, nec per conſequens vnio, nec mixtio, quæ eſt miſcibilium alteratorum vnio; nam in eo agentia, & patientia in æquali eſſent virtute.

Temperamentum verò ad iuſtitiam eſt

eſt in ſanguine venoſo,& arteriali,ex ve
noſo nutritur totum corpus,ex vitali fiunt ſpiritus vitales, à quibus fiunt animales.

Iam verò ex complexionibus aliæ ſunt ſimplices,aliæ complicatæ; ſimplices ſunt, calida, frigida, humida, ſicca; combinatæ ſunt calida, & ſicca; calida, & humida; frigida, & humida; frigida, & ſicca.

B Stante hac veriſſima complexionum diuiſione, cum earum nunc mentio ſit habenda in gratiam febrium ſuſcipiendarum, Auicennas in aſſignando ordine ipſarum, atque gradu in ordine ad febres, non videtur cum Gal. conuenire.

Nam Auicennas lib 4. fen. 1. tract. 1. cap. 3. complexiones corporum ad hũc modum diſponit, earumque tractationem ad duo capita præcipua reducens, nempe ad corpora parata, & non parata, ad febres ſuſcipiendas, & non ſuſcipiendas; primò tractat de diſpoſitis, deinde de non diſpoſitis.

C Diſpoſita corpora in primo loco ſunt calida, & humida; in ſecundo cenſu calida & ſicca; in tertio ponit calida tantùm; ſed in paſſiuis temperata; vltimo loco ſtatuit humida tantùm, & in actiuis temperata.

D Non diſpoſita, ſeu non parata, hoc ordine proponit, in primo gradu collocat frigida, & humida; deinde frigida, & ſicca. Quare non poſſum ſatis eos admirari ſcribentes Auicennam inter imparata corpora ad febrem ponere frigida, & humida in primo gradu; ſecundo loco ponere frigida tantùm; tertio humida tantùm, cum de humida complexione in hoc loco ne verbum quidem habeat, & in ſecundo gradu huius capitis proponat frigida, & ſicca.

E Galenus verò 8. meth. med. 7. & 8. inter complexiones magis ad febres paratas primo loco poſuit calidam, & ſiccam, ſecundo calidam, & humidam, tertio temperatam inter omnes oppoſitiones. Inter complexiones

A verò minus ad febres diſpoſitas primum locum aſſignat frigidæ, & humidæ; ſecundum humidæ; tertium frigidæ tantùm, poſtremum autem frigidæ, & ſiccæ, ex quibus apparere ſatis puto non conuenire Auicennam cum Galeno.

Ioannes Coſtæus vir doctiſſimus, ſub cuius vexillo olim militauimus, vidit hanc difficultatem lib 4. fen. 1. ſuper an notationem ſecundi capitis Auicennæ, eamque breuibus de medio tollit; diuidens febres; nam aliæ ſunt ephemeræ, aliæ putridæ, qua ſtante diuiſione, addebat complexionem calidam, & ſiccam magis aptam ad diarias febres recipiendas, calida verò, & humida ad febres putridas.

Cùm igitur Galenus 8. meth. med. ſermonem haberet de febribus diarijs, hoc in loco primum locum complexionibus calidis in ordine ad diarias tribuit; Auicennas verò, cum illi ſermo eſſet de febribus putridis in vniuerſum, dixit complexionem calidam, & humidam magis pronam eſſe ad febres putridas recipiendas, quare vnum, & idem dixerunt diuerſorum reſpectu.

Quæ viri doctiſſimi reſponſio, etſi veriſſima ſit, nempe quod corpora calida, & ſicca ſint ad febres diarias magis diſpoſita, quàm calida, & humida; nihilominus complexiones huiuſmodi ſunt etiam ad febres hecticas diſpoſitæ, & ad aliquas ex ardentibus, & acutiſſimis, ac acutiſſimæ febres ſunt putridæ; quare etiam tales complexiones ſunt diſpoſitæ ad febres putridas.

Et Galenus 10. meth. med. cap. 3. & 4. dicebat, quod niſi quis huiuſmodi corpora nutriret in acceſſionum initio, facilè in acutas febres inciderent. Quare concludendum venit etiam corpora calida, & ſicca eſſe diſpoſita ad febres quaſdam putridas, & magis quàm corpora calida, & humida. Vnde adhuc inquirendum relinquitur, an corpora calida, & ſicca, an verò calida, & humida magis ſint diſpoſita ad febres putridas

Nicolaus Florentinus ſer. 2. ſumma
1. tract 2. qui ſuis temporibus alter
fuit habitus Galenus, dicebat ad hanc
rem determinandam coniecturis poti-
us, & opinione, quàm ratione vtendum
eſſe, vixque poſſe à nobis quidquam cer
ti determinari, nihilominus exiſtimarem
non ſolùm opus eſſe diſpoſitionem cor-
poris, quam à complexione recipit, aſpi
cere, ſed etiam cauſæ efficientis febrem
magnitudinem, ac virtutis noſtrum cor
pus regentis robur, atque habitum to-
tius corporis.

Nam ſi cauſa febris ſit calor exter-
nus, & materia ſit ſpirituoſa, ac virtus,
valeat, concludere poterimus febrem fi-
eri ephemeram: ſi verò diſpoſitio, quæ
deſumitur à tempetie calida, & ſicca,
ac magna ſit, febriſq; cauſa efficiens ſit
magnus calor externus, & cauſa mate-
rialis ſit humor bilioſus, habitus verò
corporis rarus, robur virium non tam
validum, fieri poterit febris magna
ardens.

Sin autem materia febris ſit ſanguis,
efficiens cauſa valida, producetur febris
ſynochus putris: atqui ſi febris fuerit
magna, temperie calida, & ſicca cor-
poris exiſtente, & materia ſit bilioſa,
cauſa efficiens ſit ſumma caliditas cor-
poris habitu adſtricto, & obſtructo, po-
terit gigni febris acutiſſima.

Corporis complexio calida quæcun-
que ea fuerit, diſpoſita eſt ad omnes fe-
bres ſuſcipiendas; magis tamen vni,
quàm alteri ſpeciei ſubijcitur; nam cùm
caliditas interna ſymboleitatem habeat
cum externa, vbi ei adiuncta ſit ſiccitas,
magis diſpoſita, faciliſque redditur.
Ab externa ad internam caliditatem
tranſitus facilior eſt, ſi meatus aperti
ſint, vt in corporibus ſiccis, pro diuer-
ſitate tamen vehementiæ ipſius cauſæ
modò in ephemeram, modò in arden-
tem, & in acutiſſimam febrem ten-
dit.

Si enim cauſa efficiens non eſt tam
vehemens, & valida, habitus corporis
A raræ texturæ, virtuſque noſtrum corpus
regens valida, tunc ephemera genera-
bitur, at ſi virtus non ſit tam valida, ve-
hementiorque cauſa efficiens, habituſq;
corporis adſtrictus, aut obſtructus, tunc
ex neceſsitate fiet vna ex acutiſsimis, &
ardentiſsimis febribus, & hac ratione
poſſumus concedere primum gradum,
aut primum locum complexionibus ca-
lidis, & ſiccis.

B Et eo magis, quia ſi conſideremus
conuenientiam, quam habent comple-
xiones calidę, & ſiccę cum ipſa febre,
videbimus eas eſſe cęteris omnibus in
febrem ſimpliciter magis pronas, quia
in habentibus ſymbolum facilior eſt tran
ſitus; in corpore enim calido, & ſicco,
adeſt caliditas, & ſiccitas, quę ambę
qualitates cum febre ſunt ſymbolę: qua-
re dicendum erit corpora calida, & ſic-
C ca eſſe magis diſpoſita ad febres in vni-
uerſum ſuſcipiendas, magis tamen pro-
na ſunt in ephemeras, ardentes, & eti-
am hecticas.

Sequuntur ordine corpora calida,
& humida, quę ſunt in duplici differen-
tia; nam quædam ſunt humida pinguedi
ne; alia verò humoribus: priora faciliùs
accenduntur, quia horum humidum
inflammabile eſt, illudque eſt tanquam
D eſca caloris; alia verò ad febrem diſpo-
ſita quidem ſunt, ſed magis ad febres
putridas.

Verùm hoc accidit diuerſimodè, quia
priora à cauſa externa, nempe à calidi-
tate poſſunt inflammari, ita vt accen-
dantur ad febrem; hæc verò minimè,
quia adhoc, vt febriant, requiritur tran-
ſpiratio prohibita; nam ſi diſſientur, vt
dicebat 1. de differ. febrium cap. 3. ſa-
E nitate quamuis dubia, & momentanea
fruuntur.

Vt igitur hæc corpora febriant, opor
tet intus obſtructa eſſe, extra verò ad-
ſtricta; quare & ipſa poſſunt in prędictas
febres incidere quidem, ſed faciliùs in
febres putridas, quia febri, vt febris
eſt, vnam qualitatem contrariam

ha-

habent, nempe humiditatem; alteram verò ſymbolam, videlicet caliditatem; inde eſt, quod ad febres putridas huiuſmodi corpora magis ſunt propenſa; quippe quæ habeant vtramque qualitatem ad putredinem aptam, ideſt caliditatem, & humiditatem, Et hæc ſunt corpora, quibus Auicennas in relatione ad febres putridas primum tribuit locum.

Veniamus ad alias, nempe ad calidam ſolam, & ad humidam ſolam, de quibus idem dicendum eſt; nam complexio calida propter illam ſymboleitatem, quam habet cum caliditate externa, facilè incidere poteſt in febres iam dictas, in diariam ſcilicet, & ardentem; at vbi meatus obſtructi ſunt, facilè obſtruuntur venæ.

Concludere igitur poſſumus corpora calida, & ſicca; calida, & humida diſpoſita eſſe ad omnes febres in genere ſuſcipiendas; calida tamen, & ſicca magis prona eſſe in diarias, acutas, & hecticas: calida verò, & humida magis prona eſſe ad febres putridas; quare dicimus nullam eſſe inter Galenum, & Auicennam contrarietatem, cum diuerſimodè loquantur.

Galenus enim corpora calida, & ſicca magis diſpoſita eſſe ad febres ſimpliciter, hoc eſt ad ephemeras, acutas, & hecticas; Auicennas verò dicebat corpora calida, & humida eſſe diſpoſita magis ad febres putridas, ſi potiſſimùm humiditas ſit in exceſſu.

Et hæc eſt regula ſeruanda in cognitione propenſionis corporum ad ſuſcipiendas febres; nam primò corpora calida, & ſicca prona ſunt in febres diarias, acutas, & hecticas; ſecundo loco ſequuntur corpora calida, & humida; tertio calida; vltimo humida.

Secundum caput propoſitum amplectitur ea corpora, quæ non ſunt tam facilè in febres ſuſcipiendas prona, inter quæ à Galeno ponitur talis ordo.

Primò ſunt corpora frigida, & humi-
A da, quæ ſunt contraria ijs, quæ in ptimo pite poſuerat, nempe calida, & ſicca. Poſt hęc ſequuntur illa corpora, quæ vnicam qualitatem febri contrariam, eamque actiuam, nullamq; habent paſſiuam ſimilem, vt ſunt frigida. Tertio loco corpora humida ponit.

Sed hoc loci volo vos monitos, vt intelligatis exceſſum ſuper alias temperies, nempe frigida eſt intemperies,
B quia hæc reſpectu aliarum qualitatum eſt in exceſſu; poteſt tamen adeſſe temperies in paſſiuis: huiuſmodi igitur corpora frigida habent qualitatem actiuā contrariam febri; humida verò nullam habent ſymbolam qualitatem actiuam, contrariam autem paſſiuam, ita vt talis ordo ſit, corpora humida ſunt minus ad febres diſpoſita, quàm reliqua, quæ qualitatem vnam, aut duas ſimiles ha-
C bent; minus verò illis, quæ ſupra diximus.

Quocirca ſi velimus poſt eas complexiones, quæ ſimilem qualitatem actiuam cōtinent, iſtas addere, quæ nullam actiuam qualitatem habent ſimilem, dicemus ſequi corpora humida nullam caliditatem habentia, deinde frigida tantùm, & tandem frigida, & ſicca, quæ putridis febribus, & vt aiunt putredini,
D obnoxia eſſe minimè videntur, vt ſunt corpora ſenum: ex horum omnium diſpoſitione habetis ordinem inter complexiones ſecundum magis, & minus diſpoſitas.

Vnde magis diſpoſitæ ſunt complexiones calidæ, & ſiccæ ad ephemeras, ardentes, & hecticas; deinde calidæ, & humidæ ad putridas; tertiò calidæ tantùm: quartò humidæ tantùm: quintò
E frigidæ, & humidæ, frigidæ tantùm, humidæ tantùm, tandem frigidæ, & ſiccæ, quæ cæteris omnibus remotiora ſunt.

Finem imponerem tractatui de complexionibus, niſi duæ difficultates in mentem venirent, quæ adducendæ, & diſcutiendæ ſunt.

Prima eſt, quia Galenus 8. meth. med.

med.

med. cap 7. & 8. loquens de complexione temperata, vt ſupra intellexiſtis, temperatum corpus magis obnoxium febribus quàm intemperatum dicebat, imo magis, quam ſint complexiones frigidæ, & ſiccæ. aut frigidæ tantùm, vel humidæ tantùm; vel etiam frigidæ, & humidæ.

Idem ſentit Ariſtoteles 22. probl. nam inquit corpus temperatum in morbum ſæpius incidit, & citius liberatur; contra verò ſi intemperatum eſt, minus ægrotat, ſed difficilius curatur. Præterea Galenus lib. de optima corporis conſtitutione longo ſatis diſcurſu conatus eſt probare temperata corpora omnium minimè reſiſtere morbis.

Secunda difficultas eſt, quia ex Galeno, & Auicenna dictum eſt corpora frigida, & ſicca, nempe ſenilia eſſe putredini minimè obnoxia. quod tamen aduerſari videtur Ariſtotelis doctrinæ libro de iuuentute, & ſenectute, vita, & morte, vbi ſcriptum reliquit ſenectutem eſſe putredinem.

Primæ dubitationi ita ſatisfaciendũ eſt, quod corpora eſſe ad morbos parata, & ad febres præſertim, poteſt duobus modis conſiderari, aut in genere, aut reſpectu alicuius ſpeciei, aut differentiæ febris, quo ſtante, corpora temperata, ideſt ſymmetra, primo modo conſiderata ſunt morbis minus obnoxia, & per conſequens omnibus febribus.

Verùm ſi per comparationem ad hãc, vel illam febrem corpora temperata conſiderentur, tunc dicimus eſſe magis parata, quàm ſint prædictæ à nobis cõplexiones ob rationes iam allatas de qualitatibus tum ſimilibus, tum contrarijs; Galenuſque ita intelligendus eſt loco præcitato.

Quod ſpectat ad Ariſtotelem, quærit is in problem. cur corpus commenſuratum ſæpè ægrotat; facilè verò permutatur? rationemque reddens, dicebat id eſſe propter ſuæ æqualitatis com-

A menſurationem, quia omnes ſuæ partes eodem ſunt temperamento præditæ; vnde cum vna pars affecta eſt, & reliquum, quod eſt eiuſdem generis, & complexionis, affici neceſſe eſt, quod non contingit in intemperato. quia illud maiorem facit reſiſtentiam ob qualitatem contrariam cauſæ morbificæ; hinc eſt etiam, quod difficilius curatur inducta intemperie.

B Cum igitur corpus temperatum maiorem habeat cum febre affinitatem, ſequitur, quod magis, & facilius a febre, quàm intemperatum afficiatur; ſit igitur concluſio, quod corpora temperata facilius incidunt in febres, quàm intemperata, & faciliùs ab ea exoluuntur.

Ad ſecundam dubitatiunculam pauci quidem momenti, dicendum dupli- C cem dari putredinem, vt ſuo loco intellexiſtis, nempe vbi ſermo fuit de putredine: vna eſt naturalis; altera morboſa. De prima Ariſtoteles 4. meteororum loquitur, quam generationi naturali oppoſitam eſſe ſcribit, & ea eſt, qua corpora ſenilia ſunt obnoxia, de qua præcitato loco ſermonem habet Ariſtoteles lib. de vita, & morte, vbi dicit ſenilia corpora in hanc putredinem ter- D minari tanquam ad finem naturalem.

De morboſa autem loquuntur medici, eamque conſiderant, cui corpora frigida, & ſicca non tam facilè ſubijciuntur: quare Galenus, & Auicennas de hac ipſa ſunt intelligendi, vbi dicunt corpora ſenilia, vt potè frigida, & ſicca eſſe minus obnoxia; nam putredini ambæ iſtę qualitates maximè repugnãt; & hæc de complexionibus, quę ſunt tam E quam diſpoſitiones corporum ad ſuſcipiendas febres.

Præter hæc alia etiam ſunt, quæ corpora diſponunt ad febres, quæ referuntur ad res naturales, vt

Aetas,
Sexus, &
Habitus.

Et

Et quod ad ætatem attinet, pueri, atque iuuenes [illegible] ad febrē, quam ſenes præ[illegible] id illis contingit non ratione ætatis, ſed temperamenti; [illegible] adoleſcentes, & iuuenes magis [illegible], & [illegible]ibus ſubijciuntur, pueri vero, & mediæ ætatis homines facilius putridis: ſenilia verò corpora non [illegible] his febres tam diſpoſita; hinc etiam eſt, quod peſtilentibus febribus ſubijciantur.

Quoad ſexum, viri videntur magis diſpoſiti ad febres ſimpliciter; mulieres verò magis ad febres putridas.

Si inſpiciamus habitum corporis tenuia, & macilenta corpora hecticis febribus facilè tentantur, obeſa verò, & A pinguia magis putridis obnoxia ſunt: & hæc ſic præparata ad febrem, quæ tales dicūtur potius ratione complexionum, quàm ætatis, aut ſexus, vel habitus, & pro præſenti inſtituto dicta ſufficiant, ex quibus omnibus iam habetis propoſitorum quatuor capita declarata; nempe

Quid ſit febris.

Quæ, & quot ſint illius differentiæ.

A quibus cauſis proueniant.

B Quæ ſint corpora magis ad ipſam ſuſcipiendam parata.

Relinquitur quintum, & poſtremum, quod debet declarare tempora ipſarum febrium, quo abſoluto habebitis omnia vniuerſalia facientia ad febrium cognitionem.

DE TEMPORIBVS FEBRIVM.

CAPVT SEXTVM.

Nomine, temporis, tria intelligi poſſunt; primùm menſura motus, in qua ſignificatione Ariſtoteles 4 phyſicorum accepit; deinde anni tempora, vt ſunt ver, æſtas, autumnus & hyems; tertiò decurſus quidam rerum omnium, in quo varias illæ patiuntur mutationes; omnia enim quæ in hoc ſublunari mundo ſunt, primò naſcuntur, deinde augentur, & per medium augmenti ad ſtatum properant; inde ad declinationem cur[illegible].

Medici per tempora non intelligunt menſuram motus, neque anni mutationes iam dictas, ſed illas quæ in tertia ſignificatione continentur, nec id ſine ratione; quia mouentur ſimilitudine rerum naturalium animaduertentes eaſdem mutationes in rebus præter naturalibus vnde appellarunt principium morbi, quando emergere morbum vident, & ex naturali ſtatu ad præter naturam tendere, poſtea augmentum, vbi augetur, cum verò permanere vident, D ſtatum, vbi denique ab hoc ſtatu declinare affectionem præter naturam, declinationem appellarunt.

Quare tempora, quæ medici in febribus obſeruant, ſunt

Principium,

Augmentum,

Status, &

Declinatio.

Quæ adhuc in duplici differentia, E continentur; nam alia ſunt vniuerſalia, alia verò particularia.

Vniuerſalia tempora ea ſunt, quæ in toto decurſu ægritudinis obſeruantur. Particularia verò ſunt mutationes vniuſcuiuſque paroxyſmi, ſeu accidentis vocati. Rem hanc tyronibus declaro exemplo deſumpto a tertiana ex quiſita.

Fe-

Febris tertianæ à principio ſui vſque ad finem decurrere conſueuit; primò adeſt ſui principium, deinde ſequitur augmentum, tertiò eſt ſtatus; quartò declinatio, quæ menſurantur decurſu quatuordecim dierum. Hæcque ſunt tempora febris tertianæ vniuerſalia; at particularia ſunt illæ mutationes, quæ tertio quoque die obſeruantur, vt quando frigus, & rigor erumpunt adeſt principium; deinde frigore ceſſante, ſuccedit calor, & eſt augmentum paroxyſmi; at cum calor ad ſummum ſui ipſius gradum peruenerit, eſt ſtatus; tandem quando calor remittitur ſudore apparente, iam eſt declinatio.

Sed circa hæc tempora quinque à nobis inſpicienda veniunt.

Primum eſt quod tempora vniuerſalia ea ſunt dicta, quæ per totum ſpatium febris perdurant, horum tamen terminus ad quem, non ſemper eſt vnius diei; ſed modò ad decimum quartum, modò ad vigeſimum, modò ad trigeſimum, & vltra progreditur, ita vt tempora vniuerſalia febrium menſurētur diebus vt plurimum;

Particularia verò numerantur horis ſemper; aliquando tamen omnia tempora ſpatio horarum duodecim; nonnunquam viginti; aliquando triginta, & eo plus etiam menſurantur pro febrium diuerſitate. Nec tempora ſemper in omnibus febribus obſeruantur; nam in lethalibus nunquam adeſt declinatio, cum ægrotantes moriantur, vel in principio, vel augmento, vel in ſtatu.

Secundum animaduerſione dignum eſt, quod huiuſmodi tempora non ſunt ſemper manifeſta; ſiquidem nonnunquam euenit, vt augmentum, non nunquam verò ſtatus, minimè appareat, quod nonnulli Medici animaduertētes exiſtimarunt huiuſmodi tempora in morbis non eſſe neceſſaria ſēper, ſed aliquando ſtatum deficere, aliquando augmentum, & interdum etiam principium, dicentes, quod inſenſibile eſt, illud tanquam ſi non eſſet, exiſtimandum eſt.

A

Tertium notandum eſt à vobis aliquos medicos hæc tempora febrium in partes tres diuiſiſſe, in principium, medium, & finem, ita vt liceat aſſignare principium principij, medium, & finem; & ſic de ſingulis alijs temporibus. Et Archigines cæteris diligentior hac in re diuidebat finem declinationis in duas partes, cuius diligentiam, vt nimis exquiſitam, & inutilem irridet Galenus lib. de tempor bus morbor.

B

Quartum neceſſarium obſeruandum, memoriæque mandandum, eſt, quod Galenus 1 de criſibus 7. & 8. cap. tria affert principij ſignificata. Primum eſt morbi inſultus, & inuaſio, quam Græci appellant ἐπισημασίαν, quod eſt breue illud tempus quo morbus inuadere incipit. Secundum tempus temporaneum appellat, quod ad tres, aut quatuor dies extenditur. Tertium per principium intelligit totum illud temporis ſpatium morbi, in quo materia eſt cruda, nullumque coctionis veſtigium appareret.

C

Quintum, & poſtremum eſt, quod medici pro principio morbi illud in tertia ſignificatione acceptum intelligunt, nec ſine magna ratione; nam inter alia principij ſignificata iſtud totum præfert maximum artificium ad ſolos medicos ſpectans, reliqua verò duo, præterquam quod carent artificio, vulgo etiam notiſſima ſunt.

D

Sed aliquis veſtram in Galeni doctrina exercitatus obijciet mihi librum Galeni de morborum temporibus cap. 3. qui præter hæc quatuor tempora in febribus ſaltem intermittentibus, duo addit alia tempora, nempe inæqualitatem, & interuallum, ſeu integritatem paroxyſmi.

E

Cui breuiter ſatisfacio dicens verum eſſe, quod Galenus hæc duo proponit, ſed non tanquam febrium tempora à prædictis diſtincta, nam primo de inæqua-

qualitate loquens eam ponebat tanquã partem principij, quam aſſimilat igni ſcintillanti; qui dum tentat accendi, modò emicat modò occultatur inæqualitatem faciens, ita contingit in principio paroxiſmi; cum calor à materia febrili obſtructus, modò exurgit, & emicat; modò deprimitur, & occultatur, illam inæqualitatem faciens, quam ægrotantes à principio acceſſionis ſentiunt.

Idem dicendũ eſt de interuallo, quod non eſt tempus febris ſeparatum, ſed eſt infebricitatio, quam Græci ἀπυρεξίαν vocant: imò verò eſt tempus ſanitatis.

Vnde antiqui medici tempore interualli ſolebant ſuos ægros ad conſueta munia mittere, quaſi exiſtimarent tunc homines eſſe potiùs ſanos, quàm ægrotos, quod videtur etiam à legiſlatoribus obſeruatum; nam aliqui ex his, voluerunt febre quartana laborantes in diebus interualli non poſſe ſe ſe excuſare quo minus in iudicium vocati ſiſterent, intelligentes & ipſi interualla hæc eſſe potiùs ſanitatis, quàm morbi tempora.

Succedit, quod Galenus accipit inæqualitatem veluti indicationem principij; interuallum verò, vt eſt medium inter declinationem, & principium, ex quibus ſatis dilucidè apparet nullam in Galeni dictis inconſtantiam eſſe, totaque hæc quatuor ab eo tempora febris fuiſſe appellata, nempe principium augmentum, ſtatum, & declinationem, de quibus agendum eſt à nobis ſcientificè, nam quæremus, quid vnumquodque horum ſit auſpicari à principio, de quoquidem.

Notandum eſt, quod Mercurialis animaduertit ita Ariſtotelem loquutum fuiſſe 3. politicorum cap. 5. vt potuit ſuſpicionem quandam nobis inducere, qua exiſtimare liceat Aegyptios medicos principium febrium accepiſſe pro illo ſpatio, quod ad tertium vſque extenditur, & ratio eſt, quia ſcribit Aegy-

A ptios prohibuiſſe medicis, ne his tribus diebus circa ægrotantes aliquid agerent, etſi quid egiſſent, id ſuo periculo factum fuiſſet.

Quam legem Theſſalus, & ſui diſcipuli non niſi poſt tres dies ægrotantes febre nutriebant, quos non modò Galenus, vt diatritarios irridet, ſed acerrimè redarguit. Sed principium verum febrium à Galeno, Auicenna, & communi medicorum ſchola accipitur pro

B eo, quod in tertia ſignificatione attulimus, quod Auicennas definiuit, dicens principium febris eſt illud tempus, in quo calor innatus præfocatur à materia tandiu in membro ſubmerſa, quouſque appareat veſtigium coctionis, aut diſpoſitionis contrariæ coctioni, vel veſtigium maturationis, aut diſpoſitionis contrariæ.

C Augmentum eodem Auicenna, ſeu febris incrementum, quod Græci αὐξέσιν καὶ ἐπίδοσιν, καὶ ἀνάβασιν vocant, nihil aliud eſt, quàm tempus, ſeu hora, in qua mouetur caliditas innata ad reſiſtendum materiæ motu manifeſto, & tunc apparent ſigna digeſtionis, aut ſigna contraria digeſtioni.

Status, qui & vigor, à Græcis ἀκμὴ, appellatur, eſt ex eodẽ Auicenna pugna

D inter materiam morbificam, & naturam, in qua tandem apparet aliquod victoriæ ſignum.

Declinatio eſt hora, in qua calor naturalis perfectè obtinuit victoriam ſupra morbificam materiam.

Hæc ſunt, quæ de huiuſmodi temporibus ſcripſit Auicennas, ad quorum rectam intelligentiam opus eſt, vt videamus, in quibus conueniant, & in

E quibus diſcrepent.

Conueniunt quidem hæc tempora inter ſe ratione mutationis; nam febris eſt actio quædam à calore facta; hæc autem non eſt vniformis, ſed variè à termino à quo, ad terminum ad quem mouetur; terminus à quo eſt ſanitas, terminus ad quem recuperatio eiuſdem ſa-

nitatis amiſſæ. In hoc decurſu fiunt A quatuor iſtæ mutationes.

Secundò conueniunt, quia præter naturam ſunt, & morboſæ.

Differunt verò inter ſe, quia in principio à cauſa morbifica calor naturalis eſt ſuffocatus, nec adhuc mouetur aduerſus materiam morbificam.

In augmento calor mouetur motu manifeſto, vt reſiſtat materiæ morbificæ.

In ſtatu verò ingens eſt pugna inter calorem. & cauſam morbificam: demum in declinatione materia à calore iam deuicta eſt, atque calor materiam perfectam adeptus eſt.

Deinde in principio nullum apparet veſtigium coctionis, aut diſpoſitionis contrariæ.

In augmento iam apparere incipit ſignum digeſtionis, aut ſignum contrarium digeſtioni.

In ſtatu apparet ſignum illius, quod vincit, nempe vel naturæ vincentis, aut eiuſdem naturæ victæ.

In declinatione tandem perfectiſſima victoriæ ſigna apparent & licet in ſtatu victoria appareat, nihilominus magis propriè dicitur pugna inter naturam, & morbum; nam etſi natura vincat non tamen adeo, vt materiam iam expellat, niſi vt fieri quandoq; conſueuit per criſim impetuoſè, & ſubito.

At in declinatione natura ſemper victoriam adepta eſt, eamque materiam, quam vincit, extrapellit; hinc caliditas extranea paulatim, & occulto modo ad extimas partes proijcitur, ita vt in hac hora dicendum ſit naturam perfectè obtinuiſſe veram victoriam, vnde eſt, quod Galenus, & Auicennas audacter exclamarunt nunquam poſſe aliquē in declinatione mori, quod paulò inferius fuſius examinabitur.

Rurſus, quod ſpectat ad principium, ſcribit Auicennas quod in omni morbo neceſſarium eſt principium; id tamen non rarò occultatur.

A Primò ob morborum celeritatē, qui citò ad ſtatum properant, vt in apoplexia, aut epilepſia, vel etiam in catoche. Deinde quia adeo virtus eſt valida, vt homines ægrotantes nō percipiāt ſe lędi, quouſq; ſtatus morbi iam ſit præsēs.

Tertiò, quia citò apparet coctio, & aliquando aliquid, quod coctionem fingit, vt in quibuſdam morbis adeſt materia quædam pituitoſa in fundo matu-
B læ, quæ medicos imperitos decipit ex Auicen. lib. 4. fen. 1. tract. 1. cap. 4. quare ab huiuſmodi materia medici decepti, putant morbum non eſſe in principio.

His tribus de cauſis principium inſenſibile redditur, non propterea dicendum eſt ipſum non eſſe; vnde meritò Archigenes à Galeno reprehenditur, quod dixiſſet mutationes hasce non
C dari, quia erant inſenſibiles, ſit igitur concluſio ſemper dari principium in quauis febre,

Sed vnum hoc loci conſiderandum, nempe cur Auicennas dixit non apparere ſigna coctionis, nec diſpoſitionis contrariæ; & non dixit non apparere ſigna coctionis, nec cruditatis?

An quia, cum duplex ſit diſpoſitio contraria coctioni; nempe vna, quæ à
D Græcis ἀπεψία, ideſt cruditas; altera [illegible]; ideſt coinquinatio, ſeu corruptio dicitur, vtramque hanc diſpoſitionem contrariam coctioni comprehendere voluit?

Siquidem cruditas apparet in febribus ſalubribus, coinquinatio verò in febribus exitioſis.

Vt igitur doceret nos modum diſtinguendi principium tam in febribus ſalu-
E bribus, quàm in exitialibus, tradidit, tunc dici principium, quando neutrarum diſpoſitionum in vrina, aut in alijs excretis apparet; id eſt, quando nihil in vrina continetur; nam vt Auerroes 3. coll. cap. 9. ſcriptum reliquit, in principio natura nondum materiam contrectat, quia veluti ſuffocata eſt;

hinc

hinc eſt, quod nihil ad vrinam deſcendit, quo poſſit aliqua ex prædictis diſpoſitionibus decerni. Hæc de temporibus febrium; de principio ſcilicet augmento, ſtatu, & declinatione tam in vniuerſum, quàm in particulari.

DE COGNITIONE TEMPORVM FEBRIS, ET PRAECOGNITIONE STATVS.

CAPVT SEPTIMVM.

Tradidimus primùm febres habere quatuor tempora, principium, augmentum, ſtatum, & declinationem; deindè declarauimus, quid vnumquodque ſit; in quibus inter ſe conueniant, & in quibus differant.

In præſenti videndum eſt, quomodo recognoſcantur, & quia fundamentum huius rei eſt ipſorum cognitio, & præcognitio ſtatus, ideo conſiderabimus primùm, an ſtatus ipſe cognoſci poſſit, & præcognoſci; habitaque notitia horum omnium, inſpiciemus, an in declinatione æger mori poſſit, & an ſtatus ſit peior pars morbi.

De ſtatus præcognitione primò id dicimus, nec ſine ratione, quod apud omnes medicos, Hippocratem præſertim, & Galenum, tantæ conſiderationis eſt, vt ab ipſis tanquam ſcopus, & fundamentum acceptum ſit totius medicinæ practicæ, quandoquidem in inſtituenda victus ratione, opus eſt, vt ſtatus morbi præcognoſcatur, quod apud Hippocratem lib. 1. aphoriſmorum decantatum, à Galeno lib. 1. de criſibus pluribus capitibus 16. & 17. præſertim, & alibi rationibus confirmatum, & ab vniuerſa medicorum ſchola receptum eſt.

Quare proponimus nos in præſenti indaganda illa media, quibus poſſimus ſtatum præcognoſcere. Verùm antequàm vlterius progrediamur, oportet, vt difficultatem maximam de medio tollamus, quam plerique authores non abſque ratione magnifaciunt; hæc autem ex Auicenna lib. 4. fen. 1. tract. 1. cap. 3. deſumpta eſt, vbi dicit, quod morbi ſtatus cognoſci non poteſt, niſi poſtquam abijt.

Quæ propoſitio ſi vera eſt, falſa eſſet Hippocratis, & Galeni doctrina, ex qua elicitur præcognoſcendum eſſe ſtatum morbi: deinde fruſtra tot medicorum regulæ, tot præcepta ab ipſis tradita eſſent pro ſtatus præcognitione, quibus probant præcognoſcendum eſſe ſtatum.

Cōmunis reſponſio obiectioni huic eſt, quod cognitio ſtatus eſt duplex, vna coniecturalis; altera verò demonſtratiua, & certiſſima. Non poſſumus præcognoſcere ſtatum demonſtratiuè, ſed coniecturis quibuſdam; at benè ipſum cognoſcimus, poſtquam abijt.

Hanc reſponſionem doctiſſimus Mercurialis non recipit, quia inquit, reſponſio hæc non modò aduerſatur doctrinæ Hippocratis, & Galeni, ſed totam medicinam euertit.

Contraria primò eſt Hippocrati, quia lib. 1. epid. com. 2. tex. 45. ſcribit coctionem iudicij celeritatem, & ſecuritatem demonſtrare; cum autem iudicium fiat in ſtatu, ergo ſequitur, quod certiſſimè cognoſcatur ſtatus.

Eſt etiam contraria Galeno, quia 1. de criſibus capite 16. aduerſus eos, qui

negabant dari ſtatus præcognitionem
dicebat omnino aſſignari poſſe.
Ad hæc deſtruit regulas omnes me-
dicinæ, quia ſi diligenter examinetur
Hippocratis propoſitum in inſtituenda
victus ratione in temporibus omnibus
morborum, videtur omnia dirigere ad
ſtatus præcognitionem, qui ſi ignore
tur, quis non videt omne medicorum
ſtudium ſtatim ruere?
Vt igitur tollatur hæc difficultas, in-
quit vir celeberrimus triplicem dari
ſtatus cognitionem; vna eſt coniectu-
ralis, quæ ſæpè fallit; alia certa, quæ
quandoque etiam decipere poteſt: ter
tia eſt certiſſima, quæ nunquam exer-
rat. Cognitione hac certiſſima non
poteſt ſtatus præcognoſci, & hoc vo
luit nos docere Auicennas, cum dixit
non poſſe à nobis ſtatum cognoſci, niſi
poſtquam abijt, ſiue vt ipſe loquitur,
ſequenti paroxiſmo; at certa cognitio-
ne, quæ quandoque nos decipit, ſtatus
præcognoſci poteſt.
Quamuis huiuſmodi reſponſio vera
ſit, ſtatum nempe poſſe præcognoſci
certa cognitione, quæ quandoque fal-
lit, nempe coctione; videtur tamen ab
Hippocrate, & Galeno coctio ita cele-
brata, vt ſit certiſſima futuri ſtatus præ-
cognitio demonſtratiua, quia, vt ſupra
dictum eſt, concoctio non ſolùm celeri-
tatem, ſed ſecuritatẽ oſtendit, certiſſi-
maq; demõſtratio ſtatus eſt ipſa coctio.
Sed ſtatim quiſpiam veſtrum dubita
bit, qui fieri poteſt, vt coctiones certi-
tudinem ſtatus demonſtrent in Hippo-
cratis doctrina, cum ipſemet Hip-
pocrates lib 1. epid. com. 2. tex. 84.
exemplo Cratiſtonactæ, pictoriſque an-
cillæ oſtendat eos in coctione perijſſe;
in vtroque enim ſuppuratæ ſunt paroti
des, lib. 1. epid. com. 2. tex 81. è contra
verò Germipus Calzomenius cum ſi-
gnis cruditatis à maligna febre fuit li-
beratus crudis exiſtentibus parotidi-
bus, ex quibus exemplis apparet ſatis
dilucidè coctionem non ſemper certi-

A tudinem, & ſecuritatem demonſtrare.
Reſpondeo id, quod à Galeno hoc in
loco reſpondetur, nempe voluiſſe Hip-
pocratem his exemplis afferre oracula
duo memoratu digna, quæ ſunt de rarò
contingentibus, à quibus doctrina acci-
pi minimè poteſt; ſed coctionis ſigna,
vel vt ſempert, vel vt plurimum ſunt
indicia præſentis ſtatus, raroq; contin-
git fieri oppoſitum.
B Deinde eodem docente Galeno fieri
poteſt, vt morbo crudo in venis exiſten
te, aliqua in parte particularis portio
alicuius materiæ concocta ſit, vt con-
tingit in duobus prioribus exẽplis Cra-
tiſtonactæ, & pictoris ancillæ, è contra
verò materia faciens totam ęgritudinẽ
ſit cocta, in aliqua verò parte ſit cruda,
vt euenit in Germipo Calzomenio.
Sit igitur firma, & conſtans hæc pro-
C poſitio, quod ſtatus poteſt certiſſimè
cognoſci per coctionem.
Sed dicetis, quid ad Auicennam?
Dicimus hunc non contrariari Hippo-
crati, nec Galeno, imò verò vnam, &
eandem cum his habere ſententiam.
At enim ſtatus poteſt bifariam con-
ſiderari, vel reſpectu ſui euentus, &
præſentiæ, vel reſpectu ſuæ durationis.
Si primo modo ſtatum contemplemur,
D poteſt cognoſci, & præcognoſci con-
iecturis, & demonſtratione accepta à
coctione, & in hoc ſenſu Hippocrates,
& Galenus ſunt intelligendi.
Si verò conſideremus ipſum ſecundo
modo, dicimus non poſſe cognoſci per-
fectè ipſius duratio niſi per paroxiſmos.
Quare paroxiſmus ſequens ſtatum facit
ipſius durationem cognoſcere, hoc eſt,
quantum durauerit ſtatus; nam cum in
E ſtatu paroxiſmi ſint vehementiores cæ-
teris omnibus, vbi poſt vehementiſſimũ
paroxiſmum ſequatur mitior, tunc ſi-
gnum eſt ſtatum iam abijſſe.
Ex quibus apparet Auicennam vo-
luiſſe dicere ſtatum cognoſci, poſtquam
abijt; quia nũc cognoſcitur eius duratio,
ideſt quantum durauerit: & hæc de ſta-

tus

tur cognitione, atque præcognitione.

De cognitione temporum.

Propero ad cognitionem temporum tam vniuerſalium, quàm particularium, quæ videntur magna ex parte cognoſci poſſe ex ſtatus cognitione: ſtatus verò cognoſcitur ex coctione, vt diximus.

Verùm ſi contemplemur ea, quæ Galenus ſcribit de hac materia 1. de criſibus cap. 3. videbimus temporum cognitionem ab Hippocratis aphoriſmo 12. primæ particulæ deſumpſiſſe, vbi dicit acceſſiones, & conſtitutiones morborum indicabunt tum morbi ipſi, tum tempora anni, tum circuitus ſucceſſiua incrementa, & quæ ſequuntur.

Ex quo aphoriſmo quatuor capita deſumuntur, à quibus tam vniuerſalia morborum tempora, quàm particularia haberi facilè poſſunt.

Primum eſt morbi ſpecies, ſeu idæa, vel natura.

Secundum anni tempus, vel temporis præſentis conſtitutio.

Tertium ſucceſſiua incrementa circuituum, hoc eſt, vt Galenus interpretatur acceſſionum mutationes, anticipatio, ſcilicet, poſtpoſitio, longitudo breuitas, vehementia, earumdemque reditus.

Poſtremum caput dicitur ab Hippocrate mox apparentia, id eſt, vt interpretatur etiam Galenus ſigna decretoria. Ad hæc quatuor capita reducuntur ea omnia, quæ Auicennas in medium attulit lib. 4. fen. 1. tract. 1. cap. 4.

Sub primo capite, nempe ſub idea morbi comprehendi poſſunt tam actiones læſæ, quàm qualitates mutatæ; quandoquidem morbi eſſentiam ſequuntur ſtatim actiones læſæ, quas comitantur qualitates mutatæ tam totius corporis, quam partium ipſius: actionum autem aliæ ſunt naturales, aliæ vitales, aliæ animales.

Ab idea morbi tempora dignoſcuntur; nam is vel celeris eſt motus, aut tardi: ſi celeris breue habet principium, & breui tempore ad ſtatum perueniet; è contrà, qui tardi eſt motus, longum principium habet, & tardè ad ſtatum properat.

Quod ad actiones ſpectat, cum ipſæ à ſuis facultatibus prodeant, pro vt robuſta, aut debilis eſt virtus, etiam ſequitur bona, vel mala actio: vnde Auicennas dicebat facultatem, vel debilem eſſe, vel non debilem, ſed robuſtam; ſi primo modo, morbus acutus eſt, & ſtatim aderit ſtatus, quia morbus eſt breuis, hinc principium, ac etiam augmentum breue eſt; è contra ſi robuſta eſt virtus, morbus erit longus.

Sed hoc loci videtur contradictio inter Galenum, & Auicennam. Auicennas fen. 1. lib. 4. tract. 1. cap. 4. dicebat debilitatem virium demonſtrare morbum eſſe acutum: è contra virium validitatem prænuntiare morbi longitudinem.

Contrarium ſcribit Galenus 2. de diff. feb. cap. 5. dicens imbecillitatem virium eſſe cauſam longitudinis morbi. Si igitur imbecillitas virium eſt cauſa longitudinis morbi, non poterit eſſe ſignum breuitatis, & acutiei morbi.

Sed huiuſmodi difficultas ad hunc modum ſolui poteſt, quia vel virtus valida eſt ante morbi aduentum, vel non: ſi valida, vel debilitatur à morbi aduentu, aut non. Si primo modo ſignum eſt morbi malignitatis, atque acutiei, & per conſequens, ipſius breuitatis, quia debilitantur vires à vehementia morbi.

Si verò virtutes poſt aduentum morbi in ſuo robore manent, poſſunt eſſe ſignum longioris morbi, quia morbus non eſt acutus virtutem debilitans. Atqui ſi antequam morbus hominem inuaderet, virtus inualida erat, poterit eſſe cauſa longitudinis morbi, vt dicebat Galenus, quia vires languidæ non poſſunt expellere cauſam morbificam, vt opus eſſet: & hoc modo vires conſideratæ poſſunt dici & cauſa, & ſignum longitudinis, & breuitatis morbi.

Rurſus ſi vires validæ exiguo morbo con-

coniungantur, breuem morbum arguunt; etſi valido adiunctæ ſint longitudinem arguere poſſunt.

Idem Auicennas ſignum à virtute pulſifica accipiendum eſſe ſcribit, dicens, quod quandò pulſus velox eſt, & frequens, & magnus, tunc morbus ad acuitatem tendit; è contra verò ſi rarus ſit, tardus, & paruus, longitudinem arguit.

A qualitatibus mutatis faciei potiſſimùm ſigna deſumuntur breuitatis, ac longitudinis morbi, & per conſequens temporum ipſius; vel enim color, & figura faciei naturalis mutata eſt, vel non. Si primo modo, ita vt attenuata ſit, habeatque aliqua ex ſignis ab Hippocrate 1. prognoſticorum allatis, dummodo non præceſſerit aliquid, quod potuerit facere illam mutationem, vt eſt vel vigilia, aut ieiunium, vel fluxus alui, vel alterius partis, indicium eſt morbi acutiſſimi; è contra verò vbi nihil mutata fuerit, longitudinem demonſtrat: hæc ad primũ caput ſpectant.

Secundum deſumitur à tempore anni, cui annecti poſſunt regio, & ætas. In tempore æſtiuo calido ægritudo ad ſtatum properat, in frigida verò conſtitutione tardius ad ſtatum peruenit: vnde Hippocrates 2. aph. 25. dicebat æſtiuas quartanas eſſe breues; autumnales verò eſſe longas, eas præſertim, quæ hyemem attingunt.

Regio quoque poteſt indicare morbi tempora; nam in regionibus calidis, & ſiccis, vt in Aſia, in Hiſpania, & in multis locis Siciliæ, & Meſſanæ potiſſimùm, morbi fiunt calidi, & febres acutæ, quæ celerrimè ad ſtatũ perueniunt.

E contra ſub plagis ſeptentrionalibus, vt in Germania, & Heluetia fiunt febres diuturnæ: & ſtatus recedunt à principio & hoc eſt, quod voluit nos docere Hippocrates lib. de aere, aquis, & locis, cum dicebat eos, qui habitant ortum, & occaſum hyemalem non tentari peripneumonia, aut pleuritide, vel alijs acutis morbis.

Sic de ætate dicendum eſt. In ætate iuuenili febres vt plurimum ſunt acutæ, & celeres, quæ citò ſtatum attingunt; è contra in ætate declinante ſenili, & magis in decrepita morbi fiunt diuturni, ad ſtatum tardè venientes, & hoc eſt, quod Hippocrates 2. aph. 40. dicebat; raucedines, & deſtillationes, atque tales morbos in ſenibus longo tempore concoqui.

Tertium caput erat deſumptum ab acceſſionibus, ſeu (vt aiunt) à paroxiſmis in quibus tria ſunt obſeruanda; primùm quidem eſt hora acceſſionum: ſecundò longitudo ipſarum, hoc eſt, quantum ipſæ durent: tertiò vehementia earundem, vt ſi vehementes ſunt, negotiumque faciunt ægris, ideſt ſi multum affligant, aut parum.

Primò igitur cùm febris non terminetur vnico paroxiſmo (loquor de putridis) opus eſt præcipuè conſiderare primum paroxiſmum; deinde ſecundum, & an ſequenti, vel altero die inuadat, eadem repetat hora, qua primus inuaſit, an diuerſa hora; & ſi diuerſa hora, eſt, item conſiderandum, vtrum anticipauerit, an poſtpoſuerit;

Nam ſi primo modo inuadũt, hoc eſt eadem hora, qua inuaſit primus paroxiſmus, tunc paroxiſmi dicuntur inter ſe æquales ratione inuaſionis; ſi verò antecedat, hoc eſt, veniat ante illam horam, dicitur anticipare; atqui ſi poſt illam horam inuadat, dicitur poſtponere.

Vt in exemplo Socrates heri fuit correptus hora vigeſima, hodie, vel cras, qui eſt dies ſecundus inuadit eadem hora, tales paroxiſmi ſunt inter ſe æquales, quo ad tempus inuaſionis; at ſi inuadat ægrotantem hora decima octaua, vel decima nona, vel etiam altera, quia poteſt anticipare etiam per multas horas, dicitur huiuſmodi paroxiſmus anticipare.

At ſi paroxiſmus inuadat hora vigeſima

ſima prima, vel vigeſima ſecunda, vel vigeſima tertia, & ſic de ſingulis horis poſt primum paroxiſmum, dicitur tunc paroxiſmus poſtponere: vnde habetis paroxiſmorum inter ſe æqualitatem, anticipationem, & poſtpoſitionem.

Aequalitas eſt, quando eadem hora inuadunt.

Anticipatio, quando primi paroxiſmi horam antecedunt.

Poſtpoſitio vero eſt, quando horam ſubſequuntur.

Verùm antequam vlterius progrediamur, ſcire debetis paroxiſmos non appellari æquales, ſeu parallelos ſimpliciter reſpectu ſolius inuaſionis, ſed ob alias conditiones, vt ſcilicet eandem durationem, ac vehementiam ſeruent.

Quibus ſic determinatis, inquirendum nunc eſt, quomodo ex horum paroxiſmorum mutatione cognoſci poſſint morbi totius tempora?

Reſpondet Auicennas 1. fen. 4. libri cap. 4. quod quando paroxiſmi ſunt inter ſe æquales, tunc ſtatus eſt præſens: ſi verò fiat acceſſionum, ſeu paroxiſmorum anticipatio, morbus ad ſtatum properat medio augmento, ita vt anticipatio demonſtret augmentum; è contra ſi fiat poſtpoſitio, tunc eſt indicium declinationis.

Galenus verò lib. 1. de criſib. cap. 3. ſcribit neque ſolam anticipationem, neque ſolam poſtpoſitionem ſignũ eſſe aut augmenti, aut declinationis.

Pro ſolutione dicatis noluiſſe Auicennam ex ſola anticipatione ſimpliciter, aut poſtpoſitione cognoſci augmentum, aut morbi declinationem, quamuis aliquando id contingat, vt habetur à Gal. lib. 1. de criſ. cap. 10. ſed voluit idem, quod Galenus, nempe ſimul cum anticipatione conſiderandam eſſe paroxiſmi durationem, aut vehementiam; quandoquidem ſi anticipauerit, breuiorque ſit, atque priori mitior, & benignior, tunc non ſignificat

A augmentum, ſed indicium eſt potiùs acredinis materiæ irritantis facultatem expultricem, quæ poteſt eſſe pauca, tenuis, & benigna.

Vnde Galenus dicebat anticipationem aliquando ſequi morborum, hoc eſt febrium, naturam, quod in tertianis, & quartanis animaduertitur, quæ ad finem vſque anticipant; quando verò paroxiſmus anticipat, longiorque priori B ſit, atque vehementior; indicium quidem eſt morbum per augmentum ad ſtatum properare; at cum eodem modo procedant paroxiſmi, hoc eſt eadem hora inuadant cum longitudine eadem, ac ſymptomatum vehementia, tunc morbus eſt in ſtatu.

Idcirco Galenus 1. de criſibus cap. 10. iam citato dicebat, contingere aliquando duas acceſſiones ſibi æquales ſtatum circumſcribere; nonnunquam C verò vnam; ſed quæ præcedentibus, & ſequentibus ſit maior; neque adeo frequenter accidit, vt in morbis acutis ſtatus ad tres acceſſiones ſe extendat, in diuturnis verò non modò tres, ſed plures occurrunt acceſſiones.

De poſtpoſitione verò eadem ſunt obſeruanda; nam cùm paroxiſmus poſtponit, breuiorque eſt, & mitior, certiſſimè declinationem morbi demonſtrat. D Sed fuſius dicemus de hac materia in tractatu ſubſequenti particularium febrium.

Poſtremum caput deſumptum eſt à mox apparentibus, hoc eſt ab ijs, quæ ſuperueniunt ſymptomatibus, ſeu ſignis, quorum quædam ſunt critica, alia demonſtrantia cruditatem, & coctionem. De criticis non eſt, vt quidquam dicamus, quia cum adſunt, non E modò ſtatum, ſed morbi declinationem indicant.

Sed coctiones, & cruditates demonſtrantia ea ſunt, à quibus poteſt temporum morbi deſumi cognitio; nam ſi apparent in euacuationibus, ſignum ferunt de futuro morbi euentu, vt in vrinis,

nis, & alui excretionibus ſi notæ coctionis appareant, ſtatum vel præſentem eſſe, vel breui futurum oſtendunt.

E contra verò ſi cruditatis ſigna appareant, longitudinem morbi demonſtrant: tandem cum aliqua excretio in vno paroxiſmo apparuerit, vt eſt ſudor, aut alui fluxus, ſequenſque paroxiſmus appareat cum eadem vehementia, & longitudine prioris paroxiſmi indicium eſt euacuationem hanc factam fuiſſe copia, & multitudine materiæ; nequaquam propter naturæ robur expellentis, & vincentis; inde elici poteſt longitudinis morbi nota; nam ex Hippocrate ſudor bonus morbum vel tollit, aut ſaltem alleuiat: & hæc de indicijs vniuerſalium morbi temporum ſat ſint dicta.

De Temporibus Particularibus.

Modò ſigna temporum particularium acceſſionum, ſeu paroxiſmorum examinanda veniunt; ſunt autem hæc tempora

Principium,
Augmentum,
Status, &
Declinatio.

Quæ ſunt partes totius circuitus.

Circuitus enim, qui periodus à Græcis dicitur, nihil aliud eſt, Galeno Authore lib. de typis cap. 2. quam rempus intenſionum, & remiſſionum in morbis factum; vel dici poteſt ab eodem in idem reditus; ſed per mutationes ab inuicem diſtinctas, quarum notitia pendet ab actionibus læſis, ab excretis, & à qualitatibus tam primis, quàm ſecundis mutatis.

Principium ab actionibus læſis diſtingui poteſt, & primò ab animalibus, motricibus nempe, atque ſenſitiuis; nam ad motricem ſpectat illa pigritia totius corporis, quam ægrotantes percipiunt; nec non ad motum tarditas, difficultaſque palpebrarum ad motum, loquendi difficultas; loquela enim ſæpè interrumpitur. Horror, rigor, ſternutationes quoque ad hoc genus referuntur.

Ad ſenſitiuam verò attinent propenſio ad ſomnum. dolor capitis, eiuſdemque grauedo, aurium tinnitus, aut ſibilus, refrigeratio partium extremarum, aurium nempe, naſi, pedum, atque manuum, & huiuſmodi.

Ad vitalem porrò ſpectat pulſifica actio læſa nam contrahitur pulſus, virtuſque ipſius debilis redditur, eò quòd calor intus à materia opprimitur, & veluti ſuffocatur; qualitates quoque faciei mutantur ad liuidum, & plumbeum colorem.

Augmentum cognoſcitur ex pulſu velociori, & maiori & ab acceſſu ipſius ad has dimenſiones; deinde à calore, qui maximè augetur, vt tandem ad ſupremum gradum deueniens ſtatum cóſtituat; qui cum ſit deterior pars circuitus, dignoſcitur ex calore ad ſummam intenſionem deueniente, qui in hoc ſtatu permanet ab actione pulſifica declaratus, quæ maior, velocior, & frequentior reddita eſt, ingentique ſiti, inquietitudine, & dolore confirmatus.

Declinationem deſcribunt ſymptomata mitiora reddita tam in actionibus pulſificis, quàm in qualitatibus mutatis, tam totius, quàm faciei; pulſus enim deſinit à velocitate, à magnitudine, & frequentia; atque in intermittentibus ad ſtatum, proui ei à materia putreſcente permittitur; omnia alia remittuntur, vt calor, dolor, inquietudo, & huiuſmodi; iam ſudores apparere, & tandem quietem habere incipiunt.

Hęc de cognitione temporum febrium vniuerſalium, & particularium, ſed vniuerſali ſermone, dixiſſe ſufficiat; nam in particularibus febribus, particularis erit ſermo.

Sed ex dictis duo inſurgunt non negligenda, vnum eſt, an vera ſit propoſitio allata ex Galeno, & Auicenna, quod nullus in declinatione morbi moriatur?

Secundum eſt, an ſtatus ſit deterior pars totius circuitus?

Ra-

Ratio prioris dubitationis eſt, quia non defuerunt, qui apertè ſcripſerint oppoſitum, inter quos eſt Auerroes 3. coll. cap. 3. quem ſectatus eſt Iacobus de Partibus Auicennæ non ignobilis interpres, & alij. Sed quia ſtudeo breuitati, & vtilitati veſtræ, breuiter venio ad ſolutionem, quam Galenus ipſemet tradidit lib. 3. de criſibus cap. 9. declinatio enim duobus modis poteſt conſiderari. vel reſpectu totius morbi, vel. reſpectu paroxiſmi.

A

Si primo modo, adhuc in duplici eſt differentia; nam alia declinatio eſt abſq; aliquo adueniente morbo, alia eſt ſuperueniente aliquo morbo: in prima diuiſione non poſſunt mori, in ſecunda moriuntur ægrotantes. Vera eſt propoſitio Galeni, & Auicennæ, quia in ea declinatione nunquam obſeruatum eſt aliquem interijſſe; & ratio eſt, quia tunc temporis natura habet ſupra cauſam morbificam integram victoriam, alioquin non eſſet dicendum morbum declinaſſe; eſt enim implicatio in adiectis dicere eſſe morbi declinationem, & in ea ægrotantes mori.

B

Cum enim declinatio morbi ſit illa hora, aut tempus, in quo iam materia faciens morbum ſit omninò victa, ita vt expellatur, ſiue inſenſibiliter, aut ſenſibiliter, nullus tunc excogitari poteſt modus mortis, qui aduenire poſſit morbi declinantis occaſione; eſſet enim contra naturam, & rationem declinationis.

C

Atqui ſi ſecundo modo conſideretur declinatio, concedit Galenus poſſe in declinatione paroxiſmi ægrotantes mori, & in dies obſeruantur plures, qui eo tempore moriuntur, & in hoc ſenſu intelligendi ſunt Auerroes, & Iacobus de Partibus.

D

Eſt dicendum adhuc duplicem dari poſſe declinationem vniuerſalem, videlicet veram, atque falſam. In vera declinatione, vt dictum eſt, impoſſibile eſt, vt aliquis moriatur ob allatam rationem.

E

Declinatio etiam falſa verſatur in duplici differentia; nam vna eſt, in qua materiæ tenues reſoluuntur, craſſa intus remanente, & calorem opprimente, vt non rarò in hemitritæis contingit.

Altera eſt, quando calor naturalis reſoluitur ob ſymptomatum violentiam, quæ in ſtatu ob pugnam inter cauſam morbificam, & calorem naturalem factam victa remanet, & reſoluta; calorq; naturalis extinctus penè cum ſit, ceſſare aliquibus videntur ſymptomata, febremque declinare.

Sed non animaduertunt ij tunc reſolutam eſſe virtutem, & calorem ferè extinctum eſſe, & in vtraque declinatione hac, vt pote non vera totius morbi ægrotantes moriuntur, & hæc eſt illa declinatio, in qua Auerroes coll. 3. cap. 3. & Iacobus de Partibus dixerunt in declinatione morbi totius interire poſſe ægrotantes.

Hanc ſententiam confirmat Conciliator diff. 107. in vera autem totius morbi declinatione impoſſibile eſt ægrotantem mori, vt ſupra ex Galeno ſtatuimus.

Tempora enim morbi in quibus moriuntur ægrotantes, eodem Galeno docente, ſunt principium, augmentum, & ſtatus, quamuis alia, & alia ratione; nam in principio propter ſubitum humorum ad interiora reditum, veluti ſuffocata, & extincta natura moriuntur, tunc temporis à copia calor ſuffocatur eo modo, quo quis multam copiam viridium lignorum ſupra paucam flammam inijceret.

In augmento verò, atque ſtatu moriuntur à morbi vigore, & violentia natura ſuperata, & quaſi in pugna victa.

In declinatione verò cum cauſa morbifica à calore omninò euicta ſit, impaſſibile eſt, vt diximus, aliquem mori.

Rectè igitur Auicennas dicebat metum, ſeu mortis timorem eſſe in principio ad ſtatum vſq; in declinatione verò reſpectu alterius morbi ſuperuenientis, non niſi igitur in falſa declinatione, aut in vera quidem, cui ſuperueniat nouus morbus, ægrotantes interire poſſunt: & hæc ad primum dubium.

Ad ſoluendam propoſitam ſecundo loco dubitationem, opus eſt in primis conſiderare morborum naturam, cum alij ſint, qui a materia, tanquam à cauſa prodeant, alij minimè, vt ephemera, & hectica febris.

In primis rantùm docente Galeno lib. ad Traſybul. de optima ſ. ctà cap. 37 datur temporum diuerſitas, cum ex motione materiæ, fiat, & dum incipit moueri, eſt principium morbi ſi magis increſcit motus, fit augmentum ſi verò; fit maior, fit ſtatus; ſi declinet, fit declinatio, quod fieri non poteſt in ephemera aut hectica.

Secundò conſiderare oportet morborum alios eſſe lethales, alios ſalubres, alios dubios, Hippocrate auctore lib. de morbis. De lethalibus non poteſt quidquam determinari, cum interficiant ægrotantes tam in principio, quàm in augmento, & ſtatu, vt ſupra dictum eſt.

Quibus ſic iactis, videtur vera illa Hippocratis propoſitio 2. aph. 3 . in qua ſcribit omnia circa initia, & finem eſſe mitiora; in vigore verò morborum eſſe vehementiora, quod idem confirmatur ab eodem Hippocrate 1. aph. 7. & 8. & Galenus eandem amplectitur ibi ſententiam.

Idem Galenus lib. 1. de criſib. 1. dicebat vehementiſſimum tempus morbi eſſe ſtatum, quod idem repetit cap. 8. eiuſdem libri, & lib. de totius morbi temporibus cap. 1. & libro 1. de diff. febrium cap. 1. dicebat febrem maiorem, & minorem dici à maiori, & minori calido; ſed in ſtatu eſt maior caliditas, quam in reliquis tẽporibus, ergo

A ſequitur, quod ſtatus ſit maior, & vehementior pars circuitus. Minor huius ſyllogiſmi patet ſenſui; nam ad tactum percipitur vehemens calor; pulſus etiã celerior, & maior ſentitur, ergo &c.

Tertiò ex 1. de criſ. habetur tempora morborum eſſe ſicuti in animalibus ætates, ſed animantia in ſtatu ſunt maiora, quàm in alio tempore, igitur & ſtatus erit maior, hoc eſt vehementior,

B quam reliqua tempora.

Quartò in ſtatu febrium natura maximè mouetur contra cauſam morbificam, & cauſa morbifica contra naturam vt critica ſymptomata clarè demonſtrant, igitur ſtatus eſt vehementior cęteris temporibus.

Quintò febres in ſtatu magis lædunt, quia tunc extremos habent labores ideoq; morbus in ſtatu eſt maior, & ſtatus

C eſt vehementior pars morbi.

Hæc ſunt potiora argumenta hanc concluſionem corroborantia, quod ſtatus ſit peior pars totius morbi.

Sunt modò alia argumenta, quibus probari poteſt, minorem morbum eſſe in ſtatu, maiorem in principio, & augmento, & per conſequens, ſtatum non eſſe totius morbi peiorem partem.

Primum argumentum eſt authoritas

D Galeni lib. 1. aph. 30. vbi dicit in ſtatu morbi ſalubris accidentia eſſe maiora, diſpoſitionem verò eſſe leuem; ſed cum diſpoſitio naturalis eſt leuis, illud eſt tempus benignius, ergo morbi ſtatus eſt benignior pars totius morbi.

Secundum. Illud tempus morbi dicitur eſſe benignum, in quo iam materia eſt minorata; ſed hanc conditionem morbus habet in ſtatu, ergo ſtatus eſt

E benignior pars morbi. Minor propoſitio probatur, quia in ſtatu calor magis viget, à quo fit materiæ euaporatio, & per cõſequens minorata eſt materia, ergo, &c.

Tertio dici poteſt virtus in ſtatu eſſe magis valida, quia iam apparet victoria ſuper cauſam morbificã, quod cognoſci poteſt ex coctione apparente in ſtatu.

Po-

Poſtremò, eo tempore morbi, in quo apparet coctio, adeſt victoria ſuper cauſam morbificã, ſed in ſtatu adeſt concoctio, ergo etiam & victoria, at vbi adeſt victoria, ibi eſt morbi tempus benignius, ſed hæc eſt in ſtatu, quare ſtatus eſt benignior pars totius morbi.

Sed huiuſmodi argumenta contrariũ apparenter probantia, poſſunt inter ſe conciliari, ſuppoſita illa reſponſione, quam Turiſanus lib. 3. art. med. c. 32. in medium adducit, quæ eſt, huiuſmodi.

Status morbi poteſt dupliciter conſiderari, primo modo reſpectu eſſentię, & naturæ ipſius, ſecundo modo reſpectu magnitudinis, ac vehementiæ morbi, cauſæ, & ſymptomatum pendentium ab actione naturæ agentis contra morbum, & cauſam morbificam.

Quare ſi primo modo ſtatum morbi conſideremus, dici is poteſt mitior, & benignior pars totius morbi, quia tunc temporis apparent ſigna coctionis, & victoriæ naturæ ſupra cauſam morbificã, vnde 2. aph. 30. ſcriptũ à Galeno eſt morbũ, ſeu diſpoſitionẽ morbi leuiorẽ eſſe.

At ſi ſecundo modo ſtatus conſideretur, dici poteſt deterior pars totius morbi, ob maximã, pugnam, quę eſt inter naturam, & cauſam morbificam, vnde Galenus eodẽ in loco dixit in ſtatu fortiora eſſe ſymptomata; tunc enim magnus eſt naturæ conatus qui imperitis medicis imponit; ſcriptũ enim eſt ab Hipp. 1. aph. 13. quibus futura eſt criſis, ijs nox grauis, quæ ſequitur leuior ferè exiſtit.

Sed Turiſanus ſibimet obijciens, affert exemplum pleuritidis ad ſuppurationem tendentis, in qua fiunt dolores, & febres magis in ſtatu, & tamen huiuſmodi ſymptomata in ſtatu ſequuntur naturam inflammationis, non autem prodeunt à pugna inter cauſam morbificã, & naturam, ergo falſum eſt, quod ſtatus ſit peior pars morbi reſpectu pugnæ, ſed ſi id ei contingit, eſt ratione naturę morbi, quare reſponſio data nulla eſt.

Deinde ait Turiſanus non eſſe parem

A rationem pleuritidis ad ſuppurationem tendentis cum morbis ſalubribus, eò quòd putauerit pleuritidem ad ſuppurationem tendentem dubiam eſſe, hic verò ſermo eſt de morbis ſalubribus, in quibus ſtatus ratione eſſentiæ morbi eſt benignior, & leuior pars totius morbi; reſpectu verò ſymptomatum euenientium à pugna inter morbum, & naturam eſt peior pars.

B Sed contra Epiphanius Ferdinandus lib. 3. theorem 5. arguit probans de quouis morbo ſalubri, quod peior ſit in ſtatu in ſua eſſentia, quàm in alijs temporibus, ad hunc modum. Primò, vbi morbus peracutus eſt, ſtatim extremos habet labores, & per labores intelligit acceſſiones, & ſymptomata conſequentia morbum, non pugnam, alioquin dicendum eſſet falſum dixiſſe Hippo-

C cratẽ, vbi dicit morbũ eſſe peracutum.

Secundò ex lib. 1. de criſibus cap. 10. ſtatus febris ex Galeno cognoſcitur, quia citius, & fortius acceſſiones inuadunt, ergo morbus maior eſt in ſtatu; ſiquidem ad magnitudinem acceſſionum ſequitur morbus maior.

Tertiò ex lib. 1. de criſibus 18. cum fiunt coctiones in morbis, propter efferueſcentiam, febres inducuntur, tunc ſic,

D vbi maior eſt efferueſcentia, ibi maior febris, ſed in ſtatu eſt maior efferueſcentia, ergo in ſtatu eſt maior febris.

Confirmat id ex libro de totius morbi temporibus cap. 3 vbi Galenus dicit, quod in morbis ſalubribus cognoſcuntur quatuor tempora, vt apparet in inflammationibus externis, in quibus in primo inſultu eſt pauca inflammatio, in augmento maior, in ſtatu maxima, in

E declinatione omnia mitia; quibus ſuppoſitis, tunc ſic arguit.

Ita ſe habent tempora morborum vt inflammationes, ſed hæ in ſtatu ſunt maiores, ergo ſequitur, quod febres ſint vehementiores in ſtatu, quàm in reſiquis temporibus.

Sed huiuſmodi argumenta nihil vl-

terius probant, neque quidquam ha bent contra puris generationem, quam diximus generari è pugna caloris innati, & præter naturam. Nam dicam ego id eſſe falſum, neque generationem puris proficiſci a natura inflammationis; quia iſtud non eſt ſymptoma ſequens inflammationem, niſi per accidens, quatenus colligitur ſanguis tanquam in loco præter naturam; ſed prouenire à pugna, quæ eſt inter calorem naturalem, & præter naturam docente Galeno 5. de ſimpl. med. facult. cap. 9.

A

Quæ pugna, cum ſit actio quædam caloris naturalis mixti cum calore præter naturam in materiam ſubiectam, nempe in ſanguinem extrauenatum, & præter naturam collectum, & actio fieri non poſſit niſi in tempore, veriſimile eſt, & rationi quam maximè conſonum, vt in ſtatus initio incipiat tranſmutari ſanguis in pus, ſed rudi quadam delineatione; in medio verò magis perficitur, vt tandem in fine ſtatus ad perfectam puris naturam ſit redactus.

Tunc enim calor naturalis victoriam adeptus eſt ſupra calorem præter naturam, ex totoque materiam in pus conuertit, quare puris generatio non eſt accidens, ſeu ſymptoma conſequens naturam inflammationis, ſed ſequitur pugnam vtriuſque caloris, vt dictum eſt ex Galeni ſententia; neque ſupurari poteſt materia, niſi fluxa fuerit, quo tempore collecta eſt, calorque incipit tentare pugnam.

Sit igitur firma hæc reſponſio, quod ſtatus reſpectu ſymptomatum à pugna prodeuntium eſt peior pars totius morbi; reſpectu verò morbi, & cauſæ morbificæ eſt leuior, & melior pars, cum iam victoria appareat caloris naturalis ſupra cauſam morbificam.

Qua reſponſione tanquam vero, vt arbitror, fundamento ſuppoſita, ad argumenta vtriuſque partis facilè reſponderi poteſt.

Ad Hippocratem primum ad 30. aph. 2. particulæ, & 1. aph. 7. & 8 & Galenum, dico, quod intelligendæ ſunt illæ authoritates de ſtatu reſpectu pugnæ, non autem morbi, vt 1. de criſ. cap. 1. & 8.

Ad eundem Galenum lib. de morb. temporibus cap 1. & 1. de diff. feb. cap. 1. concedimus maiorem febrem dici à maiori calore; & è contra minorem febrem à minori calore, tunc vltra quemadmodum febris denominatur à maiori calore, ita ſtatus morbi, in quo intenſior eſt calor, debet dici maior, quàm principium, & augmentum.

B

Eadem reſponſione tollitur hæc difficultas, quia tempore ſtatus, etſi caliditas reddita eſt maior; non tamen ratione huius ſtatus dicitur vehementior, quia cum hac intenſa caliditate adeſt ſignum coctionis, quæ ſignificat dominium caloris.

C

Nec huius caloris ratione dicitur pars morbi vehemens, cum in illo adſit leuis diſpoſitio; ſed dicitur vehementior, & maior ratione pugnæ, quæ tunc temporis excitatur inter calorem naturalem, & cauſam morbificam, ſeu quod inter calorem naturalem, & præter naturam caliditas reddita eſt maior, non igitur ratione morbi, ſed vehementiæ pugnæ, quæ eſt inter naturam, & cauſam morbificam.

D

Ad tertium dicimus ita contingere morbis ſalubribus in ſtatu, vt ipſis animalibus, quæ maiora apparent ratione extenſionis, vnde ratione intenſionis ſunt longè mitiores morbi iam ſuperata cauſa morbifica.

Eadem reſponſione tolluntur alia argumenta; nam ſtatus eſt vehementior, & magis lædit ratione ſymptomatum, quæ in pugna oriuntur.

E

Ad ea verò, quibus probatum eſt ſtatum eſſe totius morbi leuiorem & benigniorem partem, dicimus vera eſſe ratione morbi, & cauſæ morbificæ, quæ victa eſt, cùm calor naturalis iam habeat dominium ſupra cauſam morbificam

cam, & in promptu eſt, vt ipſam expellat, diſſipetq; calorem extraneum.

Ad Epiphanium Ferdinandum dicimus non demonſtrare id, quod eſt pollicitus; nam in primo argumento petit principium, ſiquidem ſupponit extremos labores, qui in ſtatu morborum acutorum accidunt, euenire ex morbi intenſione, non ex pugna, quod erat probandum.

Nec Hippocrates falſum dicit, quia de natura ipſius peracuti morbi eſt ad ſtatum properare, in quo ſtatim excitatur pugna, vnde oriuntur labores.

Ad ſecundam etiam authoritatem reſpondemus locum hunc eſſe intelligendum acceſſiones vehementiores eſſe, & alia ſymptomata non vehementiæ morbi, at eodem capite citato 10. cap. 1. de criſ. dicit, principium criſis eſt vltimus terminus aſcenſus; tunc enim citius, & breuiori tempore, & magis fiunt paroxiſmi, ex quibus Hippocratis, & Galeni verbis ſat dilucidè apparet euenire id ratione pugnæ, non morbi aſcenſus.

Ad tertium Epiphanij argumentum reſponde, efferueſcentiam in morbis eſſe in duplici differentia (loquor de morbis ſalubribus) alia, quæ fit ex ſola febris acceſſione; alia, quæ fit ex calore accenſo ad vltimum caliditatis gradum ſimul cum pugna, quæ excitatur inter calorem naturalem, & præter naturam. Si primo modo ex illa acceſ-

A ſione non fiunt coctiones, ſed benè ex ſecunda, & illa eſt, cuius meminit Galenus 1. de criſ. cap. 18. vbi examinatur Anaxionis caſus.

Et ad confirmationē prædictæ rationis, vbi ex Galeno dicitur; ita ſeſe habere febres, quemadmodū ſe habent inflāmationes, ſed inflammationes ſunt maiores in ſtatu, ſequitur etiam, quod & febres, & alij morbi ſint in ſtatu maB iores. Reſpondeo, quod inflammationes conſiderantur duobus modis, vel reſpectu magnitudinis morbi, vel reſpectu vehementiæ eiu dem.

Si primo modo procul omni dubio, quod ſunt maiores in ſtatu inflammationes ob materiæ collectæ copiam, & hoc modo nihil probat, quod etiam materia in ſtatu ſit copioſior in alijs morbis: at ſecundo modo non eſt maior, C hoc eſt vehementior, & peior ſtatus, niſi vt ſupra dictum eſt ratione pugnæ, quæ eſt inter calorem naturalem, & præter naturam in generatione puris.

Nam in hac operatione calor naturalis concoquit, præter naturam purrefacit, in illaque pugna ſequuntur dolores, & febres non ſecus atque in febribus acceſſiones maiores fiunt, celeriores, & longiores. Hæc ſatis ſint dicta de D huiuſmodi quæſtione, qua ita determinata, abſoluta iam ſunt capita vniuerſalia à nobis propoſita in principio lectionum, modò deueniendum eſt ad particularia.

DE

DE FEBRIBVS BILIOSIS

DE TERTIANA EXQVISITA
CAPVT OCTAVVM.

PRimò exordium facie-
mus à febribus bilioſis,
à quibus omnes tertia-
næ ſpecies oriuntur;
nam hæ reliquis fre-
quentiores ſunt, omni-
umque vehementiſſimæ, & maximè af-
fligentes.

Harum verò cum variæ ſint differen-
tiæ, curabimus vnamquamque inuenire,
ipſiuſque naturam ſigillatim explicare;
quare quamuis ſimplices ſint aliæ,
aliæ compoſitæ, ſeu complicatæ inter
ſeſe, primò afferemus ſimplices, ſuo
loco tractaturi de compoſitis.

In ſimplicibus differentijs adduce-
mus primùm diuiſionem Auicennæ, &
aliorum Arabum, deinde diuiſionem
Galeni, & Græcorum.

Auicennas igitur tres nobis affert dif
ferentias, quæ ſunt

Continua,
Periodica, &
Ardens.

Rurſus periodicam diuiſit in exqui-
ſitam & non exquiſitam, ſeu in puram,
& non puram, quam notham, ſeu ſpuri-
am vocant.

Sectantes Arabum doctrinam ſubdi-
uidunt in duas differentias, pro vt bilis
inficitur, atque impura redditur per
admixtionem, vel pituitæ, aut melan-
choliæ, ac ſi admiſceatur pituitæ voca-
tur tertiana notha maioris famæ; ſi ve-
ro illi admiſceatur melancholia, dicitur
tertiana notha minoris famæ.

Redduntque rationem, cur prima di-
catur maioris famæ, altera verò mino-
C ris: maioris famę quidem, quia frequen-
tiùs contingit bilem admiſceri pituitæ,
quàm melancholiæ, tum quia maior
pituitæ copia in corpore reperitur,
quàm melancholiæ; deinde facilius eſt
ſicco humidum admiſceri, quàm ſic-
cum ſicco.

Et quamuis reuera Auicennas ipſe
non diuiſerit in has differentias hanc
febrem, ſui tamen interpretes mo-
D ti ab eo, quod ipſe ſcribit lib. 1. ſui can.
doctrina 1. cap. 1. fecerunt hanc diui-
ſionem de maiori, atque minori fama;
quandoquidem Auicennas diuiſit bi-
lem non naturalem in duas differentias,
vnam ſic dictam, quod aliquid propriæ
naturæ admiſcetur; alteram verò, quæ
citra alterius rei admixtionem mutatur
à propria natura.

Rurſus priorem diuidebat in duas
E differentias, vnam, quam vocabat ma-
ioris famæ, quando admiſcebatur illi
pituita; alteram verò appellauit mi-
noris famæ, quia ei admiſcebatur me-
lancholia.

Verum ſi ad has differentias minutio
res deſcendere velimus, opus eſt eti-
am tertianam notham appellare maio-

ris

ris ſlauæ, quæ fit à bile putreſcente, cùm pituita in alias differentias partiti, quoniam alia differentia ipſius eſt, quando bili committetur pituita tenuis; tunc enim contingit bilis citrina; alia verò quando committetur craſſa; tunc enim conſurgit bilis vitellina, vt idem dicebat Auicennas loco citato.

Quæ omnes differentiæ, & longè etiam plures licet ſubſtitui poſſint pro varijs rationibus, quibus contingit bilem impuram reddi, ab Auicenna tamen tunc tantùm duæ propoſitæ afferuntur differentiæ, tum quia aliæ non variant curationem, tum quia euidentes differentias ſenſui non pariunt, & periodicam febrem tertianam ſubdiuidit ſolum in puram, & non puram ſeu ſpuriam, & notham, quam dixit fieri ex permixtione bilis, & pituitæ, atque aliarum, nec putat omnium non puratum eſſe eandem rationem cum hac.

Quia verò tertiana non pura, quam dixit fieri ex commixtione bilis cum pituita, videtur perperam inter has differentias ſimplices repoſita, vt potè quæ à mixtione humorum producatur, propterea ad eandem pertinet, ad quam hemitritæus, aut ſemitertiana, quæ ipſa quoq; à pituita, & bile putreſcente ortum ducit.

Proponit Auicennas differentiam inter tertianam non puram, & hemitritæum, ratione cuius conſtat, cur illa fuerit ſimplex, hæc verò compoſita: primùm quia fit à putredine bilis, & pituitæ ſimul mixtarum non vtcunque, ſcilicet per ſolam iuxta poſitionem, & adhæſionem, ſicut in hemitritæo, ſed commixtione aliqua, per quam reſultet vna complexionalis forma ambarum, in qua bilis prædominetur.

Atque inde fieri aſſerit, quod in tertiana non pura fiat vnicus tantùm paroxiſmus, in hemitritæo verò fiant duo, quia in hoc ſunt duo diſtincti humores ſpecie, qui putreſcunt; in illa verò quidem duo, ſed nec vt ſub propria ſpecie, ſed quatenus iam depoſitis proprijs formis in quoddam tertium coiuerunt.

A At in quo diſtinguitur à duplici tertiana, vel triplici? Diſtinctio in his poſita eſt, quod in tertiana non pura putreſcit vnus humor ex duobus coaleſcens; ſed in vno tantùm loco, in duplici autem tertiana putreſcit vnus humor tantùm, bilioſus ſcilicet, ſed duplici in

B loco, & propterea in his ſingulo die fiunt acceſſiones, in tertiana non pura vnico die, & tertio quoq; repetit.

Quod autẽ de duplici dico, id ipſum intelligo de triplici; neque id inconueniens eſt ex Galeno in duas & tres tertianas ſimul copulari, vt ipſe quandoque obſeruauit 2. de criſ. cap. 9. in illa muliere.

C Sed quæretis à me, eſt ne differentia inter duas tertianas, & duplicem tertianam? Sunt, qui faciunt hanc differentiam, quod duplex tertiana dicatur, quę ſingulo quoque die inuadit; duæ verò tertianæ, quando eodem die bis inuadit, & declinat febris.

Sed ſi vultis me verum fateri, huiuſmodi differentia non videtur reperiri apud Galenum; nam lib. 2. de criſ. cap. 9. videtur confundere; nam quod eadẽ

D die, vel ſequenti inuadat, non variat ſpeciem, ſed ſemper fit hoc, quod putreſcit in varijs locis, quamuis etiam videatur poſſe colligi apud Galenum totum oppoſitum; nempe quod duplex tertiana ſit, quando bis ſpatio horarum vigintiquatuor corripiuntur ægrotantes; duæ verò tertianæ, quando ſingulis diebus ſemel obſidentur.

E Et ex his colligimus talem febrium bilioſarum ſimplicium diuiſionem ex Auicennæ, & Arabum ſententia; nam febris bilioſa ſimplex, aut eſt continua, aut periodica, aut ardens; & ſi periodica, aut pura, aut non pura. Sufficientia diuiſionis huius inde deſumitur, quia bilis putreſcens, aut putreſcit intra vaſa, aut extra; ſi intra, aut ſunt parua,

aut

aut diſtantia à corde, & tunc fit continua proportionata (niſi parua adeo ſint vaſa, ac remota, vt poſſit etiam fieri intermittens) aut magna: ſed ſi propè cor, ſicut ſunt venæ pulmonum, hepatis, ventriculi, & cauitatis thoracis, tunc fit ardens, ſeu cauſon.

Atqui ſi putreſcat extra vaſa, aut eſt pura, aut non pura: ſi pura eſt, facit febrem tertianam exquiſitam dictam; ſi non pura, facit tertianam nótham, quam (vt audiuiſtis) diuidunt interpretes Auicennæ in eam maioris famæ; quando ſcilicet admixta ſit bili pituita; vel minoris famæ, quando admixta ſit melancholia, quod ſi adhuc ſit maioris famæ, vel erit ex bile vitellina, vel citrina.

Hic eſt modus inueniendi has differentias penes Arabes, in quo obſeruo omiſſam eſſe vnum differentiam; nam quemadmodum materia extra vaſa putreſcens, eſt vel pura, vel impura; ita quoque euenire poteſt intra vaſa, quare ſicut ibi datur pura tertiana periodica; ita dici poteſt dari poſſe continuam puram, & impuram; ſed quia hæc non apparet ſenſibus, quemadmodum illa, ideo ab Auicenna omittitur.

Iuxta verò Galeni placita varijs in locis, ſed præcipuè 3. in 1. epid. con. 5. & 2. in 6. epid. 23. alium modum colligendi has differentias habemus; nam ex bilioſis febribus alias dicebat ad integritatem, & infebricitationem produci, alias verò non.

Primum membrum adhuc ſubdiuidebat; nam earum, quæ ad integritatem perueniunt, alias dicebat eſſe, quarum acceſſio, ſeu paroxiſmus infra duodecim horas ceſſat, & has vocabat tertianas exquiſitas, alias verò vltra porrigi, atque harum adhuc duplicem affert differentiam.

Nam quædam ſunt, in quibus interuallum longius eſt ipſa acceſſione; acceſſio enim nunquam attingit vigeſimã horam, aut raro; & has dicebat 2. de
A diff. feb. cap. 8 vocari tertianas ſimpliciter, & abſolutè, nec exquiſitas: aut acceſſio ipſum interuallum longitudine ſuperat ſecundum magis, & minus, & has omnes tertianas extenſas vocari dicebat, ad quas etiam pertinent duplex, & triplex tertiana.

Si verò non veniant ad integritatem, vel primo die faciunt horrificas repetitiones, & inuaſiones, altero verò die
B ſimplicem vnam inuaſionem habent, & has vocabat hemitritæos; vel ſimpliciter tertio quoque die repetunt, & vocantur tritæophies, hoc eſt naturam tertianarum imitantes.

Quod membrum poteſt adhuc ſubdiuidi; nam vel materia magis eſt in venis propinquis cordi, ac magnis, vel non. Si primo modo acutæ, & ardentes, & cauſon fiunt, in hiſque vix obſer-
C uantur tertianariæ acceſſiones: ſi verò ſecundo modo, vocantur ſimplicitet tianæ.

Et hic eſt modus patiendi febres bilioſas, quo vſus eſt Galenus locis citatis, ex quo facilè intelligere poſſumus, quod ſi ſimplices tantùm tractamus, ſiue ſecundum Galenum, ſiue ſecundùm Auicennam, duæ nobis præcipuæ occurrunt differentiæ, periodica nempe, &
D continua.

Periodica, vel eſt pura, vel non pura, ſiue exquiſita, vel non exquiſita. Continua, vel ardens, & acuta; vel neque ardens, neque acuta, ſed tertianæ naturam referens, ſcilicet quæ continua naturam tertianæ referens dicitur.

Quare de his tantùm à nobis in præſentia agendum, inter quas primò eſt
E tertiana exquiſita tanquam ſimpliciter, & quæ curationem, quamuis faciliorem habere videatur; nihilominus eſt fundamentum curationis aliarum periodicarum. Hæc igitur primo loco à nobis examinanda eſt, de qua quidem ea tractabimus, quæ ad ipſius cognitionem, necnon, & ad ipſiuſmet

cura

curationem faciunt.

Ad cognitionem pertinent præſentia, & futura. Præſentia ſunt definitio, cauſæ, & ſymptomata. Futura ſunt euentus, modus, atq; tempus, de quorum notitia agendum primò proponitur. Ad curationem ſpectant indicationes, indicata, hoc eſt auxilia, & rectus vſus, ac recta trium inſtrumentorum adminiſtratio, nempe, diætæ, pharmaciæ, & chirurgiæ.

Dicta fuit hæc febris tertiana, eo quòd acceſſiones, ſeu paroxiſmi de tertio die in tertium hominem apprehendunt; ita vt tertiana ab effectu ſit nominata. Eſtq; hęc febris, non ſecus atq; aliæ omnes, intemperies calida, & ſicca totius corporis ortum ducens a bile ſyncera putreſcente extra venas; hinc dicitur febris exquiſita, quia fit à bile ſyncera, & pura.

DE CAVSIS TERTIANAE exquiſita.

CAuſæ huius febris aliæ ſunt internæ, aliæ externæ. Ruſus internarum aliæ ſunt præter naturales; aliæ naturales. Internæ cauſæ præternaturales ſunt adhuc in duplici differentia; alia enim eſt, quæ coniuncta dicitur, immediata, & proxima; alia eſt, quæ, antecedens, atq; mediata vocatur.

Immediata, & proxima nihil aliud eſt, Galeno authore 1. ad Glau. cap. 5. & Auicenna, quàm bilis ſyncera putrefacta extra vaſa. Fernelius putat fieri à bili tenui, quæ eſt circa præcordia lib. de febr. cap. 13. verùm cum bilis alia ſit alimentalis, alia excrementitia, ab vtraque fieri poteſt, quando pręter naturam reddita eſt, abſque tamen alterius admixtione: in ſumma bilis ſyncera putrefacta extra vaſa facit febrem tertianam.

Hic Augenius putat lib. 5. de feb. c. 12. non poſſe fieri hanc febrem niſi à bile tenuiori, non ab ea, quæ eſt in venis; quia dum eſt in venis, non facit febrem, ſed diſponitur ad febrem faciendam. Sed cùm tam illa, quæ eſt in venis, quàm illa, quæ eſt in folliculo, poſſint fieri præternaturales abſque alterius admiſtione, eſt dicendum poſſe fieri febrem, & ab excrementia, & ab alimentali, quia vtraq; poteſt extra venas corrumpi, tam abſque alterius admiſtione, quàm cum admiſtione.

A tenuiori quidem parte alimentalis, quando ob ſui tenuitatem exit à venis meſeraicis, & abſq; alterius admiſtione corrumpitur, & putreſcit, & fit febris: hæc autem bilis à materia chyli tenuioris per venas meſeraicas in iecur delata, ab eodem iecore tanquam à cauſa efficienre producirur, inde per poros venæ effunditur, cuius vna pars in folliculum bilis deponitur.

Sed cùm multæ ſint bilis præternaturalis differentiæ, hoc eſt flaua, vitellina, porracea, æruginoſa, yſatis, cærulea, atque rubea, an quemadmodum ex flaua bile, quæ ab Auicenna citrina vocatur, fit, fieri poſſit ab alijs ſpeciebus, præſertim a vitellina, & ęruginoſa, aut etiam à porracea?

Auerroes lib. 3. coll. cap. 3. & inter recentiores Valletiola lib. 4. ſuarum enarrationum enarr. 3. affirmant. Mercatus de putrid. feb natura, & curatione, affert ſex tertianæ febris differentias, vna ſalubris; aliæ verò pernicioſæ, quæ ſunt numero quinque.

Prima quando natura errans, aut impotens tranſmittit humores ad partes præcipuas, & ad cor præſertim.

Secunda eſt, quando bilis putreſcens admiſcetur ichoribus tenuibus.

Tertia, quando fit ex prauorum humorum putredine, nempe vitellinæ, porraceæ atq, æruginoſæ bilis.

Quarta, quando fit ex miſcella craſſorum humorum cum ſeroſis, & tenuibus.

Quinta, & vltima, quando ſuccedit aliquod prauum ſymptoma.

Multi è contra ſunt, qui exiſtimant febrem tertianam nunquam ab alia ſpecie bilis fieri, quam à ſupradicta; nam dicunt æruginoſam, & porraceam, & vitellinam ita adeo conditionis prauę, vt putreſcere nequeant in corpore, niſi cum pernicie ægrotantis.

Pro ſolutione dicendum eſt fieri quidem poſſe huiuſmodi febrem, ſed raro, & longè rarius eſt tales febres eſſe ſalubres, quemadmodum ſe obſeruaſſe in duabus mulieribus ſcribit Valleriola. In ſumma fieri febrem tertianam ab huiuſmodi bilis ſpeciebus non repugnat naturæ febris, ſed id paucilliſmi obſeruarunt.

Cauſa verò antecedens præternaturalis eſt idem humor bilioſus, non quidem putrefactus ſed qui paratus eſt, vt putrefiat, & extra ad corporis habitum pellatur.

Cauſæ vero internæ naturales ſunt habitus corporis gracilis, bilioſus; complexio calida, & ſicca; ætas florens, ac iuuenilis. Poteſt etiam addi ſexus virilis, magis quam muliebris, à quibus promptius generatur bilis.

Externæ verò cauſæ ſunt omnes ſex res non naturales, inter quas primò occurrit aer calidus, & ſiccus, ſiue contingat talis eſſe ratione temporis anni, aut conſtitutionis præſentis, vel regionis, is enim attractus per inſpirationem, & perſpirationem, nec non per contactum exterioris cutis corporis, aut per communicationem ad cor præſertim æſtiuo tempore, & ſub diebus caniculatibus poteſt eſſe cauſa febris tertianæ.

Sed non modò aer calidus poteſt inducere febrem calefaciendo, verum etiam poteſt eſſe cauſa generationis humoris billioſi; primo enim modo rationem habet contactus corporis calidi; ſecundo rationem rei calidæ admiſtæ, quia concurrit cum alimentis calidis.

Poſt aerem ſuccedunt alimenta, hoc

A eſt cibus, & potus, cum tales ſunt, vt conuerti poſſint in ſanguinem bilioſum, aut generare humoris bilioſi copiam, vt omnes cibi calidi, quibus etiam admiſcentur res aromaticæ, ſcilicet piper caryophylli, cinnamomum, & id genus alia, quæ poſſunt inducere caliditatem in corpore.

Ea quoque alimenta, quæ facilè putreſcunt ſunt huius generis, inter quæ

B ſunt fructus ferè omnes horarij, quos præcoces appellant, ex quorum nimio vſu ſingulo anno Galenus incidebat in febrem tertianam, à quibus vbi cæpit ſe abſtinere; non amplius hac febre correptus fuit, lib. de bonit, & vitio ſuccorum cap. 1.

Crapula quoque, & ſæpe conuiuari collectionis humoris bilioſi in corpore ſunt cauſa, quemadmodum vini gene-

C roſi immoderatus potus & intempeſtiuus.

Sed præter cibum, & potum aliæ etiam res non naturales tertianam febrē inducere poſſunt, vt immoderata vigilia, immoderatus motus, præſertim ſub ſole factus; nam primò articulorum incaleſcunt tendines, deinde muſculi, & tandem omnes corporis partes, quouſque caliditas corpori communicata

D fuerit.

Animi quoque immoderati affectus, vt ſunt vehementiores cogitationes, impenſa ſtudia, & aliæ paſſiones immoderatę, quę referuntur ad animi motum.

Retenta præterea, quæ conſueuerunt exire, vel ſtatutis quibuſdam temporibus, vt in mulieribus menſes, vel hæmorrhoides, vel aliqua alia excretio conſueta, ſiue ſit ſanguis è naribus, ſiue

E aliquod cauterium, & ex quo exire cōſueuerant excrementa, ſunt cauſa collectionis humoris bilioſi in corpore, à quò fit febris.

Ab his cauſis, quæ dicuntur nobiſcū continuò verſari, fit humoris bilioſi in corpore collectio, quæ tamen ad febrē excitandam non ſunt ſufficientes, niſi addan-

A addantur aliæ, vt eſt prohibita tranſpiratio, à qua putredo oritur. Prohibitam tranſpirationem facit obſtructio, quam patit vel multitudo, vel craſſities, vel lentor humorum, aut pororum cutis adſtrictio. Obſtructio fieri poteſt à cauſa exteriori fortuitò eueniente, vt eſt aquę calidæ balneum intempeſtiuum, & frequens vſus ipſius: adſtrictio verò ab aquæ aluminoſæ balneo efficitur.

B Sunt etiam, quæ caſu, & fortuitò, eueniunt, vt caſus ab alto, percuſſiones, aut vulnera, vel id genus alia multa. quæ febrem inducere poſſunt.

Iſtæ ſunt omnes cauſæ febris tertianæ tam internæ, quàm externæ, quæ procreant humorem multum bilioſum, quo procreato, ſi contingat obſtructio, vel cutis cóſtipatio, inde ſequatur prohibita tranſpiratio, deinde putredo, atq; C ex putredine tandem in cor exhalatio, fit febris. Cauſis recenſitis ſigna afferenda veniunt, de quibus in ſequenti.

DE SIGNIS FEBRIS *tertianæ exquiſitæ.*

SYmptomata, quæ ducunt nos in cognitionem febris huius, alia petuntur à qualitatibus corporis mutatis; alia ab actionibus læſis; & alia ab D excretis.

Rurſus qualitates mutatæ in corpore à febre aliæ dicuntur à ſcriptoribus quibuſdam ſubſtantialiter inhærentes; aliæ verò dicuntur ſubſequentes: primæ ſunt primæ qualitates, inter quas primum locum obtinet caliditas, quæ dicitur ſubſtantialiter inhærere, eò quòd prouenit à calore, cuius proprium eſt intendi, ac remitti, id eſt ſuſci- E pere magis, & minus.

In febre igitur hac tertiana calor corporis mutatus eſt ad caliditatem quandam acrem, & mordacem; de quo loquens Galenus lib. 2. de criſ. cap. 3. dicebat, eum non differre à caliditate febrium ardentium.

Et 1. ad Glauc. cap. 5. addebat eſſe acrem, ſed qui ſtatim ad manum remittitur; & quod magis eſt idem Galenus 3. de cauſis ſymptomatum cap. 5. ſcriptum reliquit calorem tertianarum eſſe omnium maximum, & Auicennas lib. 4. fen. 1. cap. 35. eum eſſe ardentiſſimum tradidit.

Sed hoc loci videtur adeſſe aliqualis difficultas in aſſignando gradu caloris huius febris, quandoquidem Auicennas lib. 1. fen. 2. doctr. 2. ſum. 2. cap. 2. dicebat calorem febrium hecticarum eſſe maiorem calore febris tertianæ.

Pro ſolutione ſcire debetis, calorem febrilem poſſe duobus modis conſiderari; primo reſpectu acceſſionum, item reſpectu totius conſtitutionis, hoc eſt decurſus ipſius febris. Si primo modo adhuc conſideratur intenſiuè, vel extenſiuè.

Si igitur calor febris tertianæ conſideretur in acceſſionis augmento, aut ſtatu, tunc eſt omnium febrium maximus, & huius ratione à Galeno fuit hęc febris inter ardentes febres numerata loco de criſ. iam citato cap. 3.

Si verò ſecundo modo conſideretur, dico calorem hecticarum eſſe maiorem, hoc eſt extenſiſſimum, quoad durationem.

Qualitates verò aliæ, nempe ſecundæ, vt calor faciei, mutatus eſt ad colorem pallidum, aut flauum: oculi quandoque excauantur: lingua ſicca, arida, & flaua apparet.

Ab actionibus læſis ſumuntur deinde ſigna, & primò ab animalibus tam ſenſitiuis, quàm motricibus, at ſenſitiuæ aliæ ſunt internæ, aliæ externæ.

Quod ad ſenſitiuas internas attinet, quas hegemonicas vocant, ſolent eæ quandoque lædi, & præſertim imaginatio, nempe in acceſsionis initio; nam fit paraphreneſis ex vaporibus calidis in caput elatis, vnde imaginatio per conſenſum deprauatur.

Deinde læditur tam ſenſitiua tactus,

quàm motua à rigore, quandoquidem proprium ſymptoma huius febris eſt rigor, qui eſt perfrictio quædam totius corporis dolorifica. Quomodo fiat rigor, & à qua cauſa, & quotuplex ſit, intellexiſtis in tractatu vniuerſali, vbi dicebam vobis alium eſſe, qui lædit magis motu, quàm frigore, vt in quartanis; alium è contra, qui magis affligit frigiditate, quàm concuſsione, vt in quotidianis.

Rigor febrium tertianarum lędit tam refrigeratione, quàm concuſsione; ſed longè magis concuſsione, atque motu; vnde Galenus 2. de criſi citato dicebat tertianam exquiſitã minimè fieri abſq; rigore pungente, & carnem feriente; in primo enim huius febris inſultu rigor acris, & mordax ita eſt, & pungens, vt ſi acubus cutis ipſa tota pungeretur.

Quare is eſt rigor, qui motu, & refrigeratione, ſed magis motu, & agitatione lædit, quæ verò huius rigoris ſit cauſa, Galenus docet lib. 1. de cauſis ſympt.

Sed proprium huius febris ſymptoma eſt rigor, vbi pungitiuus, & acutiſſimus fuerit, & in primo inſultu, ſeu in paroxiſmi, aut acceſsionis initio.

Vnde idem Gal. lib. 1. ad Glauc. cap. 1. admonet, quod quando à principio audimus aliquem correptum fuiſſe paruo rigore, adhuc alia ſigna inquirenda ſunt, quandoquidem eſſe poterit vel quotidiana, vel hemitritæus, vel aliqua alia ex continuis, ex quo loco colligere poteritis perpetuum ſignum, ac pathognomonicum febris tertianæ exquiſitę eſſe rigorem vehementiſsimum, & quod aliquę febres continuæ cum rigore inuadant.

Ab actionibus vitalibus quoque hęc febris tertiana exquiſita cognoſci poteſt, pręcipuè à pulſu, qui conſideratur, vt acceſsio eſt adhuc in principio, augmento ſtatu & declinatione.

In principio enim pulſus eſt paruus,

A obſcurus, tardus, atque rarus, quamuis Galeno authore 2. de criſ. cap. 3. citato ſit æqualis in augmento, & ſtatu, liberamq; habeat celeritatem: at in principio declinationis talis pulſus percipitur, qualis obſeruatur in benè valentibus, dum exercentur, aut balneo vtuntur, nempe magnus, vehemens, & celer.

B Sed vnum hoc loci conſideratione dignum eſt; nam cum febris hæc ſit de genere intermittentium, vt dictum eſt, ita vt circuitus ipſius paroxiſmi diuidatur in duas partes, quarum vna, & prior conſtat ex principio, augmento, ſtatu, & declinatione; altera, & benignior eſt interuallum; nam quatuor illa tempora conſtituunt deteriorem partem paroxiſmi, quæ congnoſcuntur ex Galeni ſententia à varietate pulſus, vt diximus.

C Inquiſitione præterea dignum eſt, an in interuallo ex eodem pulſu cognoſci poſſit futura acceſſio. Interuallũ in hac febre ad minus eſt triginta ſex horarum; ita vt deterior circuitus pars habeat ſpatium duodecim horarum. Quæſitum igitur eſt, an in toto hoc interuallo ex pulſu poſſit præcognoſci futurus paroxiſmus?

D Galenus lib. 2. de differ. febr. cap. 3. reſpondet non poſſe cognoſci in prima, atque in ſecunda parte, quia in primo ſpatio nullum adeſt in pulſu veſtigium putreſcentis humoris, & proinde in prima hac parte percipi minimè poteſt; in ſecunda verò ſcribit cognoſci quidem poſſe, ſed ſecundùm magis, & minus; in tertia verò parte comprehendi multò facilius.

E At in vltima parte huius tertiæ partis facillimè cognoſcitur; nam cum hęc pars conſtet duodecim horis, ſi diuidatur in tres partes, vnaquæque pars habebit quatuor horas, in poſtremis igitur his quatuor horis determinat Galenus poſſe facilius cognoſci, quia eſt propinquior ipſi acceſſioni futuræ.

Hanc

Hanc rem vobis declaro exemplo. Sit aliquis, qui hodie hora duodecima ſit correptus febre tertiana intermitten te, acceſſioque longiſſima fuerit duodecim horarum, ad diem hanc ſtatim ſequitur nox, quæ & ipſa eſt duodecim horarum, in hac nocte nullum poteſt apparere ſignum ex pulſu humoris putreſcentis, quod idem exiſtimandum eſt, ſi idem fuiſſet de nocte correptus, & perueniſſet vſque ad principium diei in febre, in quo nullum apparere poteſt ſignum putredinis in humore.

Alter verò dies, aut nox, quæ ſequitur, poteſt præbere aliquam cognitionem, ſed obſcuram, & ſecundùm magis, & minus; ſed in alio die, aut nocte ſequente manifeſtè apparet, & manifeſtius in fine, quòd pars hæc propinquior ſit futuræ acceſſioni.

Sed aduerſus hanc Galeni determinationem eſt inſtantia non ſpernenda, quod in quacunque febre à putredine excitata adeſt pulſus inæqualitas; nam conſtrictio maior eſt dilatatione, cùm igitur febris tertiana ſit putrida, ergo ſequitur, quòd habeat inęqualitatem in pulſu; hæc verò eſt putredinis ſignum.

Deinde, quod magis eſt, Galenus 1. ad Glauc. cap. 5. ſcribit, quod poſtquam homo à febre tertiana quieuerit, propria febrium inæqualitas in pulſu remanet.

Addo, quod idem Galenus cap. 2. eiuſdem libri ſolummodo in diarijs poſt acceſſionem pulſum arteriarum ſimilem eſſe ſanis aſſeruiſſe videtur. Cum autem in ſolis ephemeris adſit æqualitas, ſequitur in omnibus alijs adeſſe in pulſu inęqualitatem; hæc autem eſt ſignum putredinis.

Vnde cum in febre tertiana adſit putredo, ergo & inæqualitas; quare dicendum eſt cognoſci poſſe, & præcognoſci futuram acceſſionem in quocunque tempore, & ſic falſum eſt id, quod Galenus 2. de differ. feb. 3. ſcribit,

A quando ait non poſſe cognoſci futuram acceſſionem ex pulſu in interuallo ipſius febris.

Hanc difficultatem vidit Franciſcus Valleſius, totamque controuerſiam poſitam omninò eſſe ſcribit in verbo illo græco ἀδιάγνωστον, quod verbum dicit eſſe intelligendum pro difficilè cognoſcibili, vt ſenſus Galeni ſit, acceſſionem futuram ex pulſu in febris interuallo dif-

B ficilem eſſe ad cognoſcendum, ita vt adiagnoſton non ſignificet incognoſcibile, ſed difficilè ad cognoſcendum.

Sed ni fallor in hoc mihi videtur deceptus; nam διάγνωστον ſignificat id, quod cognoſcibile eſt, aut cognoſci poteſt; à verò particula, vbi appoſita fuerit, facit oppoſitam ſignificationem, nempe ἀδιάγνωστον, ideſt, quod cognoſci nequit; particula enim eſt priuatiua, quæ tollit

C actum.

Deinde cum Galenus diuidat interuallum in tres partes, in prima dicit non poſſe cognoſci; in ſecunda parte cognoſci poſſe, ſed vix, & cum difficultate; in tertia verò longè minori cum difficultate, itaque adſunt tres gradus cognoſcendi, poſitiuus, comparatiuus, & ſuperlatiuus, ſupra quos cognoſcendi modos non eſt alius.

D Ex quo diſcurſu concludendum eſſe videtur, quòd in prima parte interualli ſiue dies, ſiue nox ſit, ex Gal. ſententia, ex pulſu non poteſt cognoſci putredinis veſtigium, cùm in illo tempore non percipiatur in pulſu inæqualitas.

Pro ſolutione diceremus, inæqualitatem remanere in febris tertianæ interuallo, poſſe duobus modis dici, vno, vt manifeſtè appareat ſenſui; alio modo,

E vt remaneat quidem reuera, ſed nondum ſenſui conſpicua; hoc eſt dictu inæqualitas in omnibus febribus putridis remanet, vel in actu, ita vt ſenſus eam cognoſcat, vel in potentia reſpectu ſenſitiuæ cognitionis medicæ.

Primo modo non ſemper adeſt in tertiana febre inæqualitas in principio inter-

interualli, quia humor putreſcens, ac putrefactus iam expulſus eſt per ſudorem; & quamuis hæc febris ex putredine fiat, nondum tamen talis eſt putredo, vt ex illa effumari poſsint fuligines, aut vapores, qui arteriam moueant, & celeriorem faciant ipſius constrictionem, vt inde ſenſus iudicare poſsit hanc eſſe inæqualitatem, ac inde pulſum in tertiana febre minimè eſſe inæqualem.

Si ſecundo modo conſideretur inæqualitas in potentia, & diſpoſitiuè ſemper in tertiana adeſt in pulſu inæqualitas; nam impoſſibile eſt, quod quando adeſt in corpore putredo, non adſit etiam inæqualitas; cum hæc ipſa ſit ſignum putreſcentis humoris iam in actu; hæc autem talis etiam principio interualli, in alijs ſuis partibus ſecundùm magis, & minus conſpicua, prout humor ſecundum magis, & minus putreſcit.

Ad Galenum 1. ad Glauc. dicendum eſt febres ephemeras ſolas habere hāc prærogatiuam, vt earum pulſus ad integritatem veniant, quia ipſi non mouentur, niſi à pura caliditate, non ab aliqua fuliginum materia, ac putredine eleuata, vt in putridis euenit.

Inde eſt, quod in tertianis non poteſt adeſſe illa puritas, quæ in ephemeris eſt, niſi poſtquam tota conſtitutio morbi euenerit; tunc enim pulſus in ſuum ſtatum naturalem reuertuntur, nō ſecus atque contingit in ephemeris, quamuis in initio interualli, quoniam tota materia euacuata eſt, non poteſt adeſſe tanta putredo, vt arteriæ aliquid patiantur, quod poſtea in alijs partibus interualli euenit, aucta ſecundum magis, & minus putredine.

Sed quod ad Galenum 2. de criſib. cap. 3. attinet, vbi dicit in tertianis certum ordinem, atque æqualitatem reperiri in pulſibus, neque inæqualitatem in vno motu, quàm in pluribus reperiri, intelligendus eſt in augmento & in ſtatu, eo quod calor non inæqualiter aſcen- A dit, ſed habet celeritatis æqualitatem, & ipſius caloris aſcenſum æqualem ab augmento ad ſtatum.

An verò dicendum ſit Galenum hoc loci loquutum fuiſſe non ſimpliciter, ſed per comparationem ad febres quartanas, in quibus nullus eſt ordo, & æqualitas, aut ſaltem vix conſpicua, quæ tamen in tertianis febribus videntur magis apparentes ob materiæ tenuita- B tem, quæ facilè reſoluitur, & diſſipatur?

An præterea dicendum veniat, quod idemmet Galenus ſcribit id eſſe quidē rarò? & hæc de cognitione febris tertianæ per facultatum, aut actionum læſionem, per animalem ſcilicet, aut vitalem.

Sunt & alia, quibus hæc febris diſtinguitur ab alijs intermittentibus nothis, C eiuſque tempora ſeparantur, & primò eſt tempus durationis paroxiſmorum, qui non excedunt ſpatium duodecim horarum; nonnunquam tamen mutant hoc horarum ſpatium; nam ſeptem horis, & vt Galenus dicebat 2. de diff. feb. cap. 3. 2. & de criſ. cap. 2. nonnunquam tardius, aut citius etiā finiuntur: & vt dicebat Auicennas longiſsimum ſpatium vt plurimum eſt duo- D decim, breuiſsimum eſt quatuor horarum.

Varietatis huius cauſa triplex à Galeno aſsignatur 2. de criſ. iam citato. Vna eſt quantitas bilis. Secunda eſt qualitas. Tertia laborantis vigor; quibus addi debet corporis patientis diſpoſitio; nam multa bilis longiorem facit acceſſionem; è contra verò pauca breuiorem, tenuis quoque breuiorem, E quàm craſſa; vigor breuiorem, imbecillitas longiorem; quemadmodum corporis habitus rarus breuiorem, denſus longiorem.

Quando igitur materia pauca eſt, & tenuis, ac adſit robur virium, & corporis habitus ſit rarus, fit breuiſſima acceſsio: contrariæ conditiones acceſ-

ſionem longiorem faciunt, quemadmodum etiam vniuerſus totius febris decurſus modò longior, modò breuior eſt, cùmq; ſit morbus acutus, terminari ſolet in ſeptimo circuitu, nempe in decima quarta die, & ſæpè etiam citius.

Hoc peculiare habent acceſsiones, vt ad infebricitationem terminentur, vt omnes intermittentes febres ſolent terminari: cumque bilis per totum corpus feratur, & delationis impetu per ſe ipſam expurgetur, hinc eſt, quod acceſsio ſæpè per vomitum, & per ſudorem terminetur; vnde dici ſolet inuadere cum rigore, & terminare cum ſudore.

Tempora quoque acceſsionis à qualitate mutata diſtinguntur; nam poſt rigorem, qui eſt principium acceſsionis ſubſequitur augmentum, poſt augmentum, & eſt quando calor iam dictus æqualem, & liberam habens celeritatem ſtatim ad magnitudinem excitatur; tunc iam ſitis vrgere incipit, atque hominem exurit, & paulò poſt in vigore conſiſtit, calorque etiam verſus pedes extenditur; ita vt thorax non magis caleat, ac faciant aliæ corporis partes, & ad manus impoſitionem primo occurſu, calor multus in ſummo, & acris percipitur, veluti cum quodam vapore elatus.

Declinatio verò eſt, quando iam thorax incipit tepeſcere, calorque ad pedes deſcendere; atque ſudor vaporoſus erumpit; & tandem totum corpus æqualiter ſudat, madidumque apparet.

Ab exeuntibus quoque cognoſcitur tertiana exquiſita; omnia enim, quæ per inferiora, ſiue per ſeceſſum, ſiue per vrinam exeunt, ſunt bilioſa; ſæpèq; aluus adſtricta eſt.

Vrina tenuis, ignea, rufa, ſubrufa, deinde in ipſa apparet nebula, ſeu ſuſpenſum; atq; etiam ſedimentum album, læue, & æquale.

A His conſideratis ad faciliorem, & certiorem cognitionem recurrendum eſt ad cæli ſtatum, regionem, anni tempus, habitum corporis, complexionem, ætatem, vitæ genus, & tandem ad coniecturam Archigenis, quæ verſatur circa morbos vagantes.

DE FVTVRO EVENTV. tertianæ exquiſitæ.

B

TRia ſunt in futurorum præcognitione conſideranda, nempe
Euentus,
Tempus, &
Modus.

Quod ad euentum ſpectat, febris hęc tertiana eſt intermittens. 4. aph 43. febres intermittentes quocunque modo intermiſerint, ſunt ſalubres; hæc febris C adeo intermittit, vt ex quadraginta octo horis, quæ ſunt ſpatium tertianarum omnium, triginta ſex horas habet intermiſſionis, cum horis duodecim tantummodo affligat, quando longiſſima eſt, & in hoc tam longo ſpatio, non modò vires recreantur, ſed ita reficiuntur, vt fiat concoctio, & bilis putrefactæ è corpore expulſio tam per vomitum, quàm per ſudorem.

D Vnde ab Hippocrate 3. in 1. epid. tex 8. dictum eſt, tertianam exquiſitam citò terminari, ſeu iudicari, neque eſſe lethalem.

Apud Galenũ habemus 1. ad Glauc. 2. quod ex febribus intermittentibus, omnium leuiſsima, & breuiſsima eſt tertiana, & 3. in primum epid. 1. ſcriptum eſt tertianam exquiſitam citò iudicari, quartanam verò longiſsimam eſſe, & E vtramque ſecuriſsimam: idem Galenus 1. ad Glauc. cap 8. & 2. de criſ. 3. addit eandem tutiſsimam eſſe, & abſq; vllo vitæ periculo.

Sed hoc loco videtur difficultas, quia idemmet Hippocrates, & Galenus videntur contrarium aſſerere. Hippo crates 3. progn. 39. Galenus 3. aph. 24 quibus

bus conſentit Auicennas fen. 1. 4. cap. 36. & Trallianus lib. 12. cap. 6. nam huiuſmodi febrem inter febres acutas poſuerunt; at de ratione acuti morbi eſt, vt citò moueatur, & cum periculo.

Sed facilis eſt reſponſio; nam morbus acutus eſt in duplici differentia: vnus, qui propriè talis eſt, alter impropriè dictus. Propriè acutus ille eſt, qui tres habet conditiones, nempe, vt ſit

Velox,
Vehemens, &
Continuus.

Alter verò, qui vnicam habet conditionem, nempe motus velocitatem.

Febris tertiana eſt morbus acutus ſecundo modo, non primo, quia habet tantummodo velocitatem, neque eſt hac ratione lethalis, qui verò habet illas tres conditiones, eſt lethalis.

Deinde febris tertiana exquiſita conſideratur duobus modis, primo in ſe ipſa, vt talis eſt; ſecundo modo reſpectu errorum. Primo modo ſemper eſt ſalubris; ſecundo modo poteſt eſſe lethalis.

Habetis exempla apud Galenum lib. 1. ad Glauc. cap. 9. & apud Trallianum lib. 12. cap. 6. eorum qui ob errores commiſſos in hac tertiana interempti ſunt. Nos quoque vidimus aliquos minimè medicis obtemperantes, imò eorum præcepta ſpernentes, indulgentesque voluptatibus ſuis, qui in initio quartæ acceſſionis interierunt. Cognoui etiam prætetitis annis quendam, qui in ſextæ acceſſionis initio ob gelidæ aquæ copioſiſſimum potum vnico hauſtu, & ſitim, & vitam ſimul extinxit.

De modo euentus colligitur à Galeno pluribus in locis, 1. ad Glauc. 2. de criſ. 3. hanc febrem terminari per criſim, quæ fit partim per vomitum, aut deiectionem bilioſi humoris in fine, partim etiam ſudore; craſſior enim bilis pars ad inteſtina, tenuior ad ventriculum, tenuiſsima verò ad habitum cor- A poris per ſudorem propellitur.

Sed quod ad tempus euentus attinet, videtur difficultas, quia Auicennas ſcribit quandoq; tertianam terminari vnica acceſsione. At dicetis vos hanc non fuiſſe tertianam, ſed ephemeram: ſed cognitio hæc non tollitur ex typo, ſed ex propria natura, & moribus; nam ephemera inuadit abſque rigore, & horrore, tertiana verò ſemper cum inten- B ſiſsimo rigore, qui eſt eius proprium ſymptoma.

Eſt & Galenus, qui ſcribit 2. de criſ. cap. 3. quandoque terminari in quinta acceſsione, & quandoque cum Hippocrate affirmat eandem terminari ad ſeptimum circuitum.

Idem etiam Hippocrates diuerſus eſt à ſe ipſo; nam 4. aph. 49. pronunciauit prædictam ſententiam, nempe ſeptem C circuitibus terminari: & 1. de coacis præd. num. 1. ad finem, dicebat quandoque abſolui quinto circuitu, quandoque ſeptimo, & quandoque ad ſummum nono; ita vt de tempore euentus vix quidquam certi determinari poſsit.

Sed hæc videtur poſſe facilè dilui, ſi rectè perpendamus ea, quæ à Galeno in hoc propoſito habentur 2. de criſ. 3. D iam citato, quæ referuntur ad multitudinem, aut paucitatem, qualitatemuè materiæ, ad virium robur, aut debilitatem, ad corporis habitum, vt ſupra diximus; quibus addi debent errores externi, ſecundùm quarum rerum varietatem modò citiſsimè coquitur materia, modò tardius: hinc vel vnico die, ſeu vnica acceſsione, vel in tertio, aut in quarto, quinto, ſexto, & ſeptimo, ad E ſummum ex Hippocrate paroxiſmo terminatur.

Sed tota huius rei difficultas reſtringitur ad contradictionem, quæ videtur eſſe in Hippocratis dictis, quam Galenus obſeruaſſe non videtur, nec alius ex antiquis ſcriptoribus adnotaſſe, quæ eſt, quomodo Hippocrates in aphor. ſcri-

ſcripſerit tertianam ad ſummum longiſſimam non excedere ſeptimum circuitum; in coacis verò prædictionibus dixerit ad nonum vſq; tanquam ad longiſſimum porrigi?

Reſponſio eſt, id contingere ex parte errorum; ſi enim nullus intercedat error, non excedit ſeptimum circuitũ, vt longiſsimum; ſed vbi fiat aliquis error, aut ex parte ægrotantium, vel aſſiſtentium, aut etiam medicorum, poteſt extendi ad nonum vſque paroxiſmum.

Sed huiuſmodi reſponſio vera quidẽ eſt, quia prçter conditionem materię, virtutis, habituſque corporis poteſt adeſſe aliquis error, qui faciat longiorem febrem.

Sed non video, quomodo ex erroribus commiſsis non poſsit etiam ſuperate nonum paroxiſmum, quia opus eſſet afferre nobis determinatum errorem, qui redderet talem febrem ita longam, vt attingeret nonum paroxiſmum, neq; ipſum excederet, qui tamen mea opinione vix determinari poteſt, cũ ſupra ex Galeno & Tralliano dixerimus aliquando hanc febrem non modò longiorem ex erroribus commiſſis, verùm etiam lethalem reddi.

DE CVRATIONE FEBRIS *tertianæ exquiſitæ per victus rationem.*

IN huius febris curatione, quemadmodum in omnibus morbis, inueniendæ ſunt indicationes, deinde auxilia, quibus ſatisfieri poſſit indicationibus, mox à quibus medicinæ inſtrumẽtis accipiantur; & tandem quis ſit rectus trium medicinę inſtrumentorum vſus.

Quod ad indicationes attinet, duæ ſunt in vniuerſum; aliæ enim ſunt res naturales, quæ conſeruandæ veniunt, vt ſunt habitus, complexio, & virtus; aliæ ſunt præternaturales, quę auferendæ veniunt. Priores ſuis ſimilibus conſeruantur, victus præſertim ratione; poſteriores ſuis contrarijs, vt morbus, & cauſa, & ſymptoma tolluntur.

A

Ad conſeruandas igitur res naturales victus ratio talis eſſe debet, vt ſit boni ſucci, faciliſq; coctionis, quę in bonum ſanguinem conuertatur.

Ad auferendas verò res præternaturales opus eſt, vt contrarijs qualitatibus ſit præditum alimentum: primo modo indicatur ab indicante vitali; ſecundo ab indicante curatorio, & præſeruatorio. Indicans igitur eſt facultas, indicatum verò eſt alimentum; ita etiam morbus, & cauſa eſt indicans, indicatum verò eſt auxilium à chirurgico inſtrumento, vel à pharmaceutico acceptum, ac eà qua decet ratione adminiſtratum.

B

Alimentum igitur recta ratione adminiſtratum generationem humoris bilioſi inhibet, eiuſque putrefactionem, & quod genitum eſt reſoluit, cauſas bilem efficientes attemperans, ſi ea quantitate offeratur, vt facilè coqui poſsit, ſatiſque ſit ad conſeruandas vires ad ſtatum vſque (vt in vniuerſali methodo præcipitur) in quo ſemper aliquod de ipſo alimento detrahendum eſt.

C

Materiæ verò alimentorum ſunt fercula (quas vulgò mineſtras appellant) quæ varia ſunt, pro varia materia, ex qua fiunt: nam in primis adeſt panis, qui varijs modis parari conſueuit in iure gallicolorum, vel etiam in aqua pro vt opus fuerit; nam vel fit tritus, vel in offas diuiſus cum ebullitione, & abſque ebullitione.

D

Similiter tam fructus, quàm olera coquuntur in prædicto iure, vt ſunt cucurbitæ, inter quas oblongæ putredini minus obnoxiæ ſunt. Melones quoque eadem ratione parantur, vt cucurbitæ; ſed præſertim eorum ſemina. Olera verò ſunt

E

Atriplex
Scariola, aut
Lactuca,

Lapathum, &
Acetoſa.

Omnium tamen familiariſsimum ferculum id eſt quod ex priſana, ſiue tota ſit, ſiue eius cremor paratur.

Galenus lib. 1. ad Glauc. cap. 9. ſcribit ſe aliquos tertianarios exquiſita tertiana laborantes ſolo ſucco priſanæ ad criſim vſque nutriuiſſe, ſed virtute valente.

Carnes quoque probantur in declinatione febris, aut in fine ſtatus, quæ molles ſint, inter quas galliculorum caro probatur, quamuis aliqui in hoc caſu laudent magis iuuenculas gallinas, quàm galliculos, dicentes ſuccum earum frigidiuſculum eſſe. Galenus tamen videtur probare carnem galliculorum ob ſui lentorem, quem habent, quo humores attemperantur.

Inter partes gallinarum videtur Galenus probare magis alas, lib. de bonitate, & vitio ſuccorum, vbi facit comparationem alarum gallinæ, & anatis, ambas laudans quidem, ſed magis eas gallinarum, quamuis Stephanus Athenienſis admoneat alas conuenire magis æſtuanti ventriculo, eo quod cum neruoſæ ſint, videntur poſſe magis huic calori reſiſtere, quæ tamen res ſi conſideretur, falſa omninò iudicabitur; nam alæ volatilium cutaneæ ſunt, ac muſculoſæ, non neruoſæ; quare non poſſunt tam magno calori reſiſtere.

Teſticuli quoque galliculorum probantur, non tamen eorum qui nondum venerem experti ſunt; ſed eorum, qui libidini indulſerunt.

Hepar gallinarum conuenit, tanquam alimentum habens facultatem incraſſandi.

Pedes ſuis, & tota ipſius caro rarò à Galeno 1. ad Glauc. cap. 9. lib. de renum vitio, & curatione, vſurpatur, ita & cerebrum.

Oua quoque gallinarum recentia à Galeno ſummè probantur ad Glauc. lib. & capite citato, quod bonum generent ſuccum; magiſque conuenire puto, ſi cum ſucco granatorum, aut aurantiorum, vel limoniorum ſorbilia, aut tremula fiant.

A

Auicennas lib. de virtutibus cordis tract. 2. non modò gallinarum, ſed perdicum oua ſummè laudat, eo quod temperata ſint, & citò in bonum ſanguinem conuertantur, & quia pauci ſint excrementi, vireſque cordis reſtaurare valeant.

B

Omnes practicantes in huius febris tertianæ curatione commendant piſcium carnes, quia ſuccum humidum, & frigidum generant, quam intentionem non poſſum niſi probare. Sed quoniam hic non ſolùm refrigerandum, & humectandum eſt, verùm opus eſt bilem incraſſare, vnde Galenus, & Trallianus concedunt nedum carnes ſuum, ſed cerebrum, & pedes ad incraſſandam bilem, eamque attemperandã, idcirco piſcis ille tam famoſus, xiphias dictus, idest (Peſce ſpada) non ineptè conuenire videtur, quod faciliùs digeratur, quàm caro ſuilla, & ſuccum frigidum, & humidum generat, & moderatè craſſum.

C

Fructus quoque nonnulli conueniunt, qui citò coquantur, & putredini reſiſtant, nec tam facilè corrumpantur, inter quos fragę connumerantur, quæ Matthiolo authore, frigidæ, & ſiccæ ſunt naturę, habentq; facultatem putredini reſiſtendi.

D

Pruna quoq; damaſcena,
Amarenæ,
Azarolæ,
Poma aurantia,
Granata,
E Limonia, atque
Citria,
Mora,
Ceraſa,
Pruna di frate vocata, & condita, quæ Genua huc exportantur.
Pyra,
Lactuca etiam

Cu-

Cucurbitæ ſubſtantia,
Radices bugloſſi,
Scorzoneræ, &
Cichorij.

Alexander Trallianus probat pepones, quos conceſſiſſe ſcribit ægrotantibus, iiſq; propinaſſe deinde potum aquæ frigidæ, qui ſtatim ſudore excitato, aut alui fluore à febre liberati ſunt; ſæpiuſque ita curaſſe febrientes tertiana febre affirmat.

Per pepones intelligere eſt opus fructus illos tam guſtu ſuaues, quos melones appellant; non autem illos melones, quos de acqua hic Meſſanæ appellant, vel angurias alibi, & Auicennas batecam, quamuis apud Galenum non ita clarum ſit, quid nomine peponis intelligendum veniat lib. 2. de alim. facult.

At quia lib. de bonit. & vitio ſuccorum ſcripſit, quod niſi melones aluum ſtatim ſubeant, corrumpuntur ibi, humoreſq; ex corruptela hac faciunt qui non longè à mortalibus venenis abſunt, exiſtimo tutius eſſe ab his abſtinere, quàm permittere ægrotantem periclitari in hac experientiâ.

Semina tamen eorum ſaccharo parata concedi tutò queunt: ceraſa etiam, & moſa non reprobantur aqua frigida abluta, & ſaccharo inſperſa, quæ omnia Galenus permittit, hac tamen conditione, ne ipſis veſcantur ægri, ſed ea guſtent tantùm. Et hæc ſunt omnia alimenta conuenientia febrientibus tertiana febre exquiſita.

Modò videndum eſt, qualis potus ipſis competat. Scribit Galenus loco iam citato vinum non conuenire à principio, ſed benè ſignis coctionis apparentibus; nam periculum eſſet, ſi concederetur à principio, vt febrem augeret; apparente verò coctione, ad vires reficiendas, quia coctioni opitulatur, & vt ſcribitur 1. ad Glauc. vrinam mouet, ſudoremque prouocat; ſi fuerit tenue, & aquoſum, multaq; aqua lymphatum;

A vinum autem vetus tanquam nimis calidum euitandum.

In principio nondum coctionis ſignis apparentibus, aqua conuenit cum ſaccharo, aut in qua hordeum ebullierit, vel cui iulapium aliquod admixtum ſit, vel oxyſacchara, vel ſyrupus violaceus, aut ſuccus granatorum: hæc de cibo, & potu ſufficiant.

Aer conuenit ad frigidum, & humi-
B dum vergens; quare conclauia ſubterranea, aut ſaltem terrena, & quæ ventis eteſijs, quos gregales vocant, ſint expoſita, optima cenſentur, quæ vbi non adſint, tunc medicus curare debet, vt cubiculi aer alteretur ad frigidum, & humidum, ſæpè irrorando pauimentum aqua frigida, & etiam roſacea, flores quoq; frigidos inſpergendo, vt ſunt

C Roſæ,
Flores nenupharis,
Violarum,
Salicis, & huiuſmodi,
Capita quoque papaueris, & flores eorumdem.
Folia vitis,
Arundinum, &
Nymphææ,

Quæ omnia per pauimentum diſper-
D genda veniunt, & ad parietes quoque appendenda, ſi quidem ijs aer refrigerabitur.

Somnus quantum fieri poteſt, prouocandus venit; nam huiuſmodi ægrotantes ſolent ab immoderatis vigilijs exerceri. Quies omninò imperanda, curandumq; eſt, vt ægrotantes decumbant; quemadmodum enim vigiliæ infeſtæ ſunt, ita quoque & motus; ab his enim
E bilis generari conſueuit, igitur vigilia, & motus euitanda ſunt.

E contra verò ſomnus, & quies maximè conferunt, cum concoctioni præſertim faueant, & excrementorum expulſioni: quare non modò curandum eſt, vt æger corpore quieſcat, verum etiam & animo, vnde attendendum

eſt, ne animi affectiones animi agen inci- A dar, quæ ad iram, aut excandeſcentibus ... ducere poſſint. Hinc non eſt præter rationem illud à quibuſdam dictum, vt multitudo virorum, aut mulierum à cubiculo arceatur, vſquequo morbus ſit in declinatione.

Circa inanitionem, & repletionem, quæ eſt ſexta inter res non naturales, ſcilicet egeſtionem, vt inteſtina à fæcibus, ſimulque ab humoribus billioſis ibi exi- B ſtentibus euacuentur; quæ niſi ſponte, & ab inteſtinorum facultate expultrice pellantur, id arte fiat, procurandum eſt; cui indicationi clyſteribus mollibus venit ſatisfaciendum, quemadmodum is eſſe poteſt.

℞. decoctionis hordei, ...

Vel

℞. Fol. maluæ,

Althææ,

Violariæ, ana manip. j.

Hordei, vnc ij.

Sebeſten. ...

Prunorum, ana num. x.

Fiat decoctio ſecundùm artem in iure pulli, aut in aqua, &

℞. huius decocti, lib. j.

Mell. violati,

Olei violati, ana vnc. ij.

Caſſiæ,

Diacatholici, ana vnc. ſſ.

Salis, drach. j.

Et vitelli vnius oui fiat clyſter.

Et hæc eſt vniuerſa materia diætetici inſtrumenti, in qua adminiſtranda opus eſt reſpicere rectum vſum, qui in tribus potiſſimùm conſiſtit; in quantitate, tempore, & modo.

Quantitas enim cibi, & potus tanta eſſe debet, quanta eſt ſatis ad ſuſtinen- E das vires, nec cauſæ morbificæ officit.

Tempus adminiſtrandi conſiſtit in euirando principio acceſſionis, iuxta illud Hippocratis: in acceſſionibus abſtinere oportet, & quæ ſequuntur. Quare offerendum alimentum eſt ſemper per horas quatuor ante acceſſionẽ, ſi fieri poteſt, in cura ordinaria, ſed in coacta, quatuor ſunt caſus, in quibus licet in acceſſionis initio alimentum offerre.

Primus eſt, quando timetur ſyncope. Secundus, quando periculum eſt, ne tranſmutetur febris in hecticam. Tertius, quando tanta affluit bilis copia ad ventriculi os ſuperius, vt timeatur cardialgia. Quartus eſt, quando virtus eſt admodum languida.

De modo, quo offerendum venit alimentum, clarum eſt; nam ſi virtus valet, vnica vice dandum, at ſi non valet partiendum.

In recto igitur vſu ſex rerum non naturalium opus eſt ſemper, quantum fieri poteſt, curare non modò principium, ſed augmentum, & ſtatum, omniaque adminiſtrare in declinatione. Hac C inde dixi, quæ ſatisfacimus ei indicationi, quæ ſuggeritur ex materia; quæ reſpicit fieri tam reſpectu generationis humoris, quàm reſpectu putrefactionis; nam per rectam victus rationem inhibetur humoris generatio, & putrefactio.

DE CVRATIONE FEBRIS D *tertianæ exquiſitæ per Pharmaciam.*

INdicationes duæ ſunt, quarum vna à febre, altera à cauſa deſumitur; & rurſus, quæ à febre deſumitur, ſi hæc ſit in facto eſſe, ſatisfaciendum eſt ei ſuis contrarijs, nempe refrigerantibus, & humectantibus.

Materia verò biliosa putrefacta, quæ non poteſt ad benignum reduci, quæ eſt febris cauſa, extra corpus educenda erit per loca magis conferentia, per ſeceſſum, per vrinam, per vomitum, per ſudorem, & per inſenſibilem quandam viam; idque agendum internis, & externis præſidijs: vnde pulchrè Mercatus dicebat vniuerſam tertianarum febrium

brium curationem ad alterationem, & euacuationem redactam eſſe:

Primò conſideranda ſunt ea medicamenta, quæ primæ indicationi ſatisfacere ſunt apta; quorum quædam ſunt ſimplicia, quædam compoſita.

Inter ſimplicia eſt

Succus granatorum tam dulcium, quàm acidorum.

Agreſtæ,

Acredinis citrij,

Limoniorum.

Endiuiæ.

Scariolæ.

Sunt & compoſita in duplici collocata differentia; alia enim refrigerant, & humectant; alia ſimul cum refrigeratione facultatem deobſtruendi habent.

Primi ordinis ſunt ſyrupi, & conſeruæ ſequentes.

Syrupus de acredine citrij,

Acetoſus ſimplex,

Endiuiæ,

Roſ. ex infuſione,

Scariolę,

Violatus ex violarum infuſione.

Oxyſaccharata ſimplex,

Conſeruæ ſunt, vt

Roſarum,

Violarum,

De acredine citrij,

Fragarum.

Ex floribus vtriuſque nenupharis.

Vbi igitur vultis refrigerare, & humectare cum ſyrupis, præparate ad hunc modum,

℞. ſyr. de endiuia,

Violati, ana vnc. j.

Aquæ hordei vnc. iiij.

Pro vno hauſtu.

Animaduertite interim hanc Practicantium conſuetudinem in componendis ſyrupis, quę eſt, vt maiorem aquæ copiam accipiant, minorem autem ſyruporum, vt ſi accipiunt vnc. ij. ſyruporum, addunt aquas ad vnc. iiij. & vnc. v. quod licet hoc pręceptum nō ſit perpetuò obſeruandum, niſi vbi refrigerandum, atque humectandum veniat, quemadmodum in hoc caſu; in alijs enim caſibus licet minorem copiam aquæ aſſumere, & aliquando ſyrupos ſine aquis concedere.

Sed hoc loci videtur naſci inter Galenum, & Auicennam contradictio quędam; nam Galenus lib. 1. ad Glauc. cap. 9. dicebat in hac febre eſſe, quo ad

B fieri magis poteſt, refrigerandum, & humectandum: Auicenna verò lib. 4. fen. 1. tract. 2. cap. 39. ſcriptum reliquit, eſſe minimè extremè refrigerandum, & & eò minus à principio.

Vidit Iacobus de Partibus, quem non ſatis admiratus ſum, hunc Auicennæ locum, & dicit ſententiam ipſius eſſe, vt non refrigeremus medicamentis ſtupefacientibus; ſed hæc non eſt

C mens Auicennæ, quia non ignorabat talia medicamenta non conuenire huic febri ad refrigerandum, cum ſtupefaciendi potius, & ſenſum tollendi a partibus, quas tangunt, facultatem habeant, at illa, quę refrigerandi vim habent, pugnantia aduerſus caliditatem, illamque expellentia, vnde ipſius ſententia eſt, vt non refrigeretur immoderatè medicamentis facultatem refrigerandi haben-

D tibus.

Exiſtimarem poſſe dici, in curatione coacta maximè refrigerandum, & humectandum eſſe, & de hac curatione loquutum fuiſſe Galenum; Auicennam verò de curatione ordinaria, & minimè coacta, in qua refrigerare debemus, non tamen in exceſſu, ne nimium incraſſetur bilis, ineptaque ad motum reddatur.

E Sed dices, tu proponis hordeum, quod frigidæ eſt, & ſiccæ naturæ, non igitur humectare poterit, quod tamen à febre indicatur?

Facilis eſt reſponſio; nam hordeum integrum cum ſuo cortice exteriori refrigerandi, & exiccandi facultate pollet; at vbi excoriatum fuerit, & in aqua

co-

quàm motiua à rigore, quandoquidem proprium ſymptoma huius febris eſt rigor, qui eſt perfrictio quædam totius corporis dolorifica. Quomodo fiat rigor, & à qua cauſa, & quotuplex ſit, intellexiſtis in tractatu vniuerſali, vbi dicebam vobis alium eſſe, qui lædit magis motu, quàm frigore, vt in quartanis; alium è contra, qui magis affligit frigiditate, quàm concuſsione, vt in quotidianis.

Rigor febrium tertianarum lędit tam refrigeratione, quàm concuſsione; ſed longè magis concuſsione, atque motu; vnde Galenus 2. de criſ. citato dicebat tertianam exquiſitã minimè fieri abſq; rigore pungente, & carnem ferientes; in primo enim huius febris inſultu rigor acris, & mordax ita eſt, & pungens, vt ſi acubus cutis ipſa tota pungeretur.

Quare is eſt rigor, qui motu, & refrigeratione, ſed magis motu, & agitatione lædit, quæ verò huius rigoris ſit cauſa, Galenus docet lib. 1. de cauſis ſympt.

Sed proprium huius febris ſymptoma eſt rigor, vbi pungitiuus, & acutiſſimus fuerit, & in primo inſultu, ſeu in paroxiſmi, aut acceſsionis initio.

Vnde idem Gal. lib. 1. ad Glauc. cap. 1. admonet, quod quando à principio audimus aliquem correptum fuiſſe paruo rigore, adhuc alia ſigna inquirenda ſunt, quandoquidem eſſe poterit vel quotidiana, vel hemitritæus, vel aliqua alia ex continuis, ex quo loco colligere poteritis perpetuum ſignum, ac pathognomonicum febris tertianæ exquiſitę eſſe rigorem vehementiſsimum, & quod aliquę febres continuæ cum rigore inuadant.

Ab actionibus vitalibus quoque hęc febris tertiana exquiſita cognoſci poteſt, pręcipuè à pulſu, qui conſideratur, vt acceſsio eſt adhuc in principio, augmento, ſtatu & declinatione.

In principio enim pulſus eſt paruus, A obſcurus, tardus, atque rarus, quamuis Galeno authore 2. de criſ. cap. 3. citato ſit æqualis in augmento, & ſtatu, liberamq; habeat celeritatem; at in principio declinationis talis pulſus percipitur, qualis obſeruatur in benè valentibus, dum exercentur, aut balneo vtuntur, nempe magnus, vehemens, & celer.

Sed vnum hoc loci conſideratione B dignum eſt; nam cum febris hæc ſit de genere intermittentium, vt dictum eſt, ita vt circuitus ipſius paroxiſmi diuidatur in duas partes, quarum vna, & prior conſtat ex principio, augmento, ſtatu, & declinatione; altera, & benignior eſt interuallum; nam quatuor illa tempora conſtituunt deteriorem partem paroxiſmi, quæ cognoſcuntur ex Galeni ſententia à varietate pulſus, vt di- C ximus.

Inquiſitione præterea dignum eſt, an in interuallo, ex eodem pulſu cognoſci poſſit futura acceſſio. Interuallũ in hac febre ad minus eſt triginta ſex horarum; ita vt deterior circuitus pars habeat ſpatium duodecim horarum. Quæſitum igitur eſt, an in toto hoc interuallo ex pulſu poſſit præcognoſci futurus paroxiſmus?

D Galenus lib. 2. de differ. febr. cap. 3. reſpondet non poſſe cognoſci in prima, atque in ſecunda parte; quia in primo ſpatio nullum adeſt in pulſu veſtigium putreſcentis humoris, & proinde in prima hac parte percipi minimè poteſt; in ſecunda verò ſcribit cognoſci quidem poſſe, ſed ſecundùm magis, & minus; in tertia verò parte comprehendi multò facilius.

E At in vltima parte huius tertiæ partis facillimè cognoſcitur; nam cum hęc pars conſtet duodecim horis, ſi diuidatur in tres partes, vnaquæque pars habebit quatuor horas, in poſtremis igitur his quatuor horis determinat Galenus poſſe facilius cognoſci, quia eſt propinquior ipſi acceſſioni futuræ.

Hanc

Hanc rem vobis declaro exemplo. Sit aliquis, qui hodie hora duodecima ſit correptus febre tertiana intermittente, acceſſioque longiſſima fuerit duodecim horarum, ad diem hanc ſtatim ſequitur nox, quæ & ipſa eſt duodecim horarum, in hac nocte nullum poteſt apparere ſignum ex pulſu humoris putreſcentis, quod idem exiſtimandum eſt, ſi idem fuiſſet de nocte correptus, & perueniſſet vſque ad principium diei in febre, in quo nullum apparere poteſt ſignum putredinis in humore.

Alter verò dies, aut nox, quæ ſequitur, poteſt præbere aliquam cognitionem, ſed obſcuram, & ſecundùm magis, & minus; ſed in alio die, aut nocte ſequente manifeſtè apparet, & manifeſtius in fine, quòd pars hæc propinquior ſit futuræ acceſſioni.

Sed aduerſus hanc Galeni determinationem eſt inſtantia non ſpernenda, quod in quacunque febre à putredine excitata adeſt pulſus inæqualitas; nam conſtrictio maior eſt dilatatione, cum igitur febris tertiana ſit putrida, ergo ſequitur, quòd habeat inæqualitatem in pulſu; hæc verò eſt putredinis ſignum.

Deinde, quod magis eſt, Galenus 1. ad Glauc. cap. 5. ſcribit, quod poſtquam homo à febre tertiana quieuerit, propria febrium inæqualitas in pulſu remanet.

Addo, quod idem Galenus cap. 2. eiuſdem libri ſolummodo in diarijs poſt acceſſionem pulſum arteriarum ſimilem eſſe ſanis aſſeruiſſe videtur. Cum autem in ſolis ephemeris adſit æqualitas, ſequitur in omnibus alijs adeſſe in pulſu inæqualitatem; hæc autem eſt ſignum putredinis.

Vnde cum in febre tertiana adſit putredo, ergo & inæqualitas; quare dicendum eſt cognoſci poſſe, & præcognoſci futuram acceſſionem in quocunque tempore, & ſic falſum eſt id, quod Galenus 2. de differ. feb. 3. ſcribit,

A quando ait non poſſe cognoſci futuram acceſſionem ex pulſu in interuallo ipſius febris.

Hanc difficultatem vidit Franciſcus Valleſius, totamque controuerſiam poſitam omninò eſſe ſcribit in verbo illo græco ἀδιάγνωστον, quod verbum dicit eſſe intelligendum pro difficilè cognoſcibili, vt ſenſus Galeni ſit, acceſſionem futuram ex pulſu in febris interuallo dif-

B ficilem eſſe ad cognoſcendum, ita vt adiagnoſton non ſignificet incognoſcibile, ſed difficilè ad cognoſcendum.

Sed ni fallor in hoc mihi videtur deceptus; nam διάγνωστον ſignificat id, quod cognoſcibile eſt, aut cognoſci poteſt; à verò particula, vbi appoſita fuerit, facit oppoſitam ſignificationem, nempe ἀδιάγνωστον, ideſt, quod cognoſci nequit; particula enim eſt priuatiua, quæ tollit

C actum.

Deinde cum Galenus diuidat interuallum in tres partes, in prima dicit non poſſe cognoſci; in ſecunda parte cognoſci poſſe, ſed vix, & cum difficultate; in tertia verò longè minori cum difficultate, itaque adſunt tres gradus cognoſcendi, poſitiuus, comparatiuus, & ſuperlatiuus, ſupra quos cognoſcendi modos non eſt alius.

D Ex quo diſcurſu concludendum eſſe videtur, quod in prima parte interualli ſiue dies, ſiue nox ſit, ex Gal. ſententia, ex pulſu non poteſt cognoſci putredinis veſtigium, cùm in illo tempore non percipiatur in pulſu inæqualitas.

Pro ſolutione diceremus, inæqualitatem remanere in febris tertianæ interuallo, poſſe duobus modis dici, vno, vt manifeſtè appareat ſenſui; alio modo,

E vt remaneat quidem reuera, ſed nondum ſenſui conſpicua; hoc eſt dicta inæqualitas in omnibus febribus putridis remanet, vel in actu, ita vt ſenſus eam cognoſcat, vel in potentia reſpectu ſenſitiuæ cognitionis medicæ.

Primo modo non ſemper adeſt in tertiana febre inæqualitas in principio inter-

interualli, quia humor putreſcens, ac putrefactus iam expulſus eſt per ſudorem; & quamuis hæc febris ex putredine fiat, nondum tamen talis eſt putredo, vt ex illa effumari poſsint fuligines, aut vapores, qui arteriam moueant, & celeriorem faciant ipſius conſtrictionem, vt inde ſenſus iudicare poſsit hanc eſſe inæqualitatem, ac inde pulſum in tertiana febre minimè eſſe inæqualem.

Si ſecundo modo conſideretur inæqualitas in potentia, & diſpoſitiuè ſemper in tertiana adeſt in pulſu inæqualitas; nam impoſſibile eſt, quod quando adeſt in corpore putredo, non adſit etiam inæqualitas; cum hæc ipſa ſit ſignum putreſcentis humoris iam in actu; hæc autem talis etiam principio interualli, in alijs ſuis partibus ſecundùm magis, & minus cónſpicua, prout humor ſecundum magis, & minus putreſcit.

Ad Galenum 1. ad Glauc. dicendum eſt febres ephemeras ſolas habere hãc prærogatiuam, vt earum pulſus ad integritatem veniant, quia ipſi non mouentur, niſi à pura caliditate, non ab aliqua fuliginum materia, ac putredine eleuata, vt in putridis euenit.

Inde eſt, quod in tertianis non poteſt adeſſe illa puritas, quæ in ephemeris eſt, niſi poſtquam tota conſtitutio morbi euenerit; tunc enim pulſus in ſuum ſtatum naturalem reuertuntur, nõ ſecus atque contingit in ephemeris, quamuis in initio interualli, quoniam tota materia euacuata eſt, non poteſt adeſſe tanta putredo, vt arteriæ aliquid patiantur, quod poſtea in alijs partibus interualli euenit, aucta ſecundum magis, & minus putredine.

Sed quod ad Galenum 2. de criſib. cap. 3. attinet, vbi dicit in tertianis certum ordinem, atque æqualitatem reperiri in pulſibus, neque inæqualitatem in vno motu, quàm in pluribus reperiri, intelligendus eſt in augmento & in ſtatu, eo quod calor non inæqualiter aſcendit, ſed habet celeritatis æqualitatem, & ipſius caloris aſcenſum æqualem ab augmento ad ſtatum.

A An verò dicendum ſit Galenum hoc loci loquutum fuiſſe non ſimpliciter, ſed per comparationem ad febres quartanas, in quibus nullus eſt ordo, & æqualitas, aut ſaltem vix conſpicua, quæ tamen in tertianis febribus videntur magis apparentes ob materiæ tenuitatem, quæ facilè reſoluitur, & diſſipatur?

B An præterea dicendum veniat, quod idemmet Galenus ſcribit id eſſe quidẽ raro? & hæc de cognitione febris tertianæ per facultatem, aut actionum læſionem, per animalem ſcilicet, aut vitalem.

Sunt & alia, quibus hæc febris diſtinguitur ab alijs intermittentibus nothis,

C eiuſque tempora ſeparantur, & primò eſt tempus durationis paroxiſmorum, qui non excedunt ſpatium duodecim horarum; nonnunquam tamen mutant hoc horarum ſpatium; nam ſeptem horis, & vt Galenus dicebat 2. de diff. feb. cap. 3. 2. & de criſ. cap. 2. nonnunquam tardiùs, aut citius etiã finiuntur: & vt dicebat Auicennas longiſsimum ſpatium vt plurimum eſt duo

D decim, breuiſsimum eſt quatuor horarum.

Varietatis huius cauſa triplex à Galeno aſsignatur 2. de criſ. iam citato. Vna eſt quantitas bilis. Secunda eſt qualitas. Tertia laborantis vigor; quibus addi debet corporis patientis diſpoſitio; nam multa bilis longiorem facit acceſſionem; è contra verò pauca breuiorem, tenuis quoque breuiorem,

E quàm craſſa; vigor breuiorem, imbecillitas longiorem; quemadmodum corporis habitus rarus breuiorem, denſus longiorem.

Quando igitur materia pauca eſt, & tenuis, ac adſit robur virium, & corporis habitus ſit rarus, fit breuiſſima acceſsio: contrariæ conditiones acceſſio-

ſionem longiorem faciunt, quemadmodum etiam vniuerſus totius febris decurſus modò longior, modò breuior eſt, cùmq; ſit morbus acutus, terminari ſolet in ſeptimo circuitu, nempe in decima quarta die, & ſæpè etiam citius.

Hoc peculiare habent acceſsiones, vt ad infebricitationem terminentur, vt omnes intermittentes febres ſolent terminari: cumque bilis per totum corpus feratur, & delationis impetu per ſe ipſam expurgetur, hinc eſt, quod acceſsio ſæpè per vomitum, & per ſudorem terminetur; vnde dici ſolet inuadere cum rigore, & terminare cum ſudore.

Tempora quoque acceſsionis à qualitate mutata diſtinguntur; nam poſt rigorem, qui eſt principium acceſsionis ſubſequitur augmentum, poſt augmentum, & eſt quando calor iam dictus æqualem, & liberam habens celeritatem ſtatim ad magnitudinem excitatur; tunc iam ſit s vrgere incipit, atque hominem exurit, & paulò poſt in vigore conſiſtit, calorque etiam verſus pedes extenditur; ita vt thorax non magis caleat, ac faciant aliæ corporis partes, & ad manus impoſitionem primo occurſu, calor multus in ſummo, & acris percipitur, veluti cum quodam vapore elatus.

Declinatio verò eſt, quando iam thorax incipit tepeſcere, caloique ad pedes deſcendere; atque ſudor vaporoſus erumpit; & tandem totum corpus æqualiter ſudat, madidumque apparet.

Ab exeuntibus quoque cognoſcitur tertiana exquiſita; omnia enim, quæ per inferiora, ſiue per ſeceſſum, ſiue per vrinam exeunt, ſunt bilioſa; ſæpèq; aluus adſtricta eſt.

Vrina tenuis, ignea, rufa, ſubrufa, deinde in ipſa apparet nebula, ſeu ſuſpenſum; atq; etiam ſedimentum album, leue, & æquale.

A His conſideratis ad faciliorem, & certiorem cognitionem recurrendum eſt ad cæli ſtatum, regionem, anni tempus, habitum corporis, complexionem, ætatem, vitæ genus, & tandem ad coniecturam Archigenis, quæ verſatur circa morbos vagantes.

DE FVTVRO EVENTV. *tertianæ exquiſitæ.*

B Tria ſunt in futurorum præcognitione conſideranda, nempe
Euentus,
Tempus, &
Modus.

Quod ad euentum ſpectat, febris hæc tertiana eſt intermittens. 4. aph 43. febres intermittentes quocunque modo intermiſerint, ſunt ſalubres; hæc febris C adeo intermittit, vt ex quadraginta octo horis, quæ ſunt ſpatium tertianarum omnium, triginta ſex horas habet intermiſsionis, cum horis duodecim tantummodo affligat. quando longiſſima eſt, & in hoc tam longo ſpatio, non modò vires recreantur, ſed ita reficiuntur, vt fiat concoctio, & bilis putrefactæ è corpore expulſio tam per vomitum, quàm per ſudorem.

D Vnde ab Hippocrate 3. in 1. epid. tex 8. dictum eſt, tertianam exquiſitam citò terminari, ſeu iudicari, neque eſſe lethalem.

Apud Galenũ habemus 1. ad Glauc. 2. quod ex febribus intermittentibus, omnium leuiſsima, & breuiſsima eſt tertiana, & 3. in primum epid. 1. ſcriptum eſt tertianam exquiſitam citò iudicari, quartanam verò longiſsimam eſſe, & E vtramque ſecuriſsimam: idem Galenus 1. ad Glauc. cap 8. & 2. de cril. 3. addit eandem tutiſsimam eſſe, & abſq; vllo vitæ periculo.

Sed hoc loco videtur difficultas, quia idemmet Hippocrates, & Galenus videntur contrarium aſſerere. Hippocrates 3. progn. 39. Galenus 3. aph. 24 qui-

bus

bus conſentit Auicennas fen. 1. 4. cap. 36. & Trallianus lib. 12. cap. 6. nam huiuſmodi febrem inter febres acutas poſuerunt; at de ratione acuti morbi eſt, vt citò moueatur, & cum periculo.

Sed facilis eſt reſponſio; nam morbus acutus eſt in duplici differentia: vnus, qui propriè talis eſt, alter impropriè dictus. Propriè acutus ille eſt, qui tres habet conditiones, nempe, vt ſit

Velox,
Vehemens, &
Continuus.

Alter verò, qui vnicam habet conditionem, nempe motus velocitatem.

Febris tertiana eſt morbus acutus ſecundo modo, non primo, quia habet tantummodo velocitatem, neque eſt hac ratione lethalis, qui verò habet illas tres conditiones, eſt lethalis.

Deinde febris tertiana exquiſita cõſideratur duobus modis, primo in ſe ipſa, vt talis eſt; ſecundo modo reſpectu errorum. Primo modo ſemper eſt ſalubris; ſecundo modo poteſt eſſe lethalis.

Habetis exempla apud Galenum lib. 1. ad Glauc. cap. 9. & apud Trallianum lib. 12. cap. 6. eorum qui ob errores commiſſos in hac tertiana interempti ſunt. Nos quoque vidimus aliquos minimè medicis obtemperantes, imò eorum præcepta ſpernentes, indulgenteſque voluptatibus ſuis, qui in initio quartæ acceſſionis interierunt. Cogno ui etiam præteritis annis quendam, qui in ſextæ acceſſionis initio ob gelidæ aquæ copioſiſſimum potum vnico hauſtu, & ſitim, & vitam ſimul extinxit.

De modo euentus colligitur à Galeno pluribus in locis, 1. ad Glauc. 2. de criſ. 3. hanc febrem terminari per criſim, quæ fit partim per vomitum, aut deiectionem biliosi humoris in fine, partim etiam per ſudore; craſſior enim bilis pars ad inteſtina, tenuior ad ventriculum, tenuiſſima verò ad habitum cor A poris per ſudorem propellitur.

Sed quod ad tempus euentus attinet, videtur difficultas, quia Auicennas ſcribit quandoq; tertianam terminari vnica acceſsione. At dicetis vos hanc non fuiſſe tertianam, ſed ephemeram: ſed cognitio hæc non tollitur ex typo, ſed ex propria natura, & moribus; nam ephemera inuadit abſque rigore, & horrore, tertiana verò ſemper cum intenB ſiſsimo rigore, qui eſt eius proprium ſymptoma.

Eſt & Galenus, qui ſcribit 2. de criſ. cap. 3. quandoque terminari in quinta acceſsione, & quandoque cum Hippocrate affirmat eandem terminari ad ſeptimum circuitum.

Idem etiam Hippocrates diuerſus eſt à ſe ipſo; nam 4. aph. 49. pronunciauit prædictam ſententiam, nempe ſeptem C circuitibus terminari: & 1. de coacis præd. num. 1. ad finem, dicebat quandoque abſolui quinto circuitu, quandoque ſeptimo, & quandoque ad ſummum nono; ita vt de tempore euentus vix quidquam certi determinari poſsit.

Sed hæc videtur poſſe facilè dilui, ſi rectè perpendamus ea, quæ à Galeno in hoc propoſito habentur 2. de criſ. 3. D iam citato, quæ referuntur ad multitudinem, aut paucitatem, qualitatemuè materiæ ad virium robur, aut debilitatem, ad corporis habitum, vt ſupra diximus; quibus addi debent errores externi, ſecundum quarum rerum varietatem modò citiſsimè coquitur materia, modò tardius: hinc vel vnico die, ſeu vnica acceſsione, vel in tertio, aut in quarto, quinto, ſexto, & ſeptimo, ad E ſummum ex Hippocrate paroxiſmo terminatur.

Sed tota huius rei difficultas reſtringitur ad contradictionem, quæ videtur eſſe in Hippocratis dictis, quam Galenus obſeruaſſe non videtur, nec alius ex antiquis ſcriptoribus adnotaſſe, quæ eſt, quomodo Hippocrates in aphor. ſcri-

ſcripſerit tertianam ad ſummum longiſſimam non excedere ſeptimum circuitum; in coacis verò prædictionibus dixerit ad nonum vſq; tanquam ad longiſſimum porrigi?

Reſponſio eſt, id contingere ex parte errorum; ſi enim nullus intercedat error, non excedit ſeptimum circuitũ, vt longiſsimum; ſed vbi fiat aliquis error, aut ex parte ægrotantium, vel aſſiſtentium, aut etiam medicorum, poteſt extendi ad nonum vſque paroxiſmum.

Sed huiuſmodi reſponſio vera quidẽ eſt, quia prçter conditionem materię, virtutis, habituſque corporis poteſt adeſſe aliquis error, qui faciat longiorem febrem.

Sed non video, quomodo ex erroribus commiſsis non poſsit etiam ſuperare nonum paroxiſmum, quia opus eſſet afferre nobis determinatum errorem, qui redderet talem febrem ita longam, vt attingeret nonum paroxiſmum, neq; ipſum excederet, qui tamen mea opinione vix determinari poteſt, cũ ſupra ex Galeno. & Tralliano dixerimus aliquando hanc febrem non modò longiorem ex erroribus commiſſis, verùm etiam lethalem reddi.

DE CVRATIONE FEBRIS tertianæ exquiſitæ per victus rationem.

IN huius febris curatione, quemadmodum in omnibus morbis, inueniendæ ſunt indicationes, deinde auxilia, quibus ſatisfieri poſſit indicationibus, mox à quibus medicinæ inſtrumẽtis accipiantur; & tandem quis ſit rectus trium medicinę inſtrumentorum vſus.

Quod ad indicationes attinet, duæ ſunt in vniuerſum; aliæ enim ſunt res naturales, quæ conſeruandæ veniunt, vt ſunt habitus, complexio, & virtus; aliæ ſunt præternaturales, quę auferendæ veniunt. Priores ſuis ſimilibus con-

A ſeruantur, victus præſertim ratione; poſteriores ſuis contrarijs, vt morbus, & cauſa, & ſymptoma tolluntur.

Ad conſeruandas igitur res naturales victus ratio talis eſſe debet, vt ſit boni ſucci, faciliſq; coctionis, quę in bonum ſanguinem conuertatur.

Ad auferendas verò res præternaturales opus eſt, vt contrarijs qualitatibus ſit præditum alimentum: primo mo-
B do indicatur ab indicante vitali; ſecundo ab indicante curatorio, & præſeruatorio. Indicans igitur eſt facultas, indicatum verò eſt alimentum; ita etiam morbus, & cauſa eſt indicans, indicatum verò eſt auxilium à chirurgico inſtrumento, vel à pharmaceutico acceptum, ac eá qua decet ratione adminiſtratum.

C Alimentum igitur recta ratione adminiſtratum generationem humoris bilioſi inhibet, eiuſque putrefactionem, & quod genitum eſt reſoluit, cauſas bilem efficientes attemperans, ſi ea quantitate offeratur, vt facilè coqui poſsit, ſatiſque ſit ad conſeruandas vires ad ſtatum vſque (vt in vniuerſali methodo præcipitur) in quo ſemper aliquod de ipſo alimento detrahendum eſt.

D Materiæ verò alimentorum ſunt fercula (quas vulgò mineſtras appellant) quæ varia ſunt, pro varia materia, ex qua fiunt: nam in primis adeſt panis, qui varijs modis parari conſueuit in iure galliculorum, vel etiam in aqua pro vt opus fuerit; nam vel ſit tritus, vel in offas diuiſus cum ebullitione, & abſque ebullitione.

E Similiter tam fructus, quàm olera coquuntur in prædicto iure, vt ſunt cucurbitæ, inter quas oblongæ putredini minus obnoxiæ ſunt. Melones quoque eadem ratione parantur, vt cucurbitæ; ſed præſertim eorum ſemina. Olera verò ſunt

Atriplex
Scariola, aut
Lactuca,

Lapathum, &
Acetoſa.

Omnium tamen familiariſsimum ferculum id eſt quod ex priſana, ſiue tota ſit, ſiue eius cremor pararur.

Galenus lib. 1. ad Glauc. cap. 9. ſcribit ſe aliquos tertianarios exquiſita tertiana laborantes ſolo ſucco ptiſanæ ad criſim vſque nutriuiſſe, ſed virtute valente.

Carnes quoque probantur in declinatione febris, aut in fine ſtatus, quæ molles ſint, inter quas galliculorum caro probatur, quamuis aliqui in hoc caſu laudent magis iuuenculas gallinas, quàm galliculos, dicentes ſuccum earum frigidiuſculum eſſe. Galenus tamen videtur probare carnem galliculorum ob ſui lentorem, quem habent, quo humores attemperantur.

Inter partes gallinarum videtur Galenus probare magis alas, lib. de bonitate, & vitio ſuccorum, vbi facit comparationem alarum gallinæ, & anatis, ambas laudans quidem, ſed magis eas gallinarum, quamuis Stephanus Athenienſis admoneat alas conuenire magis æſtuanti ventriculo eo quod cum neruoſæ ſint, videntur poſſe magis huic calori reſiſtere, quæ tamen res ſi conſideretur, falſa omninò iudicabitur; nam alæ volatilium cutaneæ ſunt, ac muſculoſæ, non neruoſæ. quare non poſſunt tam magno calori reſiſtere.

Teſticuli quoque galliculorum probantur, non tamen eorum, qui nondum venerem experti ſunt; ſed eorum, qui libidini indulſerunt.

Hepar gallinarum conuenit, tanquam alimentum habens facultatem incraſſandi.

Pedes ſuis, & tota ipſius caro rarò à Galeno 1. ad Glauc. cap. 9. lib. de renum vitio, & curatione, vſurpatur, ita & cerebrum.

Oua quoque gallinarum recentia à Galeno ſummè probantur ad Glauc. lib. & capite citato, quod bonum generent ſuccum; magiſque conuenire puto, ſi cum ſucco granatorum, aut aurantiorum, vel limoniorum ſorbilia, aut tremula fiant.

A

Auicennas lib. de virtutibus cordis tract. 2. non modò gallinarum, ſed perdicum oua ſummè laudat, eo quod temperata ſint, & citò in bonum ſanguinem conuertantur, & quia pauci ſint excrementi, vireſque cordis reſtaurare valeant.

B

Omnes practicantes in huius febris tertianæ curatione commendant piſcium carnes, quia ſuccum humidum, & frigidum generant, quam intentionem non poſſum niſi probare. Sed quoniam hic non ſolùm refrigerandum, & humectandum eſt, verùm opus eſt bilem incraſſare, vnde Galenus, & Trallianus concedunt nedum carnes ſuum, ſed cerebrum, & pedes ad incraſſandam bilem, eamque attemperandã, idcirco piſcis ille tam famoſus, xiphia dictus, ideſt (Peſce ſpada) non ineptè conuenire videtur, quod faciliùs digeratur, quàm caro ſuilia, & ſuccum frigidum, & humidum generat, & moderatè craſſum.

C

Fructus quoque nonnulli conueniunt, qui citò coquantur, & putredini reſiſtant, nec tam facilè corrumpantur, inter quos fragę connumerantur, quæ Matthiolo authore, frigidæ, & ſiccæ ſunt naturę, habentq; facultatem putredini reſiſtendi.

D

Pruna quoq; damaſcena,
Amarenæ,
Azarolæ,
Poma aurantia,
Granata,
E Limonia, atque
Citria,
Mora,
Ceraſa,
Pruna di frate vocata, & condita, quæ Genua huc exportantur.
Pyra,
Lactuca etiam

Cu-

Cucurbitæ ſubſtantia,
Radices bugloſſi,
Scorzoneræ, &
Cichorij.

Alexander Trallianus probat pepones, quos conceſſiſſe ſcribit ægrotantibus, iiſq; propinaſſe deinde potum aquæ frigidæ, qui ſtatim ſudore excitato, aut alui fluore à febre liberati ſunt; ſæpiuſque ita curaſſe febrientes tertiana febre affirmat.

Per pepones intelligere eſt opus fructus illos tam guſtu ſuaues, quos melones appellant; non autem illos melones, quos de acqua hic Meſſanæ appellant, vel angurias alibi, & Auicennas batecam, quamuis apud Galenum non ita clarum ſit, quid nomine peponis intelligendum veniat lib. 2. de alim. facult.

At quia lib. de bonit. & vitio ſuccorum ſcripſit, quod niſi melones aluum ſtatim ſubeant, corrumpuntur ibi, humoreſq; ex corruptela hac faciunt qui non longè à mortalibus venenis abſunt, exiſtimo tutius eſſe ab his abſtinere, quàm permittere ægrotantem periclitari in hac experientia.

Semina tamen eorum ſaccharo parata concedi tutò queunt: ceraſa etiam, & moſa non reprobantur aqua frigida abluta, & ſaccharo inſperſa, quæ omnia Galenus permittit, hac tamen conditione, ne ipſis veſcantur ægri, ſed ea guſtent tantùm. Et hæc ſunt omnia alimenta conuenientia febrientibus tertiana febre exquiſita.

Modò videndum eſt, qualis potus ipſis competat. Scribit Galenus loco iam citato vinum non conuenire à principio, ſed benè ſignis coctionis apparentibus; nam periculum eſſet, ſi concederetur à principio, vt febrem augeret; apparente verò coctione, ad vires reficiendas, quia coctioni opitulatur, & vt ſcribitur 1. ad Glauc. vrinam mouet, ſudoremque prouocat; ſi fuerit tenue, & aquoſum, multaq; aqua lymphatum;

A vinum autem vetus tanquam nimis calidum euitandum.

In principio nondum coctionis ſignis apparentibus, aqua conuenit cum ſaccharo, aut in qua hordeum ebullierit, vel cui iulapium aliquod admixtum ſit, vel oxyſacchara, vel ſyrupus violaceus, aut ſuccus granatorum: hæc de cibo, & potu ſufficiant.

Aer conuenit ad frigidum, & humidum vergens; quare conclauia ſubterB ranea, aut ſaltem terrena, & quæ ventis eteſijs, quos gregales vocant, ſint expoſita, optima cenſentur, quæ vbi non adſint, tunc medicus curare debet, vt cubiculi aer alteretur ad frigidum, & humidum, ſæpè irrorando pauimentum aqua frigida, & etiam roſacea, flores quoq; frigidos inſpergendo, vt ſunt

C Roſæ,
Flores nenupharis,
Violarum,
Salicis, & huiuſmodi,
Capita quoque papaueris, & flores eorumdem.
Folia vitis,
Arundinum, &
Nymphææ,

Quæ omnia per pauimentum diſpergenda veniunt, & ad parietes quoque D appendenda, ſi quidem ijs aer refrigerabitur.

Somnus quantum fieri poteſt, prouocandus venit; nam huiuſmodi ægrotantes ſolent ab immoderatis vigilijs exerceri. Quies omninò imperanda, curandumq; eſt, vt ægrotantes decumbant; quemadmodum enim vigiliæ infeſtæ ſunt, ita quoque & motus; ab his enim E bilis generari conſueuit, igitur vigilia, & motus euitanda ſunt.

E contra verò ſomnus, & quies maximè conferunt, cum concoctioni præſertim faueant, & excrementorum expulſioni: quare non modò curandum eſt, vt æger corpore quieſcat, verum etiam & animo, vnde attendendum

eſt, ne in aſſectiones animi ægen incidat, quæ ad iram, aut excandeſcentiam animum ducere poſſint. Hinc non eſt præter rationem illud à quibuſdam dictum; vt multitudo virorum, aut mulierum à cubiculo arceatur, quouſque morbus ſit in declinatione.

Circa inanitionem, & repletionem, quæ eſt ſexta inter res non naturales, ita eſt agendum, vt inteſtina à fæcibus, ſimulque ab humoribus bilioſis ibi exiſtentibus euacuentur; quæ niſi ſponte, & ab inteſtinorum facultate expultrice pellantur, id vt arte fiat, procurandum eſt; cui indicationi clyſteribus mollibus venit ſatisfaciendum, quemadmodum is eſſe poteſt.

℞. decoctionis hordei,

Vel

℞. Fol. maluæ,
Althææ,
Violariæ, ana manip. j.
Hordei, vnc ij.
Sebeſten.
Prunorum, ana num. x.
Fiat decoctio ſecundùm artem in iure pulli, aut in aqua, &
℞. huius decocti, lib. j.
Mell. violati,
Olei violati, ana vnc. ij.
Caſſiæ,
Diacatholici, ana vnc. ß.
Salis, drach. j.
Et vitelli vnius oui fiat clyſter.

Et hæc eſt vniuerſa materia diætetici inſtrumenti, in qua adminiſtranda opus eſt reſpicere rectum vſum, qui in tribus potiſſimùm conſiſtit; in quantitate, tempore, & modo.

Quantitas enim cibi, & potus tanta eſſe debet, quanta eſt ſatis ad ſuſtinendas vires, nec cauſæ morbificæ officit.

Tempus adminiſtrandi conſiſtit in euitando principio acceſſionis, iuxta illud Hippocratis: in acceſſionibus abſtinere oportet, & quæ ſequuntur. Quare offerendum alimentum eſt ſemA per horas quatuor ante acceſſionē, ſi fieri poteſt, in cura ordinaria, ſed in coacta, quatuor ſunt caſus, in quibus licet in acceſſionis initio alimentum offerre:

Primus eſt, quando timetur ſyncope. Secundus, quando periculum eſt, ne tranſmutetur febris in hecticam. Tertius, quando tanta affluit bilis copia ad ventriculi os ſuperius, vt timeatur B cardialgia. Quartus eſt, quando virtus eſt admodum languida.

De modo, quo offerendum venit alimentum, clarum eſt; nam ſi virtus valet, vnica vice dandum, at ſi non valet partiendum.

In recto igitur vſu ſex rerum non naturalium opus eſt ſemper, quantum fieri poteſt, euitare non modò principium, ſed augmentum, & ſtatum, omniaC que adminiſtrare in declinatione. Hæc de diæta, qua ſatisfacimus ei indicationi, quæ ſuggeritur ex materia; quæ eſt in fieri tam reſpectu generationis humoris, quàm reſpectu putrefactionis; nam per rectam victus rationem inhibetur humoris generatio, & putrefactio.

DE CVRATIONE FEBRIS
D *tertianæ exquiſitæ per Pharmaciam.*

INdicationes duæ ſunt, quarum vna à febre, altera à cauſa deſumitur; & rurſus, quæ à febre deſumitur, ſi hæc ſit in facto eſſe, ſatisfaciendum eſt ei ſuis contrarijs, nempe refrigerantibus, & humectantibus.

Materia verò bilioſa putrefacta, quæ E non poteſt ad benignum reduci, quæ eſt febris cauſa, extra corpus educenda erit per loca magis conferentia, per ſeceſſum, per vrinam, per vomitum, per ſudorem, & per inſenſibilem quandam viam; idque agendum internis, & externis præſidijs: vnde pulchrè Mercatus dicebat vniuerſam tertianatum febrium

brium curationem ad alterationem, & A euacuationem redactam eſſe:

Primò conſideranda ſunt ea medicamenta, quæ primæ indicationi ſatisfacere ſunt apta; quorum quædam ſunt ſimplicia, quædam compoſita.

Inter ſimplicia eſt

Succus granatorum tam dulcium, quàm acidorum.

Agreſtæ,

Acredinis citrij, B

Limoniorum.

Endiuiæ.

Scariolæ.

Sunt & compoſita in duplici collocata differentia; alia enim refrigerāt, & humectant; alia ſimul cum refrigeratione facultatem deobſtruendi habent. Primi ordinis ſunt ſyrupi, & conſeruæ ſequentes.

Syrupus de acredine citrij, C

Acetoſus ſimplex,

Endiuiæ,

Roſ. ex infuſione,

Scariolæ,

Violatus ex violarum infuſione.

Oxyſacchara ſimplex,

Conſeruæ ſunt, vt

Roſarum,

Violarum, D

De acredine citrij,

Fragarum.

Ex floribus vtriuſque nenupharis.

Vbi igitur vultis refrigerare, & humectare cum ſyrupis, præparate ad hunc modum,

℞. ſyr. de endiuia,

Violati, ana vnc. j.

Aquæ hordei, vnc. iiij. E

Pro vno hauſtu.

Animaduertite interim hanc Practicantium conſuetudinem in componendis ſyrupis, quæ eſt, vt maiorem aquæ copiam accipiant, minorem autem ſyruporum, vt ſi accipiunt vnc. ij. ſyruporum, addunt aquas ad vnc. iiij. & vnc. v. quod licet hoc præceptum nō ſit perpetuò obſeruandum, niſi vbi refrigerandum, atque humectandum veniat, quemadmodum in hoc caſu; in aliis enim caſibus licet minorem copiam aquæ aſſumere, & aliquando ſyrupos ſine aquis concedere.

Sed hoc loci videtur naſci inter Galenum, & Auicennam contradictio quædam; nam Galenus lib. 1. ad Glauc. cap. 9. dicebat in hac febre eſſe, quo ad B fieri magis poteſt, refrigerandum, & humectandum: Auicenna verò lib. 4. fen. 1. tract. 2. cap. 39. ſcriptum reliquit, eſſe minimè extremè refrigerandum, & eò minus à principio.

Vidit Iacobus de Partibus, quem non ſatis admiratus ſum, hunc Auicennæ locum, & dicit ſententiam ipſius eſſe, vt non refrigeremus medicamentis ſtupefacientibus; ſed hæc non eſt C mens Auicennæ, quia non ignorabat talia medicamenta non conuenire huic febri ad refrigerandum, cum ſtupefaciendi potius, & ſenſum tollendi à partibus, quas tangunt, facultatem habeant, at illa, quæ refrigerandi vim habent, pugnantia aduerſus caliditatem, illamque expellentia, vnde ipſius ſententia eſt, vt non refrigeretur immoderatè medicamentis facultatem refrigerandi haben- D tibus.

Exiſtimarem poſſe dici in curatione coacta maximè refrigerandum, & humectandum eſſe, & de hac curatione loquutum fuiſſe Galenum; Auicennam verò de curatione ordinaria, & minimè coacta, in qua refrigerare debemus, non tamen in exceſſu, ne nimium incraſſetur bilis, ineptaque ad motum reddatur.

E Sed dices, tu proponis hordeum, quod frigidæ eſt, & ſiccæ naturæ, non igitur humectare poterit, quod tamen à febre indicatur?

Facilis eſt reſponſio; nam hordeum integrum cum ſuo cortice exteriori refrigerandi, & exiccandi facultate pollet; at vbi excoriatum fuerit, & in aqua

co-

coctum, etiamſi in farinam redigatur, refrigerat, & humectat, vt 1 de al. facult. cap. de hordeo, habetur, quod euidentius apparet in ptiſana.

Vel præparetur hoc modo.

℞. Syr. de endiuia ſimpl.
Violarii, ana vnc. j.
Aqua endiuiæ,
Scariolæ, ana vnc. ij. miſce.

Vbi ægrotantes nolint ſyrupos admittere, ſed malint accipere conſeruas poteſtis ita procedere.

℞. conſer. de agredine citrij, vnc. j.
Aquæ endiuiæ, vnc. iiij.
Pro vno hauſtu.

Et vt ſupra dixi opus eſt ſæpè vti ſyrupis alterantibus, & refrigerantibus primis duobus diebus, quibus tranſactis oportet vti deobſtruentibus, & refrigerantibus, hoc eſt, qui aperiendi vias, atque deobſtruendi facultatem habeant.

Inter alios præſtantiſſimus eſt ſyrupus, qui acetoſus ſimplex appellatur, & ab Auicenna tantopere commendatur fen. 1. lib. 4. tr. 2. cap. de febre tertiana, qui componitur ex lib. 1. aquæ, & quinq; lib. ſacchari cum modico aceti, eoque vtitur dupliciter.

Primo modo abſque aquis, ipſiuſque doſis eſt ad vnc. ij alio modo accipit doſim ad vnc. j. & inde concedit aquam frigidam ad vnc. iiij.

Sed quamuis ſyrupus huiuſmodi ab Auicenna commendetur, ſcribit tamen eum non eſſe admiſcendum aquæ hordei, quia corrumpitur. Huius rei rationem conatur reddere Conciliator diff. 169. afferens vtriuſque, ſyrupi nempe, atque aquæ hordei facultatem ſeiunctam; ſyrupus enim diuidit, ac ſequeſtrat præparans ſuperfluitates ad excretionem; aqua vero hordei abluit, quod inciſum eſt, & abſtergit deducens illud per ſudorem, & vrinam.

Poſſemus dicere etiam aquam hordei cum cortice habere diuerſam facultatem a ſyrupo acetoſo, quia exiccat, A & leuiter abſtergit.

Cum igitur vtriuſque operationes ſint diuerſæ, ne corrumpantur, noluit Auicennas admiſceri; hinc eſt etiam, quod idem Auicennas poſt aſſumptum ſyrupum per duas horas iubet accipiendam eſſe aquam hordei.

In morbi igitur huius initio refrigerandum, & humectandum eſt, at eunte ad augmentum, & ſtatum, & ad declinationem B ſimul cum refrigeratione, opus eſt tantiſper attenuare humores craſſos, & vias aperire, per quas humor bilioſus eſt extra corpus ducendus, iuxta Hippocratis ſententiam 2. aph. 9. corpora cum quiſpiam purgare voluerit, fluida facere oportet: fluidum autem redditur, Galeno authore in com. omnibus meatibus reſeratis, & humoribus inciſis atque extenuatis. Huic indi- C cationi ſatisfacit.

Syrupus acetoſus
Oxyſacchara ſimplex, & compoſita,
Cum aqua hordei, aut
Cum aqua acetoſæ ad vnc. iiij.

Vijs igitur apertis, & materiâ iam præparata, ac concocta videndum eſt, an bilioſa materia extra corpus educenda ſit, & quo ordine. Quod debeat D educi materia clariſſima eſt Galeni ſententia loco præcitato per loca communia, & conferentia, per ſeceſſum, per vomitum, per vrinam, & per ſudorem.

Ordo verò ex Galeni ſententia eſt, vt per ſeceſſum primò, deinde per vrinam, & tandem per alias vias, quamuis vbi bilioſa materia ſit in cauitate ven- E triculi, neq; ſponte exeat, ex Galeno euacuanda eſt, vbi dicit, ſi hic humor bilioſus ad ventriculum repat, per vomitum educi debet; cum verò ad inferiorem partem vergit, per inferiora.

Ex quibus Galeni verbis ſoluitur illa difficultas, quæ inquirit, an in hac tertiana febre exquiſita purgandum vrina? Verba ipſius clara ſunt, quibus aſſerit

ſerit oportere humorem biloſum educere per inferiora & huiuſmodi eductio fit mediante medicamento purgante; A ſequitur igitur purgandum eſſe, ad differentiam eductionis, quę fit per vrinam, cuius etiam hoc in loco meminit.

De recto verò vſu huius præſidij, & præſertim de tempore ſtatuit idem Galenus dicens id agendum eſſe concocta materia quod idem confirmat Auicennas. Vt plurimùm verò coquitur ma- B teria poſt quintam, aut ſextam acceſſionem, & in interuallo.

Quod ad medicamentorum materiam ſpectat, Arabes, vt eſt Ralis 10. ad Almanſorem cap. de tertiana vſum ſcammonij probat, quod idem Auicennæ eſt præceptum, ab Auerroe tamen 5 coll. cap 1 . reprobatum: noſtriſq; temporibus minimè in vſu, niſi temperatum, quod diagridium vocant: C aliquando pro varia, atque varia acceſſione, à nonnullis vſurpatum, licet raro.

Medicamenta autem ad bilem in hoc caſu purgandam varia ſunt, quorum magis benigna eligantur tam ſub forma potus, quàm boli, & pilularum.

Sub forma potus.

Syrupus roſatus ſolut. ex nouem infuſionibus, ſiue ex ſucco cum ſaccharo D in primis eligendus.

Manna ac

Rob. violatum.

Poteſtis parare potum ad hunc modum.

℞. aqua cichorij, vel

Hordei vnc. iiij. infunde

Rhabarb. electi maturi ſ.p. drach. j. ſſ. vel drach. ij. per ſex horas, deinde facta expreſſione diſſolue ſyr. roſ. vt ſupra E vnc. vj.

Vel

℞. Seri lactis deſtillati, vnc. iiij. infunde.

Rhabarb. drach. ij factaque expreſſione diſſolue ſyr. roſ. ſolut. ex nouem infuſionibus.

Vel

℞. Fol. cichorij,
Violarum,
Endiuiæ,
Scariolæ, ana manip. j.

Prunorum damaſcenorum num. xij.

Bull. in ſufficienti quantit. aquę, vel ſeri, deinde colentur facta expreſſione diſſolue ſyr. roſ. vnc. vj.

Vel

℞. huius decocti vnc. iij. infunde rhab. drach. j ſſ. & cum expreſſione fiat potus.

Aliquando pro robuſtioribus corporibus addi poteſt.

Elect. roſ. Meſ. drach. j. aut ij. & fiat potus breuis.

Cauendum, quantum fieri poteſt à validioribus medicamentis; nam bilis ſuapte natura acris eſt, & mordax quæ irritat facultatem inteſtinorum ad ſui expulſionem.

Sub forma boli.

℞. Floris caſſiæ nouiter extractæ drach. x. vel drach xj.

Rhabarb. electi, drach. j. ſſ. aut drach. ij

Fiat bolus cum ſaccharo.

Vel etiam admiſceri poteſt diacatholicon cum caſſia, & ex vtroq; æquali ſumpta doſi parari bolus; aliquando vero poteſt in robuſtioribus ad hunc modum componi.

℞. diacathol. drac. x.

Elect. roſ. Meſuæ, drach. iij.

Cum ſaccharo fiat bolus.

Vel

℞. electuarij lenitiui, drach iij.

Pulpę tamarindorum in aqua ſcariolæ extractæ, drach. j. ſſ. cum ſaccharo fiat bolus.

Poterit etiam parari in hunc modum.

℞. elect. lenitiui ad vnc. j.

Pulpæ tamarindorum ad drach. ij.

Cum ſaccharo quantum ſufficit, fiat bolus.

Sub forma pilularum.

Quod ad formam pilularum attinet, ra-

rarò ex conceduntur, ſi tamen quiſpiam magis pilulis, quàm alijs medicamẽtis delectetur, ita poſſent parati.

℞. pil. de tribus cum rhab.

Aggregat. ana drach. j.

Elect. roſ. Meſ. quantum ſufficit, fiant pilulæ numero ſeptem, & aurentur.

Poſt celebratam purgationem, opus eſt conſiderare, an tota materia, quæ febrem faciebat euacuata ſit, nec ne? Si primo modo, circa eam non eſt amplius aliud agendum. Sed ſi adhuc aliqua portio adſit, videndum eſt, an poſſit propelli, quod vbi exploratum fuerit, tunc præſidia inuenire oportet.

Inter alia auxilia, quæ à Galeno cõmendantur, eſt abſynthium, ſeu coma ipſius melicrato intinctum. Valet enim ad humorem bilioſum educendum, qui ventriculum mordicatione infeſtat, tam per ſeceſſum, quàm per vrinam.

At Trallianus Galenum reprehendit, quod in tertiana febre proponat abſynthium, quod calidum eſt, at iniuria; nam cum (vt ſupra dictum eſt) duplex ſit indicatio, vna quę à febre tertiana deſumitur; altera a materia bilioſa, febris indicat refrigerans, & humectans, & huic indicationi abſynthium eſt contrarium: materia verò bilioſa putrefacta iam, ſiue cocta, indicat euacuationem, cui indicationi ſatisfacit abſynthium, & in hoc ſenſu propoſuit ipſum Galenus, non autem ad refrigerandum, & humectandum, vt malè cenſuit Trallianus.

Porrò diuretica medicamenta, ideſt, quæ per vrinam ducunt, non ſunt vnius generis; quędam enim calida ſunt, quędam frigida, & quæ calida ſunt, multas habent ſecundùm magis, & minus differentias, omniaque hæc ſunt adminiſtranda ſub forma potus: vnde poteſtis in hoc caſu præparare huiuſmodi ſyrupum.

℞. ſummit. apij,

Anethi, ana manip. ſſ.

A Bull. in ſufficienti quantitate aquæ ſecundùm artem, &

℞. huius decocti, vnc. iiij quod dulcoretur cum vnc. j. ſacchari, deinde adde.

Syr. acetoſi ſimpl. vnc. ij.

Pro vno hauſtu.

Vel poteſtis recipere abſynthij comas, & ebullire in aqua, &

℞. huius decocti, vnc. iiij.

B Syr. de duabus rad. cum aceto, vnc. ij. miſce.

Fiat potus.

Ita ea, quæ ſunt calida diuretica vſurpari poſſunt vrgente neceſsitate; frigida verò, quæ educunt per vrinam, ſunt tenuium quidem partium, ſed multam ſuppeditant aquoſam materiam, vt ſunt emulſiones ſeminum frigidorum tam maiorum, quàm minorum; hęc C autem emulſio fieri poteſt ex varijs rebus, nempe ex decocto.

Capillorum veneris,
Anethi,
Apij,
Fœniculi,
Aſparagi,
Cichorij.

Quare fieri poteſt huiuſmodi apozema.

D ℞. ſem. quatuor frig. maiorum, ana vnc. j.

Decoct. apij,
Fœniculi,
Aſparagi, vnc. vj.

℞. decoctionis præſcriptæ, vnc. iiij.

Syr. acetoſi ſimpl.

De duabus rad. ana vnc. j. miſce.

Pro vno hauſtu

Præſtat poſt aſſumptionem horum E diureticorum vti ſero lactis deſtillato, hoc modo.

℞. ſeri, vnc. vj. quamuis ſerum in hoc caſu ad libram potiùs eſſe oporteat.

Syr. capill. veneris, vnc. ij. miſce.

Pro vno hauſtu.

Mercatus hoc loco materiam putrefactam, & iam à bono ſeparatam, & (vt

(vt dici ſolet) coctam, deturbat per ſeceſſum, & per vrinam modis iam dictis: quando verò ad ventriculi cauitatem repit, vomitorijs quibuſdam educenda, ac propellenda eſt, Galeno authore, quæ cum ſint varia, alia leuia, alia validiora, primo à leuioribus inchoandum eſt, ſi præcipuè habeatis hominem propenſum, ac facilem ad vomitum, ſin minus vomitus non eſt tentandus.

Leuiora ſunt, quæ per digitorum impoſitionem ſiunt, vel pennarum in fauces, & principium œſophagi, vel etiam aqua tepida ad libram vnam cum vnc. ij. aceti, aut oxymellis; ſola etiam aqua valet, vel ſic parare poteſtis.

℞. decoct. florum chamæmeli, lib. j.
Syr. acetoſi ſimpl. vnc. ij.

Vel loco huius oxymel. ſimpl. ad vnc. iij.

Conſueuit etiam ſæpiſſimè materia hæc per ſudorem exire, id quod fit in fine cuiuſcunque acceſſionis: vnde dictum eſt apud omnes febrem tertianam exquiſitam inuadere cum rigore, & terminari cum ſudore: quare ſi ſudor facilè exeat, non eſt cogitandum de medicamentis ſudoriferis.

At vbi natura non poſsit ſe per ſudorem exonerare, quamuis ſignum ſit, hanc febrem degenerare in aliam febrem, tertianam nempe notham, curandum tamen, quantum fieri poteſt, vt naturæ opitulemur, vt ipſa promptius, per ſudorem propellat. Idque efficere poteritis mediantibus iam dictis per vrinam ducentibus, vt eſt

Decoctum apij,
Anethi ad lib. j.

Sed quod magis probo eſt

Decoctum ex hordeo cum toto cortice calidum ad lib. j. epotum.

Poteſtis etiam parare decoctum milij quouſque id fuerit perfectè coctum, & antea excoriatum. Doſis huius ſit ad lib. ß.

Vini albi ad vnc. ij.

A Pro vno hauſtu.

Et talis præparatio adſcribitur Diuò Ambroſio, appellaturque ſyrupus Sancti Ambroſij Iouberto ſcribente lib. 2. practicæ cap. 5. & hæc ſunt omnia præſidia interna, quibus à corpore educitur bilis.

Sunt modò externa medicamenta applicanda, quæ varias afferunt vtilitates; aliæ enim ſunt applicanda iecori, B alia capiti, nonnulla ventriculo, aliqua cordi, aliqua toto corpori, & alia artubus tam ſuperioribus, quàm inferioribus.

Inter alias partes corporis, quæ læduntur, iecur eſt, quod ita accenditur, vt in ipſo bilis generetur, atque retineatur; ideo opus eſt ipſi conſulere medicamentis refrigerantibus, attenuantibus, & corroborantibus, & deobſtru-C entibus, quorum quædam interna ſunt, quædam exterius adminiſtrantur. Ex internis maximè valet iſtud.

℞. ſpec. diarrhod. abbatis, drach. ij.
Abſynthij ſub. pulu. drach. j.
Sacchari diſſoluti in aqua eupatorij vnc. iiij. fiat confectio in tabellis. Doſis ſit ad vnc. ß.
Seri caprilli depurati. & elambicati ab vnc. viij. ad lib. j.

Vel

D ℞. ſacchari roſati, vnc. j.
Pul. elect. de gemmis,
Abſynthij, ſ. p. ana ſcrup. j. ß.
Miſce: deinde ſuperbibat æger aquæ hordei, vnc. x. aut lib. j.

Aliud ad idem.

℞. Rad. eryngij,
Cichorij, ana vnc. ß.
Hordei cum cortice. vnc. j.
E Cicerum rubeorum. num. xxx.

Bulliant omnia in aqua ſecundùm artem, in qua ponantur pul. trium ſantalorum ana ſcrup. ij. inuoluantur in linteo, & in fine coctionis addantur: coletur, & eius doſis ſit ad vnc. vj.

Valet quoque ad idem decoctio intybi, ac ſcariolæ ad vnc. vj. in qua mo-

modicum comæ abſynthij ebullierint.

Exterius inungatur vniuerſa regio ipſius iecoris hoc vnguento communiſſimo.

℞. vnguenti roſ. Meſ.
Santalini, ana vnc. j.

Succi agreſtæ, vnc. iij. infunde linteum, & ita frigidum extende ſuper iecoris regionem. Idem præſtat ſuccus intybi, ſi preſertim addatur modicum aceti ad penetrationem.

Vel

℞ vnguenti infrigidantis Gal. vnc. j.
Scœnanthi ſ. p. g. x.

Oleum quoque roſaceum omphacinum pluries aqua roſacea, & modico aceti lotum valet.

Vel

℞. Cerati ſantalini, vnc. ij. ſſ.
Olei roſati, vnc. j.

Abluantur omnia aqua gelida cum modico aceti; deinde adde.
Spicæ nardi ſcrup. ſſ.
Fiat vnguentum.

Pro ventriculo.

℞. Olei de abſynthio,
Mellini,
Omphacini, ana vnc. j.
Spec. diarrh. abb.
Coralliorum rubeor.
Abſynthij ſ. p.
Roſarum, ana drach. ſſ.

Cum modico ceræ fiat linimentum. Hæc omnia applicanda ſunt etiam renibus.

Valet ad idem micæ panis toſtæ, vnc. vj. in vino rubro madidæ, & expreſſæ, ac ventriculo applicatæ.

Pro capite.

Sæpè qui laborant tertiana febre, præſertim exquiſita, conſueuerunt & paraphreniſi, ac vigilijs inmodicis tentari, ideo pro capite vtendum eſt aliquo oxyrhodino, vniuerſo ſincipiti abraſo, applicato ad materiam deorſum impellendam, vt

℞. Aquæ roſarum,
Plantaginis, ana vnc. ij.

A Olei roſati, vnc. iij.
Lactis, vnc. ij. ſſ.
Aceti, vnc. j. miſce.

Pro compeſcenda vigilia.

Poteritis curare, vt ſyrupum hunc ægrotus bibat veſperi a cœna per duas horas.

℞. Syr. de papauere, vnc. j. ſſ.
Aquę lactucæ, vnc. iij.
Spec. diamarg. frig. g. v.

B Aliquando etiam addi poteſt.
Requiei Nicolai ad ſcrup. j.

Vel

℞. Sem. papaperis albi,
melonum, ana vnc. ſſ.

Macerentur in iure pulli, deinde exprimantur, & addendo
Requiei, g. v.
Fiat potus horis ſomni porrigendus.

C Exterius præſcriptum oxyrhodinum ad caput applicandum, aliquando ad irrigationem refugiendum, quando immoderata, & continua nimis eſt vigilia, quæ fit ad hunc modum.

℞. Rad. mandragoræ exiccatæ, vnc. j.
Hordei mundi, vnc. ſſ.
Sem. lactucæ, vnc. ſſ.
Fol. lactucæ,
Semperuiui, ana manip. ſſ.

D Bulliant in ſufficienti quantitate aquę vſque ad medietatem, & eſt medicamentum Raſis, qui addit etiam fol. violarum, ad vnc. ſſ.

Propono vobis egregium medicamentum ad ſomnum conciliandum.

℞. Fol. lactucæ,
Portulacæ,
Solani,
Semperuiui, ana manip. ij.
E Vitis,
Salicis, ana manip. j.
Flor. nenupharis,
Violarum, ana pug. ij.
Pulpę cucurbitæ cum ſuis ſeminibus lib. j.

Bulliant in aqua fontis puriſſima ſecundum artem, &

℞. huius decocti, lib. iij.
Aceti albi, vnc. vj.

In hac decoctione, & mistura immergantur lintea, quibus & pedes, & manus inuoluantur.

Auicennas fen. 1. lib. 4. tract. 2. cap. 59. poſt paroxiſmum vult immergendos eſſe pedes in aquam frigidam, hac ratione vt calor, qui ad pedes deſcendit, nimius exiſtens extingui poſſit.

Multories ego hoc auxilio expertus ſum in fine acceſſionis in magnis vigilijs ſomnum fuiſſe inductum.

Tandem cor refrigerandum eſt, & corroborandum epithematibus, & vnctionibus. Epithemata fiunt ad huncmodum.

℞. Aquæ roſarum,
Plantaginis,
Borraginis, ana vnc. iiij.
Spec. diamarg. frig. drach. iij.
Cordialium. drach. ij.
Miſce, & fiat epithema.

Vel

℞. Aquæ roſarum,
Acetoſæ,
Endiuiæ, ana vnc. iij.
Pul. trium ſantal.
Diamarg. frigid. ana drach. ij.
Aceti, vnc. j.
Miſce, & fiat epithema.

Pro vnctione.

℞. Vnguenti ſantalini, vnc. j. ſſ.
Scœnanthi, ſcrup. ſſ.
Cum modico aceti fiat linimentum.

Inter externa præſidia eſt præterea balneum aquę dulcis, quod paratur duobus modis, primo vt ſit calidum actu ea ratione, vt ſudorem prouocare valeat. idque adminiſtratur in fine ſtatus, & principio declinationis, quando ſudor diminutè procedit, vt auxilio ſit naturæ diminutè operanti.

Alio modo paratur. vt ſit adeo temperata aqua, vt vix ſentiatur ab ægrotante intus ingrediente; tunc enim vniuerſum corpus calefactum, & exiccatum

A refrigerat, atque humectat, ſimulque, & viſcera à bile affecta liberat, eam ad extimam cutis ſuperficiem validiſſimè trahens.

Et hæc de curatione febris tertianæ exquiſitæ per duplex inſtrumentum, diæteticum nempe, atque pharmaccuticum, modò ad chirurgiam properandum.

B *DE CVRATIONE FEBRIS tertianæ exquiſita per Chirurgiam.*

Non deſunt lites, ac diſcordiæ circa hoc adminiſtrandum inſtrumentum in febre tertiana; nam alij negant, alij verò affirmant ſanguinem eſſe mittendum. Qui negant adducunt Galeni Pauli, Aetij authoritatem, qui ni-

C hil dicunt de ſanguinis miſſione, ergo non eſt celebranda.

Secundò dicunt ſanguinem eſſe bilis frenum.

Tertiò, quia materiam putrefactam extra vaſa intra vaſa traheremus per venæ ſectionem.

Quartò huiuſmodi febris non eſt magnus morbus, quare nec requirit tam magnum auxilium, quale eſt ſanguinis

D miſſio.

His addi poteſt Galenum noluiſſe mittendum eſſe ſanguinem in tertiana febre, quia ſi mens ipſius fuiſſet talis, vt mitteretur, id determinaſſet, & apertè ſcripſiſſet non ſecus atque fecit, vbi ſcripſit curationem tertianæ nothæ, quotidianæ, quartanæ, de quibus apertè pronunciauit eſſe mittendum ſanguinem, ſignum eſt igitur noluiſſe, vt in illa

E mitteretur ſanguis.

Ex altera tamen parte videtur ex mente eiuſdem Galeni eſſe ſanguinem mittendum; ſiquidem 10. meth. med. cap. 15. præcepit in febre putrida ſanguinis miſſionem, ſed talis eſt febris tertiana, ergo in tertiana ſanguis mittendus eſt.

Deinde, quia ex ſanguinis miſſione tolluntur obſtructiones, ſimulque, & calor euentatur, quæ ſunt febris cauſæ.

Præterea ex ſanguinis miſſione arcentur imminentes morbi ipſa tertiana grauiores, vt eſt ardens febris atque continua, præſenſque longè facilius tollitur, quandoquidem exoneratur natura, eaque exonerata ſequitur id, quod dicebat Galenus, nempe faciliùs, quod relinquitur, à natura euictum iri.

Pro ſolutione ſciendum eſt, quod febris tertiana exquiſita duobus modis conſideratur, vel vt fit à pura, ac ſyncera bile ſola abſque ſanguinis copia, ita vt ſit pura cacochymia, vel quatenus fit à bile quidem, ſed quæ habeat ſanguinem adiunctum, & in maiori copia.

Si primo modo conſideretur, non admittit ſanguinis miſsionem; ſi ſecundo modo omninò ſanguinis miſsio celebranda venit, quæ res, vt à vobis perfectè intelligatur, paulò altius ad memoriam ea reuocanda ſunt, quæ in ſequitis vniuerſalibus dicebam de indicante ſanguinis miſsionis, quod dicitur eſſe morbi magnitudo.

Sed cum magnitudo hæc duplex cenſeatur; vna quæ fit à copia, nempe à plethora, alia à cacochymia, pleriquе ſunt, qui dicunt eſſe ſanguinem mittendum in magnitudine morbi; ſed quæ tres ſcopos habeat; nempe vt magnus ſit morbus, ætas florens, ac robur virium exiſtat.

Sunt modò, & alij, qui dicunt eam magnitudinem morbi indicare ſanguinis miſsionem, quæ fit ab humorum copia, ita vt copia ſanguinis ſit indicans ſanguinis mittendi, non ſimpliciter, ſed vt eſt euacuatorium auxilium.

Priores ſuam illam magnitudinem limitant tribus illis ſcopis, nempe magno morbo, ætate florente, virium robore. Secundi verò ſuam circumſcribunt magnitudinem à ſanguinis copia; ita vt morbus magnus à plenitudine indicet ſanguinis miſsionem.

Si tamen vtraque hæc opinio intimiùs inſpiciatur, manifeſtum fiet nullam eſſe inter hos authores differentiam, vnamque, & eandem rem dicere, verbis tantummodo diuerſis; nam magnitudo morbi, quæ ætatem florentem habet, roburque virium, eſt ea, in qua adeſt ſanguinis copia, nam robur virium eſſe non poteſt, niſi vbi corpus benè nutritur, non poteſt autem nutriri, niſi à copia ſanguinis, & ſpirituum.

Quare vbi proponuntur prædicti ſcopi, ſemper magnitudo morbi fiet à ſanguinis copia; ætas enim florens eſt indicium copiæ ſanguinis, & per conſequens virium roboris, quamuis non ſemper, & neceſſariò ad ætatem florentem ſubſequatur robur virium.

Puto igitur idem eſſe dicere magnitudinem morbi, quæ habeat ætatem florentem cum robore virium, & eam, quæ fit à copia ſanguinis, quia ſi magnitudo morbi fiat à cacochymia, nunquam poterit habere virium robur, cum corpus non benè nutriatur; vbi verò probè nutritur, tunc robur adeſt virium.

Cū igitur febris fuerit tertiana cum robore virium, ſignum eſt adeſſe indicans ſanguinis mittendi; febris enim putrida, ſi indicans habet, & virium robur, ea eſt, in qua mittendus eſt ſanguis, non qua febris, neque qua putrida, ſed quatenus cum putredine adeſt copia ſanguinis, & robur virium.

Dico igitur in tertiana exquiſita, in qua indicans adeſt, & permittens, quod eſt virium robur, ſanguinem eſſe mittendum.

Mercatus lib. 6. de febrium putridarum cognitione, & curatione, capite de tertiana exquiſita, longa oratione ſcribit oportere primùm conſiderare flauæ bilis quantitatem.

Secundo locum, vbi ipſa viget, ac pu

putreſcit, & vitiatur.

Tertiò conſiderat ipſius vitium, & qualitatem. Si hoc tertio modo contingat bilem eſſe, victus ratione reficiente, & refrigerantibus vtendum vult; atqui ſi euenerit bilem copia peccare, anceps eſt, an purgandum pharmaco veniat, an ſanguinem mittendum.

Soluens dubitationem inquit, ſi bilis fuerit in primis venis, aut illiſ proximioribus, vel iuxta communes canales, tunc purgandum eſſe, neque opus eſſe ſanguinis miſſione. Tandem inquit mittendum eſſe ſanguinem ſiue bilis quantitate exuperet, ſiue nimis feruida exiſtat, dummodo vires adſint, nec renuant huiuſmodi præſidium.

Sed quamuis multis id tractet verbis, nihilominus ad hæc duo capita omnia facilè redigûntur; nempe, vel quia adeſt cacochymia pura in corpore, abſq; ſanguine, vel adeſt cum copia ſanguinis; primo modo purgandum eſt corpus ab hac cacochymia, neque mittendus eſt ſanguis.

Secundo modo mittendus eſt ſanguis; neque vbi opus eſt vtroque auxilio purgandum eſt prius, vt ipſe cenſet; ſed opus eſt mittere primùm ſanguinem ex communiſſima, & tritiſſima Galeni doctrina.

Concludo igitur in febre tertiana eſſe mittendum ſanguinem, vbi adſit indicans, & permittens. Ad Galenum verò, & alios claſſicos authores dico argumentum ab authoritate negatiuè nihil concludere, quia à Galeno omiſſum eſt tanquam clariſſimum, & ab ipſo alias probarum.

Ad ſecundum, vbi dicebatur ſanguinem eſſe frænum bilis, ideoque ſi ſanguis mittatur furioſam reddi bilem: primò dicam falſum eſſe, quod ſanguis ſit bilis frænum; quia vnicam habet ſanguis contrariam qualitatem bili, & eſt humiditas, quæ eſt qualitas paſſiua aduerſa ſiccitati bilis, quare nec apta eſt frænare bilem. Alterã qualitatem habet

A ſymbolam, quæ eſt caliditas, cuius ratione non poteſt frænare bilem, ſed potius ei opem ferre. Si dãdum eſt frænum bili, nullum poteſt reperiri magis aptũ, quàm humor, qui habeat contrarias qualitates, is autem eſt pituita; nam & ipſa diſtributa eſt à natura per venam cauam ſimul cum alijs humoribus.

Secundo dato, quod verum ſit ſanguinem eſſe frænum bilis ſequeretur id, B quod aſſumitur, ſi ſolus ſanguis exiret, intus remanente bile, ſed vbi mittitur ſanguis, alij quoque prodeunt humores, & ipſa bilis, vnde ex hac ſanguinis miſsione ſequuntur iam dicta commoda; nempe quod tollitur obſtructio, euentatur calor naturalis, naturaque facilius ſuperat, quod intus relinquitur.

C At vbi tertiò dicebatur, quod ex ſanguinis miſsione materia putrefacta intra venas traheretur; neganda eſt cõſequentia, quia illa materia quæ putrefacta eſt, cùm ſit ad corporis habitum, non eſt adeò fluxibilis, vt venas intus remeare poſsit, & vbi ſecta fuerit vena, ſubſequitur illa materia, quæ in venis eſt habens rationem cauſæ antecedentis; neque ex ſola ſectione vnius venæ D fit tanta venarum omnium euacuatio, vt inaniantur, vnde coactæ ſint ab alijs attrahere, & aliæ à locis, vbi putrefacta eſt materia.

Ad illud, quo dicebatur febrem tertianam non eſſe magnum morbum, proinde neque requirere tam magnum auxilium, quale eſt ſanguinis miſsio.

Reſpondearis magnum morbum dici duobus modis, primò ratione præſentiæ; ſecundò ratione imminentiæ: E febris non eſt magnus morbus præſens, ſed poteſt fieri, & hac ratione ne fiat, mittitur ſanguis.

Ad vltimum argumentum dicimus, quod alia eſt ratio tertianæ febris, & alia eſt aliarum febrium iam dictarum; quia cum terriana febre ſæpius conſueuit ſanguis aſſociari ob affinitatem, quam

quam habent ad inuicem ſanguis, & bilis; e contra verò cum alijs humoribus frigidis ſanguis non tantam habet ſymbolcitatem, proinde non explicitè loquutus eſt Galenus de ſanguinis miſſione in tertiana; quia ex ſuis principijs notum eſt mittendum eſſe ſanguinem, vbi adſit indicans, & permittens, quod rationi conſonum quam maximè eſt, vt in febre tertiana.

Quare vbi non adeſt, neque ibi mittendus eſt ſanguis; atqui in febribus ſupradictis quæ ab humorum frigidorum dominio euenerunt, dubitari poterat, proinde Galenus innuit eſſe mittendum ſanguinem, quando adeſt indicans & permittens, hac determinatione oſtendens eſſe poſſe, vt ſanguis colligatur etiam cum prædictis humoribus, ideoq; requiri ſanguinis miſſionem.

Ex quibus concluſum ſit per inſtrumentum chirurgicum eſſe agendum in febre tertiana, quando indicans præſens eſt, & adeſt permittens.

Circa modò rectum ipſius vſum verſandum eſt, & præcipue tempus inquiri debet, quod ex methodi medendi cognitione colligitur, & facilè quidem; nam tunc docemur mittendum eſſe ſanguinem; quando indicans eſt præſens, virtuſque id permittit.

Declarat autem Auicennas tempus eſſe ad tres periodos hoc eſt dictu, mittendus ſanguis eſt a primo periodo vſ-

A que ad tertium hac ſeruata conditione, vt in die paroxiſmi nihil moueatur; ſed in intermedijs diebus, nempe in internallo quod eſt tempus quietiſſimum, quam velit tempus ſanguinis miſsionis limitare, quod eſt in tempore intermedio.

Hoc eſt inter primũ, & tertium paroxiſmũ, vltra quos non adeſt occaſio ſanguinis mittendi quia materia incipit e-

B uinci: atque periculum eſt, ne occurrat aliquis alius morbus periculoſus; ita vt primus paroxiſmus ſit terminus à quo, tertius verò ſit terminus ad quem in hac tertiana exquiſita.

Et quamuis Hippocrates 3. in 3. epid. 79. in Anaxione in octaua die miſerit ſanguinem, non erat febris tertiana, quæ ſua natura eſt ſalubris, ſed in maligna febre cum dolore laterali, in quo

C oportuit ſanguinem mittere tam cauſa euacuationis, quam reuulſionis, vtroq; indicante præſente, & virtute non repugnante.

Deinde vbi clarum eſt mittendum eſſe ſanguinem ex venis cubiti.

Quantitas eſt pro ratione humoris, & copiæ, & roboris virium.

Atque hic ſiſtat exquiſitæ febris tertianæ curatio per omne medicinæ in-

D ſtrumentum. Deinceps tertianam non puram declarandam proponimus, quam examinare intendimus eadem methodo ſeruata.

DE

DE FEBRE TERTIANA NON PVRA PERIODICA.

CAPVT NONVM.

POſt abſolutam febris tertianæ exquiſitę (quam Auicennas puram appellauit fen. 1. lib. 4. tract. 1. cap. 40.) tractationem; ſubſequitur tractatus de febre tertiana non pura, quam notham, & ſpuriam vocant.

Cuius quidem cognitio primum indaganda eſt nobis; deinde eiuſdem curatio. De hac Galenus loquitur lib. 1. ad Glauconem cap. 10. 2. de diff. feb. cap. 7. & 8. 6. epid. com. 1. tex. com. 25. Aetius lib. 5. cap. 81. Trallianus lib. 12. cap. 6.

Ad cognitionem ſpectat præſentium, & futurorum cognitio. Ad præſentia attinent cognitio definitionis, cauſarum tam internarum, quàm externarum, differentiarum, nec non ſymptomatum, quæ ſunt ſigna.

Ad futura pertinent euentus, tempus, & modus.

Definitio quid nominis præferenda eſt definitioni quid rei. Dicta eſt hæc febris ab Auicenna non pura, à Galeno, & ab alijs notha, atque illegitima, eo quod in multis recedit à febre tertiana exquiſita.

De ratione febris tertianæ legitimæ eſt, vt fiat à pura, & ſyncera bile extra vaſa putreſcente; deinde vt cum rigore inuadat, & cum ſudore terminetur; acceſſio ipſius longiſſima non excedit duodecim horas; breuiſſima verò quatuor horarum ſpatio continetur.

Febris igitur tertiana periodica, aut intermittens, quæ non habet conditiones has, erit impura, notha, atque atq; illegitima; nam quamuis illegitima conueniat cum legitima, quod ſit febris tertiana intermittens differt tamen ratione materiæ primum putreſcẽtis, quę eſt duplicis generis; vna vt dictum, eſt B materia biliosa, cui admixta ſit pituita, aut melancholia ex Auicennę ſententia, & hac ratione dicitur impura, eo quod bilis non eſt ſyncera, & ſola, ſed humoribus prędictis coinquinata.

Galenus, & Græci diſcrepant ab Arabibus in hoc, quod de mixtione melancholiæ in hoc caſu nullam habent mentionem accipientes illam tantùm febrem tertianam notham, quæ fit ex C putreſcente bile cum pituita, hancque dicunt eſſe in duplici differentia, alia quæ notha tantùm dicitur; alia verò, quæ notha quidem eſt, & extenſa.

Febris tertiana notha à Galeno dicitur tertiana ſimpliciter notha, cuius acceſſiones longitudine ſuperant quatuordecim horas, & attingunt 15. 16. 17 18 aut etiam 20. neque vnquam extenſa appellatur; nam de ratione D extenſæ febris eſt, vt tantum duret acceſſio, quantum eſt interuallum, nempe 24. horarum acceſsionis, & totidem ſpatij.

Quamuis febris extenſa quatuor habeat differentias Galeno docente 2. de diff. febr. c. 3. 7 & 8. quarum vna dicitur extenſa ſimpliciter, alia ſufficienter, alia multùm, & alia plurimùm.

Extenſa febris notha ſimpliciter eſt, E quæ acceſsionem habet durantem per ſpatium 24. horarum, & totidem quoque habet ſpatij, ſeu interualli. Quæ verò dicitur ſufficienter extenſa, habet 30 horas accéſsionis, & 18. interualli; at quæ multum extenſa vocatur, 36. horarum ſpatium durat acceſsio, interuallum 12. tantum; ſed quæ plurimum exten-

extenſa eſt, acceſsionem habet durantem 40. horas, & eo plus cum aliquando attingat 44. horas.

Spatium verò, & interuallum 8. horarum, aut aliquando 4. quamuis id rariſsimè contingat Galeno docente 2. in 6. epid. 1. con. 25.

Hæcque ſpecies febris notha, & extenſa videtur eſſe contraria tertianæ exquiſitæ; nam vt audiuiſtis, tertiana exquiſita acceſsiones breuiſsimas habet, hæc verò longiſsimas; illa interuallum longiſsimum habet; hæc verò breuiſsimum, inter quas dari poteſt magis, & minus.

Græci igitur febres nothas, extenſas eas appellant, quæ à bile cum pituitæ admixtione putrefacta ortum ducunt. Arabes verò non eas tantùm, quæ ex admixtione bilis, & pituitę prodeunt, ſed quæ etiam à melancholia eueniunt.

Priores, vt ſupra dictum fuit, appellant febres nothas maioris famæ, ſecundas verò minoris famæ.

Conueniunt igitur febres nothæ omnes, ac ſpuriæ cum legitimis, primò quia ſunt febres putridæ, non ſecus atq; legitimæ: deinde quia ſunt intermittentes, quemadmodum illæ, quamuis multis modis differant, at præſertim illæ, quæ à pituita, & bile fiunt, de quibus agendum nunc proponitur tanquam de frequentiùs euenientibus.

A modò inuaſionis differunt à legitimis, quia (vt dictum eſt) legitima tertiana inuadit cum rigore vehementi, & pungitiuo; notha verò ob pituitæ admixtionem obtundentem bilis acrimoniam rigorem habet longè minus vehementem, vt cap. de ſignis dicetur.

Hinc eſt, quod acceſsiones longiores fiant, tardèque terminetur febris, & abſque ſudore, aut ſaltem rarò; diuerſaq; eſt nothę conſtitutio à legitima; quia illa non terminatur intra ſeptem periodos, vt hęc, ſed longe plures habet, quã ſeptem: quare videtis nothas febres tertianas longè diuerſas eſſe à tertianis legitimis; hæc omnia ad nomen ſpectare videntur. Modò definitio afferenda, quæ talis eſt.

Febris tertiana notha, aut illegitima eſt febris putrida intermittens, ortum ducens à mixtione bilis, & pituitæ extra vaſa putreſcentis.

DE CAVSIS FEBRIS *tertianæ nothæ.*

Cauſæ indagandæ veniunt, quæ ſunt duplicis generis, vt in exquiſita tertiana eſt dictum; aliæ enim ſunt internæ, aliæ externæ.

Internarum aliæ ſunt pręter naturam, aliæ naturales.

Externarum verò aliæ ſunt nobis neceſſariò occurrentes; aliæ minimè, quæ & fortuito, & caſu euenire dicuntur.

Cauſæ præternaturales aliæ febrem faciunt, & ſunt humores, qui vel iam actu putrefacti ſunt, & dicuntur habere rationem cauſæ coniunctæ; vel nondum putrefacti ſunt, in venis adhuc latentes, ſed parati vt extra venas ferantur, indeq; putreſcant, qui cauſæ antecedentis rationem habent.

Hi autem adhuc duobus modis conſiderantur, vel vt generantur, vel vt geniti, putreſcunt. Primò modo fiunt à victus ratione, nempe à ſex rebus non naturalibus; ſecundo modo fiunt ab alijs cauſis, videlicet à prohibita tranſpiratione, quæ ortum ducit ab obſtructione, aut ab adſtrictione. Obſtructio verò fit à craſſis, & lentis humoribus, & à copia, ideſt à multitudine humorum, & qualitate. Adſtrictio verò fit à rebus adſtringentibus externis.

Humores igitur hanc febrem producentes ſunt bilis, & pituita, qui ita admiſcentur, vt ſub forma vnius humoris putreſcant, videlicet ſub forma bilis, hinc ſeruant typum tertianæ, quia ſi in mixtione pituita ſuperaret bilem, ita

vt

vt ſub forma pituitæ putreſcerent humores, non ſeruaret typum tertianarum, ſed potiùs quotidianarum.

Vnde febres iſtæ quotidianæ, non tertianæ dicerentur, & fieret, ac ſi humores eſſent inter ſe ita diſpoſiti, vt non admiſcerentur; ſed iuxta ponerentur, & tunc non fieret tertiana; ſed quotidiana, & tertiana: at quotidiana, & tertiana eſſet hemitritæus, qui eſt febris compoſita ex tertiana intermittente, & quotidiana continua.

Iſti enim duo humores pituita, & bilis ſeiunctim putreſcunt, & in diuerſis locis; nam pituita ſola in venis putreſcit, & facit febrem quotidianam continuam; bilis verò putreſcit extra vaſa, & producit febrem tertianam intermittentem, quod ſuo locô fuſiùs declarabitur; ſat vobis ſit nunc intelligere hanc febrem tertianam notham fieri ex putredine bilis. & pituitæ ſimul mixtarũ, vnam formam putredinis ſeruãrium, nempe biliosãm. Modò afferendæ ſunt cauſæ facientes hoſce humores, quæ ſunt in primis aer, cibus, & potus, ſomnus, & vigilia, motus, & quies, & reliquæ res non naturales.

Primò videamus aerem, qui conſideratur reſpectu regionis, anni temporis, conſtitutionis, & cœli præſentis ſtatus.

Aer igitur intemperatus, & inæqualis, qui modò calidus, & ſiccus, modò frigidus, & humidus eſt; nam ſi perpetuò eſſet calidus, & ſiccus, aut frigidus, & humidus, vel tertiana exquiſita, vel quotidiana fieret.

Vbi verò mediam quandam naturam ſeruauerit inter caliditatem, & frigiditatem, fiet febris tertiana notha. Vnde Galenus 1. ad Glauc. cap. 8. ſcriptum reliquit autumno genitam fuiſſe febrem tertianam notham in illo iuuene, quæ ab vno in aliud æquinoctium perdurauit.

Cibi, & potus facultatem habentes gignendi miſcellam bilis, & pituitæ,

A quales ſunt ferè omnes fructus. Vina craſſa, ac crudiora, ac niue frigefacta, immoderatuſque aquæ gelidæ potus; atque intempeſtiuus. Vſus paſtæ, caſeorum, ſimulque & carnes craſſæ, & quæ conditæ ſunt rebus aromaticis.

Somnus quoque, atque vigilia, vbi non rectè, & vt decet adhibeantur, propenſa fiunt in talium humorum generationem: ſic immoderata quies, vt conſtat ex

B hiſtoria à Galeno in illo iuuene relata, maximam partem habet ad huius humoris generationem; ſic repletio, & crapula, vnde refert Galenus adoleſcentulum illum multum, ac ſæpe, & ſine vllo ordine conſueuiſſe ſe ipſum replere.

Animi quoque pathemata immoderata, nonnihil ad hanc humorum proluuiem producendam conferre ſolent,

C quamuis etiam, & immoderatus tam corporis, quàm animi motus id efficere valeat, alia, & alia ratione.

Retentio excremenrorum immoderata ad horum humorum collectionem facit. Et iſtæ ſunt omnes res non naturales neceſſariò nobis occurrentes, præter quas ſunt, & non neceſſariò accidentes.

Huiuſmodi eſt balneum, & venus,

D quorum vſus immoderatus, & intempeſtiuus in cauſis enumerari poteſt: vnde Galenus de vſu veneris loquens, dicebat eum ſtatim à cibo cruditates facere, quæ bilioſo humori mixtæ hanc humorum miſcellam coaceruant in corpore.

His cauſis externis ſi iungantur cauſæ internæ naturales, vt eſt habitus corporis; temperamentum; atque ætas,

E multò promptiùs generabuntur huiuſmodi humores; nam ſi hæc omnia promptam huius miſcellæ generationem atreſtantur, facilè poſſunt febrem hãc producere: hoc eſt, ſi totius corporis temperamentum bilioſum quidem ſit; ſed tamen ad pituitoſum inclinet.

Ventriculus verò ſubfrigidus, ita vt

Kk cru-

cruditates facilè generet, coaceruare poterit promptè huiuſmodi humorum colluuiem; & promptius ſi ætas ſit aut inclinans, aut adoleſcentiæ; ſi habitus corporis ſubpinguis,& color albus exiſtat; quæ omnia in adoleſcente, cuius meminit Galenus loco citato reperiebantur.

Et hæc tanquam cauſæ internæ febris huius aſſignari per accidens poſſunt, quatenus ſcilicet non per ſe primò ipſam accendunt, ſed quia miſcellam hanc humorum coacervant, ex qua fit puttedo, vnde febris hæc accenditur.

Sed, vt ſupra dixi, non eſt ſatis, vt humorum horum copia in corpore colligatur ad febrem hanc producendam, ſed opus eſt, vt putredinem contrahat, quod contingere non poteſt, niſi prohibeatur euentatio ab obſtructione, quam vel multitudo, vel craſſities, vel lentor humorum parit, aut ſtipatione, quæ ab adſtringentibus euenit.

Atque hæ ſunt cauſæ tam internæ, quàm externæ huius febris, ſic ſe habentes vt externæ, & internæ illæ, quæ per accidens dicuntur, & procreant humorem biliosum multa pituita dilutum, quo procreato contingit obſtructio, vel ſtipatio; inde ſequitur prohibita euentatio; mox putredo, atque ex putredine tandem exhalatio in cor, & febris ipſa producitur, & hæc de cauſis tam internis, quàm externis huius febris.

DE SIGNIS FEBRIS *tertianæ nothæ.*

Sequuntur ſigna declaranda, quæ à tribus capitibus deſumuntur, ab actionibus, ab excretis, ab affectibus corporis, hoc eſt, à qualitatibus mutatis: actiones autem vel animales, vel vitales, aut naturales ſunt: animales, vel ſenſitiuæ, vel motrices.

Ad ſenſitiuas pertinent grauitas plu- A tima, vt dicit Auicennas lib. 4. fen. 1. cap. 37. nam ab humorum miſcella eleuantur vapores in caput, qui ægris grauitatem cauſant, quiq; aliquando in acceſſionis initio ſomno profundiſſimo afficiuntur, nonnunquam comatoſi, & lethargici fiunt: deinde ſitis eos infeſtat, quæ tamen longè minor eſt, quàm in tertiana exquiſita ob pituitæ, bilisq; caliditatem, & ſiccitatem redundan- B tem.

Ad motrices debet referri oſcitatio, membrorumque extenſio in principio acceſſionis, vt Auicennas loco citato admonet. Deinde rigor, qui ex Galeni ſententia 1. ad Glauc. cap. 8. non eſt propriè rigor, vt in tertiana exquiſita dictum fuit, ſed potius horror, qui contingit ratione pituitæ infringentis vehementiam bilis, eiuſque mordacita- C tem; diutiuſque huiuſmodi horror, ſeu rigor ob pituitæ viſciditatem, acceſſioque durat, quàm faciat in tertiana, vt ſupra dictum fuit.

Actiones naturales ſunt quoque læſæ; & inter eas potiſsimùm coctio; nam temporis progreſſu ventriculus debilitatur ob continuam crudorum humorum, & pituitæ generationem.

Vitalis quoque labefactatur, & præ- D ſertim pulſatiua. ſed pulſus, qui Galeno authore 1. ad Glauc. cap. 8. minores, rariores, ac tardiores fiunt, quàm in tertiana exquiſita.

Addit Galenus eos in dies duriores fieri, eò quòd magis in dies pituita ab intimis partibus ad extimas attenuata à calore diffunditur, hinc arteriarum tunicę ea implentur, & meritò duriores fiunt tempore augmenti, & ſtatus, quia E declinante febre redduntur molliores eodem docente Galeno.

Subdit iterum Galenus pulſum in hac febre in interuallo non redire ad illam æqualitatem, ad quam pulſus in tertiana exquiſita redit, quod non aliunde contingit, niſi ob pituitæ mixtionem cum bile, quæ non eſt in tertia-

na

na exquiſita: hæc ſunt ſigna ab actionibus læſis petenda.

Sunt & ſigna ab excretis, quæ per vomitum, per ſudores, per vrinam, & per deiectionem exeunt.

Vomitus non fit poſt horrorem in hac febre, vt contingit fieri in tertiana exquiſita poſt rigorem, qui ſi fiat, rarò fit, cũ materia mixta ex bile, ac pituita ſit, vnde eſt, quod quamuis humor putreſcat ſub forma bilis, ipſius tamen impetus, & violentia à pituita ita cohibetur, vt non poſſit ſuam vehementiam exercere.

Quoad ſudorem, non terminatur per ipſum hæc febris, vt tertiana exquiſita; ſed tantùm vapores quoſdam humidos, & paucos, Galeno, & Auicenna docentibus producit, proinde dicebat idem Auicennas non eſſe ſudores in hac febre expectandos, idque non aliunde contingit, niſi ratione pituitæ, quę craſſa, & glutinoſa eſt, nec poteſt tam facilè à calore attenuari, vt per ſudorem exeat.

De vrina Galenus, & Auicennas ſcribunt eam à principio crudam eſſe, diuq; durare abſque aliquo coctionis veſtigio, & ratio eſt à pituita illa deſumpta, quæ cum craſſa ſit, obſtructiones facit magnas; caloríque ſua frigiditate maximè repugnat.

Porrò autem deiectiones ſemper mixtę ſunt ex bile, atq; pituita.

Quod tandem ad qualitates corporis mutatas ſpectat, vel primas conſideramus, vel ſecundas. Primæ pertinent ad calorem totius corporis mutatum, quem aliqui vocant ſubſtantialiter inhærentem, vnde ſignum hoc accipiunt à ſubſtantialiter inhærente, eò quòd calor eſt de eſſentia febris.

Nos reducimus id ad qualitatem corporis primam mutatam, quam in tertiana exquiſita diximus eſſe maximè actẽ, & mordacem primo inſultu ad manum; in hac enim febre à principio tactus videtur mitis, ſed poſtea inſurgit, & manum mordet.

Attinẽt ſecundæ qualitates ad colorem totius corporis, & faciei, qui non eſt flauus, aut pallidus, vt in tertiana exquiſita, ſed vergit potiùs ad ſubalbidum ob pituitæ copiam, vt in facie magis apparet, quæ progrediente tempore, & ipſa intumeſcit, & primis diebus non extenuatur, vt in exquiſita à tertiana contingit.

Et hæc ſunt, quæ ex præſentium cognitione ducere nos poſſunt in cognitionem naturæ, & eſſentiæ huius febris nothæ, ſeu ſpuriæ.

DE FVTVRO EVENTV *febris tertianæ nothæ.*

Qvæ de futurorum cognitione inquiri ſolent in omnibus morbis, ſunt tria euentus, tempus, & modus. Circa hæc tria verſandum nobis eſt in præſentiarum, vt præcognoſcamus quem finem habere poſſit talis febris, bonum ſcilicet, an malum; hoc eſt, an euentus huius febris terminaturus ſit ad ſalutem, an ad mortem, vel ad mediam quandam diſpoſitionem? Ac quonam tempore breui, an longo, & quo modo, an à natura mediante criſi, vel ſolutione, an ab arte ſuis inſtrumentis, quæ alterent, aut humorem euacuent?

Quæ omnia cognoſcere poteritis, ſi ex vna parte vires, ætatem, temperamentum, habitum corporis, regionem anni tempus, ante actam vitam, & alia huius generis rectè conſideraueritis; & ex altera ſi morbi vehementiam, ſymptomata, atque mores, quamue rationem vnum ad aliud habeat, expenderitis.

Siquidem ſi vires morbo validiores eſſe contingat, prędici poterit euentus morbi fore ad ſalutem; ſin ſecus ad mortem; quæ ſi longè validiores fuerint, concurrantque etiam ætas, habitus corporis, vitæ ratio, & alia huiuſmodi, ci-

tò id futurum eſſe, ſi materiam tenuem, multam per ſudorem, & vrinam natura expellat: ſi verò craſſam per deiectionem, aut per vomitum, aut per abſceſſum.

Quantum igitur ad euentum ex ſe, ſi morbus non ſit admodum vehemens, ſolet ad ſalutem terminari, per accidens tamen ob multos errores (qui præſertim committuntur in morbis longis) poteſt digenerari in prauam cacochymiam, & non rarò in hydropem, auctis videlicet obſtructionibus, & partibus præcipuis refrigeratis, quod ex parte contigiſſe adoleſcenti à Galeno memorato audiuiſtis.

Quod ad tempus attinet, in longum protrahi ſolet, ad quadraginta dies, & aliquando extenditur ad ſex menſes, vt eidem iuueni apud Galenum eueniſſe conſtat, cui ab vno in aliud æquinoctium febris fuit protracta, quia cœpit febricitare in principio autumnalis æquinoctij, & attigit finē æquinoctij vernalis, quod accidiſſe conijcitur non ſolum ratione quantitatis, & qualitatis ipſius humoris, qui multus fuit viſcidus, ac lentus, ac ideo qui difficillimè ſuperaretur, verùm etiam ratione imbecillitatis virium, & diſpoſitionis corporis in raritate, & denſitate, quod admonet Galenus 2. de diff. f. b. cap. 3. & 3.

Modus verò, quo à natura terminatur, eſt per ſudorem, quamuis raro; frequentius per vomitum, atque per deiectionem humoris peccantis: ab arte verò, quia vi medicamentorum alterantium, & alimentorum calor febrilis alteratur, ac remittitur; ſimulque etiam per medicamenta purgantia, quibus materia euacuatur. & hæc de cognitione ſint ſatis.

A *DE CVRATIONE FEBRIS tertiana nothæ per victus rationem.*

Indicationes in recta curatione primùm ſunt conſiderandæ, vt deinde auxilia inueniantur, quibus valeatis indicationibus prędictis ſatisfacere; & ſciatis, à quibus medicinæ inſtrumentis petantur, & quis ſit inſtrumentorum, & auxiliorum rectus vſus, & recta adminiſtratio. B

Indicationes igitur non poſſunt deſumi niſi à rebus naturalibus, & rebus præter naturam. Res naturales ſunt

Virtus,
Temperamentum,
Habitus corporis,
Quæ indicant ſui conſeruationem.
Morbus verò
Cauſa, & C
Symptomata.

Sunt præter naturam, quæ indicant ſui ablationem. Priora conſeruantur ſuis ſimilibus; reliqua ſuis contrarijs expelluntur.

Hinc eſt, quod ad conſeruationem rerum naturalium ſatisfacimus vnico medicinæ inſtrumento, nempe victus ratione, quæ omnes res non naturales conſiderat. Ad ablationem rerum prætetnaturalium vtimur duplici medicinę inſtrumento, chirurgico nempe, atque pharmaceutico. D

Huiuſmodi tamen operationes abſq; ordine minimè procedunt, ſed ita ſe ad inuicem reſpiciunt, vt quemadmodum à cauſa depēdet morbus, & à morbo ſymptomata; ita ordo curationis primum à cauſæ ablatione incipit, progreditur q; ad morbi expulſionem; quo ablato, ſymptomata corruunt. E

Verùm in febre producenda cauſæ diuerſæ concurrunt; cum aliæ coaceruent humorem in corpore, à quo putredo oritur, aliæ verò ſunt, quæ humorem collectum, & coaceruatum in corpore ad putredinem deducunt, aut ſal-

ſaltem diſponunt.

Priores enim indicant ita alterandas, aut remouendas, vel immutandas eſſe, vt nequeant amplius hoſce humores in corpore generare; ſemper per contraria incedendo, ſiue modò internæ ſint, ſiue externæ, per accidens producentes tales humores.

Alterandæ autem ſunt, quantum requirit lapſus ad præternaturalem ſtatū; at externę immutandæ, & quantum fieri poteſt, diſponendæ, vt nequeant amplius eiuſmodi humorem generare, aut ſaltem non in tanta copia.

Poſteriores verò, quæ ſunt obſtructio, & adſtrictio, duobus modis conſiderantur, vel vt ſunt in fieri, aut in facto eſſe; primo modo inhibenda eſt eorum generatio per idoneam victus rationem: ſecundo modo auferendę ſunt; quę ſanè nō poſſunt auferri, niſi per ſuarum cauſarum ablationem.

Cauſæ obſtructionis ſunt copia humorum, eorundem craſſities, & lentor. Copia euacuanda eſt, qualitas alteranda per ſua contraria, nempe attenuando, incidendo, atque abſtergendo.

Si inſit adſtrictio, laxandum eſt. Itidem, & humor collectus in corpore alterandus, ita vt non poſſit vlterius progredi; at vbi ex toto putrefactus fuerit, è corpore euacuandus per aliquam viam, ad quam natura tendere videbitur, ſiue per vomitum, ſiue per ſeceſſum, vel per vrinam; præmiſſis primùm vniuerſalibus; & iſtæ ſunt indicationes à cauſis acceptæ.

Quod attinet ad morbum, is eſt intemperies calida, & ſicca, quæ indicat refrigerandum, atque humectandum eſſe, ſed longè mitius, quàm in tertiana exquiſita; nam in illa & effectus & cauſa ſunt eiuſdem generis vnum indicatum requirentia, quod refrigeret, atque humectet, & impensè quidem.

At in propoſita tertiana effectus, & cauſa inter ſe quodammodo contraria ſunt; nam adeſt admixtio bilis cum pi-

A tuita, quæ requirit quidem refrigerationem, ſed non tam validè, vt in tertiana exquiſita: calid tas enim requirit refrigerantia; frigiditas verò calefacientia: eſt igitur opus ita auxilia contemperare, vt ſatisfaciant vtrique, nempe effectui, & cauſæ.

Symptomata, & ipſa cùm ſint in duplici differentia, alia, quæ durante morbo affligunt; alia quæ ſunt veſtigia quędam

B derelicta à morbo, priora ſæpè ſolent vires infringere, & proinde cogere medicum ad ſui curationem, quæ in hac febre potiſſimùm eſſe ſolent

Propenſio ad ſomnum,

Lethargus,

Coma,

Et id genus alia, quamuis contingat nonnunquam, ſed rarò immoderata vigilia, aut ſyncope, quibus omnibus

C ſpretis, alijs ſtatim ſuccurrendum eſt.

Alia verò, quæ relinqui ſolent poſt morbum, reducuntur ad aliquod vitium partium naturalium, vt ventriculi, iecoris, lienis, ex longa morbi mora, de quibus actum eſt in tractatu de morbis particularibus abdominis, & mentio aliqua etiam fiet in curatione huius febris, quantum requirit ipſius tractatio;

D & hæc de indicationibus.

Veniendum modò eſt ad auxilia, quibus poſſumus prædictis indicationibus ſatisfacere, & quoniam potiſſimæ indicationes illæ ſunt, quæ à cauſis præter naturam deſumuntur, ideo de auxilijs ab illis indicatis tractandum eſt, quæ præſertim à victus ratione petuntur; humor enim bilioſus, & pituitoſus, a quo fit huiuſmodi febris, conſideratur reſpe-

E ctu eius, quod eſt in fieri, & eius, quod in facto eſſe.

Primæ indicationi ſatisfaciendum eſt per rectam diætetici inſtrumenti adminiſtrationem. Inter alia auxilia huius inſtrumenti occurrit aer, qui debet eſſe frigidus, non tamen adeo frigidus, & humidus, vt in tertiana exquiſita;

nam

nam opus etiam eſt reſpicere materiam pituitoſam.

Poſt aerem occurrit cibus, & potus; de alimento enim in hoc caſu diligenter tractandum eſt, cùm ex ipſius vſu tota fermè ratio victus conſtituta ſit; quod duobus modis conſideratur; vel vt indicatur à facultate vitali, & rebus naturalibus, vel vt indicatur à morbo; & à ſua cauſa.

Vt indicatur à viribus, opus eſt, vt ſit boni ſucci, facilis coctionis, careatque omni excrementitia qualitate. Vt verò indicatur à morbo, & à ſua cauſa, oportet, vt refrigerandi facultate ſit præditum, ac nonnihil abſterſionis, & attenuationis habeat.

Quantitas ipſius non eſt tam facilis, vt inueniatur, non ſolum in hac febre, ſed in omnibus alijs morbis, & Galenus met in curatione præſentis febris contendit difficilè admodum eſſe reperire exactè quantitatem, lib. 1. ad Glauc. cap. 10. nam dicit tantam quantiatem exhibendam eſſe, vt hæc duo præſtet.

Vnum eſt, vt non augeat morbum, nec virtutem diminuat, quod declaratum eſt in tractatu vniuerſali victus rationis, vbi reſpiciendam eſſe diximus naturam morbi, & virium robur, dummodo non negligamus regionem, anni tempus, ætatem, conſuetudinem, & alias huiuſmodi circumſtantias.

Ex quibus ſi quantitatem non exactè colligimus, ſaltem ſine errore eam inueniemus. Et hæc eſt regula ab Hippocrate tradita in 1. aphor. hac tamen conditione ſeruata, vt ſit plenior à principio in hac febre, quàm in tertiana exquiſita, & ratio eſt deſumpta à præcognitione futuri ſtatus.

Nam in tertiana exquiſita ſtatus eſt breuis, huius verò eſt longus, hoc eſt magis diſtat à principio, quàm in tertiana exquiſita, & proinde magis, & pleniùs nutriendum eſt à principio in hac febre, minus in exquiſita.

Progrediente autem tempore, & ap- A propinquante ſtatu, ſemper detrahere expedit, ita vt in ſtatu morbi ſit ferè eadem quantitas in vtraque febre; quamuis ſemper plenior eſſe debeat in hac, quàm in tertiana exquiſita ob copiam, & qualitatem materię vtriuſque.

Quod ad modum attinet, Gal. concedit tantùm alimentum in die quietis, nempe alternis diebus, contra quam præceperit in tertiana exquiſita, in qua B ſingulo die vult eſſe concedendum alimentum.

Neque id videtur eſſe abſque ratione; nam ex inedia facilè incurrunt inconuenientia, qui hac febre labotãt, cum referti ſint humoribus tenuibus, & acribus, non craſſis, vt febrientes tertiana notha, qui commodè inediam ferre poſſunt.

Deinde in tertiana exquiſita tempus C quietis longiſſimum eſt, vnde facilè poteſt tunc alimentum abſque incommodo ægrotantis exhiberi.

Addatis calorem naturalem in tertiana exquiſita minus occupatum eſſe in coctione materiæ, quàm ſit in notha: hinc minus nocet alimentum oblatum.

Tandem, quia ex vſu alimenti à medico præſcripti, non ſolum nutriuntur, D ſed refrigerantur illi, qui patiuntur tertianam exquiſitam, quia refrigeratione magis egent, quàm qui tertianam notham patiuntur.

His rationibus Galenus non vetat dari alimentum in tertiana exquiſita ſingulo die; in notha autem vetat in die acceſſionis, quod idem Auicennas lib. 4. fen. 1. cap. 41. confirmat; ita vt ex ſententia Galeni, & Auicennæ non ſit ci- E bandus æger in die paroxiſmi.

Et ratio eſt, quia acceſſio ad minus durat per ſpatium viginti horarum; ita vt non poſſit offerri cibus, niſi in declinatione, quæ nunquam apparet niſi poſt prædictum tempus, & tunc incipit interualium, ſeu quies, in qua nutriendum eſt, & tutò quidem.

Hoc

Hoc tamen non recipitur à communi medicorum conſuetudine; nec videtur eſſe à probatis medicis admiſſum; nam quidquid mali in morbis ſuccedit, id totum vulgus, medicorum vitio noſtra hac tempeſtate adſcribit, nec veretur palam proferre ægros à medicorum inedia fuiſſe interemptos.

Quare opus eſt, vt ſimus diligentes, nihil ab Hippocratis doctrina recedentes, qui in quantitate alimenti determinanda indicationes deſumendas eſſe voluit à viribus, & à morbo, addens aliquid regioni, ætati, & conſuetudini eſſe condonandum.

Iam verò cùm noſtris temporibus conſuetudo ſit vberius homines nutriendi, vt non ſolùm ſingulo die bis alimento vtamur, verùm aliquando ter, & quater; vnde ægrotantibus vt plurimum bis in die conceditur alimentũ; tamen putandũ eſt conſultius fore, ſi in die acceſſionis parciùs nutriatur æger, eaq; alimenta offerantur, quæ facilioris ſint coctionis, diſtributionis, & pauci excrementi.

Sed adeſt difficultas, quia Galenus lib. 1. aph. 17. ſcriptum reliquit, quando virtus valens eſt cum cacochymia, opus eſſe multum, & ſæpè offerre; multum quidem, eo quod virtus poteſt concoquere, ſæpè verò, quia affectio id requirit.

Contrarium tamẽ aſſerit 1. ad Glauc. cap. 10. nam dicit virtute valida exiſtente medicum poſſe faciliùs inediam imperare, & ratio eſt, quia quantum alimentum viribus præſtat, tantumè contra morbo, & ſuæ cauſæ officit.

Sed aliud eſt inſtituere victus rationem in corporibus aliquo modo malè affectis, & cacochymia præditis, & abſq; febre; & aliud eſt eandem determinare in febribus. Primo modo vera eſt propoſitio Galeni, quia in eo corpore quod multa cacochymia refertum eſt, & abſq; febre: & cum robore virium, ita procedendum eſt; nam caco-

A chymia multum alimenti optat, ad hoc vt ipſa attemperetur, atque tollatur. Virtus verò valida exiſtens poteſt facilè illam quantitatem alterare, & concoquere.

At vbi adeſt febris, ſi virtus valet, faciliùs poteſt ſufferre inediam, quæ ad morbũ, & ſuam cauſam tollendam maximè facit; hinc eſt, quod Galenus 1. ad Glauc. imperat in valida virtute paucã

B cibi copiã, imò inediam iubet, quia quãuis à virtute valida poſſit cõcoqui, augeretur tamen cauſa morbifica, hinc eſt, quod minus alimenti requiritur.

Quare in hac febre duo requiruntur ad inſtituendam victus rationem, vna eſt, vt adſit robur virium, deinde vt morbus tendat ad coctionem, & vbi adſint duæ iſtæ conditiones, vult Gal. ſeruandam inediam; è contra vbi vires non

C valeant, & morbus ad coquendum contumax ſit, copioſius nutriendum eſt.

Hæc de quantitate alimenti offerendi in hac febre, quæ deſumitur à robore virium, & à cauſa morbifica, quæ ſi multa eſt, eget pauca alimenti copia, ſi vires valeant; è contra verò ſi non valeant vires, copia alimenti ſuſtinendæ ſunt, vt ſufficiant.

Quod ad tempus offerendi attinet,

D eſt quantum fieri poteſt, ab acceſſione remotiſſimum; tunc enim temporis natura minus occupata in materia propellenda faciliùs alimentum coquere poterit.

Si reſpicias materiam alimentorum, eſt in primis tam diuulgata ptiſana hordacca, quæ & à Galeno, & ab omnibus probatis authoribus proponitur tanquam edulium, quod habeat omnes re-

E quiſitas intentiones, ſed quia fortè maiorem habet refrigerandi facultatem, quàm ipſa febris requirat, Galenus cõſulit, vt ipſa cum pipere paretur, aut cum hyſſopo, vel origano.

At cauendum ne nimia horum quantitate oneretur; nimis enim calefaceret: at vbi moderatè addita fuerint,

tunc

tunc conficitur alimentum, quod probè corpus nutrire poterit, ſimulque refrigerabit, attenuando, atque calefaciendo moderatè, & flatus diſcutiendo.

Quare Alexander Trallianus immeritò Galenum redarguit, quod huiuſmo di rebus calidis vtatur in febribus curandis; nam ijs vtitur modicè, & craſſo modo contuſis ad humores pituitoſos, qui multi ſunt in febribus extenſis, attenuandos, atque incidendos; neque aliquod periculum eſt, vt calefaciant, cùm in pauca copia aſſumpta ſint, & moderatè quidem, & alijs rebus admixta.

Probat Alexander vſum comarum abſynthij, vel radicis apij, vel aniſi, aut mellis in ptiſana, cum modico aceti, quæ quidem probantur, ſed magis in febribus nothis, neque extenſis; at illa, quæ à Galeno propoſita ſunt, ad febres extenſas tollendas faciunt.

Præter ptiſanæ ſuccum adſunt alia ſorbilia, quæ huic febri conueniunt, vt eſt panis tritus in iuſculis galliculorum, aut gallinarum iuuenum, in quibus etiam radix apij, aut petroſelini, vel fœniculi, aut aſparagi, vel ciceris nigri ebullierint. Ex iureque ipſorum varia ſorbilia, ſeu vt aiunt, meneſtræ parantur.

Oua ſorbilia, atque tremula conueniunt, eorũdem lutei, ſi ea recentia ſint, in huiuſmodi iure diluti ſummè laudantur.

Carnes gallinarum, caponum, perdicum, attagenum quoque valdè proſunt.

Panis ex optima farina benè coctus, fermentatus, & quandoque aniſatus probatur.

Ex fructibus pauciſſimi conueniunt, vt ſunt pyra cocta, vel poma cum inſperſione aniſorum. Pruna aliqua, vt damaſcena, & etiam myrobalani dicti conceduntur.

Vſus aurantiorum, & limoniorum rarus eſſe oportet, quia quamuis attenuā-

A di facultate polleant, quæ ratione pituitæ requiritur, nimium tamen refrigerant.

Quod ad potum ſpectat, Galenus laudat mulſam, in qua ebullierint ſpica, origanum, hyſſopum, aliaque huius generis, quòd attenuandi, detergendique facultatem habeant. His aliqui hordeum integrum alij cicer nigrum, vt Auicennas, addunt.

B Quoad vinum, omnes penè authores illud concedunt apparentibus ſignis coctionis; non tamen opus eſt, vt coctio perfecta ſit, vt diximus in tertiana exquiſita; in hac enim febre attenuandum eſt, ac deobſtruendum, quod vinum præſtat; ſimulque & ventriculum roborat.

Quod ſi concederetur ante ſigna coctionis, obſtructiones augeret, atque C febrem. Obſtructiones quidem faceret humores fundendo; ſuaque caliditate febrem augeret; at ſignis coctionis apparentibus nihil mali affert; imò potius iuuat promouendo ſudores, & vrinam; hæc de cibo, & potu.

In reliquis ſex rebus non naturalibus moderatè agendum eſt; ſomnus paucus ſit, quies imperanda: animi affectus immoderati euitandi veniunt, & inter alia D curandum eſt, vt aluus lubrica ſit; quæ vbi talis ſponte non ſit, arte fieri debet clyſteribus, qui, vt à Galeno docemur 1. ad Glauc cap. 8. & 9. non debent eſſe molles, ſed his rebus paratis.

℞. Fol. maluæ,
Althææ,
Mercurialis,
Betæ, ana manip. ß.
E Fol. hyſſopi,
Pulegij, ana pug. j.
Flor. chamæmel.
Meliloti, ana pug. j. ß.

Bulliant in ſufficienti quantitate ſecundum artem, &

℞. huius decocti, lib. j.
Diaphœnici,
Diacatholici, ana vnc. ß.

Mell.

Mell. roſ. col. .
Olei chamæmeli, ana vnc. ij.
Miſce addendo ſalis drach. ij. & vitellum vnius oui, fiat clyſter.

Vel

℞. caſſiæ extractæ,
Diaphœnici, ana drach. vj.
Mell. roſ. colati, vnc. ij.
Olei violati,
Chamæmeli, ana vnc. j.ſſ. miſce.

Hæc de victus ratione.

Dictum fuit in curatione huius febris cauſam eſſe in primis reſpiciendam, quę eſt humor bilioſus admixtus pituitæ, qui humores, vel in fieri, vel in facto eſſe ſunt.

Si primo modo ſatis faciẽdum eſt per victus rationem, inhibentem ipſorum generationem, vt intellexiſtis. At vbi iam in facto eſſe ſint, extra corpus educendi erunt, cui indicationi per chirurgiam, & pharmaciam ſatis fieri oportet, de quibus in ſequentibus.

DE CVRATIONE FEBRIS *Tertianæ nothæ per Chirurgiam.*

Quantum attinet ad inſtrumentũ chirurgicum, videndum in primis eſt, an conueniat ſanguinis miſſio; an non. Vbi inuentum eſt conuenire, cogitandum venit de recto ipſius vſu.

Conuenire autem cognoſcimus ex regulis traditis in vniuerſali methodo, quæ ab indicante deſumuntur, & permittente, quare ſi eſt indicans, nempe plenitudo, & copia ſanguinis, permittanteque vires, mittite adaucter ſanguinem.

Rectus vſus eſt, quoad vbi, vt mittatur ſanguis ex vena cubiti iecoraria.

Quantitas apparebit ex copia maſſæ ſanguinis, quæ vbi diminuta ſatis erit, reliquum facilè euinci à natura poterit.

A Inuenire autem quantitatem ſanguinis mittendi ad vnguem, difficile admodum eſt, & fortè impoſſibile, ob multa, quæ requiruntur, cognoſcenda, de quibus aliàs egimus; ſatis enim eſt, vt vbi adeſt multa copia ſanguinis, multa etiam auferatur; vbi pauca, pauca detrahatur, viribus conſentientibus.

De modo, & tempore facile eſt inuenire, an vnica vice, an pluribus auferri
B debeat, & quonam tempore? quæ etiam omnia conijciuntur ex corporis temperie, ætate, habitu, anni tempore, regione, conſuetudine, & alijs circumſtantijs, de quibus iam actum eſt: hæc de ſecundo inſtrumento.

DE CVRATIONE FEBRIS *Tertianæ nothæ per Pharmaciam.*

C His duobus inſtrumentis ſuccedit tertium examinandum, quod longè maioris ambitus ſit, quàm duo prima iam examinata; ſiquidem ſub ſe continet omnia medicamenta corporibus adminiſtranda, tam intus aſſumenda, quàm extra admouenda, quibus ſatisfacimus multis indicationibus à morbo, à cauſa, & à ſymptomatibus inſinua-
D tis.

Rurſus medicamenta, quæ intus aſſumuntur, in duplici ſunt diſcrimine; nam quædam alterantia, quædam purgantia, & extra corpus ducentia dicuntur. Alterantia adhuc duplicia ſunt, quędam compoſita quædam ſimplicia, & omnia verſantur circa humorem alterabilem.

Educentia verò, & ipſa ſunt in duplici differentia; alia ſcilicet lenitiua, alia
E eradicatiua dicuntur.

Alterantia medicamenta non ſunt omnia vnius facultatis; alia enim leuiùs, alia validiùs alterant. Sunt autem huiuſmodi alterantia medicamenta, ea, quæ communiter ſyrupi appellantur, qui in febrium initio, augmento, & ſtatu exhibentur.

Sunt modò alia alterantia, quæ corroborandi facultatem habent, quorum quædam intus aſſumuntur, quædam exterius admouentur; & ex his alia iecori, alia ventriculo, alia lieni conueniunt; de quibus omnibus in huius febris curatione agendum proponitur, vt ipſius perfectam habeatis curandi methodum, ſitque vobis præludium quod dam ad aliarum omnium curationem.

A

Ex ſyrupis igitur alij ſunt, qui vt debiliores magis febrem reſpiciunt, quàm cauſam; alij è contra validiores magis cauſam, quàm effectum curant.

B

Indicationes enim in hac febre ſunt ſibi repugnantes, aut contrariæ; nam febris indicat refrigerantia, cauſa verò ea, quæ attenuandi, & incidendi facultatem habent; ideo opus eſt, vt dicebat Galenus 10. meth. med. cap. 1. auxilia ita componere, vt vtrique ſatisfaciant; ſed in principio quidem magis refrigerent, minus attenuent, in medijs temporibus, augmento, & ſtatu, magis attenuent, minus refrigerent. Igitur in principio tali vti poteſtis ſyrupo.

C

℞. Syr. acetoſi ſimp.
De endiuia ſimpl. ana vnc. j.
Aquarum capillorum ven.
Acetoſellæ, ana vnc. ij.
Miſce pro vnico hauſtu.

Vel

D

℞. Conſeruæ de agredine citri.
De toto citrio, ana vnc. ſſ. pro vna vice.

Hiſce, aut ſimilibus præparabitis humorem, & quoniam maſſa humorum peccantium non poteſt tota præparari, ideo hæc ipſa paulatim præparetur, quę deinde per vices, curare debetis, vt extra corpus aliquo leui medicamento educatur: primò ſub forma potus, cuius affero medicamentum conueniens, deinde ſub forma boli. Potus ſit huiuſmodi.

E

℞. fol. capill. veneris,
Pimpinellæ, ana pug. j.
Flor. cordialium, ana pug. ſſ.
Corticum trium myrobalanorum, ana drach. j.
Bulliant ſecundùm artem in ſufficienti quantitate aquæ, coletur.
℞. huius colati, vnc. iiij. infunde,
Rhabarb. electi maturi, drach. j. aut drach. j. ſſ.
Agarici trochiſc. drach. ſſ.
Spicæ gran. v.
Facta expreſſione diſſolue
Syr. roſ. ſolutiui, vnc. vj.

Sub forma boli.

℞. Floris caſſiæ, drach. x.
Rhabarb. electi maturi ſ.p. drach. j ſſ.
Cum ſaccharo fiat bolus.

Vel

℞. Diacatholici, vnc. j.
Elect. roſ. Meſuæ, drach. j. ſſ.
indi maior. drach. j.
Cum ſaccharo fiat bolus.

Facta purgatione, ſi morbus cedat, quod rarò contingit, nihil circa humorum alterationem agendum, ſed ſtudendum eſt corroborationi viſcerum, vt paulò poſt declarabitur; at vbi febris non ceſſet, tunc ad validiores ſyrupos properandum eſt, qualis eſſe poterit huiuſmodi.

℞. Syr byzantini,
de duabus radic. cum aceto,
De tribus radic. cum aceto, ana vnc. ſſ.
Loco oxymellitis ſyr. de ſucco endiuiæ Gentilis aromatizati, vnc. ſſ.
Aquarum fœniculi,
Apij,
Petroſelini,
Scariolæ, ana vnc. j.
Miſce pro vnico hauſtu.

Præparata materia, deueniendum eſt ad aliquam, & validiorem purgationem, primò.

Sub forma potus.

℞. radicis liquiritiæ, drach. ij.
Aſparagi,
Petroſelini, ana vnc. ſſ.
Fol. ſcariolæ, manip. ſſ.
Agarici albi, drach. ſſ.

Bul-

Bulliant in lib. vna aquæ vſq; ad medietatem.

℞. decocti huius, vnc. iiij.
Rhabarb. mat. ſ. p.
Agarici trochiſc, ana drach. j.
Salis gemmæ,
Spicæ, ana gr. iij.
Infunde per ſex horas, facta forti expreſſione diſſolue.
Syr. roſ. ſolut.
Mell. roſ. ſolut. ana vnc. ij.
Diaphœnici.
Elect. de ſucco roſarum, ana drach. ij.
Fiat potus breuis.

Sub forma boli.

℞. diacatholici cum dupl. rhabarb.
Elect. indi maior. ana drach. v.
Cum ſaccharo fiat bolus.

Sub forma pilularum.

℞. pil. de rhabarb.
De hiera cum agarico
Aggreg. ana ſcrup. ij.
Cum melle roſ. fiant pilulæ numero ſeptem, aurentur. Deinde ſi non rectè, vt opus eſt, euacuent, exhibe.
Syr. roſ. ſol. vnc. iiij.

Celebratis his duabus purgationibus, ſi morbus non cedat, oportet denuò deuenire ad alterantia validiora, & ad medicamenta, quæ educere valeant materiam coctam: ſed hæc parum educant, ſæpiuſque repetantur, vt admonet Auicennas lib. 4. fen. 1. tract. 1. cap. 40.

Medicamentum autem ſub forma pilularum bis in hebdomada acceptum præſtantius eſt; id autem parari ad hunc modum poteſt.

℞. Agarici trochiſc. drach. iij.
Rhabarb. matuti ſ. p. vino irrorati, drach. ij.
Succi agrimonij,
Petroſelini, ana vnc. j.
Trochiſc. alhandal. drach. j.
Cinnamomi,
Spicæ,
Scœnanthi, ana drach. ſſ.
Cum ſyrupo roſato ſolut. fiat pi-

A lularum maſſa: doſis ſit ad drach. ij. ſuperbibat æger aquæ agrimonij, vnc. iij.

Poſt hanc purgationem cogitandum eſt de medicamentis per vrinam ducentibus.

Galenus rectè conſulit, vt materia educatur per vrinam tranſacta ſeptima die, quæ Galeni ſententia non pro omni tertiana notha eſt intelligenda, ſed tan-
B tùm pro illa quæ non eſt extenſa; nam in extenſis, non poteſt tam citò educi per vrinam; quia id non fit, niſi probè purgato corpore, ex qua purgatione diminuta ſit materia, & ita extenuata, vt quę poſt purgationem relicta eſt, educi poſſit facilè.

Quę medicamenta ſint apta huic excretioni, vt cognoſcere facilè poſſimus, multa à ſcriptoribus proponun-
C tur; inter alia probatum multoties à me fuit hoc,

℞. ſpec. diarrhod. abb.
Aromat. roſati, ana drach. j.
Sem. quatuor frig. maior. vnc. ſſ.
Cum aqua capillorum veneris fiant paſtilli, quorum doſis ſit ad drach. ij.
Deinde.
℞. Aquæ apij, vnc iiij.
Syr. de cichorio Nicolai, vnc. j.
D Superbibat æger poſt aſſumptos paſtillos.

Si non ſufficiunt hæc medicamenta ad materiam extraducendam, proponitur vomitus à Galeno lib. 1. ad Glauc. cap. 10. & ab Auicenna cap. 40. citato, quam eorum opinionem ſcriptores omnes ſequuntur dicentes ſe multos obſeruaſſe ſolo vomitu ab hac febre liberatos.

E Tempus autem incitandi vomitum, quod proponitur ab ipſis, eſt ab aſſumpto cibo; hoc eſt, quod vomitus mouendus ſit, poſtquam ægrotantes alimentum acceperint.

At huiuſmodi propoſitio limitanda eſt, quia talis vomitus in principio, aut augmento, vel ſtatu febris non videtur

 con-

conueniet; quia tunc iam defatigati ſunt ægri à medicamentis tam alterantibus, quàm ſolutiuis, materiaque pituitoſa quaſi euacuata eſt victus ratione.

Vt igitur fiat, oportet eſſe tempore declinationis, cum ipſi ægrotantes vberius nutriūtur, nec à ventriculo per longum tēpus debilitato poteſt totum alimentū probè concoqui, remanētibusq; intus crudiratibus, quæ in craſſum, & B pituitoſum humorem conuertuntur, & egēt euacuatione, tunc enim temporis confert vomitum ab aſſumpto alimento concitare, qui facilius euenit, ſi alimenta ſolidiora ſint, quæ ingeruntur; circa quæ conuoluitur pituitoſus humor, ad quorum vomitum ſubſequitur, & humor iam dictus.

Quare etſi à Galeno, & ab alijs proponatur vomitus, non tamen in omni C tempore, neque in omni ſubiecto, niſi in illis, qui ad vomitum faciles ſunt; qui etiam in acceſſionis initio non eſt inutilis; ſi præſertim à natura factus fuerit; euacuata igitur materia per aliquem ex dictis locum, ſtudendum eſt corroborationi viſcerum ægrorum, quę ab hac febre paſſa ſunt, vt eſt ventriculus, atque iecur.

Pro ventriculo corroborando. D

Ventriculus inter alia viſcera videtur primò affici, ideoque ſemper venit corroborandus tam internis, quàm externis præſidijs. Inter interna ſunt

Zingiber conditum.
Cortices citrij,
Myrobalan. chebul.
Emblic.
Omnia ſint condita.

Doſis horum ſimpliciū eſt ad drach. E ij. vel drach. iij. vel etiam ad vnc. ſſ. quibus ſuperbibatur vini generoſi ſtomachici, ad vnc. iij.

Poteſtis etiam vti compoſitis, quemadmodum eſt huiuſmodi tabella, quæ optima erit.

℞. ſpec. arom. roſati,
Spec. diarrhod. Abb. ana drach. j. ſſ.
Sacchari diſſoluti in aqua abſynthij, vnc. iiij.
Fiat confectio in tabellis; doſis ſit ad vnc. ſſ.

Vel

℞. trochiſc. de roſis, drach. j.
Maſtiches, ſcrup. ij.
Conſ. roſarum antiquæ, vnc. ij. pro duabus vicibus.

Curate, vt ſuperbibant iuris alicuius aperitiui ad vnc. iiij. ſiue cicerum nigrorum, aut quinque radicum aperitiuarum.

Extrinſecus foueatur huiuſmodi fotu.

℞. ſummit. abſynthij,
Roſarum rubearum, ana manip. j.
Spicæ nardi,
Maſtiches, ana drach. ij.
Cinnamomi, drach. j. ſſ.
Florum chamæmeli,
Meliloti,
Anethi, ana pug. ij.

Bulliant in aqua cum vna parte vini albi generoſi, deinde immergantur ſpōgiæ, quibus tota ventriculi regio foueatur, denique vngatur hoc linimento.

℞. Olei de abſynthio, vnc. j. ſſ.
Spec. diamarg. frig.
Arom. roſ.
Diarrhod. Abb.
Ligni aloes, ana ſcrup. j.
Cum cera, quantum ſufficit, fiat linimentum.

Pro ſacculo.

℞. Maſtiches,
Cinnamomi,
Ligni aloes,
Corticis citrij, ana drach. j.
Macis,
Galangæ, ana ſcrup. ij.
Florum chamæmeli,
Anethi,
Meliloti, ana pug. ij.
Roſarum rub manip. j. ſſ.
Contundantur contundenda, linteo exci-

A excipiantur, & fiat ſacculus, qui immergatur in hac decoctione.

℞. Abſynthij,
Roſarum rub. ana manip. ß.
Cinnamomi,
Maſtiches, ana drach. j.
Fœnugræci,
Sem. lini, ana drach. ij,

Bulliant in ſufficienti quantitate aquæ, & vini, & applicetur. Deinde vtaris hoc linimento.

℞. Olei abſynthij,
Maſtichini, ana vnc. ß.
Roſati,
Amygd. amar. ana vnc. j.
Nardini, vnc. ij.
Coralliorum rubeorum, drach. j. ß.
Cinnamomi,
Maſtiches, ana ſcrup. j.

Cum modico vini albi, & cera, quantum ſufficit, fiat linimentum.

Fotus pro iecore.

℞. Cichorij,
Fumariæ,
Eupatorij, ana manip. ß.
Florum chamæmeli,
Meliloti,
Fœnugræci, ana pug. iij.
Summit. abſynthij,
Roſarum, ana manip. j.
Spicæ,
Iunci odorati, ana drach. ß.

Bullianr in aquaſecundùm artem, deinde adde
Aceti, vnc. iij.

Immergantur ſpongiæ, & applicentur multoties regioni iecoris. Denique inungatur hoc linimento.

B ℞. Olei roſ.
De abſynthio, ana vnc. j.
Chamæmelini,
Amygd. amar. ana vnc. ß.
Nardini, vnc. j. ß.
Pul. ſem. lini,
Fœnugræci,
Flor. chamæmeli, ana drach. ij.
Coralliorum rub. ſ. p. drach. j. ß.
Succi cichorij, vnc. vj.

C Cum cera, quantum ſufficit, fiat linimentum.

Hiſce duobus viſceribus ita ſuccurrendum eſt: aliquando contingit lienem intumeſcere, & obſtrui, cui quoque medendum eſt ea ratione qua dictum fuit capite proprio, dum ageremus de morbis particularibus abdominis.

DE FEBRIBVS BILIOSIS CONTINVIS.

CAPVT DECIMVM.

AVdiuiſtis bilem putrefactam extra vaſa producere febres intermittentes tertianas; quæ ſi ſola, & ſyncera ſit, producit tertianam puram, aut exquiſitam; ſi verò admixta fuerit pituitæ, febres quidem generat tertianas, ſed nothas, atque extenſas, quarum cognitio, & curatio ſatis dilucide, ni fallor, in ſuperioribus attulimus.

E Succedunt nunc conſiderandæ febres, quæ ab eadem bile putreſcente intra vaſa fiunt, ſiue hæc ſyncera fuerit, ſiue non ſyncera; nam quemadmodum extra vaſa ea putreſcens febres intermittentes inuehit, ita nunc ſi intra vaſa putreſcit, neceſſe eſt, vt faciat continuas febres, quæ inter ſe tamen differunt

conuenire; quia tunc iam defatigati ſunt ægri à medicamentis tam alterantibus, quàm ſolutiuis, materiaque pituitoſa quaſi euacuata eſt victus ratione.

Vt igitur fiat, oportet eſſe tempore declinationis, cum ipſi ægrotantes vberius nutriũtur, nec à ventriculo per longum tẽpus debilitato poteſt eorum alimentũ probè concoqui, remanẽtibuſq; intus cruditatibus, quæ in craſſum & pituitoſum humorem conuertuntur, & egẽt euacuatione, tunc enim temporis confert vomitum ab aſſumpto alimento concitare, qui facilius euenit ſi alimenta ſolidiora ſint, quæ ingeruntur; circa quæ conuoluitur pituitoſus humor, ad quorum vomitum ſubſequitur, & humor iam dictus.

Quare etſi à Galeno, & ab alijs proponatur vomitus, non tamen in omni C tempore, neque in omni ſubiecto, niſi in illis, qui ad vomitum faciles ſunt; qui etiam in acceſſionis initio non eſt inutilis; ſi præſertim à natura factus fuerit; euacuata igitur materia per aliquem ex dictis locum, ſtudendum eſt corroborationi viſcerum ægrorum, quę ab hac febre paſſa ſunt, vt eſt ventriculus, atque iecur.

Pro ventriculo corroborando. D

Ventriculus inter alia viſcera videtur primò affici, ideoque ſemper venit corroborandus tam internis, quàm externis præſidijs. Inter interna ſunt

Zingiber conditum.
Cortices citrij,
Myrobalan. chebul.
Emblic.
Omnia ſint condita,

Doſis horum ſimpliciũ eſt ad drach. E ij. vel drach. iij. vel etiam ad vnc. ſſ. quibus ſuperbibatur vini generoſi ſtomachici, ad vnc. iij.

Poteſtis etiam vti compoſitis, quemadmodum eſt huiuſmodi tabella, quæ optima erit.

℞. ſpec. arom. roſati,
Spec. diarrhod. Abb. ana drach. j. ſſ.
Sacchari diſſoluti in aqua abſynthij, vnc. iiij.

Fiat confectio in tabellis; doſis ſit ad vnc. ſſ.

Vel

℞. trochiſc. de roſis, drach. j.
Maſtiches, ſcrup. ij.
Conſ. roſarum antiquæ, vnc. ij. pro duabus vicibus.

Curate, vt ſuperbibant iuris alicuius aperitiui ad vnc. iiij. ſiue cicerum nigrorum, aut quinque radicum aperitiuarum.

Extrinſecus foueatur huiuſmodi fotu,

℞. ſummit. abſynthij,
Roſarum rubearum, ana manip. j.
Spicæ nardi,
Maſtiches, ana drach. ij.
Cinnamomi, drach. j. ſſ.
Florum chamæmeli,
Meliloti,
Anethi, ana pug. ij.

Bulliant in aqua cum vna parte vini albi generoſi, deinde immergantur ſpõgiæ, quibus tota ventriculi regio foueatur, denique vngatur hoc linimento.

℞. Olei de abſynthio, vnc. j. ſſ.
Spec. diamarg. frig.
Arom. roſ.
Diarrhod. Abb.
Ligni aloes, ana ſcrup. j.

Cum cera, quantum ſufficit, fiat linimentum.

Pro ſacculo.

℞. Maſtiches,
Cinnamomi,
Ligni aloes,
Corticis citrij, ana drach. j.
Macis,
Galangæ, ana ſcrup. ij.
Florum chamæmeli,
Anethi,
Meliloti, ana pug. ij.
Roſarum rub. manip. j. ſſ.

Contundantur contundenda, linteo exci-

excipiantur, & fiat ſacculus, qui immer- A gatur in hac decoctione.

℞. Abſynthij,
Roſarum rub. ana manip. ß.
Cinnamomi,
Maſtiches, ana drach. j.
Fœnugræci,
Sem. lini, ana drach. ij,

Bulliant in ſufficienti quantitate aquæ, & vini, & applicetur. Deinde vtaris hoc linimento.

℞. Olei abſynthij,
Maſtichini, ana vnc. ß.
Roſati,
Amygd. amar. ana vnc. j.
Nardini, vnc. ij.
Coralliorum rubeorum, drach. j. ß.
Cinnamomi,
Maſtiches, ana ſcrup. j.

Cum modico vini albi, & cera, quantum ſufficit, fiat linimentum.

Fotus pro iecore.

℞. Cichorij,
Fumariæ,
Eupatorij, ana manip. ß.
Florum chamæmeli,
Meliloti,
Fœnugræci, ana pug. iij.
Summit. abſynthij,
Roſarum, ana manip. j.
Spicæ,
Iunci odorati, ana drach. ß.

Bulliant in aqua ſecundùm artem, deinde adde

Aceti, vnc. iij.

Immergantur ſpongiæ, & applicentur multoties regioni iecoris. Denique inungatur hoc linimento.

B ℞. Olei roſ.
De abſynthio, ana vnc. j.
Chamæmelini,
Amygd. amar. ana vnc. ß.
Nardini, vnc. j. ß.
Pul. ſem. lini,
Fœnugræci,
Flor. chamæmeli, ana drach. ij.
Coralliorum rub. ſ. p. drach. j. ß.
Succi cichorij, vnc. vj.

C Cum cera, quantum ſufficit, fiat linimentum.

Hiſce duobus viſceribus ita ſuccurrendum eſt: aliquando contingit lienem intumeſcere, & obſtrui, cui quoque medendum eſt ea ratione qua dictum fuit capite proprio, dum ageremus de morbis particularibus abdominis.

DE FEBRIBVS BILIOSIS CONTINVIS.

CAPVT DECIMVM.

Audiuiſtis bilem putrefactam extra vaſa producere febres intermittentes tertianas; quæ ſi ſola, & ſyncera ſit, producit tertianam puram, aut exquiſitam; ſi verò admixta fuerit pituitæ, febres quidem generat tertianas, ſed nothas, atque extenſas, quarum cognitio, & curatio ſatis dilucide, ni fallor, in ſuperioribus attulimus.

E Succedunt nunc conſiderandæ febres, quæ ab eadem bile putreſcente intra vaſa fiunt, ſiue hæc ſyncera fuerit, ſiue non ſyncera; nam quemadmodum extra vaſa ea putreſcens febres intermittentes inuehit, ita nunc ſi intra vaſa putreſcit, neceſſe eſt, vt faciat continuas febres, quæ inter ſe tamen differunt

runt pro locorum diuerſitate; ſi enim venæ magnæ ſint, & viſcetibus præcipuis proximæ, febris illa producitur, quam Græci cauſon, Latini ardentem vocant, atque concluſam.

Verùm ſi hæc ipſa bilis putreſcat in venis remotioribus à membris præcipuis, producitur febris tertiana continua proportionata tam ſimplex, quàm duplex, tam exquiſita, quàm notha, non ſecus atque dictum fuit capite de tertianis intermittentibus.

Simplex quidem, & exquiſita producitur, ſi ſola bilis putreſcat: non exquiſita verò, ſed notha, ſi ei admiſceatur aliquis humor, ſiue pituita, ſiue melancholia fuerit.

Simplices febres continuę illæ ſunt, quæ de tertio in tertium recurrunt, & has Hippocrates, & Galenus vocarunt tritæophies hoc eſt tertianam imitantes, de quibus infra, quamuis ex bile pura intra vaſa putrefacta, nec non & ex ea, quæ admixtum humorem aliquem ex prædictis habeat, generentur.

Tertianæ verò duplices duas occupant differentias; aliæ enim ſunt, quæ ſingulis diebus de tertio in tertium ſibi correſpondent; aliæ quæ bis ſpatio viginti quatuor horarum inuadunt. Priores dicuntur duæ tertianæ; ſecundæ verò duplices appellantur.

Rurſus adſunt tres tertianæ, & eſt quando vno die acceſſiones duæ manifeſtæ recurrunt; dies verò intermedius vnam habet acceſſionem tantùm, quemadmodum Galenus docet 2. de criſ. cap. 9. quo in loco gloriatur, quod triplicis tertianæ periodus in ſecunda die fuerit à ſe cognitus.

Scripſit Galenus 2. de criſ. cap. 6. febres continuas habere idem genus cum intermittentibus, hoc eſt eandem materiam; nam ſicut febres ardentes fiunt ex bile, ita & tertiana exquiſita, vt mirum eſſe vobis non debeat, ſi Auicennas fen. 1. lib. 4. tract. 1. breuiſſimo capi-

A te febrem continuam tertianam, & ardentem comprehenderit, & inter neotericos Capiuaceus omnes febres continuas bilioſas ſub nomine tertianæ continuæ, veræ, & nothæ amplexus fuerit.

Vidius quoque ſenior ſub vnico capite febrem ardentem, & continuam tertianam concluſit: ſed eæ multas habent differentias inter ſe, & in multis B conueniunt.

Febris enim continua tertiana conuenit cum febre ardente, tum quia eſt non ſecus atque ardens continua, nec non fit à materia bilioſa putreſcente extra vaſa.

Differt verò tertiana continua ab ardente quia illa acceſſiones habet manifeſtas de tertio in tertium inuadentes; ardens verò minimè. Deinde ardens C hæc febris continet ſub ſe ardentem febrem propriè, & impropriè dictam, propriè ardens illa eſt, in qua putreſcit bilis; impropriè eſt in duplici differentia. alia in qua putreſcit pituita; alia verò, in qua putreſcit ſanguis.

De his duabus ardentibus febribus ſuo loco tractabitur, nunc agendũ eſt de vera, & propriè dicta, ardente, & ea eſt, quæ conuenit cum tertiana continua, D tum continuitatis, tum materiæ putreſcentis cauſa.

Verùm differt ratione loci, & qualitatis materiæ; ratione quidem loci, quia in febre tertiana materia putreſcit in venis à corde remotioribus, at in ardente putreſcit intra vaſa, quæ ſunt propè cor, nempe inter alas, & inguina, & in venis iecoris, pulmoniſque.

Deinde in febre tertiana bilis, quæ E accenditur, eſt aquoſo humore diluta, minuſque feruens, hinc ſymptomata habet mitiora, vt Galenus inquit 3. in 3. epid. 34. at in ardente febre bilis eſt ſyncera, inde eſt, quod ſymptomata grauiſſima ſunt, ſitis nempe, atque caliditas.

De febre igitur ardente propriè dicta

ctà diſceptationem proponens in duo capita ipſam diuidam, in cognitionem ſcilicet, & curationem. Cognitio conſtabit ex cognitione præſentium, præteritorum, & futurorum.

Curatio verò ex indicationum, & auxiliorum inuentione, & ex recto trium medicinæ inſtrumentorum, à quibus auxilia petuntur, recto vſu, & adminiſtratione.

B Cognitio verſabitur in primis circa cognitionem nominis, eſſentiæ morbi, cauſarum, & ſymptomatum; deinde circa euentum morbi, modum euentus, atque tempus eiuſdem.

Quod attinet ad nomen à Græcis dicitur hæc febris cauſos, ab Auicenna ſaticos, quam Latini appellant febrem ardentem, concluſam, & continentem. Huius eſſentia ſic definitur, eſt febris puda, continua, ortum ducens à bile ſyncera putrefacta in venis magnis, quæ circa cor ſunt, aut non procul ab ipſo corde, quales ſunt venæ iecineris, aut ventriculi, vel oris ipſius, Galeno docente lib. 3. in 3. epid. con. 33. Hanc definitionem habetis ab eodem Galeno 4. acutorum tex. con. 13.

C Eſt febris hæc intemperies calida, & ſicca, non ſecus atque aliæ febres omnes; eſtque putrida ad differentiam ephemerarum; continua ad differentiam intermittentium, & præſertim tertianæ exquiſitæ, in qua bilis ſyncera putreſcit; ſed eſt putreſcens in venis magnis circa cor, ad differentiam tertianæ continuæ, in qua bilis putreſcit in venis quidem, ſed vt dictum eſt, à corde remotis: & hæc eſt natura præſentis huius febris.

DE CAVSIS FEBRIVM
biliosarum continuarum.

CAuſæ ſunt in duplici differentia; aliæ, quæ humores bilioſos in corpore colligunt; aliæ, quæ ipſos collectos ad putreſcendum diſponunt, & cogunt.

Eſt tamen hic vobis animaduertendum, quod humores in corpore collecti habent rationem cauſarum præternaturam; nam vel putridi iam facti ſunt, vel nondum putrefacti.

Priores habent rationem cauſæ coniunctæ; ſecundi habent rationem cauſæ antecedentis, & huiuſmodi humores primò colliguntur, deinde putreſcunt. Cauſæ igitur eos colligentes primò à nobis declarandæ veniunt, deinde quæ ad putredinem eos impellunt.

Primæ cauſæ bifariam diuiduntur; nam aliæ ſunt internæ, aliæ verò externæ. Internæ ſunt naturales, vt eſt habitus corporis bilioſus complexio calida, & ſicca, & ætas iuuenilis; & huiuſmodi cauſæ dicuntur diſpoſitiuæ, non efficientes.

Externæ verò, quæ efficientes ſunt, in duplici verſantur diſcrimine; aliæ enim neceſſariò nobis occurrunt; aliæ verò non neceſſariò eueniunt, ſed vel pro electione, aut fortuitò contingunt.

D Primò verſemur circa cauſas efficientes, & externas, inter quas aer primò conſiderandus eſt, qui præter modum ſit calidus, & ſiccus, ſiue id accidat ob anni tempus, vt in æſtate: vnde Hippocrates 3. aphor. 21. ſcripſit; æſtate præſertim febres ardentes fieri; ſiue ob regionem, ſtatumq; cæli; ſiue ob præſentem aliquam conſtitutionem.

E Quomodo autem ab aere calidiori, & ſicciori effecto huiuſmodi febres producantur, declarat Hippocrates 4. acutorum 1. dicens; febris ardens fit, cum venulæ tempore æſtiuo exiccatæ, acres, ac bilioſos ichores ad ſe traxerint.

Hunc locum conſiderans Galenus dicebat primùm aeris nos ambientis temperamentum mutare corporis diſpoſitionem ad ſtatum ſibi ſimilem; deinde verò corpora, quæ à naturali, moderataque conſtitutione receſſerint,

par-

particulari indigere auxilio, vt ad priſtinam temperationem redeant, vt ſi calefacta, aut exiccata ſint, indigere refrigeratione, & humectatione.

Quibus ſic ſtantibus rationi conſentaneum eſſe dicebat, vt vbi venæ corporis, ex aliqua occaſione exiccatę fuerint, trahant à vicinis partibus humiditatem, quam ſi accidat facultate eſſe acrem, & exiccatoriam, non ſolùm, eæ non humectabuntur refrigerabunturq; ſed continuò magis exardeſcent, & areſcent.

Quòd cùm æſtiuo tempore accidat, immutatis ſcilicet humoribus, qui per habitum totius corporis, ſunt, ad temperiem ſimilem æſtati, nihil mirum, ſi humiditatibus, & ichoribus hiſce tractis à venis internis totius corporis, cauſon, hoc eſt, totius corporis exarſio quædam contingat.

Igitur quæ trahuntur ichoroſæ materiæ à venis exiccatis, duplicis eſſe poſſunt generis; nam vel ſunt actu, & poteſtate humidæ; vel acres, & mordaces.

Si primo modo tantùm abeſt, vt ex his poſſit fieri febris, vt totum contingat contrarium, nempe humectantur venæ exiccatæ, & ab illa immoderata ſiccitate liberantur; at ſi fuerit illa humiditas acris, vt 4. acutorum 1. à Galeno ſcribitur, & facultate exiccatoria, corpus incenditur, & tunc fit cauſos, ſeu febris ardens.

Ex his clarè patet ab aeris immoderata caliditate fieri febrem ardentem. Contingit etiam quandoque ardentem fieri ab aeris frigiditate, cuius exempla habemus ab Hippocrate, & Galeno 1. in 1. epid. con. 61. quamuis hæ febres non vocantur ab illis tales, vt exquiſitæ, nihilominus ſunt ardentes, & ab aere frigido per accidens fiunt, quatenus ſcilicet ab aeris frigiditate pori cutis adſtringuntur, ac ſtipantur; ita vt prohibeatur effluuium calidum, quod retentum bilioſos humores in præcedentibus temporibus aceruatos inflammat, & putreſcere facit: hæc de aere.

Inter alias cauſas magis cumulantes in corpore humores bilioſos, eſt cibus, & potus; vt vbi quis calidioribus, & acrioribus alimentis frequentius vtatur, vt ſunt cæpæ, allia, naſturtium, & ſimilia; vel alia alimenta aromaticis rebus, nimis quam conueniat, condita aſſumat, vinaque generoſa ingurgitet, nimiumque corpus exerceat, aut vigilias longas, & immoderatas patiatur.

Sic etiam ſi animi affectiones, ac perturbationes, vel immoderatas cogitationes, & vehementiores percipiat, ſicut eſt vehemens ira; tunc enim neceſſe eſt, vt humores bilioſos iam dictos accumulet, qui nimium attenuati atque calidi facti promptiores ad putredinem redduntur, ſi præſertim corpus ob aliquam cauſam inaniatur.

Quemadmodum contingit, vbi retineantur illa excrementa, quæ ſolent expurgari, vt ſunt deiectiones, vomitus, & alia huiuſmodi, ex quibus ſtatim accumulatur copia humorum bilioſorum, præcipuè in habitu corporis bilioſo, calida, & ſicca complexione, ac ætate iuuenili.

Et hæ ſunt cauſæ, quæ neceſſariò ſemper nobiſcum verſantur, & ad differentiam tales dicuntur, earum rerum, quę ex voluntate noſtra nobis contingunt, vt eſt immoderatus coitus, vel ſi quis ſponte ſoli magis ſe expoſuerit, & intempeſtiuis horis, vel in aqua calida ſulphurea, aut aluminoſa copioſa nimis ſe immerſerit.

Ab his quidem cauſis colliguntur humores bilioſi in corpore, à quibus non poteſt fieri febris, niſi aliæ ſuccedant cauſæ, quæ eos putreſcere faciant, quemadmodum eſt obſtructio, aut adſtrictio, ad quas ſequitur prohibita tranſpiratio, quam immediatè ſequitur putredo.

Quare cauſæ deducentes hos humores ad putredinem, ſunt in cauſa genera-

ſationis febris putridæ, & ardentis, vt eſt prohibita tranſpiratio, obſtructio, aut adſtrictio: & iſtæ ſunt omnes cauſæ febris ardentis.

DE SIGNIS FEBRIVM *bilioſarum continuarum.*

SYmptomata hanc febrem conſequentia ea ſunt, quæ ducunt nos in cognitionem eiuſdem febris. Ea autem in actionibus, in excretis, & in qualitatibus, ſeu affectibus corporis conſiſtunt.

Primò actiones animales conſiderandæ veniunt, quæ vel ad hegemonicas ſpectant, vel ad ſenſitrices, vel motrices.

Quod ad hegemonicas attinet, ſolet imaginatio, atque diſcurſus lædi; nam ſæpè adeſt delirium. Hippocrate docente 4. acutorum, quod cum fiat à materia bilioſa, mirum non eſt, ſi in hac febre facta à bilioſo humore adſit: deinde fit à vaporibus ab eodem humore eleuatis, & caput ferientibus, quicum non deſint in eiuſmodi febre, ea propter & delirium adeſſe contingit.

Senſitiua quoque, quæ eſt in ore ſuperiori ventriculi (quod ſuo loco intellexiſtis eſſe ſenſorium, nec nõ inſtrumentum cibi, atque potus) læſa eſt, ita vt adſit in hac febre ſitis quædam intolerabilis, atque inexplebilis, quod Hippocrates 3. in 3. epid. 34 & 4. acutorum 1. expreſsè notauit, aſſerens non poſſe dari febrem ardentem exquiſitam ſine hac ſiti, ita vt ſit vnum huius febris ſignum pathognomonicum, in febre verò continua adeſt ſitis quædam, ſed tolerabilis.

Eſt modò & motiua actio, quæ an lædatur, non ita clarum eſt; nam Auicennas fen. 1. lib. 4. tract. 2. cap. 41. ſcriptum reliquit febrem hanc ardentem nullas habere acceſſiones.

Galenus verò 2. de criſ. cap. 6. ſcribit nullum adeſſe genus febrium putri-

A darum continuum, quod non habeat acceſſiones, & quod magis eſt, addit ardentem febrem exquiſitam eadem habere indicia, ac terriana exquiſita; ſed nec rigorem, nec frigus percipit, neque ad infebricitationem venit, niſi poſt talem ſolutionem; hoc eſt dictu, quia neque cum rigore inuadit, neq; ad infebricitationem deſinit.

Solutio eſt ea, quæ ab eodem Galeno
B traditur; nempe quod acceſſionum euenientium febribus ardentibus bilioſis, aliæ ſunt manifeſtiſſimæ cum rigore, & frigore; aliæ verò, quæ immanifeſtè, & per vocatam incompreſſam annotationem veniunt.

Priores ſunt propriæ febrium tertianarum intermittentium; ſecundæ verò ſunt febrium continuarum, quę etiam ſecundùm magis, & minus conſpicuæ
C exiſtunt, ita vt aliquando lateant medicos ipſos.

Dum Auicennas ſcribit in ardente febre non adeſſe acceſſiones, loquitur de manifeſtis acceſſionibus, non negat tamen, quin adſint acceſſiones illæ, quæ continuis febribus euenire ſolent, quãquam illæ minus manifeſtæ ſe nobis prodant: hæc de læſione animalium actionum.

D Actiones quoq; vitales lęduntur, quę ſunt pulſus, & reſpiratio, quę mutantur ad frequentiam, velocitatem, & magnitudinem, quemadmodum quoque, & naturales. Siquidem in hac febre omnes quatuor actiones præ nimio æſtu labefactantur: hæc ſunt ſymptomata pertinentia ad actiones omnes læſas.

Quod ad excreta attinet, vrinæ, deiectiones, vomitus, ſudores, omnia bi-
E lioſa ſunt, quandoque flaua bile ea inficiente, quandoque æruginoſa, & porracea, cum ſcilicet morbo progrediente maior ſit humoris exarſio.

Ad effectus corporis deuenientes, dico opus eſſe conſiderare, & primarum qualitatum, & ſecundarum conſtitutionem, & totius corporis, & partium.

Primarum qualitatum totius corporis eſt calor iniucundus, ardens, faſtidioſus, atque intolerabilis, qui ſimul cum ſiti iam dicta eſt inſeparabile ſignum à febre ardente, alioquin docente Galeno 3. in 3. epid. 34. qui hæc duo ſigna à febre ardente ſepararet, corrumperet proprietatem ab ea re, cuius eſt proprietas.

Igitur conſtitutio, quæ à prima qualitate oritur, eſt ingentiſſima caliditas, quæ refertur ad ea, quæ febri eſſentialiter inſunt.

Secundæ verò qualitates ſunt in colore, macie, & pinguedine totius corporis, & faciei, & linguæ; nam vniuerſum corpus ob reſolutionem multam, ab ingenti calore adurente inductam, mutat colorem: facies hippocratica primis diebus apparet, lingua citrina à principio, amaror, ſiccitas, aſperitas, deinde procedente tempore, & aduſtione nigra redditur.

Sed vnum eſt, quod difficultatem parit; nam dictum eſt in hac febre ſitim adeſſe intolerabilem, & vehementiſſimam; è contra Auicennas cap. 41. præcitato lib. 4. fen. 1. ſcribit quandoque ſitim eſſe tolerabilem, nec vehementem, ergo ſitis intolerabilis non eſt ſignum pathognomonicum, vt ſuppoſitum eſt.

Sed facilis eſt reſponſio; nam febris ardens ſuapte natura à ſiti intolerabili non ſeparatur ſemper, verùm per accidens tolerabilis, & parua redditur, nempe ab exigua tuſſi: vnde ab Hippocrate habetis 4. aphoriſ. 54. quod, quibus tuſſes ſiccæ leuiter irritantes in febribus ardentibus fiunt, non multum ſiti infeſtantur.

Quid tuſſis ſiccæ nomine intelligere oporteat, declarat Gal. in comm. nempe eam eſſe intelligendam, in qua nihil expuitur, quam triplici de cauſa excitari ſcribit, prima eſt inſtrumentorum reſpirationi famulantium intemperies, ſecunda eſt faucium aſperitas, tertia eſt A deſtillatio humoris tenuis, & admodum pauci.

At non ab omni tuſſi ſitis placatur; ſed ab ea, in qua tenuis, & pauca illa humiditas ad linguam deſcendit, quamuis ab alijs duabus poſſet etiam mitigari, ſi exiguæ ſint, & ad partes faucium, & linguæ attraherent paucam, & humidam materiam.

B DE FVTVRO EVENTV *febrium biliosarum continuarum.*

FVtura, quæ cognoſcenda ſunt, pertinent ad euentum morbi, ad tempus, & ad modum. Euentus huius febris non ſemper terminatur ad perniciem, ſed aliquando ad ſalutem, quod conſtat ex natura morborum acutorũ; in quibus ex 2. aphor. 19. prænuncia- C tiones ſalutis, aut mortis non omninò tutæ ſunt in morbis acutis.

Deinde ex varijs hiſtorijs ab Hippocrate traditis 3. in 3. epidemiorum, quibus conſtat aliquos euaſiſſe, alios verò interijſſe.

Conijcere autem poteritis, vtrum horum futurum ſit, facta collatione virium cum magnitudine, & vehementia ipſius morbi: quod in primis co- D gnoſcimus ex actionibus læſis, ab excretis, & qualitate mutata.

Et primo ab actione animali læſa; nã ſi ægrotus difficulter ferat morbum, cutis tenſa circa frontem appareat; nares ſint acutæ, tempora collapſa, oculi excauati, ac lumen oppoſitum fugiat: palpebræ ita exicatæ ſint, vt in dormiendo oculi non perfectè claudantur, ſed videantur albedines eorum, hoc eſt E tunica adnata, epipephicos dicta, aureſque frigidæ ſint, & contractæ, malum prænunciare oportet.

Si ægrotus ſæpè decumbit ſupinus: raro ad latus: ſi ad pedes ſenſim delabitur: denudanturq; tum pedes, tum crura, atq; brachia, ceruicemque inæqualiter mouet; geſticulationeſque manuum fiunt:

ſiant: intempeſtiuè floccos colligat.

Hæc omnia ſunt caloris innati, roboriſq; virium, ſummiq; languoris ſigna; ſuntque praua indicia, & mortis certæ prænuntiationes: ſi ægrotantes non benè ſe habeant, ad oblata, ſiue alimenta, ſiue medicamenta fuerint; ſi quæ medicamenta ſolent iuuare, iuuent parum, aut nihil, euentus malus omninò prænunciandus.

B Si præſertim ſitis ceſſat linguæ ſiccitate remanente; indicium enim eſt calorem quaſi mortuum eſſe, primo epidemiorum tex. 11. at ſi è contra benè ſe ſe habeat ad oblata, & medicamenta, quæ parum iuuabant multum iuuent, nota eſt roboris virium & per conſequens futurum eſſe bonum euentum.

Ab actionibus vitalibus præſagiri quoq; poterit, & præſertim, ab reſpiratorijs inſtrumentis nullam labem patientibus; è contra ſi ſit læſa, frequenterq; moueatur, dolorem, & inflammationem arguit; ſi verò per longa interualla moueatur, deliriũ portendit, ſi potiſſimùm pulſus languidus fuerit, paruus & debilis, rarus, tardus, inęqualis, malus euentus prænunciandus eſt: ſi verò contrarię conditiones ſint coſtante robore virium, bonus euentus prænunciandus venit.

C Actiones naturales procul omni dubio cognoſcuntur ab excretis, quæ petuntur ab ijs, quæ exeunt per vomitum, è naribus, à lachrymis oculorum, à ſudoribus, atque ex ijs, quæ per ſeceſſum egeruntur.

Ab vrinis primùm cognoſcitur futurus euentus, ſi conſideraueritis in ea continens, & contentum. Continens eſt ſubſtantia vrinæ, ſeu eius liquor, in craſſitie, & tenuitate mediocris, in colore ad flauum vergens, vrinęque debent eſſe ſimiles vrinis ſanorum.

Quo ad contentum, eſt hypoſtaſis, & nebula, quæ vbi alba ſit, leuis, & ſibi continua, ac minimè fœtida, coctionem

A perfectam oſtendit: nebula verò in quacunque parte fuerit, coctionem futuram demonſtrat, poſſeque à natura ſuperari cauſam morbificam, quæ tamen talis ſemper eſſe debet per totum morbum.

Si verò intermittit, nec pura mingatur, & modò appareant prædicta, modò non, tunc oſtendit morbum non eſſe tutum 2. prognoſt. 6. quemadmodum è contra vbi vrinæ diſſimiles ſint ſanis.

At ſi fuerint pauciores, tenuiores, aut aquoſiores; tunc indicium eſt morbum eſſe ſuperiorem viribus, ſi præſertim calor intenſiſſimus ſit, & ſymptomata vehementia, vt delirium, ſitis, linguæ ariditas, & huiuſmodi.

Exeuntia per vomitum demonſtrant futurum euentum, vt ſi ſit ex materia bilioſa ſyncera cuiuſcunque coloris, vt ſi flaua fuerit, viridis, porracea, cœrulea, mala eſt, ſi præſertim ſit fœtida: & qui viridem, & porraceam euomunt, ſemper moriuntur; at è contra ſi vomitus ex materia fuerit mixta ex bile, & pituita robore virium valente, euentus eſt bonus.

D Sanguis è naribus erumpens in diebus iudicatorijs, ſi copioſus ſit ſalutem, è contra ſi diminutè exeat, vel etiam copioſe, & non in diebus decretorijs, nullo ſigno coctionis apparente, euentus malus prænunciandus: ſimiliter ſi ſudores diebus decretorijs, calidi, & guttatim exeant, bonum euentum: ſi è contra ſudores exierint frigidi, particulares circa frontem, faciem, atq; collum; malum euentum ſignificant.

E Lachrymę inuoluntariæ, aliquãdo bonum euentum, aliquando malum prænunciant, bonum quidem, ſi ſint cum bonis ſignis, virtuteque valida; ſi cum malis ſignis fuerint, & cum virium languiditate, malũ euentum: flatus frigidus per os exiens iam oſtendit mortem eſſe propinquam.

Quoad tempus, id omninò sẽper bre-

ue eſt, ſiue ad bonum, ſiue ad malum ter minetur; morbus enim peracutus eſt, & extremos habet labores; vnde rarò ad ſeptimum vſque porrigitur.

A qualitatibus faciei mutatis Hippocrates 1. prædictionum 8. multas aſſumit prædicendi regulas; nam vel facies, inquit, ſimilis eſt faciei ſanæ, aut diſſimilis: primo modo, ſignum eſt roboris virium: ſi diſsimilis valde, indicium eſt à vehementia morbi ſuperari vires, nulla vigilia, aut medicamento, vel fluxu alui præcedente.

Quantum ad modum euentus, vel fit à natura, vel ab arte: ſi à natura ſolutio morbi fiat, id erit per criſim aliquam ab ea tentatam, aut perfectam, aut imperfectam: ſi perfecta ſit, vel fiet ſanguinis eruptione per nares, quod proprium huius febris appellat 1. in 1. epid. com. 9. Gal. vel per ſudorem, vt quando iam attenuata materia à venis, extra venas expellitur per habitum totius corporis.

Vnde rigores quidam ſolent ante ſolutionem hanc præſentiri: hinc dicebat Hippocrates 4. aphor. 58. rigorem ſuperuenientem cauſonidi, ſolutionem ipſius facere. Sanguinis etiam fluxione è naribus fit, ex Hippocr. 1. in 1. epid. tex. comm. 9. quando nempe humor ſuapte natura calidus & acris ad eam partem fertur, & ora venarum ſua acredine aperit.

Quando verò imperfecta eſt criſis, contingit quandoq; abſceſſus quoſdam vel ad inguina, aut ad alas, vel nonnunquam poſt aures, quas parotidas appellant, apparere, per quos expurgatur materia peccans, & ægri ad ſanitatem ducuntur: quamuis magno ſuo incommodo, necnon ingenti vitæ diſcrimine.

Verum ſi ad perniciem tendat morbus, modus ſolutionis eſt ob interitum caloris innati, factum partim ab extraneo, febrilique ipſum abſumente, 1. de differ. febrium 8. & 9. partim verò à vehementia ſymptomatum, vt ſunt

Sitis,

Vigilia.

Delirium, & huiuſmodi: & hæc de modo, quem tenet natura in hoc morbo expellendo.

At ſi ab arte ſolutio fiat, id contingit, vſu infrigidantium, & humectantium, medicamentis intus aſſumptis, & extra admotis, victus ratione recte adminiſtrata, ſanguinis miſſione, & purgatione, de quibus agendum eſt.

DE CVRATIONE FEBRIVM *biliosarum continuarum per victus rationem.*

NOn multum diſtat harum febrium curatio à tertianæ exquiſitæ curatione; indicationes enim deſumuntur a morbo, & ſuis cauſis. Verùm cum morbus a cauſis dependeat, opus eſt primum ipſas cauſas auferre.

Ex cauſis aliæ erant, quæ humorem colligebant, ſiue internæ, ſiue externæ exiſtant; aliæ verò, quæ humorem collectum putrefaciebant. At quemadmodum priores ex toto auferri nequeunt; ita è contra ſecundæ omninò amputandæ ſunt; nam habitus corporis, & ipſius complexio, ſolum alteranda ſunt, ita vt lapſus eorum remittatur.

Res verò non naturales ita adminiſtrandæ, & corrigendæ veniunt, vt non amplius tantam copiam humoris biliosi in corpore coaceruent; obſtructio verò, & prohibita euentatio tolli omninò debent: ablatis huiuſmodi cauſis pugnandum eſt aduerſus morbū, qui eſt febris.

Deinde ſymptomata lenienda veniunt, vt eſt immoderata ſitis, immoderata caliditas, delirium, & huiuſmodi. Verùm, ſi aliquod horum ſit, quod rationem vrgentis habeat, illi maximè incumbendum.

Vbi verò non adſit, procedendum eſt cura regulari, & ordinaria, quæ à cauſæ ablatione ad morbi, & ſuorum ſymptomatum ablationem procedat; quibus indi-

indicationibus non niſi conſueto triplici medicinæ inſtrumento ſatisfaciendum eſt.

Primò conſideremus, qua ratione procedendum eſt in primo inſtrumento, nempe in diætetico; deinde in alijs ſucceſsiuè, vt poſsimus his omnibus indicationibus ſatisfacere.

Itaq; conſiderandum eſt, vt id cauſæ opitulari poſsit, cuius quidem generatio amputanda, & quod genitum eſt, alterandum, & auferendum, quod pulchrè ſuccedit ex recto ſex rerum non naturalium vſu.

At cum inter eas primò occurrat aer, de ipſo tractandum eſt, à quo dictum fuit fieri huiuſmodi febres, æſtiuo præſertim tempore, qui tunc rationem habet cauſæ efficientis.

Opus eſt igitur ipſum refrigerare, & humectare, vt diximus cap. de tertiana exquiſita. Refrigerandus quidem eſt, ſed cum cautela, ne ob nimiam frigiditatem cutis pori adſtringantur.

Quare domus eligi debet quæ con clauia habeat terrena verſus eteſios, hoc eſt ventos gregales.

Supra lectum ſpargantur flores nenupharis vtriuſq;

Roſarum,
Violarum,
Salicis.

Per cubiculum folia frigida geſtentur vt ſemperuiui,

Lactucæ,
Scariolæ,
Violæ cum tota planta;
E pariete pendeant,
Frondes arundinum,
Vitis,
Salicis, quercus,

In hoc caſu optimum eſt aliquando ferre aliquod vas magnum aqua frigida plenum, prope quam ægrotus os ponat, ad hoc vt aer refrigeratus inſpirari ab eo poſsit, remittique illud incendium, quo flagrat.

Vel fiat hoc pro ſuffimigio.

A ℞. Cort. citri ℥j.
Aurantiorum, ana vnc. ß.
Pul. ſantalorum,
Roſarum,
Violarum, ana drach. ij.
Bul. in vaſe terreo, aut ex ære.

Herbæ refrigerantes per pauimentū, & parietes ſunt deſtribuendæ. Lectus, in quo decumbit æger, ſit latus, & ampliſsimus, quo locum facilius mutare

B poſsit, membraque calefacta recreare: ſtratum molle ſit, operimenta, & omnia indumenta, quantum fieri poteſt, candida, & nitida, non autem ſordida, vt vulgares putant.

Quare ex his etiam patet quietem eſſe imperandam tam corporis, quàm animi: triſtes nuntij non ſunt illi afferendi, qui poſsint animum ægri inducere ad iram, aut furorem: multitudo

C gentium è cubiculo expellenda; ſolum ipſi conſuetudo eſſe debet paucorum amicorum qui hilarem ipſum faciant, & conſeruent.

Somnus, quantum fieri poteſt, procurandus.

Succedit cibus, & potus, qui talis eſſe debet, vt cap. de tertiana dictum fuit, qui vt indicatur à facultate vitali,

D debet eſſe boni ſucci, facilis coctionis, & diſtributionis, vt verò à morbo, & à cauſa indicatur, opus eſt, vt facultatem habeat refrigerandi, & humectandi, vt eodem cap. de tertiana diximus eſt.

Verùm cum longè maior difficultas ſit in huiuſmodi febribus cibum offerre, quàm in tertiana exquiſita, ideo in hac febre duo conſideramus, quæ in alijs non ſunt tam neceſſaria.

E Vnum eſt quantitas offerendæ; aliud eſt tempus offerendi, quamuis in methodo vniuerſali quantitatem cibi offerendi exactè conſiderauerimus. De tempore verò offerendi in huiuſmodi febribus, nihil, aut parum dictum eſt, niſi vniuerſaliter,

Galenus magis particulariter de quan-

quantitate offerenda in febribus huiuſmodi loquutus eſt 1. ad Glauc. cap. 8. dicens oportere duo conſiderare.

Primum eſt facultas vitalis, ſeu virtus ipſa; aliud eſt morbi vehementia; in his enim duobus regula offerendæ quantitatis alimenti poſita eſt, cùm id, quod ſecundùm naturam eſt, conſeruandum veniat, id eſt virtus, quæ nec poteſt conſeruari, niſi alimento medio, quod ita moderatum ſit, vt virtuti ſuccurrat, nec morbum offendat.

Meta autem quantitatis tollitur ex ſtatu morbi, qui præcognoſcendus eſt, qui vel breui, vel tardè expectatur, ipſiuſque breuitas non poteſt præcognoſci niſi à vehementia morbi; nam ſi vehementiſsimus eſt morbus, ſtatim extremos habet labores, qui labores ipſum ſtatum oſtendunt.

Vbi igitur morbus ſit vehemens, virtuſque valeat, quantitas alimenti pauca eſt concedenda, & parum nutriens vſq; ad ſtatum, idque ſecundùm magis, & minus pro vehementia ipſius morbi. Sed in hoc caſu morbus eſt vehementiſsimus, quare ſi virtus valet, parcè, & tenui victu nutriendum eſt; atqui ſi virtus languida ſit, vberius nutriendum eſt, ita vt ſuſtineatur virtus.

Tempus verò offerendi, quando nihil obſtet, eſt in fine declinationis, aut eius principio. Verùm ſi acceſsiones duæ inuadant ſpacio vnius diei, opus eſt obſeruare, quomodo inter ſe ſe habeant; nam vel ſpatium, quod inter eas mediat, longum eſt, vel breue.

Si longum, facile eſt idoneum tempus inuenire; at ſi breue fuerit, tunc maxima induſtria, & ſolerti diligentia vtendum eſt, vt eligatur tempus idoneum ad nutriendum, quo poſsit virtuti opitulari, minimèque morbum lędere, eius cauſam augendo, quod fuſiùs in præceptis vniuerſalibus diætæ declarauimus: quantitas igitur tam continua, quàm diſcreta ita inuenienda eſt.

Qualitas verò alimenti eſſe debet, A qualem diximus cap. de tertiana exquiſita, nempe quæ refrigerandi, & humectandi facultatem habeat.

Quod ad materiam alimenti ſpectat, eadem prorſus conuenit, vt in febre tertiana exquiſita dictum fuit.

De potu aquæ frigidæ.

Non omnes Authores in ſtatuenda potus materia in hac febre conueniunt; nam videtur Hippocrates 3. acut. con. B 3. vinum concedere; cuius quidem vſui laudat & Galenus 8. meth. med. cap. 4. quod non modò coctioni faueat, verùm etiam vrinam, & ſudorem prouocet.

Ex altera parte contrarium colligitur tam ex Hippocrate, quàm ex Galeno 4. in 6. de morbis vulg. tex. com. 15. vbi ſcriptum eſt, percalido natura refrigeratio potus aquæ quieſcere. Gale- C nus in com. ſcribit claram eſſe ſententiam, nempe eos, qui ſunt calidi, victus ratione refrigerãte eſſe nutriendos; inde etiam illis competit aquæ potus.

Verùm non puto id verum eſſe, quod Altimarus notat, lib. de medendis febribus parte 3. cap. 2. nempe has duas ſententias Hippocratis ſibi aduerſari, quamuis inter ſe diuerſæ ſint; nam in lib. epid. tractat vniuerſaliter de agen- D dis circa eos, qui natura ſunt calidi, qui à ſuis contrarijs ſunt alterandi in victus ratione; nam curandum eſt, vt refrigerentur, tam per potum aquæ, quàm per alimenta refrigerantia.

At in lib. acutorum loquitur de potu in febribus ardentibus, quod vinum eſſe debet ob vtilitates, quas Galenus afferre ſcribit; ſed ſi attentè legeritis ea, quæ à ſummis præceptoribus ſcribun- E tur, cognoſcetis, vinum concedi quidē, ſed non à principio, quo tempore non fiunt coctiones, nec per conſequens promouenda eſt vrina, aut ſudor; quæ operationes in ſtatu, aut declinatione fiunt, quibus temporibus vinum confert, & iure ab ipſis conceditur.

A principio igitur non eſt concedendum

dum vinum, ſed aqua ſimplex, vt Galenus tum lib. 10. meth. tum alibi, & Apicennas fen. 1. 4. tract. 2. cap. 44. ſcribũt, quamuis Auerroes 5. collig. cap. 12. magis laudat aquas deſtillatitias, & Aetius poſcam ad bibendum commendat, quæ eſt mixtio aceti cum aqua.

Sed quoniam Authores ferè omnes ſtatuunt aquam frigidam eſſe febrientibus ardenti febre potum maximè conuenientem, opus eſt, vt circa ipſius vſum nunc verſemur, inquirentes ante omnia, à quo indicatur, quæ ipſam coindicant, quę nam tandem contra indicant, ac ipſius prohibent rectum vſum, quod nam tempus idoneum eſt eam offerendi, quę ſit quantitas offerenda, tandem quam vtilitatem ipſa epota corporibus febre afflictis præbeat.

Ad primũ Galenus lib. 9. meth. med. cap. 5. dicebat ipſam indicari à febre, hæc autem cum ſit paſsio calida, & ſicca, neceſſariò indicat aquam, quæ eſt frigida, & humida; quare ipſa eſt auxilium à febre indicatum.

Auicennas non modò febrem ardentem dixit eſſe indicans aquæ frigidæ potus, verum etiam ipſius cauſam, quæ eſt bilis, & reddit rationem, quia inquit bilis eſt calida, & tenuis, quæ non modò refrigerari optat, verùm & incraſſari, quod vtrumque à potu aquæ gelidæ recipit, tanquam à ſuo indicato, ita vt bilis ſit indicans, aqua frigida auxilium indicatum.

Coindicat hanc aquæ frigidæ potionem conſuetudo; nam illi, qui aſſueti ſunt bibere aquam frigidam, facilius, & liberius bibere poſſunt; eamq; permittunt bonus corporis habitus, εὐεξία græcè dictus, calor naturalis validus 9. meth. med. cap. 5.

Prohibent verò corporis gracilitas, caloris innati, ac virtutis languiditas, viſcerum inflammatio, aut debilitas, vt gulæ, ventriculi, oris ſuperioris ipſius, iecoris, pulmonum, ſepti tranſuerſi, renum, aut veſicæ; nam quoties vnum ex

A iſtis membris languidum eſt, aqua frigida impulſum, ad proprium opus imbecillum redditur, eaque viſcera ab omni affectione libera eſſe oporter, vt pote à phlegmonoſa, aut œdematoſa, vel ſcirrhoſa.

Copia quoque craſſorum, & frigidorum in corpore humorum ex illis eſt, quæ aquæ potum prohibent copioſæ, ac gelidæ; ex Auicen. lib. 4. fen. 1. cap.

B 7. & Galeno loco præcitato: hæc ſunt, quæ indicant, coindicant, permittunt, & prohibent potum aquæ frigidæ.

Tempus eam bibendi non eſt omnibus idem; nam alij coctionem deſiderant; alij verò ipſam coctionem tanquam inutilem negligunt. Galenus, & Auicennas locis præcitatis, dicunt non oportere aquæ frigidæ potum præbere, niſi coctione apparente; hos ſectati ſunt

C Aetius lib. 5. cap. 78. Paulus lib. 2. cap. 18 quamuis Aetius videatur velle, vt adſit perfecta: Galenus lib. 9. meth. med. cap. 16. in fine ſcribit, incipiente coctione poſſe aquam exhiberi.

Auerroes è contra lib. 3. collig. cap. 8. non vult expectandam eſſe coctionem; ſed ſtatim à principio nullo apparente ſigno coctionis eſſe concedendam aquam.

D Huius ratio eſt, quia ſi expectatur coctio, periculum eſt, ne æger vi morbi intereat, aut praua ſubſequatur concoctio ob humoris biliosi caliditatem, & acrimoniam, qui antequam concoquatur, hominem ſua acrimonia de medio tollit, violentiaque ipſius morbi quam citiſſimè moritur.

Idque clariſſimè apparet apud Raſim lib. 1. diuiſionum cap. 148. & 149. &

E 3. aphor. vbi narrat dominum, & ſeruum fuiſſe eadem febre ardenti correptos, fuiſſeque gelidam aquam domino propinatam, qui ſanus euaſit; ſeruo verò fuiſſe denegatam, qui mortuus eſt; hæcque data fuit à principio nulla expectata coctione.

Hæc Auerrois, & Raſis opinio, ex Ga-

Galeno confirmari poſſe videtur lib. x. meth. med. cap. 1. vbi comparans indicans, quod à febre deſumitur, cum indicante deſumpto à cauſa, dicebat indicanti à febre deſumpto, aliquando vrgente neceſſitate, eſſe primò, & maximè incumbendum, refrigerando, atque humectando, idque non poſſumus facere niſi à principio, cum in febribus huiuſmodi magis vrgere videatur febris, quàm cauſa.

A

Iam verò cùm inter alias materias refrigerantes, & humectantes primas partes habeat aqua gelida, etiam ex Galeni ſententia, vtendum eſt aquafrigida, pro potu ad extinguendam febrem à principio abſq; coctionis ſigno.

B

Ioannes Coſtæus doctinæ ſpectatæ vir ponderans hanc contradictionem, adeo ipſam magnifecit, vt exiſtimauerit poſtpoſita Galeni, & Auicennæ opinione, ſequendam eſſe Auerrois ſententiam.

C

Ipſius ratio eſt: vbi materia in febre eſt concocta, eget eductione per medicamentum purgans iuxta aphoriſticam ſententiam, concocta medicari; at aquæ gelidæ potus non eſt medicamentum purgans, ergo non eſt opus vti potu aquæ frigidæ in concocta materia.

Deinde, cùm materia eſt cocta, nullum amplius impendet de viræ ægrotantis periculum, cum natura iam dominetur ſupra cauſam morbificam: quare nec deueniendum eſt ad aquæ potum, qui eſt incertum medicamentum, quo morbi cauſa recrudeſcere facilè poteſt: ergo cocta materia medicamento opus eſt, non aquæ potu: hæc Coſtæus.

D

Sed puto vtramque opinionem veriſimilem eſſe, ac veram, facta hac febrium ardentium diuiſione; nam alia eſt, quæ fit à ſanguine, & ſynocha ſeu ſynochos appellatur; alia verò, quæ fit à bile, & cauſos, ſeu ardens dicitur; in prima febre ardenti, ſiue ſynochos ſit putris, ſiue imputris, vt concedatur aquæ potio, expectanda eſt coctio.

E

In ſecunda verò, nempe in febre ardente, nulla expectata coctione danda eſt aquæ potio. Galenus loquebatur de febre ſynocha, quando dixit eſſe propinandum aquæ frigidæ potum: Auerrois verò ſermo erat de febre ardenti, quando ſcripſit à principio, nulla expectata coctione, eſſe exhibendum potum aquæ frigidæ.

Ad Coſtæum reſpondendum eſt, quod in febre ſynocha non opus eſt purgante medicamento, cùm nullum aptũ ſit ad ſanguinem educendum; ſed ſola aquę potio requiritur ad partium internarum, & viſcerum attemperationem, ac corroborationem, quibus à gelidæ aquæ potu roboratis, & attemperatis expellitur humor concoctus.

Neque potus aquæ incertum eſt medicamentum; nam ſemper ſuam inducit in partibus refrigerationem, ad quam ſequitur temperies viſcerum, & robur.

Vtilitas, quæ ex huiuſmodi aquæ potione contingit, Galeno authore, maxima eſt; nam cum partes præcipuæ, ac viſcera à calore febrili laxata ſint, atque debilitata, aqua ſua frigiditate ea roborat, & quodammodo adſtringendo recreat, & corroborat; quo nomine robuſtiora reddita, materiam à natura coctam, & ſuperatam extrapellunt, vel per ſudorem, aut ſeceſſum, vel vomitum, & etiam per hæc omnia loca conferentia, inde corpus ſæpè à febre liberatur.

Cùm autem materia hæc nulla alia ſit, quàm ſanguis ſiue aduſtus, ſiue putrefactus, ſeruans adhuc ſuam ſanguinis naturam, nullum datur genus medicamenti, quod poſſit ipſum extra corpus ducere, neque opus eſt medicamento ad illum educendum, vt Coſtæus dicebat, quare concocta materia in ſynocha febre ab aquæ potu expellitur, vt ſupra ex Galeno dictum eſt.

Eſt, & alia vtilitas, quam affert aqua epota in febribus biliosis, & præſertim arden-

ardentibus ex Auerrois ſententia, nempe extinctio caloris in humore bilioſo accenſi antequā is vlterius calefaciendo, & adurendo proſequatur: præterea illam materiam acrem, & tenuem incraſſat, atq; refrigerat, qua ratione materia incraſſata caloreque feruido quodāmodo extincto, ęger à morte liberatur, quamuis morbus prorogetur. Longè melius eſt, vt dicebat Raſis, morbum prolongare, quàm ſine potu aquæ relinquere febrientem periturum, vt apparet in hiſtoria illius ſerui, cui fuit denegatus potus aquæ.

De quantitate aquæ exhibendæ, non videtur eadem eſſe Galeni, & Auicennę opinio; nam Galenus loco præcitato permittit ægrotanti tantum aquę bibendum eſſe, quantum poteſt vnico hauſtu trahere.

Auicen. verò addit tantum aquæ ad bibendum à medico febrienti eſſe concedendum, quouſque membra præ frigore tremant, colorque corporis ad colorem viridem tendat, quaſi ſanguis ſit veluti mortificatus.

An modò quantitas hæc indeterminata præfiniri poſſit aliqua menſura, non ita clarum eſt; nam Galenus x. meth. med. cap. 5. permittit, vt ægrotantes aquam bibant ad duarum cotylarum menſuram.

Auicennas verò fen. 1. lib. 4. tract. 2. cap. 7. heminam vnam cum dimidio permittit; cotyla enim, & hemina vna, & eadem res eſt: habebatur autem cotyla apud Athenienſes pro menſura quadam liquidorum, quæ pendebat vncias nouem.

Nam continebat, vt Galenus Author eſt lib. de comp. med. loc. menſuram ſemiſextarij. Imo verò ipſa cotyla dicebatur ſemiſextarium, quod Græci ἡμίξεστον appellabant: ſextarius autem pendebat vncias decem, & octo.

Igitur cotyla apud Athenienſes erat menſura nouem vnciarum; quamuis huiuſmodi menſura apud Romanos acciA peretur modò pro decem vncijs, modò pro libra vna; ita vt menſura aquæ terminata à Galeno eſt duarum librarum; ab Auicenna verò eſt vna libra, cum dimidio.

Verùm ſi conſideremus conditiones eorum, quibus concedi aqua debet, videbimus eos eſſe tales, vt vnico hauſtu non modò libras duas, ſed etiam quatuor, & ſex aquæ trahant, & longè B plus, in iſtis partibus, præſertim, vbi maior pars hominum delectatur aquæ potione.

Vidi plures vnico hauſtu exiccare vas, quia pluſquàm lib. v. pendebat, ſanitatis tempore, æſtate feruente, etiam à mulieribus. Nonnulli quoque ægrotantes ſibi hauriunt repetitis vicibus vſque ad libras decem, & duodecim & tamen nunquam obſeruaui ali- C quem, qui ex potu aquæ frigidæ in tremorem inciderit, ob frigiditatem aquæ epotæ, etiamſi gelidiſſimæ: nec audiui ab aliquo, nec vidi corpus mutatum fuiſſe ad viridem colorem.

Vt ſummatim concludam, puto non poſſe omnibus ægrotantibus menſuram aquæ ad potandum vnico hauſtu determinari, cum alij plus, alij minus bibant, eaque ſecundùm magis, & minus replean- D tur.

Circa modum offerendi eam, Galenus, & Auicennas permittunt, vt æger vnico hauſtu aquam, quantū poſſit, hauriat. Alij verò permittunt quidem vnica tractione ſibi aquam haurire, verùm antequam ipſam aquam porrigant, interrogant primùm ægrotantem, an bibere velit, & vbi dicat optare potum ſummopere, fingunt ſe nolle conce- E dere.

Qua arte dicunt magis ægrotantes accendi, auidiuſque poſtea aquam haurire, qua vbi repleti ſunt, ita vt non amplius ſitiant, ipſos ſtragulis tegunt, vt inde ſudare poſſint, aut per aliam viam cauſam morbificam expellere.

Quod ſi non ſatientur prima potione,

ne, eam repetere iubent bis, & ter, quo uſque non amplius ſitiant; inde tegumentis corpus operientes curant, vt ſudor prouocetur, vel alia euacuatio; quo nomine ægrotantes à febre liberantur.

Benedictus Victorius lib. 2. ſuæ empiricæ cap. 12. ſcribit potum aquæ gelidæ non modo iuuare febricitantes ſynocha, aut ardenti, ſed etiam prodeſſe oppreſſis tertiana exquiſita tam intermittente, quàm continua, cum & ipſæ non valdè diſtent ab ardentiſſimis febribus: & hæc de gelida aqua, vt eſt medicamentum, & potus.

Sed quoniam Hippocrates ſcripſit lib. 3. acut. 40. aquam amareſcere, in bilem conuerti, nec ſitim extinguere, dubitare quiſpiam iure poterit, qui factum eſt, vt Galenus, & Auicennas eam non ſolum ad ſitim extinguendam concedant, ſed etiam febrem mitigandam, præſertim ardentem, cuius cauſa eſt bilis?

Augenius lib. 2. epiſt. & conſult. ad Io. Baptiſtam Cæſamum videns hanc difficultatem ipſam de medio tollere tentat, hac facta reſponſione, aquæ potus duobus modis conſideratur, vel vt ſenſim, ſenſim bibitur, & in pauca quantitate; vel vt affatim tota, & in magna copia hauritur; primo modo vera eſt propoſitio Hippocratis; at ſecundo modo falſa.

Sed quoniam hæc propoſitio duas habet partes, vna quod in pauca copia, & ſenſim aſſumpta, non tollat ſitim; altera, quod in bilem conuertatur, & per conſequens amareſcat; primam partem propoſitionis probat Augenius exemplo deſumpto a fabris ferrarijs.

Hi cùm in carbonibus ignem accendere tentant, aquæ exiguam quantitatem ſupra eos inijciunt, & ſenſim; è contra verò, vbi ignem extinguere cupiunt, multam aquam ſuper carbones accenſos proijciunt; ita igitur euenit ſummè ſitientibus, quibus ſi porrigatur

A aqua in pauca copia, & ſenſim ſubminiſtrata, tantùm abeſt, vt illis extinguatur ſitis, vt potius augeatur; at vbi copiosè; & affatim iniecta fuerit, extinguitur ſitis.

Secunda pars propoſitionis allatæ ab ipſo probatur; nempe quod aqua in pauca copia, & ſenſim ebibita conuertatur in bilem, ſuppoſito Ariſtotelis veriſſimo fundamento 2. de generatione,

B & corruptione, quo in loco diſputans de miſcibilibus, dicebat ea debere eſſe quodammodo inter ſe æqualia; nam ſi plurimùm inter ſe copia diſtarent, denominatio fieret ſemper à prædominante, vt in exemplo guttæ aquæ, quæ non poteſt miſceri mille amphoris vini.

Suppoſito hoc tanquam vero Ariſtotelis documento, ad hunc argumentatur modum. Quemadmodum multa

C aqua vini exiguam portionem in ſe ipſam conuertit; ſic è contrà multa vini paucam aquæ quantitatem transmutabit in vinum.

Hoc ſtante ſtatuamus (inquit) bilem eſſe vinum, quia affinitatem cum eo habet maximam; magna quantitas vini non poterit à guttis aquæ mitigari, multò minus euinci, aut extingui; neque

D vinum in exigua quantitate extinguet magnam copiam aquæ.

Subiungit Augenius dicens Hippocratem tale quidpiam dixiſſe, quando ſignificauit bileſcere aquam; ſupponit enim multam copiam bilis in præcordijs adeſſe, cuius cauſa ægrotus plurimùm ſitiat; eſt, ait, in his aqua ſiticuloſa, quia in exigua quantitate epota, cùm euincere non poſſit abundantiã

E bilis, accidit ipſam vinci, ac ſuperari à bile dominante.

Ex huius doctiſſimi authoris allato diſcurſu apparere ſatis puto paucam aquæ copiam epotam non extinguere ſitim, ſed conuerti potius in bilem. Hanc ſententiam aſſumpſit Augenius tam ex Gentili, quàm ex Iacobo de Partibus

tibus ſupra expoſitionem 7. capitis tractatus ſecundi ſen primæ lib 4.

Sed puto aliud eſſe loqui de ſiti vera, & naturali; aliud de ſiti mendoſa, & morboſa. Si ſermo ſit de ſiti naturali, verum eſt ab aqua ſenſim hauſta, & in pauca copia augeri ſitim, ſi præcipuè ſit magna, ac vehemens; è contra verò à copioſa aqua affatim ebibita extingui vnica vice ſitim; nam aqua eſt verè ſitis obiectum.

Verùm ſi ſermo ſit de ſiti morboſa, & præſertim de illa, cuius hoc in loco meminit Hippocrates quocunque modo aſſumpta fuerit, ſiue paulatim, ſiue affatim, & in multa copia, ſemper auget ſitim; nam Hippocrates loquitur de morbis acutis thoracis, nempe de pleuritide, & peripneumonia biliosorum hominum, in quibus aqua ſenſim ebibita non extinguit ſitim; ſed neque affatim, & in multa copia; imo verò potius à multa aqua ebibita magis augetur ſitis; nam cum pulmones inflammati calefaciunt illam aquam, quæ in ventriculo inijcitur, hinc magis augetur ſitis.

Quare dico, ſitim mendoſam non poſſe extingui ab aquæ potione, quocunque modo fuerit ebibita; quare, & argumentum illud ab Augenio acceptum de fabris ferrarijs nihil concludit.

Eſt modò & ſecunda pars propoſitionis, quod aqua bibita conuertatur in bilem, quam partem nititur probare Augenius à miſcibilibus, quæ ſi quantitate proportionata non ſint, ita vt vnum in magna ſit copia, aliud in exigua, tunc quod eſt maius quantitate, vincit aliud, in ſui naturam illud conuertens, vt exemplificat de aqua, & vino.

Vinum enim ſi paucum fuerit, & multa aqua, ita euincitur, vt totum conuertatur in aquam: inde eſt, quòd aqua ebibita non amareſcit, ſi tamen res ipſa recte conſideretur, videbitur magnam adeſſe difficultatem; nam ſtantes in exemplo propoſito de aqua, & vino experientia oſtendit, quòd quando multa aqua admiſcetur exiguę vini quantitati, quòd vinum ipſum totum corrumpitur, & acquirit naturam aquæ, & ſaporem quoque, quod idem bili contingere deberet, ſi ab aquæ copia corrupta foret.

A

At Hippocrates dicit aquam bibitã in morbis acutis thoracis amaram reddi, ergo potius dicendum vebit bilem aquam corrumpere, & eam in ſui naturam conuertere, eique colorem, & ſaporem impertiri.

B

At dicet quis pro Augenio verum eſſe bilem conuerti in aquam copioſè, & affatim bibitam, & tunc non amareſcere, falſum tamen, ſi ſenſim, & paulatim aſſumatur, quia euincitur à bile copioſiori, & tunc vera eſt propoſitio Hippocratis, quod aqua epota amareſcit, hoc eſt ſenſim.

C

An dicendum veniat morbos acutos eſſe in duplici differentia, alios particulares thoracis, alios verò eſſe vniuerſales? ſi ſermo ſit de acutis morbis thoracis, aqua vtroque modo ebibita amareſcit ſemper, & nunquam extinguit ſitim.

At ſi ſecundo modo conſideretur, reſpectu videlicet tam febris ſynochæ, quàm ardentis, vtro accipiatur modo, nunquam amareſcit, ſed potius ſitim extinguit, & eò magis ſi frigida, multa, & affatim ebibatur, quod experientia quotidiana demonſtrat, non modò in his, ſed etiam in febribus bilioſis; ægrotantes enim vbi multum ſitiant, ſi eis porrigatur aqua, ſiue pauca, ſiue multa, ea ſemper delectantur, nec vnquam obſeruatum eſt eam amareſcere.

D

Quare hæc propoſitio Hippocratis intelligenda eſt tantummodo de morbis acutis thoracis, nequaquam de febribus acutis; multò minus de ſanis corporibus. Qui cupit plura de huiuſmodi aqua intelligere legat doctiſſimum Mercurialem lib. prælectionum Bonon. ſuper hunc Hippocratis textum.

E

Nn 2 Et

Et hæc ſint ſatis de aquæ potu in febribus ardentiſſimis, prolixè magis, quã decreueram, dicta; quæ tamen ſi rectè conſideretis non inutilia vobis erunt. Abſoluta curatione harum febrium per, inſtrumentum diæteticum ad alia duo declaranda propero, & primò ad chirurgicum.

DE CVRATIONE FEBRIVM biliofarum continuarum per Chirurgiam.

IN adminiſtrandò chirurgico inſtrumento, opus eſt in primis cognoſcere. an conueniat; deinde excogitare de recto ipſius vſu. Conuenit autem quando indicans præſens eſt, atq; permittens: indicans, vt multoties intellexiſtis, eſt copia ſanguinis.

In hoc caſu non modò ſanguis comitatur bilem, verùm facit obſtructionem ſua multitudine, hinc ſanguis mittendus eſt, primò vt minuatur cauſa faciens febrem, quæ eſt bilis ſimul cum ſanguine, per venam ſectam exiens; deinde vt obſtructio tollatur, & tandem, vt refrigeretur totius corporis habitus.

Sed huiuſmodi vtilitas eſt per accidens; nam ad ſanguinis euacuationem ſequitur refrigeratiò corporis; tribus igitur his de cauſis ſanguinis miſſio in hac febre eſt vtilis, ſi addit. conditio requiſita, & cauſa ſine qua non, quæ eſt robur virium.

Quod ad rectum vſum ſpectat, nempe quantum ſanguinis detrahendum ſit, quo tempore, quomodo, & ex qua parte mittendus veniat, cap. de febre tertiana ſatis declaratum fuit.

Huic inſtrumento annexæ ſunt cucurbitæ, frictiones, hirudines, & huiuſmodi, de quibus loco magis opportuno intelligetis; properandum nunc eſt ad tertium inſtrumentum, nempe ad pharmaciam, de qua eadem cogitanda ſunt, an conueniat, & qualis ſit rectus ipſius vſus.

A *DE CVRATIONE FEBRIVM biliofarum continuarum per Pharmaciam.*

DIctum fuit à nobis, capite de tertiana exquiſita, medicamenta alia eſſe, quæ intus aſſumuntur; alia quæ extra admouentur.

Priora adhuc ſunt duplicia; alia alterantia, alia purgantia; & rurſus quæ

B alterant vel ſunt, quæ magis propriè præparantia dicuntur, vel magis propriè alterantia.

Præparantia illa ſunt, quæ verſantur circa humorem iam ex toto putridum, qui cum non poſſit vlla ratione ad benignum reduci, tunc medicamenta ita ipſum præparare debent, vt ad purgandum aptior reddatur aliquam qualitatem auferendo, quæ impedimento erat,

C ne facilè ijs humor putrefactus medicamentum trahens ſequi poſſet.

Qualitas autem eſt, vel prima, vt nimia caliditas, vel nimia frigiditas: vel ſecunda, vt eſt viſciditas humoris, vel eiuſdem nimia acredo.

Quare hæc medicamenta tum vias aperiunt, tum humorem ad educendum faciliorem reddunt; meritò igitur hæc dicuntur præparantia medicamen-

D ta.

Verùm ſi humor nondum putruit, ſed redditus eſt noxius ob aliquam qualitatem, ſiue primam, aut ſecundam acquiſitam, tunc medicamenta alterantia exhibemus, vt ad priſtinum ſtatum, & ad benignitatem reducatur.

Quare hæc propriè magis alterantia dicuntur, quæ etſi eadem ſint cum præparantibus re ipſa, differunt tamen ra-

E tione. Quæ verò ſint hæc, iam habuiſtis cap. de tertiana exquiſita, quæ facultate maxima polleant tam refrigerandi, quàm humectandi, ſiue ſint ſub forma apozematum, ſiue ſyrupotum; eadem enim in hac febre conueniunt, atque dictum fuit conuenire in curatione tertianæ exquiſitæ; & hæc de alterãtibus.

Edu-

Educentia verò quod à natura, vel ab arte præparatum eſt, ſunt in quadruplici differentia; aliæ per deiectionem, alia per vomitum, alia per ſudorem, & alia per vrinam educunt.

Præparantia medicamenta huic febri conuenientia, quæ non modò humorē bilioſum, acrem, & mordacem temperant, verùm etiam, quę febrem remittunt, plura exiſtunt, ſed quæ mihi probantur, ſunt

℞. Syr. de agreſta,
De acetoſitate citrij,
De ſucco roſarum,
De endiuia ſimpl. ana vnc. ß.
Aquarum acetoſæ,
Endiuiæ,
Lactucæ, ana vnc. j. ß.

In huiuſmodi febribus opus eſt ſemper aquam copioſiorem concedere, præparata bilioſa materia, vijſque, quæ obſtructæ erant, apertis, quamuis febres bilioſæ acutæ ſint, breuique tempore terminentur; propterea non oportet tam diu vti ſyrupis.

Tempus eos offerendi eſt, quando calor ad augmentum tendit, aut ad ſummum vigorem deuenerit; ita vt ſit per vniuerſum corpus diffuſus, quibus vbi præparata ſit materia, deueniendum eſt ad aliquod genus medicamenti, quod materiam extra corpus ducere valeat, quamuis aliquando nulla facta præparatione ipſam educere expediat, ſiue turgeat, ſiue non turgeat, ſed quieta ſit in venis.

Cum igitur oportet purgare, indicante præſente, virtuteque conſtante, formam medicamenti inuenire eſt neceſſe, quæ eſſe poteſt, vel in forma potus, aut pilularum, vel in forma boli.

Inter alia medicamenta ad bilem extra corpus educendam, ab Auicenna proponuntur tamarindi, quos ſummè laudat Auerr. lib. 7. collig.

Modus eos adminiſtrandi eſt per infuſionem, vel in aquam puriſſimam, & frigidam, aut in ſerum lactis, vel in aquā

A hordei aut cichorei. Garſias ab Horto accipit vnc. iiij. tamarindorum, & infundit in aquam frigidam, aut in aquam cichorij per tres horas.

Doſis eſt ab vnc. j. ß. ad vnc. ij. aquæ verò quantitas ad lib. j. quæ offeratur ægrotanti.

Sed vnum hoc loci dignum habemus obſeruatione, quod Auicennas prohibet ſomnum poſt aſſumptionem
B medicamentorum leuium, & benedictorum, quamuis velit dormiendum eſſe poſt medicamentum forte; ſed tamarindi ſunt medicamenta benedicta, ergo poſt ipſorum aſſumptionem non eſſet dormiendum, & tamen hoc in loco iubet poſt tamarindorum potum eſſe dormiendum.

An dicendum veniat in tamarindis duplicem eſſe facultatem, vnam ſoluen-
C di; aliam alterandi, hoc eſt refrigerandi, & exiccandi, vt Garſias ab Horto ſcribit ex Arabum mente in tertio gradu, cap. de tamarindis 29. adhoc verò, vt ad actum redigantur, valido egent calore; nam ſubſtantia eorum eſt terreſtris, & craſſa?

Neque inter benedicta medicamenta aliud eſt, quod tam terreſtre ſit, quare à pauco calore ad actum non redu-
D cuntur, vt manna, caſſia, & id genus, vnde Auicennas non ſcripſit ſuper ea aſſumpta eſſe dormiendum, ſed tantùm ſuper tamarindos, qui actuati refrigerant intenſum calorem in venis æſtuantem, & quaſi ipſum reficiunt, ſimulque, & bilem attemperant, & quodammodo venas corroborant.

Hinc bilis ſubſequitur facilis eductio; trahente enim medicamento; ca-
E lore ſimul cum venis impellente fit bona purgatio; quo validiore reddito, ad actum reducit illam facultatem ſoluendi, qua bilem attemperatam extra ducit opem ferentibus venis corroboratis.

Per ſomnum igitur calor magis reficitur, ſimulque à tamarindorum frigidi-

gidicate refocillatur, & venæ robuſtiores redduntur; hinc facilius impellunt bilem aliquo modo à tamarindorum frigiditate temperatiorem redditam, itaq; ex medicamento attrahente, & venis impellentibus fit purgatio.

Meritò igitur Auicennas ſcripſit ſuper aſſumptos tamarindos eſſe dormiendum. Quare non probatur mihi Iacobi de Partibus ſententia dicentis ideo Auicennam poſt tamarindorum aſſumptionem eſſe dormiendum voluiſſe, quod exiſtimaſſet à tamarindis poſſe aliquam nutritionem prouenire; nam aduerſatur naturæ medicamenti.

Medicamentum vincit; alimentum verò vincitur, & conuertitur in naturã alti; at tamarindi ſunt medicamenta, & vt talia ab Auicẽna proponuntur; vincunt ſanè calorem, vbi actuati ſunt, ſuamque faciunt purgationem: deinde aciditas, quæ ineſt tamarindis, prohibet, ne in alimentum conuertantur: vnde Garſias ab Horto ſcribit ſuæ patriæ gentes aciditate ipſorum loco aceti vti tanquam ad guſtum gratiori.

Additque eſſe medicamentum, non alimentum, aptum ad humores expurgandos, & vbi recentes ſunt, quod ex his fiant conſeruæ Concludo igitur Auicennam dixiſſe ſupra ipſorũ aſſumptionem eſſe dormiendum, vt facilius ad actum reduci poſſit eorum facultas, tam refrigerandi, quàm purgandi.

In purganda igitur materia bilioſa in huiuſmodi febre ardente tale medicamentum ſub forma potus offerendum eſt.

℞. infuſionis tamarindorum in aqua cichorij, vnc. iiij. infunde

Rhabarb. mat. in talleolas diuiſi, drach. ij.

Spicæ, gr. v.

Factaque forti expreſsione, diſſolue.

Mannæ Calabræ, vnc. iiij.

Diacatholici, vnc. ſſ.

Fiat potus breuis: vel loco mannæ.

A Syr. roſ. ex nouem infuſionibus ad vnc. v. aut vj. ſuper quem bibere ægrotantes poſſunt ſeri caprini deſtillati à lib. j. ad lib. ij.

Sub forma boli.

℞. Floris caſsiæ nouiter extractæ, vnc. j. ſſ.

Rhabarb. maturi ſubt. pul. drach. j. ſſ.

Cum ſaccharo fiat bolus: vel loco

B rhabarb. accipiatur.

Elect. de ſucco roſarum, vnc. ſſ.

Poſt purgationem conſueuit remanere ſitis tam in ardente, quàm in alijs tertianis continuis; quare ad ſitim extinguendam, biliſque feruorem remittendum poteſt parari huiuſmodi medicamentum.

℞. ſacchari violati,

Bugloſſati,

C Roſati, ana vnc. j. ſſ.

Diſſolue cum aquis acetoſæ, ſcariołæ, endiuiæ ana lib. ſſ. deinde per collum tranſfundantur, quibus adijcito

Pulu. diamarg. frig. drach ij.

Syr. de pomis,

De acetoſitate citrij,

Oxyſaccharæ, ana vnc. ij.

Foliorum auri, num. iiij.

Omnibuſque ſimul; mixtis exhibea-

D tur cochlear frequenter in die. Deinde ſuperbibat.

Aquæ acetolellæ, aut

De endiuia ab lib. ſſ.

Vel ſi æſtas ſit, aquæ gelidæ potio vinico hauſtu ad lib. j.

Pro paſtillo.

℞. Spec. diamarg. frig. drach. j.

Trium ſantal. drach. ſſ.

Quatuor ſem. frig. mai. ana drach.

E j. ſſ.

Sacchari diſſoluti in aqua roſ. q. ſ. fiat confectio in tabellis, aut paſtilli. Doſis ſit ad drach. ij. ſuperbibat æger

Aquæ acetoſellæ, vnc. v.

Iulapij violati, vnc. j. ſſ.

Fiat hauſtus.

Auicennas proponit emulſionem por-

portulacæ, aut endiuiæ. Modus has faciendi talis eſto.

℞. Sem. ſcariolæ,
Endiuiæ, ana drach. ij.

Contundantur, & cum vnc. v. aut vj. aquæ fontis colentur, & pótui offerantur.

Sunt modò localia præſidia, quibus iecur, ventriculus, atque cor corroborantur. Auicennas quoque proponit medicamenta capiti applicanda.

Epithema pro corde.

℞. Aquæ acetoſæ,
Bugloſſi,
Meliſſæ, ana lib. ß.
Roſarum, lib. j.
Santalorum omnium,
Coralliorum rubeorũ, ana drach. iij.
Ligni aloes,
Corticum citrij,
Seminis ocymi, ana drach. j.
Oſſis de corde cerui, num. ix.
Croci parum.
Fragmentorum lapid. pretioſ. ana ſcrup. ß.
Vini albi odoriferi, vnc. ij.

Calidum applicetur immergendo intus pannum ſericum chermeſinum.

Aliud magis refrigerans.

℞. Aquæ roſarum,
Nenupharis,
Violarum, ana vnc. ij.
Trochiſc. caphuræ, drach. ß.
Margarit. ſ. p. drach. j. ß.
Spec. trium ſantal. drach. ij.
Aceti, vnc. j.

Toto thoraci ſummè æſtuanti applicentur lintea immerſa in hac decoctione.

℞. Aquæ roſarum, vnc. iiij.
Olei roſati, vnc. ij.
Violati, vnc. j.
Aceti, vnc. ß.

Aliquando ſupra apponantur folia lactucæ, aut etiam vitium, vſuſque ſit moderatus.

Pro iecore.

Alia eſt ratio medicamentorum com- A ponendorum localium pro hepate ab ea, quæ fit pro medicamentis thoracis; nam in thoracicis euitanda ſunt adſtringentia; in medicamentis vero hepaticis tam reſoluentibus, quàm repellentibus, aut laxantibus; ſemper aliquid admiſcendum eſt, quod adſtringendi vim habeat, vt à Galeno habetur 13. meth. med. cap. 15. quo in loco Attalum medicum reprehendit, quòd Theagini phi- B loſopho cataplaſma relaxans iecori malè affecto applicauerit, ipſumque propterea interfecerit.

Vbi igitur applicanda ſunt iecori externa præſidia, ſiue ad calorem præter naturam tollendum, ſiue ad materiam bilioſam intus exiſtentem, per poros cutis euacuandam, aliquid medicamentis, quod adſtringendi, & corroborandi vim habeat, admiſcendum eſt, vt in hoc C exemplo pro epithemate.

℞. Succi endiuiæ,
Cichorij,
Plantaginis, ana vnc. iij.
Succi abſynthij, vnc. ß.
Aquæ roſarum,
Endiuiæ,
Agrimonij, ana lib. ß.
Trium ſantalorum,
Scœnanthi, ana drach. j.
D Aceti albi, vnc. j.

Foueatur tota hepatis regio, deinde iunge hoc linimento.

℞. vng. roſ. Gal.
Santalini, ana vnc. j. miſce.

Ad renes calefactos.

℞. Infrigidantis Gal.
Vnguenti ſantalini, ana vnc. j. miſce.

Epithema pro ventriculo.

E ℞. Aquæ roſ. lib. j. ß.
Succi pampinorum vitis,
Polygoni,
Cichorij, ana vnc. vj.
Vini odoriferi, in quo ebullierint
Maſtiches, drach. iij.
Foliorum abſynthij, manip. ß.

Fiat fomentum, & applicetur ventriculo

culo cum ſpongia, deinde inungatur tota ipſius regio.

℞. Olei roſati vnc. j ß.

Spec. diarrhod.

Diamarg. frigidi, ana ſcrup. ij.

Cum modico ceræ fiat vnguentum.

Tempus applicandi localia hæc medicamenta in cauſone eſt, cum non apparent manifeſtæ acceſſiones ſemper; & vbi adſunt acceſſiones, in fine vigoris, & in declinatione adminiſtrantur.

Pro capite oxyrhodinum.

Sæpè contingit ęgrotantes incidere in paraphrenesim atque in immoderatam vigiliam. Pro inhibenda paraphreneſi immergantur lintea in huiuſmodi oxyrhodinum, & toti ſincipiti, fronti, ac temporibus applicentur, aliquando frigida id eſt in ſummo æſtu, morbique initio.

℞. Aquæ roſ.

Olei roſ. ana vnc. iij.

Santalorum citrinorum, drach. j.

Caphuræ, gr. iiij. miſce.

Si maiori refrigeratione opus eſſet, poſſunt recipi aquæ nenupharis, ac portulacæ.

Embrocatio.

℞. hordei excoriati, lib. ß.

Fol. violarum,

Roſarum, ana pug. ij.

A Fol. vitis,

Salicis,

Nenupharis, ana manip. j.

Bulliant in viij. libris aquæ fontis puriſſimæ, deinde fiat embrocatio.

Deinde abraſum caput inungatur hoc linimento.

℞. Olei roſati,

Nenupharini, ana vnc. j.

Opij, gr. x.

B Cum modico ceræ fiat linimentum.

Ad ſomnum conciliandum valet huiuſmodi decoctum.

℞. Fol. lactucæ,

Portulacæ,

Solani,

Semperuiui, ana manip. ij.

Vitis,

Salicis, ana manip. j.

C Flor. nenupharis,

Violarum, ana pug. j.

Pulpæ cucurbitæ cum ſuis ſeminibus lib. ß.

Bulliant in aqua fontis ſecundùm artem.

℞. huius decocti lib. iij.

Aceti albi, vnc. vj.

In hac decoctione lintea immergantur, quibus calidis inuoluantur pedes. Et hæc de curatione febris ardentis, & tertianæ continuæ.

DE FEBRE TRITAEOPHYA:

CAPVT VNDECIMVM.

SVb febrium bilioſarum genere collocandam cenſui illam febris ſpeciem, quam Hippocrates, & Galenus tritæophyam appellarũt. De hac loquens Ludouicus Luretus Hipp. commentator egregius lib. 1. tex. 34. in coacis prædictis, adhũc modum ſcribit.

Febres tritęophyæ ſunt natura malignæ, tũ ſpecie, & idæa, tũ magnitudine, B more, & motu, periodico, vniuerſali, & particulari. Eſt enim febriũ tritæophyarum cacochymia maligna, & multiplex; vires acquirunt eundo, diebus criticis exardeſcunt, grauiſſimiſq; ſymptomatibus ægros cumulant. Denique nihil fit, nihil apparet, in huiuſmodi febribus, quod

quod metu non magis ægrotos, & medi
cos terreat, quam ſpe boni conſoletur.

Nomen ipſius deductum eſt à nomi-
ne adiectiuo Græco tritos, & alio no-
mine phyj, vel à verbo phyo, quod pro-
duco, vel genero, aut etiam imitor ſigni
ficat, itaut nihil ſonet, tritæophya, niſi
ſebrem imitantem tertianam ſebrem.

Non deſunt aliqui (puto per iocum)
qui deducunt hanc ſebrem à ſerpente
quodam nomine ophis, quē adeò vene-
noſū dicunt, vt ſuo morſu ſtatim hominē
vita priuet. Verùm ſerpens iſte ophis,
ex Ariſtotele libro 8. de hiſt. animal.
cap. 17. nihil aliud eſt, niſi ſerpens il-
le, qui coluber appellatur, quare non
eſt ille, qui morſu ſuo homini vitam
adimat, de quo Dioſcorid. libro 2. cap.
17. ait, proprium exuuium veris tem-
pore per viam deponens hominibus vti
lis, & proficuus eſſe ſolet.

Huiuſmodi ſerpens, ni fallor, is eſt,
qui apud Italos biſcia nominatur, vnde
Dioſcorides dicebat, ſenectam angui-
um vino decoctam aurium dolori pro-
deſſe ſolere: ſed ſerpentes, qui vni-
co morſu ſtatim interficiunt, illi ſunt,
qui ſub aſpidum genere continentur,
& tres præcipuè à Galeno enumeran-
tur, libello de theriaca ad Piſonem,
nempe ptyas, cherſea, & chelidonia.
Vnus horum, nempe ptyas, Reginæ
Aegypti Cleopatræ vnico morſu vi-
tam breuiſſimo tempore ſuſtulit, quod
illa ſummè optabat, quare non vide-
tur poſſe deduci nomen tritæophyæ
à ſerpente ophis dicto: & hæc quo ad
nomen.

Antequàm vlterius progrediamur,
tria examine digna occurrunt: primum
eſt, cur Galenus lib. 2. de diff. febr. cap.
2. ſcribat eas febres, quæ tertio quoq;
die inualeſcunt, appellari tritæophyas,
his verbis: at quæ tertio quoque die
inualeſcunt, ego quidem nominare
conſueui tritæophyes, hoc eſt tertiana-
rum naturam referentes?

Ratio dubitandi eſt, quia aliæ febres
A præter tritęophyas tertio quoque die
exaſperantur, vt hemitritęus, ſeu ſemi-
tertiana, & tertiana tam continua, quā
intermittens, necnon & tritæophyes,
quæ omnes de tertio in tertium inua-
dunt, licet cum hac differentia, quia
in hemitritæo habentur duę differentiæ
acceſſionis, vna eſt horrida, ſeu horrifi-
ca, altera plana, atque continua.

Fit in hemitritæo horrifica acceſſio,
B quia bilis putreſcit extra vaſa; altera
verò acceſſio à pituita putreſcente in-
tra vaſa, hinc huiuſmodi febris dicitur
compoſita, ex tertiana videlicet inter-
mittente, & quotidiana continua, at in
tritæophya bilis accenditur intra ve-
nas, quæ ſua ingenti copia inducit pra-
ua ſymptomata, vt ſunt vomitus, præ-
focationes cordis, ſudores calidi pri-
mùm, deinde frigidi, animi defectus.

C Et febris hæc à Galeno dicitur acu-
ta cum magnis ſymptomatibus, deinde
poſtero die remittitur acceſſio, & dum
inquit Galenus, adeſt in corpore, accen-
dit alios humores, qui putreſcunt, & pu
trefacti inducunt aliam febrem, quæ
quo ad apparentiam remiſſior, quo ad
eſſentiam valdè contumax eſt.

Conuenit igitur hęc tritæophya cum
hemitritæo, quod ambæ duas faciant ac
D ceſſiones, ſed inter ſè longè differentes;
nam in hemitritæo bilis putreſcit extra
vaſa, in tritæophya verò putreſcit intra
vaſa: & ambæ conueniunt, quòd ex
aſperantur de tertio in tertium at re-
ſpectu ſecundæ acceſſionis valdè diffe-
runt; nam in hæmitritæo acceſſio hæc
ſecunda fit à pituita intra vaſa putre-
ſcente, in tritæophya verò non ſolum
bilis, ſed alij praui humores cum ipſa
E bile putreſcunt.

Hinc fit acceſſio remiſſior, quo ad
ſensū, quę quo ad eſſentiam eſt peſſima;
nam putreſcunt humores pituitoſi, &
praui, & vt dicebat Duretus, praua ca-
cochymia putreſcit intra vaſa.

Fit modò & febris tertiana conti-
nua, & febris tertiana intermittens, quæ

& ipſæ de tertio in tertium inuadunt, nullâq; aliam habent acceſsionem, vnde eſt, quod vno die exaſperatur de tertio in tertium; tritæophya verò duplicem habet acceſsionem, quæ ambæ de tertio in tertium ſibi inuicem reſpondentes inualeſcunt.

Non videtur igitur dicendum tritæophyam ſolam de tertio in tertium exaſperari, cum & tertiana continua, & quæuis alia eiuſdem generis, & hemitritæus exacerbentur de tertio in tertium, vel illæ febres de tertio in tertium exaſperantes appellari deberent tritæophyes.

Reſpondeas, quòd febres, quæ de tertio in tertium inuadunt, ſunt in duplici differentia, aliæ, quæ vnicam faciunt tantùm in die exaſperationem, ſiue continuæ ſint, ſiue intermittentes; aliæ verò ſunt, quæ ſingulo die exaſperantur, vt ſunt tritæophyes, & hemitritæi, cum hac differentia; nam tritæophyæ exaſperantur quotidie, primo quidem die intenſe ratione bilis putreſcentis ſolæ intra vaſa, & in die impari in ſecundo, & poſtero die magis blandè apparenter, ſed valdè intenſius, quia in eo magis putreſcunt varij humores.

Igitur vtroque die impari, & pari exaſperari dicuntur, qua ratione inquit fortè Gal. appellauit tritæophyas, quod die ſingulo exaſperentur, & per excellentiam indidit hoc nomen, quod non ſolùm vnam imitentur, ſed duas tertianas continuas ſibi ad inuicem correſpondentes.

At quamuis hemitritæus duplicem faciat acceſſionem, non tamen ſecundùm vtranque de tertio in tertium exaſperatur, ſed ſecundùm illam acceſſionem, quam horridam, ſeu horrificam facit ratione bilis putreſcentis extra vaſa, quæ ſemper manifeſte de tertio in tertium exaſperatur.

Secundum, quod examini ſubijcimus, eſt, quod Gal. loco citato 2. de diff. febr. 2. inquit: aliæ verò, ideſt febres, quæ die intermedio alteram faciunt acceſſionem, nullum præcipuè obtinent nomen: & tamen alijs in locis huiuſmodi febres habentes die intermedio acceſſionem appellauit hemitritæos, vt rectè animaduertit Franciſcus Valleſius lib. controu. med. & philoſoph. x.

A

Circa quod breui quidem oratione dicimus has febres non habere præcipuè nomen, ideſt nomen aliquod ſimplex, quòd ſignificare valeat earum naturam, & eſſentiam, ſed habere quidem compoſitum nomen, cuiuſmodi eſt tritæophyes, aut hemitritæus, quæ ſanè voces ſunt ex alijs ſimplicibus conflatæ, vt omnibus liquet.

B

Tertium, quod examinandum præcipuè eſt, cenſeo eſſe locum illum Gal. in lib. 1. Hipp. de morb. vulg. com. 2. t. 25. vbi ait, loquens de tritæophya, quod niſi Hippocrates quemadmodum febres, quæ tum vigebant, ordinatas acceſſiones faciebant, adſcriberet, magnam nobis hæſitationem reliquiſſet, inueſtigantibus, qualnam vocet tritæophyes, ideſt tertianæ naturam referentes. Sed cum dixit more febris naturam tertianæ referentis, nulla reſtat de re quæſtio, ſed de ſignificatu huius nominis tritæophyæ.

C

Ex altera parte idem Galenus notat Hipp. de obſcuritate in eodem commentario paulò infra, vbi ait. Veruntamen non diſtributè, nec clarè expoſuit, vtrum qui eum in modum febricitarũt, hos poſtridie altera inuaderet acceſſio leuior ea, quæ pridie, an illa perpetua poſtridie remitteretur.

D

Quare ex Gal. mente laudandus eſt Hippocrates, quod dixerit has febres referre naturam tertianæ, & ſic nullam ſupereſſe de re quæſtionem. Deinde obſcuritatis redarguit, quòd non expoſuerit, an acceſſio poſterior ſit leuior, nec ne? At dicas aliud eſſe loqui de periodis acceſſionum, & aliud loqui de typo, ſeu de modo, quem acceſſiones

E

nes ſeruant in ſua periodo, ſeu circuitu. Hippocrates à Galeno laudatur, quod ſcripſerit periodum harum febrium fuiſſe tertianarum inſtar, & hac ratione inſtituit has febres, quando inuadunt, imitari tertianarum periodum: at quo ad typum, id eſt modum, aut ordinem; quem ſeruant in ſua periodo; nec clarè ſcripſit, an videlicet poſterior acceſſio eorum, qui triteophya corripiebantur, leuior eſſet ea, quæ in prima die inuadebat; an verò illa perpetuò poſtridie remitteretur.

An (inquit Galenus) voluerit innuere vnam fieri acceſſionem tertio quoq; die, ſed remiſſiorem poſtridie, itaut quo ad periodum ſeruatam à tritæophya in ſua inuaſione in prima die clarè docuerit Hippocrates fuiſſe tertianariam; at circa typum, quem ambæ ſeruant acceſſiones, videatur hoc pacto obſcurior?

Quamuis Galenus velit, vnam fieri tertio quoque die acceſſionem, ait quæ poſtridie fit, remiſſior eſt altera, vnde cum duæ ſint acceſſiones & ea, quæ poſtridie fit, remiſſior ſit altera, per conſequens prior eſt vehementior, & validior.

Occurrit præter has alia difficultas, quia Hippocrates libro 1. de coacis prædictionibus tex. 39. ſcripſit, quod tritæophyæ febres erraticæ, in pares mutatæ, ſunt contumaces, earumque paroxiſmos artialmos vocauit idem Hipp. quia contumaciam, atque criſim dubiam, & ſæpè mortem afferant.

Dixerim, quod huiuſmodi febres ſuapte natura diebus imparibus exardeſcunt, & vt dicebat Ludouicus Duretus, ſymptomatum ratione ſunt eximię, & excellentes; nam earum eſſentia poſita eſt in duplici paroxiſmo, quorũ vnus diebus imparibus vehementior, grauiorque apparet, & ad ſenſum valdè affligens, non modo ſui, ſed ſymptomatum grauium occaſione. vt dictum eſt.

Alter verò paroxiſmus in diebus pa-

A ribus eueniens, quamuis à ſenſu leuior videatur, nihilominus contumaciã morbi, & difficilẽ criſim, necnon & ſępe mortem ineuitabilem affert. Huius rei ratio deſumpta eſt à cauſa vtriuſq; paroxiſmi, prioris, nempe diei imparis, quæ eſt bilis ſola cumulata, & putrefacta in venis, & vehementi motu mouetur; vnde appellatus eſt huiuſmodi paroxiſmus à Dureto, & eximius, & excellens.

B Secundus verò paroxiſmus non eſt tam vehemens, quia non prouenit à ſola bile, ſed à cacochymiæ multiplicis corruptione, & vitio, & vt dicebat Ludou. Duretus com. 39. in coacis pręnot. fit, vt corruptionis incremento, & partium laceſsitarum irritamento, complexio non modò alteretur, & immutetur, ſed ipſa imparitas dierum vertatur in paritatem.

C Ita enim à natura comparatum eſt, vt temperies, facultas naturalis partium omnium corporis, atque œconomia conſeruetur; res enim naturales in ſuis actionibus eodem modo, ſemper ſe habent; nam ſi anni tempeſtas, exempli gratia, eſt tempeſtiua, hoc eſt ſeruat ſuam temperiem, corporis partes tam primæ, quàm ſecundæ benè ſe habent; ſi enim primæ, & ſimplices probè ſint

D temperatæ, & ſecũdæ benè compoſitæ, neceſſariò ſequitur, vt omnes benè nutriantur.

Inde excrementa eadem quantitate, & qualitate ſimilia, eodemque tempore, vt fiant neceſſe eſt, idemque fit collectionis tempus 2. de differ. feb. cap. 2. & ratio eſt, quia partes quo ad naturales facultates rectè conſtitutæ, & eodem nutritæ alimento, æqualia excre-

E menta quantitate, ſimilia qualitate, eodemq; temporis momento colligunt, & eadem periodo expellunt.

At ex illa ſimiliũm, & æqualium pariter, æqualiterq; collectorum, & excluſorum ineffenſè (vt ſic dicam) perennitate, morbi inde exiſtunt benè conſtituti, & optimi iudicij, quales re-

gnare dicuntur, quando anni tempora ſuam tempeſtatem conſeruant, aphoriſmor. 8. lib. 3. A

Sed ſi tempeſtiuè non ſint annorum tempeſtates, ipſaque deſectio temporū in alienatione tempeſtatum exiſtat, aut quod victus ratio ſit vitioſa, ex illa multiplici, & maligna cacochymia inde nata, valde labefactatur omnium partium ſimilarium natura, temperies. & totius corporis œconomia, & æqualitas B partium gignentium, mittentium, trahentium, aut ſuſcipientium excrementa; hinc morbi ſiunt inconſtantes, & difficilis iudicij, quales ſunt febres tritæophyæ.

Se ſe etiam offert vltimo loco diſcutiendum, cur Hippocrates appellat tritæophyas erraticas, cum ipſe dixerit moueri de tertio in tertium, & quæ mouentur hoc ordine, non poſſint dici erraticæ? C

Sciendum eſt, quod febres erraticæ ſunt in duplici differentia; nam, aliæ dicuntur erraticæ per ſe, aliæ per accidens: erraticæ per ſe dicuntur etiam vagæ à Cornelio Celſo, à Plinio ſtatæ, quæ veniunt abſque alio ordine, & improuiſò, quas ἀτάκτως euenientes appellat Hippocrates.

Per accidens verò illæ ſunt, quibus D contingunt incerti rigores, qui medio febris curſu exacerbantur, ideſt cum prior biliosa febris miteſcere incipit, altera exardeſcente, impari nempe die, rigor mouetur, cuius concuſsione irritata, maiori incendio conflagrant ægroti, & per tranſlationem acerbius tractantur.

Ergo cum exacto priore paroxiſmo febris biliosæ, & inchoata alterius ex- E acerbatione rigor incipit, hinc euenit maiorem fore afflictionem diei paris, quàm fuerit diei imparis, & huiuſmodi febres, quamuis ſint continuæ, ſuapte natura dicuntur erraticæ, ratione ſuperuenientis rigoris inordinati, vt ſupra dictum eſt.

Poſſent etiam dici hæ febres tritæophyæ erraticæ reſpectu horum rigorum, qui non omnibus febribus tritæophyeis contingunt, ſed quia diebus tantùm paribus, & ſine vehementi concuſſione.

Præterea tritæophyarum incertos appellat Hipp. rigores, quia medio febris curſu exacerbantur, valde maligni. Medium autem curſum vocat Hipp. medium iter periodi particularis, quæ horis quadraginta octo abſoluitur.

Ergo ſubiungit Duretus 1. de coacis prænot. tex. com. 39. cum exacto priore paroxiſmo biliosæ febris, & inchoata alterius exacerbatione, rigor incipit, clarum eſt multo maiorem afflictionē fore diei paris, id eſt ſecundi, quàm fuerit imparis, ideſt primi.

Ex ijs, quæ hactenus attulimus pro ſolutione propoſitarum dubitationum, deſcriberem ad hunc modum tritæophyam. Eſt febris continua putrida, cuius acceſsiones, quæ fiunt de tertio in tertium diebus imparibus, ſunt validæ, quæ verò acceſsiones fiunt poſtridie, nempe diebus paribus ſunt longè mitiores ad ſenium imitaturq; motum tertianarum febrium. Quoniam autem exacta cuiuſuis rei notitia pendet à cognitione cauſarum, de ijs in ſequenti verba faciemus.

DE CAVSIS TRITAEOPHEAE.

Cauſas febrium facilioris doctrinę cauſa, in internas, & externas ſemper diuiſimus, & ruſus cauſas internas in duas differentias partiti ſumus; nam aliæ ſunt præter naturales aliæ non naturales.

Ex externis aliæ proficiſcuntur à rebus non naturalibus quidē, ſed quæ neceſſariò nobis inſunt, aliq; verò à naturalibus, quæ dicuntur fortuitò, & caſu euenire; quamuis aliquæ harum ſint in noſtra poteſtate.

Auſpicemur primùm à cauſis præter na-

naturalibus, quæ duæ ſunt numero, vna, quæ ad clariorem doctrinam dicitur coniuncta, ſeu continens, quæ nihil aliud eſt, niſi humor iam putrefactus, ſiue ſimplex, ſiue compoſitus, qui morbum iam facit in actu.

Altera verò cauſa antecedens appellatur, & eſt humor nondum putrefactus, ſed in venis delitеſcens, aut alibi, vbi paratur, aut diſponitur ad putredinem ſuſcipiendam, vt inde putrefactus cauſam conjunctam adaugeat; cauſa enim coniuncta, & antecedens vnius ſunt naturæ, tantùm in hoc differentes, quòd cauſa coniuncta eſt humor putrefactus immediatè faciens morbum, antecedēs verò idem diſpoſitus ad putredinem.

Cauſæ igitur præternaturales, ex Galeno loco ſupra citato, ſunt crudi, pituitoſiq; humores putreſcentes, quibus etiam admixta ſit bilis; nam idem Galenus paulò infra dicebat iſtas febres, non ex vnico ſucco, ſed pluribus fieri, quorum calidior febrem acutam ſuccendit, inde diſcurritur, quæ dum corpus tenet, contingit frigidiores corrumpi, & putreſcere, & iterum accendi ex illa remiſsione, quam epiſchesim, vocat, quæ nihil aliud ſignificat niſi requiem, & immutationem febris, atque iſta febris euadit peior, quod videlicet vires à prioribus moleſtijs defatigatas inueniat, itaut ex Galeno febris huius cauſa coniuncta ſit humor crudus putrefactus, cui flaua bilis adiuncta eſt.

Et Ludouicus Duretus lib. 1. de coacis prædictionibus, in comment. tex. 27. naſcuntur (inquit) huiuſmodi febres ex diuerſorum humorum maligna cacochymia, quorum calidior quidem acutam febrem accendit, frigidiore interim putreſcente, vnde fit, vt remiſſa priore, altera rurſum accendatur, quia perſeuerante, quæ prior inuaſit, iterum exardeſcit, vt per huius importunitatē quieta natura non poſsit manere.

Neq; hoc loco poſſum probare Chriſtophorum Auega lib. 2. de differ. febri-

A um comment. 2. vbi ſcribit eam febrem quam 3. de criſibus 13. tertianam continuam ardentem Gal. appellauit eandē eſſe, cū ea de qua ſcripſit idem Gal. 2. de diff. feb. appellari tritæophyam; nam illam tertianam continuam fieri voluit ex flaua bile ſola putreſcente intra vaſa; tritæophyam verò fieri ex humoribus craſsis, quibus admiſcetur bilis.

B Rurſus in tertiana continua nullus apparet rigor, in tritæophya verò apparent rigores, vt ab Hippocrate habetur 1. de coacis prædictionibus textu 27. vbi dicit febrium tritæophyarum incertos eſſe rigores, qui medio febris curſu exacerbantur, & valdè maligni: & hæc de cauſis præter naturalibus.

Non naturales verò cauſæ, quas inſalubres vocat Galenus, prodeunt à ſex C rebus non naturalibus, & primò ab aere; nam is calidus, & humidus prædictos humores producit, & quamuis in ſecunda, & poſtera acceſſione ſint humores, vt dictum eſt, praui, & frigidi, in prima tamen acceſſione, quæ diebus imparibus fit, prædominatur bilis, itaut non modò frigidi humores, ſed calidi has acceſſiones inter ſe diuerſas producant.

D Hinc varius, & incoſtans redditus aer, eſt huius febris cauſa. Reliquæ verò cauſæ non naturales prodeunt à rebus non naturalibus nobiſcum verſantibus, quemadmodum de febribus malignis dictum fuit ſeptima Decade Miſcellaneor. cap. de febre maligna.

Sunt modò res non naturales, quas fortuito videntur euenire, tamen inter eas nonnullæ ſunt, quæ in noſtra ſunt E poteſtate, vt eſt immoderata venus, longus balneorum vſus, frequentes compotationes, crapulæ, & id genus, conferentibus rebus naturalibus, videlicet habitu corporis, complexione, ætate, & ſexu.

DB

DE SIGNIS TRITAEOPHYAE.

SIgna huius tam malignæ febris à tribus deſumuntur, non ſecus atq; in alijs febribus dictum eſt, ab actionibus nempe læſis, à qualitatibus mutatis, ſeu ab affectu corporis, & ab excretis.

Et primò ab actionibus ſenſitiuis, præſertim ab externis; nam rigores fieri videntur, ſed tamen non in omnibus, & ſingulis acceſsionibus, vnde Hippocrates ſcripſit erraticè hos rigores fieri, qui parui ſunt, eodem docente Galeno 1. ad Glauconem, vbi dicitur, quod quando à principio audimus aliquem paruo rigore correptum fuiſſe, eſſe poterit vel febris quotidiana, vel hemitritæus, aut aliqua alia ex continuis, vt eſt tritæophya.

Deinde his febrientibus frigeſcunt multùm extremitates; adeſt enim frigiditas extremarum partium adeo intenſa, quemadmodum in marmore, aut in niue, aut glacie, huicq; vix alia frigiditas æquiparari poteſt, itaut nulla caliditate ſuperari valeat, ac medicis explorantibus manu maximam admirationem afferat de tam intenſa frigiditate. Idque duabus de cauſſis fieri ſcripſit Galenus, interna, & externa. Interna euenit ob inſignem viſcerum inflammationem, quæ ab extremitatibus trahunt calorem.

Externa cauſa contingit propter frigidorum humorum multitudinem, & craſſitiem.

Quod ad vitales actiones ſpectat, nonnunquam contingit adeſſe difficultatem reſpirandi: quo ad pulſus varij reperiuntur in huiuſmodi febribus; nam primis diebus, quando hæ febres obſident, & impares ſunt, validi, vehementes, veloces, & frequentes pulſus reperiuntur: è contrà verò in poſteris diebus, id eſt paribus, pulſus ſunt parui, obſcuri, rardi, & inæquales.

Excreta ſiue per vomitum, ſiue per

A ſudores, vel per vrinam, aut per ſeceſſum obſeruantur quandoq; diebus imparibus, immo ſæpè tanta violentia, tantoq; impetu, maximè bilioſi humores, per vomitum exire, vt immineat periculum de ſuffocatione, quod obſeruauimus præſertim in filio Perilluſtris Senatoris Ioannis Petri de Arena.

B Sudores copioſi exeunt per vniuerſum corpus, & calidi fruſtra, ſed deinde ſubſequuntur frigidi, qui tantum abeſt, vt ijs recreentur ægrotantes, vt potius contra lædantur, id que nulla alia de cauſa contingere poteſt, niſi ſummæ cruditatis ratione; nam vel copiam humorum demonſtrant, aut virium infirmitatem, hinc ventres omnibus turbati ſunt, prauiq; redditi humores, ac peſsimi.

C Vnde inquit Galenus abundantia eorum in ventrem fluebat, ac excreta tam per ſeceſſum, quàm per vrinam valde craſſa, & olentia erant. Ac vrinæ harum febrium in plurimis tenues, aut crudæ, decolores, craſſæ quandoque, & tempore non nihil concoctę, & decretoriè quidem, ſed rarò, & craſsitudine affectæ videbantur, turbatæ etiam, nec conſiſtentes, aliquando prauæ, crudæ, vitioſæ, & quæ ſubſidebant etiam peſ-

D ſimæ.

Porrò qualitates primæ, & ſecundæ non ſecus, atq; in omnibus febribus, dictum eſt, conſiderandæ veniunt: & primò quo ad primas qualitates attinet, in febribus tertianis exquiſitis calor accenditur, præter naturam, & in toto corporis habitu adeo vehementer, vt in febribus ardentibus, at calor in tritæophya eſt magnus quidem, ſed non

E huic calori æquandus, cum ex crudis humoribus, & bile accenſa ſimul mixtis ſit conflatus.

Hinc dicebat Hippocrates lib. 1. de coacis prædictionibus tex. 34. referente quoque Ludouico Dureto, febres has tritæophyas non poſſe diebus paribus feliciter iudicari, & adducit rationem,

quæ

quæ eſt, quia nullas exacerbationes, his diebus, aut certas, aut incertas habeat, ſed potiùs periodorum particularium paroxiſmos habeant diebus imparibus; nam in iſtis diebus imparibus calor mordax, & vehemens eſt, in diebus verò paribus videtur mitis, & moderatus.

Vnde Duretus dicebat, quod tritæophyæ febris acceſſiones diebus imparibus ſunt eximiæ, & excellentes; id enim accidit ratione bilis, quæ tertio quoque die cumulata, & putris mouetur. Verum quoniam non vnius tantùm bilis dominatu, vt ſupra dictum eſt, ſed cacochymiæ multiplicis corruptione, & vitio accenditur, ferè fit, vt corruptionis incremento, & irritamento partium male affectarum complexio alteretur, & immutetur.

Hinc eſt, quod diebus imparibus vehementiores ſunt acceſsiones, eò quòd bilis ſola dominium habeat, at diebus paribus mitior acceſsio videtur, quia cacochymia praua, & maligna dominium habet, ac putreſcit, exactoque priore paroxiſmo bilioſæ febris, & inchoata alterius exacerbatione, cum rigor incipit, palam fit, multo maiorem afflictionem die pari, quàm impari inuehi.

Nam cacochymia illa praua non mouetur (inquit Duretus) ſecundùm leges naturæ, quare etſi vehementiores videantur paroxiſmi impares, peiores tamen ſunt, qui diebus paribus fiunt.

Quod attinet ad qualitates ſecundas, vt faciei color eſt, mutatur is pro impreſſione humoris peccantis, vnde videmus aliquando moueri ad flauum, vel alium humorem bilioſum, hinc ſitis redditur valida, magiſque diebus imparibus, quàm in diebus paribus.

DE FVTVRO EVENTV *tritæophyæ.*

A Futurus tritæophyæ euentus rarò bonus; nam Hippocrate docente febres tàles ſemper in paroxiſmis aliquid mali afferunt, ſiquidem, vt ſupra dicebam, vomitus impetuoſi fiunt, in diebus imparibus à copia, & prauitate bilis, rigoreſq; incerti, & valde maligni

B exoriuntur, ex quibus, vt inquit Hipp. loco ſupracitato, exeunt parui ſudores, & vt dicebam antea, refrigeratio extremarum partium, quod graue malum eſt.

Ex eodem Hippocrate habemus malignos rigores eſſe, qui inſequuntur maiorem afflictionem, nempe diei paris; fiunt enim à prauis humoribus, hinc in illis non poteſt fieri bona criſis, eò quòd

C nullum eo tempore certamen eſt inter naturam, & morbum.

Quare dies pares, etſi mitiores videantur, ſunt tamen peiores, quia à malignitate, & praua cacochymia ſuffocatur calor naturalis, & Hippocrates 1. de coacis prædict. tex. 27. dicebat tritæophyarum febrium incerti rigores, qui medio febris curſu exacerbantur, ſunt valde maligni.

D Nam huiuſmodi febres ex diuerſorum humorum cacochymia fiunt, quorum calidior pars acutam febrem accendit, frigidiore interim putreſcente, per eiuſq; febris importunitatem natura quieta eſſe non poteſt.

Sunt etiam ſymptomata ſtomachi maligna, modò cum lethargo, modò cum vigilijs, & delirio coniuncta: nec ſolùm febres tritæophyæ, quæ ex euen-

E tu paribus diebus exacerbantur, ſed illæ etiam, quæ ſunt eiuſmodi, proprio motu difficillimè iudicantur, vt quæ per initia imparibus diebus paroxiſmos habent, aut diuturnitatem morbi indicant, aut peſſimam criſim ſexto die euenturam prænunciant, 1. de coacis prædictionibus.

Sed

Sed quamuis veriſsima ſit hæc propoſitio ab Hippocrate allata 1. de coacis prædict. 34. tritæophyæ febres faſtidioſæ, & vt plurimum lethales, nihilominus ad prognoſticum rectè prænunciandum ſeruandæ ſunt regulæ circa euentum.

Quapropter in primis animaduertere eſt opus vehementiam, & magnitudinem morbi, hoc eſt ipſius tritæophyæ, nec non robur virium, ipſaque ſimul conferre.

Nam vbi magna, & praua habeat febris ſymptomata, quæ ſupra ex Hippocrate dicta ſunt, vel cumulatim, aut diſiunctim, nec adſit robur virium, neq; ęgrotus ad ea, quę ſibi afferuntur, probè ſe habeat, ſiue alimenta, ſiue medicamenta ſint, neque febrem hanc rectè perferre poſsit, iam euentus malus timendus eſt, & ad mortem.

Si è contra robur adſit virium, itaut ægrotus in primis rectè ferat febrem, & ad omnia oblata rectè ſe habeat, & medicamenta, quę parum proficiebant, multum nunc proficiant, virtuteſq; noſtrum corpus regentes, & vitales pręſertim, probè ſuo fungantur munere; tritęophya verò non ſit admodum vehemens, nullumq; habeat prauum ſymptoma adiunctum, bonum euentum ſperare licet.

Tritęophya, quę per initia paroxiſmos graues habet diebus paribus, aut diuturnitatem morbi, aut peſsimam criſim ſexto die venturam indicat; nam cum vehementer primo die ægrotant, & quarto prauum experiuntur paroxiſmum, ſexto die moriuntur, docente Hippocrate loco citato de coacis prædiction.

Tritęophyę omnes, cum à crudis humoribus fiant, vt dictum eſt, ſiue ſanentur, ſiue moriantur ægri, in quibus tanta eſt copia humorum crudorum, vt à medicamentis vix euinci poſsint, aliquando degenerant in prauos abſceſſus curatu difficiles, nec vnquam A diebus paribus iudicari poſſunt ob allatam rationem.

E contra, quæ per initia in imparibus exacerbantur, breui tempore ſolēt curari; nam, vt dictum eſt, febres tritęophyę per validam acceſsionem terminari ſolent, quamuis rarò, etſi per criſim euinci poſsit materia à virtute valida ad ſeceſſum expulſa.

B Modus verò, quo ſoluitur, eſt vel à natura, vel ab arte. A natura quidem calore naturali vincente, vel à calore extraneo, febriliq; naturalem abſumente, & deſtruente; nonnunquam verò à vehementia ſymptomatum, vt eſt immoderata ſitis, & huiuſmodi.

Ab arte verò rarius contingit, quamuis adaptentur medicamenta, ſiue alterantia, ſiue ſoluentia, ea methodo qua decet; nam adeo difficilis eſt C curationis, vt nullus ſcribat ſe eam curaſſe.

Nec ipſemet Gal. libro epidemior 2. 25. textu, & ſequentibus particularem medendi hanc febrem rationem attingit, ſed quibuſdam ſolum præceptis vniuerſalibus eius curationem terminat: & hæc de euentu ſufficiant.

D *DE CVRATIONE FEBRIS tritæophya per victus rationem.*

Compertum eſt apud omnes curationem morborum omnium, & præſertim febrium conſtare primum ex indicationum inuentione, & earundem inter ſe diſpoſitione; deinde ex auxiliorum comprehenſione, quibus liceat inuentis indicationibus ſatisfacere; tertiò ex recto vſu, aut recta adminiſtra- E tione trium medicinæ inſtrumentorum, à quibus deſumuntur prædicta auxilia, & materiæ ipſorum.

Indicationes (vt diximus in curatione febrium putridarum in genere) habentur à rebus præternaturam, a naturalibus, & à quibuſdam etiam ex non naturalibus, 11. meth. medendi cap. 11.

&

& cap. 13. Res præternaturales ſunt A morbus, cauſa, & ſymptomata: ſed ſymptoma, vt tale eſt, non indicat, niſi quatenus viribus officit, habetque vrgentis rationem; febris verò cùm ſit morbus calidus,& ſiccus,indicat ſui ablationem per contraria,nempe per refrigerantia,& humectantia: verùm non poteſt auferri,niſi ad ablationem cauſarũ.

Cauſa immediata, & proxima in in hoc caſu non eſt ſimplex putredo,ſed B cui addita ſit malignitas, putredinis cauſa eſt obſtructio, nec non & adſtrictio, obſtructionis cauſa eſt multitudo humorum, aut eorundem craſſities,aut lentor, quemadmodum & adſtrictionis cauſæ ſunt omnia, quæ cutem adſtringũt. Putredo itaque in febre maligna cauſa eſt immediata, obſtructio verò,& adſtrictio eſt cauſa remotior.

Cæterùm hæ cauſæ conſiderantur C duobus modis, vt ſunt in fieri, & vt ſunt in facto eſſe, quo nomine vnaquæque earum duo indicat. Et primùm putredo, quæ in facto eſſe eſt, ſi nullam ampliùs admittat correctionem extra corpus educenda,ſin verò eſt in generatione, vt ſiſtatur, ac inhibeatur, oportet, 11. meth. med. cap. 10. id quod fieri non poteſt niſi prohibitæ tranſpirationis ablatione, quæ & ipſa nunquam D auferri poterit, niſi prohibeatur cauſarum generatio, quæ ſunt obſtructio, & adſtrictio, quarum illud, quod factum eſt, tollitur per deobſtruentia,& laxantia, non ſecus atque inhibetur generatio earundem per cohibitionem cauſarum, quæ adſtringendi, & obſtruendi facultatem habent,Gal.loco præcitato.

Eſt etiam in his febribus ſimul cum E putredine malignitas, quæ comparata febri rationem vrgentis habet,& quandoque talem, vt ſtatim opus ſit eidem malignitati obuiam venire, ipſiſſima febre veluti neglecta, aliquando verò tempus habemus vtrique ſatisfaciendi ſiue inter ſeſe duo hæc indicantia repugnantiam habeant, ſiue minimè.

Inter indicantia ex rebus naturalibus deſumpta ſunt virtus, & temperamentum, quæ (non ſecus atque dictum fuit alibi) conſeruanda veniunt ſimilium vſu, 9. meth. med. 14 & 15. atqui temperamentum, vbi à ſuo ſtatu naturali exierit (cognito tamen priùs lapſu) alterandum ita eſt, vt ſenſim ad ſuum ſtatum naturalem redeat.

Nec minùs conſiderandę ſunt vires, quæ vt plurimùm habent rationem vrgentis; nam in hoc caſu ſemper ab aura eleuata à minera maligna ſpiritus vitales maximè offenduntur, quibus omni ſolertia ſuccurrendum eſt tam alimentis, quàm bezoardicis præſidijs.

Sunt denique res non naturales, inter quas ſolus aer videtur aliquid indicare, vt ſupra diximus; nam vel concurrit cum cauſis efficientibus febrem malignam, vel non concurrit, quòd in omnibus qualitatibus tam primis, quàm ſecundis temperatus ſit, id quod raró contingit: ſi peccauerit, contrariorum vſu corrigendus eſt. Qua autem ratione indicationes prædictæ inter ſe diſponendæ ſint, ita vt cui primo, aut ſecundo, aut tertio loco, & cui maximè attendendum, cognoſcere poſſitis, ſatis declaratum fuit ex Gal. ſententia, cùm de indicationibus à febribus putridis acceptis, & de ipſarum inter ſe comparatione ſermo eſſet.

Et iſtę ſunt omnes indicationes à maligna febre, vt maligna eſt depromptæ, quibus inuentis iam ad inuentionem auxiliorum properandum eſt, quæ non aliunde deſumi poſſunt, quam à triplici medicinæ inſtrumento, diæta nempe, chirurgia, & pharmacia, de quibus, deque eorum recto vſu, licet in methodo curatiua febrium putridarum in genere diffusè ſatis à nobis actum eſt, nunc tamen ad particularem magis viam deſcendere eſt opus.

Hac facta conſideratione, quòd in hac febre curanda eadem via, & methodo vtendum eſt, quali vti oporte

in ipſius præſeruatione, ſi Gal. credimus 1. de diff. feb. cap. 4. vbi ſcribit hæc verba, (ſiue enim in duo nomina totam diuidas curationem, præcuſtodiamque, ſiue ambo in vnum colligas curationem nominans, parum refert, nihil iſta ſubtilitate ſermonis hoc loco indigemus.) His ad hunc modum prælibatis tempeſtiuum eſt ad ipſamet auxilia in particulari examinanda deſcendere.

Aggredienti auxilia, quæ ab inſtrumento diætetico ſuggeruntur, primùm aer conſiderandus obijcitur, qui ſi æſtas fuerit, aut præſens conſtitutio ſimilis æſtati, non ſeruans tamen ſuum ſtatum naturalem anni temporis, aut regionis, tunc tentandum eſt vt ipſe corrigatur, & eò magis ſi fuerit in peſtilenti ſtatu imminenti, vt eſſe ſolet, quando vagantur multæ ex febribus malignis morbū endimium facientibus, quinimo tunc temporis vtendum eſt præſidijs, quæ facultatem habeant ipſum non tantùm refrigerandi, verùm etiam exiccandi, atq; obtundendi peſſimam a vaporibus eleuatis qualitatem.

Vnde Auic. ſcriptum reliquit ſummam curationis eſſe in his febribus exiccationem: opus eſt igitur ita ipſum aerem moderari, atque alterare, vt facultatem habeat exiccandi, nec non cor ægrotantis roborandi, atque conſumendi prauos vapores, ſi qui ſunt. Medicamenta hanc facultatem habentia hæc ſunt.

Folia vitis,
Salicis,
Violarum,
Arundinum.
Myrtillorum.
Summitates rubi,
Quercus,
Flores roſ. rubearum,
Nymphææ.
Violarum,
Salicis.
Santali.

A Caphura.

His adde pro vehiculo ad cor flores aurantiorum, ſummitates eorundem, limoniorum, & citriorum, eorumque cortices. Eaque omnia inſpergi iubeatis per cubiculum, per ſtratum, ac etiam appendi è parietibus. Copia aceti, & aceti roſati, aqua roſarum pro ditioribus ad manus eſſe debet, qua non modò cubiculum, vbi habitat æger, ſed

B tota domus irrorari poſſit.

Quòd ſi non adſit copia rerum prædictarum, curandum eſt, vt ſaltem adſit puriſſimæ aquæ fontis copia, qua vbi irrigata fuerint domus pauimenta, inſpergantur res, quæ odorem habent ſuauem, & iucundum, vt ſunt fruſtula, aut cortices pomorum appiorum, aut roſeorum vel etiam citriorum, limoniorum, & aurantiorum.

C Sunt quoque alia odoramenta bona, quibus vti eſt opus; nam quemadmodum ea, quæ mali odoris ſunt, delicatioribus ſtomachum ſubuertere ſunt apta, ita è contra, quæ grati ſunt odoris, & fragrantia ventriculum, cor, aliaque viſcera roborant, animam delectant, virtutem, & ſpiritus omnes recreant, atque reparant, vt à Gal. habetur, 8. de comp. med. 4. & 2. aphor.

D commen. 1.

Poterit igitur balneum parari ad hunc modum.

℞. Roſarum rubearum.
Santalorum citrinorum,
Rubeorum, ana drach. j. ſſ.
Caphuræ, drach. j.
Aquæ roſarum, lib. ij. ſſ.
Aceti roſ. vnc. iiij. miſce.

Ex huiuſmodi materia, quæ humida

E eſt, poſſunt madefieri folia prædicta, aut linteola, quæ circa lectum appenſa, aut alijs in locis poſita relinquantur, quouſque exiccentur, quæ denuo immergenda, & applicanda veniunt. Poteſt adhuc fieri tale ſuffumigium.

℞. Caphuræ, drach. j.
Carabe, vnc. ſſ.

Flo-

Florum nymphææ,
Roſarum rubearum, ana drach. ij.
Corticum citriorum,
Aurantiorum, ana drach. ſ.

Terantur omnia, & cum aqua roſacea, & modico aceti roſati, & terebinthinæ, quantum ſufficit, fiant trochiſci ad drach. ij.

Quibus poſitis ſuper pruna in angulo cubiculi fiat ſuffimigium, vel ponantur in aqua roſarum, florum cirrangulorum, & aceto roſato in vaſe lento igni expoſito, vſque dum faciat euaporare totam hanc maſſam per cubiculum. Hęc ſunt, quæ æſtiuo tempore vrgente neceſſitate adminiſtranda ſunt pro aeris alteratione.

Videamus modò, quæ in aere frigido, nempe in hyeme paranda ſunt, vt inde ex duobus his temporibus extremis elicere quoque valeamus, quomodo aer in medijs temporibus alterandus veniat. In æſtate diximus aerem eſſe refrigerandum, hyeme igitur eſſe calefaciendum, magiſque quàm in æſtate exiccandum, nemo dubitat, ſiue ſit in conſtitutione actu peſtilenti, ſiue imminenti. Rebus etiam bono odore præditis in huiuſmodi febre vtendum eſſe nec vlli fuit dubium: quare non modò tota domus, & cubiculum lignis boni odoris exuſtis calefaciendum eſt, verùm etiam & alijs huius generis materijs. Inter ligna eſt iuniperus, laurus, ſed aloe primas obtinet partes.

Sunt quoque, & ſaluia, roſmarinus, ſpica, & alia id genus, quæ accenſa cum odoris fragrantia calefaciunt. Suffumigia facta eſt iunipero, thure, myrrha, ladano, beniouino, & huiuſmodi ſunt mirabilis efficaciæ, vnde Marſilius Ficinus dicebat, quòd quando peſtis aliquam ciuitatem depopulatur, ſi omnes eam habitantes ignem accenderent ante ſuas ædes, ſuffimigiaque facerent, ſtatim à peſte ciuitatem liberarent.

Suffitus quoque ex trochiſcis de alipta moſcata, de gallia moſcata, ex ambra, moſcho, ſtyrace calamitę, beniouino, nuce moſcata, & alijs huius generis pro ſuffumigando cubiculo, nec non & ſuppellectilibus diuitum maximè idonei ſunt, vt v. g.

℞. Beniouini,
Styracis, ana drach. j.
Trochiſ. de gallia,
de alipta, ana gr. ij.

Cùm modico terebinthinæ fiant trochiſci ad drach. ſſ.

Curandum quoque domus habitare nitidas, quæ quò ampliores fuerint, eò commodiores, omnes itaque ab immunditijs, quantum fieri poteſt, cuſtodire ſe debent, indumenta, & ſupellectilem, quibus vtuntur nitida, & expurgata ſemper habere, vnde non poſſum ſatis admirari conſuetudinem illam vulgarium ſuperſtitioſam, Medicorumq; multorum timiditatem, qui non modò tunicas lineas, aut lecti ſindones inunctionibus, emplaſtriſue, alijſque ſimilibus auxilijs conſpurcatas, & ſordidas mutare prohibent, ſed ne manus quidem maculatas aqua calida lauare concedunt, quòd exiſtiment ab huiuſmodi munditie, & nitore virtutem labefactari, ac debilitari.

Quod tamen contrarium euenire non modò ipſa experientia teſtatur, ſed ratio, & Hipp. atque Gal. & aliorum grauiſsimorum virorum authoritates confirmant; nam ſi quiſpiam aſſuetus ſit munditiei, diuque cogatur permanere abſque mutatione induſij, aut linteorum lecti, videtis ipſum in pruritum, aut in cutis obſtructionem incidere, maximè ſi morbus, quem patitur, ſit longus: itaque diutiùs neglecta ſordities non modò apta eſt ipſum morbum augere, ſed nocumentum producere cutis ſuperficie obſtructa, quorum incommodorum cauſa ſunt Medici non permittentes ægrotantes poſſe ab huiuſmodi impuritate mediantibus pannis lineis liberari; quod virtutis debilitatem nimis timent, & cùm aliquid ex prędictis

incommodis euenerit, illud referunt in naturæ expulſionem quandam non animaduertentes id non prodire, niſi ab immunditie.

Addatis quòd ab illa immunditie praui vapores atque odores eleuantur, qui graueolentiam naribus inferunt faſtidijs plenam, quæ etiam virtuti obeſſe maximè poteſt, quare dicendum eſt ſordidiem debilitatem virtuti omninò inuehere poſſe, è contrà munditiem robur, & iucunditatem inducere.

B Confirmat hoc idem authoritas Hippoc. 3. acut. tex. 47. 6. epid. ſec. 4. tex. 8. & Gal. lib. de faſcijs in præfatione ex Hippoc. ſententia aſſentitur. Eſt in hac ſententia & grauiſſimus author Io. Baptiſta Syluaticus lib contr. contr. 4. quem videre poteſtis. vbi concludit nullam poſſe iucunditatem, & gratiam ægrotantibus elegantia ſuarum veſtium euenire, ſi immundus ſit, habeatq; linteamina ſordida, & immunda.

Idem teſtatur Scipio Mercurius lib. 3. errorum popularium, cuius meminimus Decade quinta cap. 8. Ex his igitur colligere poteſtis in omnibus febribus maximè conferre munditiem, & linteorum nitorem ægrotantibus, præſertim ſi febre peſtilentiali laborent.

Sed hoc loci veſtrum quiſpiam ſciſcitabitur, quis nam aer in peſtilenti conſtitutione magis eligendus veniat pro febricitantibus? Sunt, qui putant, laudabiliorem eſſe eum, qui in locis, & domibus ſubterraneis habetur hac moti ratione, quia cùm aer afficiatur à vaporibus prauis, illique ſurſum ſuapte natura petant, aer qui in partibus inferioribus continetur, tutior ab huiuſmodi vaporibus redditur, quàm is qui in ſuperioribus eſt.

Alij è contra magis commendant aerem contentum in ſuperioribus, vnde dicunt aerem, qui in locis montuoſis reperitur ſalubriorem eſſe, quia magis alteratur, ſi præſertim ventis ij montes expoſiti ſint, & vndique perflati;

A tunc enim vitium in aere faciliùs corrigitur. Poſterior opinio mihi magis probatur, potiſſimùm ſi locus opponatur ventis borealibus, à quibus aer perpetuò agitetur. Si igitur aer bonus ſit, neque mutandus, neque arte alterandus, at vbi non habeat qualitates requiſitas, vel relinquendus, vel arte corrigendus, vt dictum eſt.

Poſt aerem ſequuntur cibi, & potus

B conſiderandi ea prorſus ratione, qua in methodo vniuerſali febrium putridarum diximus: nonnulla tamen peculiariùs hic animaduertenda occurrunt; nam quamuis materiæ quibus homines aluntur, eædem prorſus tam in ſanis, quàm in ægrotis ſint, vt eſt panis, caro, oua, lacticinia, piſces, caſeus, fructus, legumina, olera, frondes, folia, & alia id genus ad humanum victum ſpectan-

C tia, ex quibus acetaria fiunt, ſapores, liquores, ſucci, condimenta, pulmenta, & fercula; differunt tamen qualitatis, temporis offerendi, modi, nec non condimentorum ratione, quod omnibus notiſſimum eſt.

Quare cùm in præſenti agamus de victus regimine febricitantium febre maligna, aut illa peſtilenti abſque tamen peſtilenti aeris conſtitutione,

D poſt quàm inuenerimus nutrimentum accommodatum ægro reficiendo, vel ſubſtentando, circa ipſius rectam adminiſtrationem verſandum eſt.

Et primùm, quod attinet ad inuentionem, alimentum vel indicatur ab indicante vitali, vel à curatorio, vel à præſeruatorio: ſi primo modo opus eſt, vt in genere alimentum ſit boni ſucci, facilíſque coctionis, & diſtributionis: ſi

E verò indicatur à morbo, tunc oportet, vt habeat medicamentoſas qualitates ſibi adiunctas, vnde in hoc caſu ratione morbi, qui eſt paſſio calida, & ſicca, refrigerandi, & humectandi facultate pollere conuenit.

Verùm, ſi conſideretur reſpectu indicantis præſeruatorij, quod eſt cauſa,

nempe

nempe maligna putredo; qualitates medicamentoſæ debent alimento ineſſe, q. æ. habeant duplicem facultatem, vna eſt, qua valeat reſiſtere putredini, altera, qua aptum ſit purgare aduerſus malignitatem. Quæ facultatem habent reſiſtendi putredini, inueniuntur per indicationem; atque quæ malignitatem auferunt, per experientiam habentur: hæc autem ſunt alexiteria, ſeu alexipharmaca, vel etiam bezoartica vocata, quæ quamuis non me lateat conſtare ex duplici facultate, vna manifeſta, altera verò minimè manifeſta, ſed occulta, ac proinde non poſſe vlla ratione operationem eorum occultam, ſiue à tota, vt aiunt, ſubſtantia, per indicationem inueniri.

Euſtachius tamen Rudius lib. 1. de occultis morbis cap. 1. ſcribit poſſe de illis haberi aliquam cognitionem per indicationem, nempe per mediam illam qualitatem primam, qua vnumquodque alexiterium præditum eſt. Sed de materia hac perquàm difficili, Decade Octaua tractatu de lapide Bezaar, & contra herbas tractauimus, vbi ſermo fuit de alexipharmacis.

Sufficiat nunc ſcire, quòd alimentis quædam admiſcenda ſunt, quæ & febri, & cauſæ ipſius ſatisfaciant, non ſecus atque dictum fuit de alijs febribus putridis. Alimentum igitur, ſiue alimenti materia, vt indicatur à virtute vitali reſpectu ſuæ ſubſtantiæ, & quantitatis conſideranda eſt, ſubſtantia ipſius ſimplex, pura, media inter craſſitiem, & tenuitatem eſſe oportet minimè glutinoſa, aut excrementitia, & homini alendo familiaris.

Inter alia alimenta homini familiaria familiariſſimum eſſe panem ſcriptum reliquit Gal. 7. de vſu par. cap. 8. & 6. de tue. val. cap. 7. ſimpliciſſimum omnium alimentum ſtatuit, & 3. de alim. fac. 26. tradidit eum (ſi optimè fuerit paratus) laudatiſſimum ſuccum producere.

Hinc Io. Baptiſta Syluat. lib. 1. controu. contr. 4. pulchrè dicebat nihil antiquius medicinam facientibus eſſe videtur vſu ferculi ex pane conciſo, aut contrito, ac propterea in curando quouis morbo nulla habita diſtinctione, ſexus, ætatis, complexionis, habitus, regionis, anni temporis, cœli conſtitutionis, vitæ inſtituti, aut rei alterius, paratum ſtatim ex pane ferculum omnes Medici ægrotantibus offerunt; atque adeo audiendi minimè ſunt illi, qui id genus alimenti irrident.

Panis igitur, ex quo fercula paranda ſunt, ex optima farina conſtare debet, modiceque tum coctus, tum fermento conditus ſit, & iuſculum ex pullis gallinarum, vt fiat oportet, in quo bullierint quædam olera refrigerandi facultatem habentia. Si materia ſit biliosa, in qua febris accenſa fuerit, & præſertim æſtiuo tempore, quæ ſequuntur, conſentur idonea.

Endiuia,
Lactuca,
Lupulus.
Cichorium,
Pentaphyllum,
Portulaca,
Sonchus,
Borrago,
Bugloſſum,
Spinacia,
Pimpinella,
Meliſſa,
Oxalis, & omnia acetoſa,
Flores borraginis,
Bugloſſi,
Cichorij,
Primulæ veris.
Radices cichorij,
Cicerbitæ, id eſt ſonchi.

At ſi materia, quæ febrem producit, ſit materia craſſa, nimirum pituita, vel melancholia. & anni tempus ſit hyems; in iure incoquenda veniunt aliquot ex ſequentibus medicamentis alterantibus, quorum vis eſt efficaciſſima, ſi autho-

thoribus fides habenda.

Maiorana,
Menrha,
Hyſſopum,
Bettonica,
Valeriana,
Origanum,
Saluia,
Agrimonia,
Anthos,
Petroſelinum,
Pulegium,
Ruta,
Anethum,
Apium Alex.
Fœniculum,
Aſparagus,
Chamædrys,
Vincetoxicum,
Flores ſaluiæ.
Roſmarini,
Origani.
Bettonicæ,
Radices apij Alex.
Petroſelini,
Carotarum,
Paſtinacæ.

Laudantur quoque illa ſeptem ſimplicia, quæ aduerſus peſtem appellauit Marſilius Ficinus, quorum nomina nolui hoc loco ſilentio præterire. Sunt autem hæc.

Hypericum,
Vinceroxicum,
Aenula campana,
Radix raphani,
Dictamnum.
Ariſtolochia,
Lactuca.

Semina quoque citrij, & eorundem cortices hyeme præſertim in prædictis iuſculis ebulliant.

Cum prædictis iuribus his medicamentis alteratis poreſt panis tritus concoqui: poſſunt etiam offæ panis infundi.

Sunt qui primùm panem in partes, ſeu offas diuidunt, & in aquam aliquam

A cordialem immergunt, deinde facta inter manus expreſſione immergunt rurſus in ius calidum per debitum temporis ſpatium: alij etiam ipſum ebullire permittunt in iure, quò palato iucundior reddatur, poſtea ipſum ægrotanti offerunt. Parantur quoque fercula ex endiuia, aceroſella, & borragine cum prædicto galliculorum iure. Non deſunt authores, qui cum his ebulliunt

B pruna damaſcena, tamarindos, & etiam myrobalanos.

Ex alijs quoque rebus fieri poſſunt fercula cum prædicto iure, quemadmodum ex illis paſtillis tenuiſſimis, quos (vermicelli) vulgus appellat; ijque præcipuè concedi poſſunt æſtiuo tempore, ſi abſq; ſale parati fuerint: & vbi cum ſale ſint conditi, non eſt opus ſalem apponere in iure, ſed illos concoquere abſque ſalis appoſitione; hi enim

C præterquam quòd grati ſunt guſtui, habent aliquam facultatem incraſſandi, humectandi, & quoquo modo humores acres attemperandi.

De ptiſana non omnium eadem eſt opinio, cùm aliqui eam, ipſiuſq; vſum deteſtati ſint, quòd nimium, quàm par ſit humectet; in febre autem maligna exiccandum eſt; deinde quia huiuſmodi

D alimentum hominibus minimè conſuetum eſt, quare neque ægrotantibus offerendum: alij è contra ſunt, qui eam facilè concedunt.

Sed puro ptiſanam poſſe conſiderari, vt indicatur à facultate vitali, & à morbo, qui eſt febris, & à cauſa, quæ eſt putredo: primo modo cùm ſit ipſa facilis coctionis, & vt dicebat Cardanus 2. de ſan.tu.cap.7. ob ſucci bonitatem ni-

E hil ea præſtantiùs (quamuis Gal. authore de bon. & vit. ſucc. minùs alat, quàm panis) maximè conuenire poteſt: ſi verò conſideretur, vt indicatur à febre, cùm habeat facultatem refrigerandi, & humectandi, conuenire quoque poteſt.

Sed ſi conſideremus eam, vt indicata

ta eſt à cauſa, tunc, vt doctè admodum dicebat Mercurialis, per ſe ſola non conuenit, quia non conſtat, niſi ex aqua, hordeo, & coctione, hinc cùm nimiam habeat humiditatem, adaugeret putredinem, ideoque opus eſt intus aliquid ci apponere, vt eſt ſuccus granatorum, aut aliud ſimplex, quod exiccandi facultatem habeat cuius ope deponere poſſit tantam humiditatem, quæ prædicta eſt: cùm igitur hæc ipſa parata fuerit cum aliquo ex prædictis ſimplicibus, poterit ad vſum reuocari quandoque, ſi præſertim aliquod ex auxilijs ei admiſceatur, quod malignitati reſiſtere aptum ſit.

A

B

Quod ad conſuetudinem attinet, alia eſt conſuetudo in ſanitate, alia in morbis, vnde quamuis homines non ſint in proba valetudine aſſueti hordeum comedere, tamen ob tot, tantaque commoda, quæ ex huius ſorbitione (ægrotantibus, præſertim morbis acutis thoracis) contingunt, curandum eſt, vt ipſius vſui aſſueſcant.

Verùm quodcunque ferculi genus offeratur, optimum eſt ſemper illi aliquid apponere, quod alexipharmacam facultatem habeat, ideo propono puluerem, quo inſperſo vtendum ſemper erit in omnibus alimentis, & primò vbi materia biliosa ſit, parari ad hunc modum poteſt.

℞. Margaritarum ſubtiliter puluerizatarum.
Terræ ſigillatæ,
Boli armeniæ orientalis, ana drach. j.
Sacchari optimi, vnc. ß.
Fiat omnium ſubtiliſſimus puluis per ſetaceum cribratus.

In materia craſſiori, hoc eſt, vbi pituitæ, vel melancholiæ admiſceatur bilis, ad hunc modum puluerem præparandum inſtituo.

℞. Margaritarũ ſubtiliter puluerizatarũ.
Radicis zedoariæ,
Tormentillæ,
Biſtortæ.

Contra herbæ, ana ſcrup. ß.
Sacchari optimi, vnc. j.
Miſce, & fiat omnium puluis, vt ſupra.

Pulueribus ſuperioribus, quippe qui aliquantulum amari ſunt, parua ſacchari copia admiſceri poteſt, vt concilietur guſtui quædam ſuauitas.

Sunt modò, & alia alimenta à medicis excogitata in virium ſubſidium; iis enim deperditis, aut reparatis deperit æger, aut cuſtoditur. Quoniam igitur in hac maligna febre ſæpiùs vires periclitantur, ideo multa exhibere ſolet communis vſus alimenta, ſecundùm magis, & minùs nutrientia, quibus vires reſtaurari valeant.

C

Sunt autem hæc ſuccus, ſeu aqua carnium, galliculorum teſtes, oua recentia, iura conſumpta, vulgò conſumata dicta, contuſa, quæ, & piſtum, & tortam appellant, necnon & reſtaurantia à nonnullis lozengæ vocata. In eodem cenſu eſt ille carnis ſuccus, quem per duplex vas extrahunt.

D

Aqua carnis primo loco propoſita per elambicum extrahitur: ſed melior, & præſtantior illa eſt, quæ per duplex vas vitreum elicitur; an verò ea ſit inuentum antiquorum, an recentium Alchymiſtarum, poteſtis videre apud Io. Baptiſtam Syluaticum lib. controu. controu. 7. ſat enim eſt mihi eam vobis propoſuiſſe tanquam auxilium, quod nutrit, & facilè, ſi præſertim fiat ex carnibus volatilium, vt ſunt capones, perdices, & vniuerſum genus gallinaceum.

E

Non deſunt quidam, qui ipſam extrahant ex quadrupedibus, vt ex carne bubula, aut vitulina: ſed re vera, quæ ex his animalibus elicitur eſt craſſior, difficiliorq; ad concoquendum, quamuis ſuperiori magis nutriat, illa ſiquidem citiùs nutrit, ſed pauci eſt alimenti. Cæterùm aqua carnis ad vires reſtaurandas ab omnibus practicantibus optimum habetur auxilium.

Quod

Quod ad galliculorum teſtes attinet, Gal. 3. de alim. fac. cap. 7. de illis loquens, inquit omni ex parte eſſe in alendo præſtantiſſimos: & lib. 1. de rat. vic. acut. 27. ſcribit eoſdem multùm nutrire, virtutemque firmare, & 7. meth. cap. 6. vſum ipſorum commendat valde, vbi virtus labatur: debent autem galliculi, quibus teſtes eripimus, eſſe tales, qui nunquam (autem ſaltem rarò) coiuerint, nec valde coitum appetiuerint.

Oribaſius poſt ipſum Gal. eos ſummè laudauit in ſyncope ortum ducente ab humorum tenuitate. Differentia tamen inter carnem, & hos iam dicta eſt, quòd illa citiùs, ſed minus, hi verò craſſiorem ſuccum gignant: quocirca vbi attenuandum eſt, illa valet, hi vbi incraſſandum. In illius etiam cenſu ſunt alæ gallinarum, quia habent facultatem attenuandi, hoc eſt gignendi tenuem ſuccum, itaque vbi attenuandum eſt, alæ conueniunt, teſtes verò vbi incraſſandum.

Id quoque de criſtis galliculorum dicendum eſt, quæ ſuccum bonum gignunt, ſed tenuem, valent tamen omnia hæc ad vires reſtaurandas, & ſuſtinendas. Hepar gallinarum proportionem habet cum carnibus ipſarum, quia facilis coctionis eſt, quemadmodum & ventriculus, quamuis is ad coquendum durior ſit. Anſeris præterea iecur in hoc ordine numeratur, cuius etiam alæ ſicuti gallinarum ſunt optimæ (ſi probè coctæ fuerint) vt ſtatim ſuccurratur viri tuti labenti. Et iſtæ ſunt carnes animalium volucrum, & partes ipſorum, quibus vti poſſumus ad virium reſtaurationem.

Succedunt oua gallinarum recentia, tremula, aut ſorbilia, quæ febribus conueniunt etiam malignis, & peſtilentibus, vt & Rhaſis, & Serapio affirmant. Ratio deſumpta eſt à malignitate, ſeu mala aura reſoluente vires, quarum reſtaurationi primò incumbendum eſt;

A nam viribus non benè valentibus morbi curari nequeunt, & ab Hipp. ſcriptum eſt 6. epid. 5. c. 1. morborum curatricem eſſe naturam, qui igitur hanc naturā ſeruat, morbos curat, at oua id efficiunt, ergo & ipſa curant, at inter alia tremula ad nutriendū ſunt omniū præſtantiſſima, quippe quæ faciliùs concoquuntur.

Sed hoc loci circa ouorum exhibitionem duplex videtur eſſe difficultas: B altera eſt, quia oua facilè corrumpuntur, quæ autem ſunt talia, non videntur conuenire febricitantibus, & multò minùs febricitantibus febre maligna.

Secunda difficultas eſt, quia ouum in nidorem conuertitur, craſſum ſuccum abundè generat, & vitioſum; excrementitium quoque eſt, ſicut Gal. 3. de alim. fac. cap. de ouo, & 2. de compoſ med. loc. cap. 2. lib. de facilè par. C cap. 1. & lib. de cibis boni, & mali ſucci cap. 2. & 4. affirmare videtur, quem ſecuti ſunt Paulus lib. 1. cap. 83. Aet. tetrab. 1. ſerm. 3. cap. 134. & Oribaſius lib. 2. collect. cap. 45. At quæ ſunt huius generis non conueniunt febribus, ergo multò minùs malignis, & peſtilentibus.

Sed huiuſmodi difficultates nullæ ſunt, & primò, quia id, quod aſſumitur D in prima difficultate, probandum eſſet, nempe quòd oua corrumpantur; namre vera ſi ipſa ſorbilia, aut tremula aſſumpta fuerint, ac recentia, minimè corrumpuntur.

Neque aliquis author eſt ex Græcis, qui ſcripſerit oua corrumpi, quòd ſi id ab eorum quocunq; fuiſſet animaduerſum, veriſimile ſanè eſt eum ſcriptis ſuis traditurum fuiſſe, ſed nullus eſt, E qui id ſcribat, falſum ergo eſt ouum facilè corrumpi, ſi præſertim aptè fuerit paratum, & aliquis ſuccus ei admiſceatur, qui putredini, & corruptioni reſiſtat, vt eſt ſuccus granatorum, limoniorum, aurantiorum, & ſimilium.

Ad ſecundam difficultatem dicendū eſt aliud eſſe conſiderare oua ratione ſui,

ſui, & aliud reſpectu variæ coctionis, & adminiſtrationis: primo modo oua non ſolùm ſunt boni ſucci, ſed etiam, vt Gal. dicebat 4. de victu in ac. 113. humorum acrimoniam obtundunt, imò addit maximè appropinquari ad alimentum alicæ, dummodo gallinæ, è quibus naſcuntur, ſint bono cibo nutritæ, non immunditijs, aut vermibus putrefactis, vt menſe Maio, & Iunio contingit Meſſanæ, dum pauperum mulierculatum gallinæ comedunt bombyces ex ſerici folliculis in publica loca eiectos; tunc enim oua acquirentes malam qualitatem facillimè corrumpi poſſunt.

Deinde idemmet Gal. lib. de facilè par. in curat. doloris capitis à vino, 2. de comp. med. loc. cap. 1. & 2. de alim. fac. cap. de ouo, dicebat ouum refrigerare, aut ſaltem non calefacere, & lib. de ptiſana cap. 6. dicebat ouum humectare, vnde Auic. lib. & tract. 2. cap. de ouis, & lib. de cordis virtute trac. 2. cap. proprio, exiſtimabat oui vitellum, de quo nunc eſt ſermo, in actiuis qualitatibus eſſe temperatum, in paſſiuis verò humidum. Auicennæ Rhaſis lib. 3. diuiſ. cap. 4. conſentit, & Iſaac, ergo oua poſſunt dici temperata.

Confirmatur id alia authoritate eiuſdem, qui in vlceribus doloroſis ad dolorem mitigandum apponit vitellos ouorum, ſic & in inflammatione; hoc igitur modo febribus conueniunt, præſertim ab humoribus bilioſis factis, dummodo tremula, aut ſorbilia aſſumantur.

Si verò conſiderentur oua reſpectu variæ coctionis, & plus iuſto coquantur, aut elixentur, aut in ſartagine frigantur, aut ſub cineribus aſſentur, atq; ſuffocentur, tunc quod humidi ſubſtantifici in ſe habent, amittunt, & terreſtre tantùm retinent, in nidorem vertuntur, ac propterea ægrè in ventriculo coquuntur, craſſumque ſuccum, excrementitium, & vitioſum generant, de quibus loquens Gal. locis præcitatis, inquit febricitantibus minimè conuenire.

At ſi, qua decet ratione, coquantur, & prædictas habeant qualitates, eodem docente Gal. conueniunt, & ijs vtendũ eſt, cùm aut virium refectione, aut (etiam valentibus viribus) alimento bono, & temperato egemus.

Conſumpta quoque, quæ ſunt iura, aut iuſcula ex gallina, vel capone, vel vitulina carne optimè cocta, ſummè probantur, quibus aliquando addi poſſunt ouorum recentium vitelli minutim diſſoluti.

Reſtaurantia inſuper, quæ fiunt ex pectoris caponis, aut gallinæ pulpa probè cocta, cui addantur ſaccharum optimum, margaritæ puluerizatæ cum aliquo puluere bezoardico, ſummopere viribus reparandis conferunt. Ad idèm parari conſueuit ſuccus in balneo mariæ à carnibus extractus, cui multa admiſceri poſſunt ſummè putredini reſiſtentia, vt ſunt pulueres iam dicti, aut ſimilem habentes facultatem.

Demum ſunt contuſa cum prædictis etiam rebus parata, vel cum iuſculis carnium prædictarum, in quibus ebullierint illa ſimplicia ſuperiùs deſcripta, & ijs quoque pulueres bezoardici inſpergi poſſunt.

De lacticinijs poſt hæc nihil dicendum, quia nullo pacto conueniunt in hac febre.

Sed acetaria ex oleribus ſupradictis concedi quidem poſſunt, ſed morbo ad declinationem tendente, quemadmodum etiam, & aliquot ex fructibus, vt ſunt poma roſea, vel appia, pruna damaſcena, ceraſa, & fragæ æſtiuo maximè tempore. Inter alimenta vltimo loco reponi poſſunt ſapores, ſeu intinctus quidam, qui licet non mereantur nomen ferculi, cùm non ſint primò inſtituti ad alimoniam; nihilominus quia ſunt incitamenta ad carnes aſſumendas (dummodo ægri adhuc poſſint) & veluti vehicula ad deglutiendum, ab hoc

cenſu non videntur abijciendi.

Cùm igitur ægrotantes carnes comedere ſunt apti, quamuis cum difficultate, aut nauſea, ſi fuerit æſtiuum tempus, paretur huiuſmodi ſapor, qui præterea aluum lubricare poteſt.

℞. Pulpæ prunorum maturorum, vnc. j. ſſ.
Sacchari optimi, vnc. ſſ.
Cinnamomi ſubtiliter puluerizati, ſcrup. j.
Aceti roſati quantum ſufficit, & fiat ſapor.

Vel

℞. Syr. de acido citri,
de ſucco limoniorũ, ana vnc. j.
Sacchari optimi, vnc. ſſ.
Cinnamomi ſubtiliter puluerizati, ſcrup. ſſ.
Miſce, & fiat ſapor.

Vel

℞. Micæ panis albiſſimi toſtæ, & aceto roſato madidæ, vnc. iij.
Amygdalarum dulcium excoriatarum, num. xx.
Foliorum acetoſæ pug. j. contundantur in mortario, & cum aceto, quantum ſufficit, diſſoluantur, addendo.
Sacchari optimi, vnc. j.
Cinnamomi drach. ſſ. & erit ſapor iucundiſſimus.

Vel

℞. Hepatis gallinæ cocti, & contuſi quantum vis.
Lutei recentis oui, & ad duritiem cocti, num. j. vel ij.
Amygdalarum dulcium excoriatarum, drach. ij.
Sacchari optimi, vnc. ſſ.
Cinnamomi drach. ij cum iure pulli, quantum ſufficit, fiat ſapor.

Et hæc ſunt, quæ ſpectant ad materiam alimentorum, & ad qualitatem ipſorum ſiue à facultate vitali, ſiue à morbo, ſiue à ſua cauſa indicentur.

De quantitate autem alimentorum loquens Auic. 1. 4. tr. 4. cap. 4. dicebat eam debere eſſe exiguam quidem, ſed

A quæ apta ſit ſuſtinere ægrotantem ad ſtatum vſq; quouſque ſemper ex Hipp. decreto ſubtrahendum eſt aliquid de quantitate ipſius alimenti.

Pro vario tamen virium robore, ita metiri quantitatem opus eſt, vt virtus ſuſtineatur abſq; cauſæ morbificæ augmento; nam quantum alimentum virtuti prodeſt, tantum contrariatur cauſæ morbificæ, vnde Medici coacti ſunt in-

B terdum pluries in die exhibere alimentum, & ſpatio viginti quatuor horarum quater offerre, ſingulis ſcilicet ſex horis repetẽtes pro varietate roboris virium, cauſæ malignitate, & acceſſionũ modo.

In ſumma, qui hac febre laborant, aliquando appetitus deiectionem patiuntur, atq; ideo cogendi ſunt ad alimentum accipiendum, quamuis ſemper in pauca quantitate; magnam enim co-

C piam alimenti perferre nequeunt.

Tempus autem offerendi, ſi fieri poteſt, longè ab acceſſionibus ſit, ſi tamen acceſſiones ſint manifeſtæ, cum tales febres non rarò ſynochorum modum teneant, aliquando tertianæ, nonnunquam etiam duplicis, in quibus maxima difficultas eſt reperire nutriendi tempus, maximè ſi vna ſubintret alteri.

Hipp. quidem præceptum eſt in ac-

D ceſſionibus abſtinẽdum eſſe, ſed ſemper in interuallo, ſi intermittẽtes ſint; ſi remittant, in remiſſione: at vbi nulla eſt remiſſio, nec intermiſſio, hoc opus, hic labor eſt, quo in caſu res admodum dubia eſt, agendũq; quemadmodum in rebus difficillimis eligẽtes quod minus eſt malum habito ſemper reſpectu ad id, quod magis vrget, ſicuti in methodo vniuerſali declaraui ex mente Gal. 11. meth.

E cap. vlt. Si verò acceſſiones non ſunt manifeſtæ, vt in ſynochis, Hipp. & Gal. dicunt reſpiciendam eſſe conſuetudinem: & hæc de alimentis, præſertim de ferculis.

De potu certiſſimum eſt neque ab Hipp. neque à Gal. aut ab Auicen. aut aliquo alio probato authore in febribus

malignis, aut acutis conceſſum eſſe vinum, niſi aut concocta materia, aut ad virtutem deficientem reſtaurandam.

Sed multis modis aquæ pro potu in hac febre parantur à celebrioribus practicantibus: verùm fontanæ, quæ optimæ ſunt, coctæ, & non coctæ probantur: ſtillatæ etiam, aut in quibus diſſoluta ſit iulepij violacei aliqua copia, aut mixta cum vino granatorum, vel cum ſucco limoniorum commendantur: vel etiam poſca cum modico ſacchari, aut aqua, in qua hordeum ebullitum fuerit, in vſu eſt.

Sed hoc loci animaduertendum eſt vulgares omnes, & Medicos etiam Meſſanenſes per aquam coctam intelligere eam, in qua aliquid coctum ſit, vt hordeum, cyminum, aniſum, cinnamomum, vel aliquid tale: at mea opinione decipiuntur; nam aliud eſt dicere aquam coctam, & aliud eſt dicere aquam hordei, vel cymini, &c. quando aqua ebullit vnica ebullitione, cocta dicitur, & ægrotis facilè conceditur, quamuis tempore æſtiuo fontana optima abſque ebullitione offerri poſſit: aquæ verò, in quibus ebullit aliquid, pro diuerſitate rei intus coctæ denominationem aſſumunt, vt vbi hordeum coquitur, aqua hordei, & vbi cinnamomum appellatur aqua cinnamomi, & ſic de ſingulis, de qua re Decade Quinta, cap. 5. ſatis delucidè ſcriptum eſt.

In cæteris rebus non naturalibus moderatè agendum; ſed de motu nihil dicendum eſt, cùm clarum omnibus ſit eos, qui febre laborant, quieſcere debere in lecto, & nullo modo ſe exercere, animo quoq; quantum fieri poteſt, quieto, & ſedato eſſe, omnique ingenio curare, ne in aliquod prauum capitis incidant ſymptoma, vt eſt imaginatio, aut ratio deprauata, in quam ſæpè incurrere ſolent, quæ inhiberi poſſunt frictionibus ad crura, & ad brachia factis, ligaturis ad malleolos, nodiſq; aliquem

A dolorem inferentibus, arcendo etiam multitudinem gentium è cubiculo, atq; cauendo ne illis triſtia afferantur nuntia.

Somnus, & vigilia ita moderanda ſunt, vt vbi ægrotantes ad ſomnolentiam propenſi videantur, vigiliam tanquam illi contrariam excitemus; quemadmodum è contra vbi propenſi ad vigiliam fuerint, ſomnum concitemus. In

B ſomno autem euitando vtendum auxilijs alterantibus, & attenuantibus: alimenta ſint acetoſa aperientia, vnde ab aliquibus probantur acetum, radix apij, petroſelini: ad idem valent ſemina citrij ebullita in iuſculis. Ad ſomnum autem inducendum valent ſemina frigida, & maiora, & minora cum iuſculis ebullita, multoque magis ſemina papauerum.

C Quod ad excrementorum retentionem, aut euacuationem ſpectat, vbi aluus adſtricta fuerit, laxanda venit proportionatis auxilijs, vt ſunt clyſteres, & glandes, qui adminiſtrandi ſunt, penes cauſæ varietatem. In materia igitur calida fiat ſequens clyſter.

℞. Fol. Maluarum,
Violarum, ana manip. j. ſſ.
Quinque folij,
D Oxalidis,
Pimpinellæ, ana manip. j.
Florum Borraginis,
Bugloſſi, ana pug. ſſ.
Quatuor ſeminum frigidorum, ana drach. ij.
Et bulliant in ſufficienti quantitate aquæ ſecundùm artem; deinde.
℞. Decoctionis huius, lib. j.
Diacatholici,
E Electuarij lenitiui, ana vnc. ſſ.
Mellis. & olei violati, ana vnc. ij.
Vitellorum ouorum, num. ij.
Salis drach. j. & fiat clyſter.

In huiuſmodi clyſteribus emollientibus & omnibus alijs, quibus vtendum eſt in febribus malignis, ſemper aliquid ponendum, quod reſiſtat malignæ pu-

tredini, vt ſunt folia acetoſellæ, pimpinellæ, pentaphylli, & alia huius generis. Pro materia autem frigida ſic paretur clyſter.

℞. Fol. Maluæ,
Mercurialis,
Parietariæ, ana manip. j.
Menthæ,
Hyſſopi,
Valerianæ, ana manip. ß.
Florum Roſmarini,
Saluiæ,
Cichorij,
Primulæ veris, ana pug. j.
Seminum aniſorum, vnc. ß.
Radicum ænulæ campanæ, vnc. j.
Fiat decoctio ſecundùm artem; deinde.
℞. Decoctionis huius, lib. j.
Diaphœnici, vnc. j.
Olei anethini,
Chamæmelini, ana vnc. j. ß.
Salis, drach. ij.
Vitellorum ouorum, num. ij. miſce, & fiat enema.

Sed huiuſmodi clyſteres ſemper faciendi ſunt, accepta indicatione à febris materia, quæ aliquando frigida, aliquando calida eſt, & pro diuerſitate ipſius modò plus refrigerandum, modò minus: ſic quoque quia interdum maior eſt putredo, quàm caliditas febriis, contra res ſe habet, ideoque nunc primariò occurrendum putredini, & nunc calori proportionatis præſidijs, pro vt opus videbitur. Et hæc de inſtrumento diætetico, quatenus ad præſens inſtitutum pertinent, dixiſſe ſufficiant.

DE CVRATIONE FEBRIS tritæophya per Chirurgiam.

INquirere hoc loci nonnulli ſolent, an primò ſanguis mittendus ſit, antequam immittantur clyſteria, an è contra; verum cum huiuſmodi auxilium magnum ſit, aliquando ſtatim nulla A temporis mora interiecta fieri debet, ſi aliquod inſit, quod vrgentis rationem habeat, quemadmodum eſt inflammatio aliqua partium internarum, aut immoderatus aliquis ſanguinis impetus.

Vnde Hipp. 4. acut. tex. 21. mittit ſtatim ſanguinem, ne ſepti augeatur inflammatio, de cuius curatione loquitur; idem quoq; Auic. fen. 1. lib. 3. tr. 3. cap. B 3. atteſtatur, vbi loquitur de inflammatione membranarum cerebri.

Vbi igitur adeſt aliquid, quod vrgeat, debet primò mitti ſanguis, vbi verò morbus dat inducias, tutiùs eſt (præſertim ſi inteſtina excrementorum copia grauata ſint, id quod non rarò contingit in febribus) primò euacuare inteſtina à fæcibus, leuibus quibuſdam clyſteribus, deinde mittere ſanguinem: & ita C rem hanc cum Hipp. Gal. & Auic. decernendam puto in febribus omnibus putridis, & præcipuè in malignis.

Sed in inſtrumento hoc chirurgico adminiſtrando in febribus malignis primò videndum eſt, an conueniat, vti diximus in methodo curatiua febrium putridarum vniuerſali inuento, quòd conueniat, conſideranda eſt ipſius recta adminiſtratio, videndumque, quando ſit D mittendus ſanguis, ex qua vena, quæ ſit quantitas auferenda, moduſque conſiderandus, an ſcilicet totus peccans ſit vnica vice, an pluribus euacuandus.

A principio igitur in febre maligna præſente indicante, & facultate permittente ad ſanguinis miſſionem per venæ ſectionem deueniendum eſt.

Sed obijciet quiſpiam, cùm adeſt contraindicans maioris dignitatis, quã E ſit indicãs, & coindicans, non eſt ad huiuſmodi auxilium tam magnum properandum: ſed malignitas eſt maioris dignitatis duobus iam dictis, ergo ſequitur, quòd illa contraindicat ſanguinis miſſionem.

Quod verò ſit maioris dignitatis, ſatis apparet, eò quòd habet rationem vr-

gen-

gentis, totam curationem ad ſe trahentis; ab illa enim vt pote praua excitantur ſymptomata vires quàm maximè lædentia, & reſoluentia, vt ſunt cardialgiæ, lypothimiæ, deliria, vigiliæ, inappetentiæ, alui fluores colliquatiui, & plura alia à malignitate exorta, quę omnia contraindicant ſanguinis miſſionem ob iactutam, quàm viribus afferunt, quę vt nonnulli addunt in huiuſmodi febribus languidæ ſunt ob malam, & quaſi venenatam auram ab ipſa malignitate eleuatam, & ſpiritus vitales diſſipantem.

Addunt alij non alia ratione tractandos eſſe ægrotantes, atque tractentur illi, qui venenum aſſumpſerint, cum eandem cum illis habeant naturam, ſed iſti non curantur ſanguinis miſſione, ergo neque febre maligna laborantes.

Verùm, vt iſte nodus, qui prima facie videtur alicuius momenti, de medio tollatur, opus eſt conſiderare ipſam malignitatem reſpectu diuerſorum temporum febris; nam cùm ipſa ſit qualitas quædam, vt ſupra oſtendimus, ſequens naturam prauę putredinis, non generatur in inſtanti, neque homines fulguris in modum obſidet, ſed tempore.

Quare poſſumus ipſam conſiderare in principio, in augmento, ac etiam in ſtatu. Si in principio ipſam ſpectemus, mitis eſt admodum, quemadmodum ſunt omnes morborum cauſæ, iuxta illud Hipp. 2. aph. 30. omnia in fine, & in principio ſunt mitiora, circa vigores verò fortiora: vnde in principio non poteſt prædicta ſymptomata producere.

At ſi in vigore conſideretur, aucta putredine, à qua proueniunt ſymptomata, iam ſupra enumerata, & peiora etiam producere poteſt, & producit, ideo ne illa ſuccedant, opus eſt in principio febris mittere ſanguinem: & hinc eſt, quod virtus in huiuſmodi febribus

A languidior eſt; ſi præſertim omittatur ſanguinis miſſio ab initio morbi, vnde rectè à diuino Hipp. ſcriptum eſt 2. aph. 29. cùm morbi inchoant, ſi quid videtur mouendum, moue.

Ad id, quod dicebatur hos ægrotantes eſſe tractandos, quemadmodum, qui venenum aſſumpſerunt, dico verum eſſe, & falſum: verùm quidem per alia duo inſtrumenta, à quibus auxilia acci-
B piuntur habentia facultatem reſiſtendi veneno, at falſum in chirurgico inſtrumento, quo in febre maligna vtendum eſt.

Sed Saxonia ex authoritate Eraſti admonet non eſſe mittendum ſanguinem in febre maligna, & peſtilenti ortum ducente à prauis edulijs, at nos ſupponimus malignam febrem ortum ſuum ducere à prauis edulijs, ergo non
C eſſet mittendus ſanguis.

Reſponde, quòd is loquatur per comparationem ad febrem peſtilentem ex aere, in qua exiſtimat Eraſtus totius poſſe ſanguinem mitti, quàm in ea, quæ ſit à prauis ſuccis, & ſic cùm non id dicat abſolutè, ſed reſpectiuè, non valet argumentum ab eius authoritate deductum: atque ita malignitas in principio non contraindicat ſanguinis miſſionem,
D & per conſequens ſit conſtans, & vera hæc propoſitio omiſſis longis ſermonibus, qui à varijs authoribus fiunt in hac materia. In principio febris malignæ pręſente indicante, & permittente mittendus eſt ſanguis.

Modò videamus rectum huius auxilij vſum, & rectam adminiſtrationem, & primò de tempore, de quo iam determinatum eſt, vt in prima die, ſi fieri po-
E teſt, mittatur ſanguis, aut ſaltem ne ſecunda pertranſeat, & ſemper in quietiori ſtatu acceſſionis quacunque hora contigerit.

Hinc Gal. 3. in 1. epid. tex. 30. excuſat Hipp. quòd in octauo die ſanguinem miſerit in Axione laborante febre maligna, eò quod ab initio non fuerit vocatus

catus. Deinde cùm apud Medicos illius temporis in vſu eſſet mittere ſanguinem primis diebus, exiſtimantes poſt quartam diem venæ ſectionem inutilem eſſe, vt ipſos redargueret Hippocrates, oſtenderetque non eſſe reſpiciendum numerum dierum, ſed indicans, atq; permittens, miſit ſanguinem in octauo die exiſtente indicante, & permittente.

Pleriqueetiam ſunt authores doctiſſimi ex recentioribus, qui non ſolùm mittunt ſanguinem in principio, ſed in omni tempore vrgente neceſſitate ab indicante, & permittente accepta. Nec probo Cardanum contr. lib. 2. tract. 4. contrad. 4. dicentem Hipp. in hoc ſolo ægrotante miſiſſe ſanguinem in illa conſtitutione, idque non feciſſe febris ratione, ſed phlegmonis lateralis, quam æger patiebatur, alios tamen ſeruatos fuiſſe abſq; venæ ſectione.

De quantitate ſanguinis extrahendi non eſt tam facilis determinatio; nam vt in regulis ſanguinis mittendi oſtendi ex lib. de cur. rat. per ſang. miſſ. 12. nihil eſt, quod magis coniecturalem faciat medicinam, quàm vniuſcuiuſque auxilij quantitas adminiſtranda: quare opus eſt vti coniectura quadam rationali, qua peritus Medicus agnoſcat plenitudinis copiam, atque robur virium, quæ plenitudo ſi magna eſt, & vires conſtant, in maiori copia detrahendus eſt ſanguis, quàm vbi hæc non tam validæ adſint, neque tanta ſit copia.

Verùm in huiuſmodi febre maligna tutiùs eſt infra, quàm ſupra peccare: ſi autem peccatum ſit tantùm in copia, & vires ſummè valeant, quod peccat vnica vice auferri debet: at vbi vires non ſatis valent, & opus ſit ſanguinis miſſione, diuidenda eſt quantitas euacuanda in duas, aut tres vices, pro vt Medicus doctus iudicare poterit. Et hic eſt modus mittendi ſanguinis, nempe vel totum ſemel, vel pluribus vicibus euacuare.

A De loco etiam, ex quo mittendus veniat, non tam clarè patet apud ſcriptores. Alij enim dicunt ex ſaphenis; alij ex venis, quæ ad cubitum ſunt, qui adhuc ſunt diſcrepantes, cùm alij ex vena iecoraria, alij ex cephalica, alij ex communi detrahendum cenſeant.

Sed ſi recurraris ad methodum vniuerſalem à me alibi declaratam, videbitis omnium horum authorum ſenten-

B tiam eſſe veram, & admittendam facta hac conſideratione. Vel enim febris orta eſt ex ſuppreſſa aliqua conſueta purgatione in malo apparatu corporis, vt in viris hæmorrhoides ſuppreſſæ ſunt, & in mulieribus menſes, & hoc nomine excitata ſit febris maligna, tunc à ſaphenis mittendus eſt ſanguis; ſi ex ſolo apparatu totius corporis, ſanguis mittendus eſt ex iecoraria, quia

C hæc vniuerſaliter totum corpus euacuat; ſi adſit aliqua capitis læſio, ex cephalica; quemadmodum vbi læſio prodeat è capite, & iecore, euacuandus eſt è communi vena.

At vbi adfuerit iecoris, vel lienis affectio ex ſaluatella: ſi iecoris ex illa dextræ, ſi lienis ex illa ſiniſtræ manus. Et hæc eſt methodus mittẽdi ſanguinis à Gal. lib. de cur. rat. per ſang. miſſ. & lib.

D meth. med. tradita, ab Auicenna confirmata, & à communi practicantium ſchola vſu recepta.

Sed antequàm diſcedamus ab huiuſmodi inſtrumento, tria examinanda veniunt, vnum an apparentibus maculis, quas peticulas vocant, liceat per ſectam venam mittere ſanguinem? Secundò an conueniat hirudines, ſeu (vt vocant) ſanguiſugas venis hæmorrhoida-

E libus applicare? Poſtremò an cucurbitarum applicatio in huiuſmodi febribus ſit ex vſu?

Quod ad primum attinet, videtur huiuſmodi quæſitum ſimile illi, in quo quæritur, an apparentibus variolis ſit mittendus ſanguis, quem nodum ſoluens Auicenna lib. 4. fen. 1. tract. 4. inquit,

quit,

quit, eſſe mittendum, ſi adfuerit magna copia ſanguinis cum robore virium, id quod etiam dici debet de omni morbo; nam, vt ſupra diximus, vbi adeſt indicans præſens, & virtus permittens, nihilque eſt, quòd contraindicet, ſiue appareant, ſiue non papulæ, mittendus eſt ſanguis ex vena ſecta.

Nec id inconſultò agendum, verùm tunc maxima conſideratione, & præmeditatione vtendum eſt, nam papulæ, vel ſunt ex illis, in quibus cutis ſolùmmodò quoad colorem ſuum afficitur, vel ſimul cum colore læditur ſuperficiei lænitas aſperior euadens, & apparet etiam continui manifeſta læſio.

Si primo modo nihil refert, ſi mittatur ſanguis, vbi opus fuerit, cùm huiuſmodi maculæ nec criticæ ſint, nec ſymptomaticæ, vt ſupra dictum eſt, eò quòd non expelluntur humores ad cutem, vt 2. in 1. epid. 38. ſcripſit Hipp. dicens tales maculas, ſeu exanthemata parua non eſſe apta ad morbum decernendum; & ratio ab ipſo additur, quòd citò rurſus ſeſe occultant, quia non fiunt ab humoribus ad cutem delatis, ſed ex euaporatione, ſeu ab exhalatione.

Et quamuis in commentario illo Galenus dicat eruptiones fieri à natura irritata, non de huiuſmodi peticulis loquitur, ſed de parotidibus; nam maculæ iam dictæ ſunt euaporationes quædam, vt ex Hippocrate colligere licet dicente ſtatim eas euaneſcere, ſignum eſt ergo non fieri ab humoribus; cùm enim in febribus, & præſertim malignis, de quibus eſt ſermo, maſſa ſanguinis ſit prauis, & putridis humoribus conſpurcata, dum calor naturalis cum præternaturali ſimul pugnant in hanc maſſam agentes, eleuant vapores perpetuò, à quibus fiunt in cute huiuſmodi maculæ, intus remanentibus prauis humoribus, quos ſi comitetur copia ſanguinis, euacuandi ſunt per ſanguinis miſſionem, ſi non adſit copia ſanguinis,

A non eſt opus ſanguinis miſſione per ſectionem venæ.

Cur autem perpetuò fiat euaporatio in omnibus febribus malignis, nec ſemper appareant huiuſmodi maculæ, rationem habuiſtis, vbi de earum ratione tractauimus, diximuſque harum, & aliarum papularum aliam eſſe rationem, cùm iſtæ ab exhalatione prodeant, illæ

B verò ex humoribus ad cutem delatis, vt ſunt illæ, quarum meminis Hipp. 3. in 3. epid. 21.

De quibus etiam loquens Gal. in commentario illo, refert prouentum illarum in bilis acris copiam in corpore collectam, addebatque eas eleuatiores ſupra cutem ortum ducere à craſſioribus, & prauis ſuccis: tales ſunt etiam illæ maculæ, de quibus ipſemet loqui-

C tur cap. 4. de atra bile, & 5. meth. 12. in illis iuuenibus, quæ nigræ erant, quarum egreſſum tribuit in humorem melancholicum.

At ad eruptionem illarum puſtularum, quæ ab humoribus fiunt, opus eſt videre, an motus ſit criticus, an ſymptomaticus; ſi primò modo, non eſſet aliquid tentandum, neque ſanguinis miſſione, ſed ipſi naturæ permittendum, iuxta illud Hipp. 1. aphoriſ. (quæ iudi-

D cantur, & iudicata ſunt, &c.) ſi præſertim cutis locus idoneus eſſet ad materiam totam recipiendam, quæ facit febrem, quod idem de ſymptomatico eſſet dicendum.

Sin autem multa eſſet copia ſanguinis, & vires benè valerent, eſſet mittendus ſanguis, & hoc eſt, quod Mercurialis, Angelutius, Porta, & alij dicunt, quamuis iſti authores indifferenter lo-

E quantur dicentes, vbi appareant maculæ, & adſit copia ſanguinis, & vires valeant, quòd ſit mittendus ſanguis.

At ego ſum huius opinionis, quòd in papulis illis planis id liberè fieri poſſit, quia nec criticè, nec ſymptomaticè, vt dictum eſt, mouentur, at in alijs, quæ

ab

ab expulſione à natura fiunt, oportet videre, an hic motus ſit criticus, & tunc temporis nihil efficiendum eſt, ſi præſertim conſter per cutem poſſe naturam ſe exonerare, & perfectè; ſin minùs ita vt ſenſim, & diminuta ſit criſis, poteſt Medicus illi opem ferre: ſi verò motus ſit ſymptomaticus, plerique dicunt eſſe mittendum ſanguinem per ſectionem venæ.

Galenus verò 1. aph. com. 22. admonet naturæ inclinationem eſſe animaduertendam, & ſi idonea fuerit ſubminiſtrare, & adiuuare eam oportet, ſin autem contrariè, ac noxiè fiat, prohibere, transferre, atque diuertere quod non eſt cogitandum in illis maculis, quæ cutem tantùm in colore afficiunt, & (vt dictum eſt) ab humoribus non prodeunt.

Vnde Medici illi, qui apparentibus huiuſmodi maculis, curant ad cutem trahere, & ſic vel cucurbitas, vel veſicatoria, & alia huiuſmodi cutem aperientia adhibent, non rectè faciunt, neq; ex arte, aduerſuſque Hippocratem moliuntur, qui lib. epid. 1. ſec. 2. tex. 38. ſcriptum reliquit has maculas ineptas eſſe ad morbum ſoluendum, ergo fruſtra conantur ad cutem trahere, quod trahi minimè poteſt.

Hinc mihi videtur doctiſſimus Saxonia lib. de febribus cap. 28. non rectè proponere, & diſtinctè quæſitum, vbi dicit vtrum apparentibus peticulis, exanthematibus, carbunculis, bubonibus, liceat venam ſecare? nam alia eſt ratio peticularum, & alia eſt ratio ſymptomatum propoſitorum, vt ſupra dictum eſt: & hæc ad primum quæſitum.

Secundum erat de hirudinibus, an in hac febre liceat hirudines venis ſedalibus applicare? quod iam à nobis in methodo vniuerſali de ſanguinis miſſione determinatum eſt.

Quod attinet ad tertium de cucurbitis, id ſatis quoq; à nobis, & dilucidè determinatum fuit, quare poteſtis ad

A eum locum recurrere. Et hæc de curatione febris malignæ per diæteticum, & chirurgicum inſtrumentum, relinquitur, vt verſemur circa curationem per pharmaciam.

DE CVRATIONE FEBRIS *tritaophya per pharmaciam.*

B Avxilijs iam declaratis, quæ petuntur à victus ratione, & chirurgia pro curatione febris malignæ, nunc inuenienda ſunt ea, quæ à pharmacia accipiuntur, vt indicationibus ſatisfacere valeamus à cauſa morbifica, & à morbo deſumptis.

At à cauſa primùm auſpicandum, quæ eſt materia maligna, ſeu malignitas in vario humore poſita pro febris varietate; nam modò humor ſanguineus eſt, modò bilioſus omnis generis, C modò pituitoſus, modò melancholicus, & non rarò ex omnibus mixtus, ſæpè ex duobus, ſcilicet à prædominio.

Illud autem hoc loco memoria recolendum eſt, cuius, dùm loqueremur de inſtrumento pharmaceutico in methodo vniuerſali, meminimus, nempe multos caſus eſſe, in quibus euacuandum D eſt medicamento purgante à principio morbi, inter quos adduximus materiam malignam febris cauſam exiſtẽtem, ſi præcipuè ita putrefacta ſit, vt ad benignum ſtatum reduci minimè poſſit; nam tunc periculum eſſet, ne tota humorum maſſa contaminaretur, vaporeſque à maligna materia praui, atque maligni prouenientes cor perpetuò afficerent, atq; ea omninò à principio ex E ſententia Gal. extrahenda eſt, lib. 11. meth. med. cap. 5.

Indicans igitur purgandi in maligna febre eſt materia maligna, quæ ad benignum reduci minimè poteſt, permittens eſt virtus valida, his itaque duobus præſentibus ad purgans medicamentum accurrendum eſt, quod non

ſolùm

ſolùm facultatem habeat exturbandi A peccantem humorem, ſed etiam habeat ſibi admixtum, quod malignitati reſiſtere queat. Quocirca ſi fuerit materia tenuis, & bilioſa, tale medicamentum parari poterit ſub forma potus.

℞. Foliorum acetoſellæ,
Pimpinellæ,
Pentaphylli, ana manip. ß.
Radicis tormentillæ,
Biſtortæ, ana vnc. ß.
Florum cordialium, pug. j.
Seminum peponum, vnc. ß.
Et bulliant in ſufficienti quantitate aquæ ſecundùm artem; deinde.

℞. Decoctionis huius, vnc. iij. aut vnc. iiij. & infunde.
Rhabarbari in taleolas diuiſi, drach. ij.
Specierum diahyacinthi, ſcrup. j.
Cinnamomi grana v. facta expreſſione ſecundùm artem diſſolue.
Syrupi roſati ſolutiui, vel mannę corporis, vnc. vj.
Electuarij roſati Meſuæ, drach. ij. vſque ad vnc. ß. fiat potus breuis.

Sub forma boli.

℞. Diacatholici, vnc. j.
Rhabarbari ſubtiliter puluerizati, drach. j.
Electuarij roſati Meſuæ, drach. iij.
Specierum liberantis ſcrup. j. vel liberantis, drach. j.

Sub forma pilularum.

℞. Pilularum peſtilentialium Rhaſis, ſine quibus eſſe nolo, ana drach. j.
Diagridij optimi, gr. x.
Specierum diahyacinthi, ſcrup. j.
Cum ſucco limoniorum fiant pilulæ num. vij. & aurentur: poſtque earum aſſumptionem ſuperbibat ęger iuris pulli, vnc. iiij.

Si febris procreata fuerit ex craſſa, & frigida materia, debebimus vti præparantibus, alioqui ea non cedet pharmacis purgantibus. Præparatio itaque poterit fieri hiſce ſyrupis aliquoties aſſumptis.

℞. Syrupi de ſucco acetoſæ,
De ſucco betronicæ, ana vnc. j. miſce.

Poſt exhibitionem dictorum ſyruporum, facta ſcilicet præparatione, pręſcribenda eſt purgatiui auxilij formula, quam ſi voluerit æger ſub forma potus, erit ſequens.

B ℞. Cardui benedicti,
Hyperici,
Dictamni Cretenſis,
Vincetoxici, ana manip. ß.
Seminum ocymi,
Fœniculi, ana drach. I.
Florum Borraginis,
Bugloſſi,
Roſmarini, ana pug. j.
Bulliãt in ſufficienti quantitate aquę C ſecundùm artem: deinde.

℞. Decoctionis ſupradictæ, vnc. iij. aut iiij. & infunde.
Agarici,
Rhabarbari, ana drach. j.
Salis gemmæ, gr. v.
Specierum electuarij de gemmis, ſcrup. ij.
Infuſio fit ad horas ſex, vel octo, deinde facta forti expreſſione diſſol- D ue.
Mellis roſati ſolutiui, vnc. iiij.
Syrupi roſati ſolutiui, vnc. ij.
Electuarij indi maioris,
Diaphœnici, ana drach. j. ß. aut drach. ij.
Miſce, & fiat potus.

Sub forma boli.

℞. Diaphœnici,
Electuarij indi maioris,
E De pſyllio, ana drach. ij.
Diacatholici, vnc. ß.
Specierum electuarij de gemmis, ſcrup. ij.
Cum ſaccharo fiat bolus.

Sub forma pilularum.

℞. Pilul. aggregatiuarum,
De rhabarbaro, ana drach. j.

Trochiſcorum alhandal.ſcrup.ſſ.

Specierum electuarij de gemmis, ſcrup.j. A

Cum ſyrupo ex ſucco roſarum fiant pilulæ num.vij. & aurentur.

Expurgato corpore mediantibus his medicamentis, oportet malignitatem, quæ membris infixa eſt, bezoardicis, vel alexipharmacis, vel alexiterijs,tum internis, tum externis,extinguere.

Primò de internis dicendum eſt, deinde de externis. Interna medicamenta, quamuis habeant alexipharmacam facultatem, in qua omnia bezoardica conueniunt, ſunt tamen differentia ratione qualitatis manifeſtæ, nam alia ſunt, quæ refrigerandi vim habent, alia verò è contra calefaciendi quorum etiam quædam ſunt ſimplicia, & quædam compoſita. Frigida ſimplicia ſunt,quæ ſubijciuntur. B

Pimpinella,
Cicerbita,
Acetoſa,
Alleluia,
Trifolium acetoſum,
Lupulus.
Flores cordiales, hoc eſt.
Violarum,
Roſarum,
Borraginis,
Bugloſſi,
Radices biſtortæ,
Tormentillæ,
Semina acetoſæ,
Portulacæ,
Plantaginis,
Corallina aceto lota, & exiccata.
Sericum,
Grana tinctorum,
Terra lemnia.
Sigillata.
Bolus armenia,
Succinum,
Camphora,
Santali omnes.
Viſcus quercinum,
Cornu ceruí,
Os cordis eiuſdem,
Ebur.
Corallia alba,& rubra.
Margaritæ.
Lapis bezaar.
Fragmenta precioſa.
Scobs auri, & argenti.
Folia auri.
Succus acetoſæ,
Vuæ immaturæ.
Limonij,
Aurantij,
Berberis,
Ribis.
Mala punica,
Appia,
Roſca.
Acetum.

C

Et ex his materiam deſumere poſſumus pro conficiendis medicamentis compoſitis in febribus ex materia calida ortum ducentibus, vt ſunt antidota, electuaria, tabulæ, ſyrupi, & id genus.

Quæ verò ſequuntur ſimplicia ſunt medicamenta calida.

D

Dictamnum,
Scordium,
Vincetoxicum,
Carlina,
Angelica,
Ruta,
Scabioſa,
Balſamina,
Scorzonera,
Centaurium,
Valeriana vtraque,
Caryophyllata,
Chamædris.
Hypericon,

E

Verbena,
Saluia,
Cyperus,
Morſus diaboli,
Abrotanum,
Carduus ſanctus,
Zedoaria.
Ariſtolochia rotunda.

Gen-

Gentiana,
Acorum,
Satureia,
Helenium, hoc eſt, ænula campana,
Meliſſa,
Serpyllum,
Spica nardi,
Baccæ Lauri,
Iuniperum,
Hedera,
Lignum aloes,
Macis,
Nux myriſtica, ideſt moſcata.
Piper,
Crocus,
Cubebæ,
Galanga,
Coſtum,
Cinnamomum,
Sem. vrticæ,
Dauci,
Mei,
Baſilici, ſeu ocymi,
Hyperici,
Citrij,
Aurantij,
Limonij,
Cortex citrij,
Limonij,
Myrrha,
Thus,
Galbanum,
Succus galegæ, ſeu rutæ captariæ.
Scabioſæ.

Atque hæc ſunt, ex quibus compoſitiones fieri poſſunt aduerſus malignas febres, cùm frigidi humores prædominantur.

Sed rei euidentia deſcendamus ad quaſdam medicamentorum formulas, quibus plerumque vſi ſumus cum maxima ægrotantium vtilitate. In materia igitur biliosa, & maligna poteſt in primis parari medicamentum ſub forma tabellæ ad hunc modum.

℞. Margaritarum præparatarum, drach. ij.
Boli armeniæ,

A Terræ ſigillatæ, ana ſcrup. ß.
Seminum acetoſæ,
Portulacæ in pulueremredactorum, ana ſcrup. j.
Sacchari diſſoluti in aqua acetoſellæ, vnc. iiij.
Fiat confectio in tabellis, cuius doſis ſit ad vnc. ß.
Deinde ſuperbibat æger aquæ acetoſellæ, vnc. iiij.

B Sub forma conditi.

℞. Sacchari Florum Borraginis,
Bugloſſi,
Roſarum,
Nymphææ, ana drach. j. ß.
Diahyacinthi,
Liberantis, ana drach. j.
Syrupi de pomis ſimplicis,
de acido citrij, ana vnc. j.

C Foliorum auri num. iij.
Miſce, & fiat conditum, cuius doſis ſit ad vnc. ß.

Si tempus ſit calidum (præſertim in maximo æſtu) ſuperbibat patiens poſt huius conditi aſſumptionem ſeri deſtillati actu frigidi vnc. vj. cui admixta fuerit ſyrupi de ſucco acetoſæ, vnc. j. aut. ij.

Lapis etiam bezaar, ſi habeatur non D adulterinus, & artefactus, ſed verus, & naturalis, concedi poteſt ad pondus granorum xij. vel ex eo, atque alijs componatur ſequens tabella, quam plures conficiendam curaui, & præſtantiſſimam eſſe ex rerum euentu obſeruaui.

℞. Lapidis bezoardici, drach. ß.
Margaritarum præparatarũ drach. ij.
Contraherbæ, ſcrup. j. ß.
E Sacchari diſſoluti in aqua roſacea, vnc. iij.
Fiat confectio in tabellis, cuius doſis ſit, vt ſupra.

Poſtquàm hæc fuerint per os exhibita, non relinquantur, quę exterius applicari conſueuerunt, tũ ventriculo, tum etiam cordi, & primùm pro ventriculo.

℞. Olei roſati, vnc. j.
De abſynthio, vnc. ß.
Specierum diamargariti frigidi,
Terræ ſigillatæ,
Trium ſantalorum,
Cornu cerui, ana ſcrup. j.
Cum modico ceræ albæ fiat linimentum, & illinatur tota ventriculi regio.

Pro corde.

℞. Aquæ roſarum,
Cicerbitæ,
Pimpinellæ,
Borraginis, ana vnc. iiij.
Specierum cordialium, ana drach. j.
Succini, hoc eſt electri.
Oſſis è corde cerui,
Coralliorum rubeorum, ana drach. ß.
Specierum diahyacinthi,
Diamargariti frigidi.
Margaritarum præparatarum.
Contraherbæ, ana drach. j. ß.
Miſce, & fiat epithema cordi adhibendum.

Pro eodem.

℞. Vnguenti roſati Meſuæ,
Santalini, ana vnc. j.
Oſsis de corde cerui, ſcrup. j.
Eboris in ſcobem redacti,
Coralliorum rubeorum, ana ſcrup. ß.
Specierum liberantis, ſcrup. j.
Miſce, & cum modico olei roſati fiat linimentum, quo poſt epithema cordis regio inungatur.

Veniamus modò ad medicamenta conuenientia febri malignæ, cuius cauſa materia frigida, & craſſa fuerit: ſimplicia medicamenta iam ſupra recenſuimus, reſtat, vt demonſtremus, quo modo ex ijs compoſitiones quædam fieri debeant, quę malignitati reluctentur interiùs ingeſta, corque, atque ventriculum corroborent, ſi horum partibus exteriùs applicentur. Internæ poſſunt componi ad hunc modum, & primum ſub forma tabellæ.

℞. Vincetoxici,
Carlinæ,
Angelicæ, ana ſcrup. ß.

A Specierum aromatici roſati,
Electuarij de gemmis, ana drach. j.
Sacchari diſſoluti in aqua ſcorzoneræ, vnc. iiij.
Fiat confectio in tabellis, doſis ſit ad vnc. ß.
Aſſumenda ieiuno ventriculo quatuor horis ante prandium, & ſuperbibat æger.

B Aquæ ſcorzoneræ, vnc. iiij.

Pro condito.

℞. Sacchari ſcorzoneræ,
Flor. aurantiorum.
Borraginis,
Bugloſſi, ana drach. ij.
Ligni aloes.
Nucis moſcatæ, ana ſcrup. ß.
Confectionis Alkermes.

C Electuarij de gemmis, ana drach. j. ß.
Syrupi de pomis Regis Sabor.
De mentha, ana vnc. j. ß.
Miuæ cotoneorum aromaticę, vnc. j. adde.
Foliorum auri, num. v.
Fiat conditum, doſis ſit ad vnc. ß. poſt quam ſuperbibat
Aquæ ſcorzoneræ.
Acetoſellæ, ana vnc. ij.

D Linimentum pro ventriculo.

℞. Olei de abſynthio, vnc. j.
De ſpica, vnc. ß.
Specierum aromatici roſati,
Ligni aloes, ana ſcrup. j. ß.
Specierum electuarij de gemmis, ſcrup. j.
Cum modico ceræ fiat linimentum.

Epithema pro corde.

E ℞. Aquæ ſcorzoneræ,
Roſarum,
Bugloſſi,
Borraginis,
Hyperici, ana lib. ß.
Spec. cordialium, drach. ij.
Diamargariti calidi,
Lætificantis ad Almanſorem, ana drach. ij.

Li-

Ligni aloes, ſcrup. j. ſſ.
Vini albi generoſi, vnc. iiij.
Fiat epithema,

Linimentum pro eodem.

℞. Vnguenti ſantalini, vnc. ij.
Ligni aloes, ſcrup. j.
Croci gr. v.
Vincetoxici exiccati, & puluerizati, ſcrup. ſſ.
Cum modico olei roſati completi fiat linimentum, quod priùs, quàm in vſu ponatur, aceto roſaceo debet ablui.

A Plura quidem ſunt medicamenta tam interna, quàm externa ad malignas febres depellendas ab auctoribus deſcripta. Selectiora equidem tantùm hoc loco vobis tradere decreui, quæ vſu optima eſſe (Deo dante) expertus ſum.

DE FEBRIBVS SANGVINEIS.

DE SYNOCHO IMPVTRI.

CAPVT DVODECIMVM.

Poſt bilioſas febres ad ſanguineas ſe ſe conuertit lectio noſtra, quę Auicennam ſequitur, tanquam ducem in hac materia elucidanda, fen. 1. 4. tract. 1. cap. 44. Hæ febres communi nomine ſynochi à Græcis dicuntur, quòd aſſiduæ ſint, vnicaque tantùm acceſſione terminentur; à Latinis verò continentes, ſeu ſanguineæ appellantur.

Verum cùm à ſanguine febrem oriri duobus modis concipere poſsimus, vno quidem ſi ſanguis ſolum ferueat, inflammeturque; altero verò ſi putredinem contrahat, apud omnes, vt certiſsimum eſt primo modo genitam dari, ſic ex aduerſo ambiguum, & controuerſum admodum eſt inter doctores nō ſolùm recentiores, ſed antiquiores etiam, an febris ſynochus ſecundo modo genita re vera reperiatur.

Nos in harum febrium diſcuſsione ſic progrediemur, primùm, quod attinet ad eam, in qua omnes conueniunt, paucis exponam, in quonam conſtituta ſit ratio, & natura ipſius, & qua ratione curanda veniat.

D Deinde verò, quantum attinet ad eam, de qua dubium eſt, an detur nec nè, quia quæſitum ſi eſt præcedit omnia alia, primò inquiram, an re vera admittenda ſit talis febris putrida ad differentiam aliarum trium, nempe tertianarum, quotidianarum, & quartanarum, quarum primæ ex bile putrefacta, ſecundæ ex pituita putrida, tertię ex

E melancholia putreſcente fiunt, de quibus nullus ambigit.

Deinde hoc inuento, omnia, quæ ad cognitionem, & curationem ipſius pertinent, quàm accuratè per me fieri poterit, perſtringam.

Quod ergo attinet ad primam differentiam quamuis re vera, vbi incaleſcat ſan-

ſanguis, nouum quoddam genus febris oriri appareat, quod neque ad ephemeras, neque ad putridas febres pertinere videatur; tamen mediam quandam naturam ſortitur; nam cum ephemeris conuenit, & à putridis diſcrepat: quatenus calore blando conſtat, vt ephemeræ, & vnica acceſſione à principio ad finem vſque continetur, ac citra putredinem alicuius humoris conſiſtit.

Ab eiſdem verò diſcrepat, & cum putridis conuenit, quatenus non ex ſpirituum inflammatione, ſed ſanguinis ortum ducit, nec vnico, aut ad ſummum tribus diebus abſoluitur, ſed ad ſeptimum vſque extendi poteſt; nam calor non in tenuibus exhalationibus, ſed craſſioribus vaporibus reſidet.

Quamuis ergo nouum quoddam genus febris à putridis, & ephemeris diſtinctum conſtituere videatur; Galenus tamen, vt ipſemet 9. meth 1. & 2. refert, maluit abuti nomine vſitato, & ad eandem ſpeciem, ad quam ephemeræ pertinent, redigere, ſicque tres tantum in vniuerſum primas febrium differentias conſtituit, ephemeras, putridas, & hecticas.

Nos tamen, qui Auicennam ſequimur, hanc febrem ad humorales redigimus, & de ipſa tanquam mediæ cuiuſdam naturæ inter ephemeras & humorales putridas ſeorſim agemus, ea tamen breuitate qua decet, cum magni admodum momenti non ſit, & ex his, quæ de ephemeris ſuo loco audiſtis, ac de bilioſis hactenus dicta ſunt; facilè poſſint omnia intelligi, quæ ad hanc ſpeciem pertinent.

Quantum ergo ad cognitionem attinet, morbi eſſentia poſita eſt in calore febrili blando, ſed pauló magis vaporoſo, cum ſequatur ſanguinis inflammationem, à quo vapores craſſiores eleuantur, quàm ſint tenues illæ exhalationes, quæ à ſpiritibus in ephemeris ad cutem tranſmittuntur.

Hinc idem calor primo occurſu mul- A tus non videtur, ſed deinde ad manum, continuò maiori vaporum copia delata, multùs apparet, & manum implet, & à principio ad finem vſque vnicam tantùm facit accenſionem: mouetur autem, vel ſemper ſe ipſum augendo, tuncque vna ſpecies ſynochi oritur, quæ epacmaſtica dicitur, 9. meth. med. 3. cap. & 2. de diff. febrium 2. vel ſemper ſe ipſum imminuendo, tuncque B oritur alia ſpecies paracmaſtica dicta; vel demum ſemper vniformis, & vndequaque ſibi ſimilis apparet, & alia ſpecies emergit, quæ homotona vocatur.

Pendet autem hoc modo varietas ex diuerſa ratione inflammationis, & reſolutionis; nam quando accidit ſic inflammari, vt maior fuliginum copia ex inflammatione ſuſcitetur, quam diſſipetur, epacmaſtica oritur; quando res ſe- C cus contingat paracmaſtica; vbi verò æqualis ſit reſolutio generationis, tunc tertia ſpecies, quæ homotona appellatur, exurgit.

DE CAVSIS SYNOCHI imputris.

CAuſæ ſunt in duplici differentia; aliæ ſanguinem promptè accu- D mulant, augentque: aliæ verò accumulatum, genitumque ad inflammationem præparant.

Primi generis adhuc bifariam diuiduntur; nam vel ſunt externæ, ſiue neceſſariæ, ſiue non neceſſariæ; vel internæ. Quod attinet ad externas, aer calidus, & humidus maximè, ſiue ratione præſentis conſtitutionis, vel regionis, aut anni temporis, idoneus eſt ad ſanguinis ge- E nerationem.

Nam vt aliàs audiuiſtis, ea eſt ambientis aeris natura, vt ſemper corpora noſtra ad diſpoſitionem ſibi finitimam alteret; hinc videmus vere potiſſimùm produci huiuſmodi febres. Quod ſi hyeme quoque accidit aliquas procreari, id alia ratione contingit; haud enim ab am-

ambientis qualitatibus tunc promptè generari poteſt ſanguis; ſed pituita, quia ſcilicet ſua frigiditate hyems corporis poros ſtipans prohibet calidi exitum, quo detento licet ſanguis non augeatur, facilè tamen inflammari poteſt.

Cibi etiam, & potus euchymi, & qui facilè in multum, & laudabilem ſuccum conuertuntur, promptè ſanguinem aceruant.

Quod attinet ad ſomnum, & vigiliam, vtraque poſſunt eſſe cauſa huius febris, ſed alia, & alia ratione, ſomnus tanquam ſanguinē generans; nā fit ſanguis per coctionem; coctio autem per ſomnū magis, quàm per vigiliam efficitur: vigilia verò non tanquam ad ſanguinis generationem conducens, ſed potius tanquā genitum inflammans propter ſpirituum agitationem, quę in ipſa contingit.

Id ipſum dico de motu, & quiete. Quies ad ſanguinis productionem confert; motus ad eiuſdem inflammationē; nam inter cæteras cauſas huius febris Auicen. mentionē facit immoderati, & inſueti exercitij tanquam agitantis mouentis, & inflammantis ſanguinem.

Demum ſi reſpicias inanitionem, & repletionem; repletio, quæ ex ſuppreſſa aliqua euacuatione ſanguinis ortum ducit, maximè, ac præcipuè cauſa huius febris eſſe ſolet, vt ſi vel ſupprimantur hæmorrhoides, vel menſes, vel ſanguinis fluor è naribus conſuetus; tunc enim ex retento ſanguine ſolent facilè huiuſmodi febres procreari, cum tanta ſit copia ipſius, vt liberè perflari, ac refrigerari à natura nequeat.

Atque hæc ſunt cauſę externæ aceruantes, & accumulantes ſanguinem.

Internæ verò ſunt habitus corporis, temperamentum, & ætas, propterea huiuſmodi febres, vt dicebat Galenus 9. meth. 3. & 4. illis præſertim contingunt, qui adoleſcentes ſunt, multi ſanguinis, & boni habitus.

Ab his cauſis genito, & aceruato ſanguine in multa copia, ſi accidat ipſum A non poſſe difflari, neceſſarium eſt tandem inflammari; nam calidum omne indiget perſpiratu, difflationeque aliqua, qua vbi priuatur, ſemper magis incaleſcit.

Prohibetur autem difflatio, vel à ſola multitudine, quando tanta ſit copia ipſius, vt vaſa turgeant, adeò vt externo aeri nullus relinquatur locus, vel à viarum interclusione, vel obſtructione B facta à craſſitie, & viſciditate ſanguinis, vel à ſtipatione ex contactu rei frigidæ, & aſtringentis.

Quæ cauſæ valent non ſolùm humores inflammare, ſed etiam in putredinem adducere, vt ſupra de bilioſis audiuiſtis, in hac tamen ſecus res ſe ſe habet; tum quod breuiores, imbecillioreſque ſint, tum quod humor redundans ſola quantitate peccet; in qualita- C tibus verò vel nullo modo, vel leuiter admodum vitiatus eſt, & naturæ nutritionis neceſſitate carus adeò eſt, vt poſt omnes eum deſerat, & ſemper, quò ad fieri poteſt, tuetur.

Quod ſi vel cauſæ vehementes, vel contumaces admodum ſint, vel ſanguis in qualitate paulò magis vitiatus exiſtat, tunc etiam putredinem inuehunt, indeque contingit, vt quandoq; D ex impuri ſynocho putrem, vel ardentem febrem fieri videamus: hæc ſunt, quæ pertinent ad eſſentiam, & cauſas huius febris.

DE SIGNIS SYNOCHI *impuris*.

QVantum verò ad ſymptomata attinet; alia ſunt in genere actio- E num læſarum; alia excretorum, alia deniq; affectuum noſtri corporis. Ad actiones læſas pertinent hæc omnia ex Auicenna cap. 44.

Primùm laſſitudo tenſiua totius corporis à multitudine humoris diſtendentis vaſa, & vires hebetantis ea imbecillitate, quæ per aggrauationem dicitur.

De-

Deinde iactatio vniuerſi corporis; in hac enim cùm multa ſit materia, quæ inflammationem ſuſcipit, eaque valida, & intra vaſa contenta, neceſſarium eſt incommodum quoque magnum eſſe, ac propriè corpus vniuerſum ſe ipſum agitare.

Tertiò grauitas capitis, præſertim circa frontem, ob multam vaporum copiam in eam partem irruentem, ac membranas, & vaſa diſtendentem.

Quartò lachrymæ inuoluntariæ, & validæ; & quamuis Hippocrates 4. aph. 52. inter læthalia ſigna eas ponere ſoleat, intelligendus eſt locus, vt exponit Galenus, ſi ex inuoluntariè fluant præ virium languore; at vbi accidat erumpere ex oculis præ copia humorum, ac vaporum, qui in venis continentur tunc læthale ſignum non eſt, ſic in præſentia contingit. 2. epid. 55. ſcriptum eſt lachrymas inuoluntarias prænunciare colli dolorem, temporum grauitatem, circa oculos tenebras, hypochondrijſq; tenſionem.

Quintò perſentitur pruritus tum ad nares, tum in collo ipſo ob ſanguinem titillantem, & exitum quærentem.

Sextò adeſt ſomnus profundus, vt Auicennas obſeruat; nam ait hanc febrem conſueuiſſe vocari febrem ſomni profundi. Et ratio in promptu eſt quia ſomnus profundus oritur, tum quia ob copiam humoris intercluduntur viæ facultati ſentienti ad organa ſenſuum; tum quia tanta vaporum mitium ac blandorum copia in cerebrum fertur, vt ipſum aggrauent, ac in ſoporem adducant.

Adde, quod in talibus ſomnis ſolent contingere inſomnia, in quibus apparent obiecta rubra; nam hæc ſequuntur naturam vaporum, à quibus ortum trahunt. Propterea deridendi non ſunt medici, qui in morborum vigore, vt in humoris peccantis naturam melius per ducantur, quandoque ſuos ægrotantes de inſomnijs percunctantur.

A Septimò ſpiratio in ipſis difficilis apparet ex multa iugulatium venarum repletione.

Octauò anginæ, tumoreſque ſanguinei ad fauces apparent, tranſmiſſa portione humoris peccantis ad eas partes, ad quas inſignes venæ producuntur.

Nonò, ac poſtremò pulſus redduntur pleni, magni, celeres, ac frequentes, ac medij inter duros, & molles.

B Pleni fiunt ob turgentiam ſanguinis, & ſpirituum: celeres verò ob auctam neceſſitatem euentandi, & depurandi præ inflammatione: medij inter duros, ac molles, quia quantum mollitiei affert humoris præſentia, tantum duritiei eiuſdem turgentia inducere poteſt.

De æqualitate verò, & inæqualitate eſt difficultas, propterea quod ex vna parte cum febris non ſit putrida, nullum inæqualitatis veſtigium videtur apparere poſſe, Galenus propterea 9. meth.

C 3. talium febricitantium pulſus æquales eſſe dicebat.

Ex altera verò parte cum vires aggrauatæ ſint ex plenitudine, inæqualitatem quandam parere videntur.

Et propterea Auicennas hoc loco inter cætera ſigna huius febris à pulſu ſumpta inæqualitatem proponit.

D Quid ergo dicendum? Sunt, qui conciliant hoc modo, quod Galenus, dum pulſum æqualem eſſe dicit, reſpiciat ad ſynochum putrem, quando autem Auicennas inæqualem, ad putrem.

Sed falſum eſt hoc, propterea quod neque Auicennas adhuc deſcenderat ad ſynochum putrem, dum id proponit, vt patet legentibus verba ipſius.

E Reſponderem ego facta collatione cum inæqualitate putridarum, pulſum huius febris dici poſſe æqualem, & Galenum ad hunc reſpexiſſe; at facta collatione ad pulſum ephemerarum eſſe inæqualem, & Auicennam id ſibi voluiſſe: hæc ſunt ſymptomata, quæ pertinent ad actiones læſas ſiue vitales, ſiue animales.

Quan-

Quantum verò ad excreta attinet, in vrinis nullum ſignum putredinis obſeruatur, vnde ſubſtantiæ craſſæ, & coctæ in principio ſunt, colore tamen paulò magis rubicundiore, quàm in vrinis ſanorum conueniunt; nam atteſtantur naturam humoris redundantis, incendiumque febrile ita poſtulat.

Sudores item nulli apparent, niſi propè criſim, quia materia intra vaſa detinetur, nec poteſt per craſſas ipſorum tunicas tranſpirari, at imminente criſi, cum iam natura incipiat dominari ſuper materia morbifica, ſitq; magis attenuata, tunc quandoque tranſpirat, indeq; madores, ac ſudores critici ſolent contingere.

Quantum verò ſpectat ad ſymptomata, quæ reſpiciunt affectus noſtri corporis, hæc vel conſiderantur in toto, vel in facie. Si in toto, primùm moles corporis firma manet, & non concidit; nam tanta adeſt ſanguinis laudabilis copia, vt licet à febrili calore fiat aliqua diſſipatio, vitienturque coctiones, & alimentum, vel nullum, vel paucum aſſumatur, tamen natura non caret nutrimento.

Adde, quod in hac febre fermè ſemper adeſt cutis ſtipatio, à qua prohibetur, ne corpus ita promptè diſſoluatur. Præterea venæ in toto apparentes turgidæ, & plenæ admodum viſuntur, præſertim oculi ob multam ſanguinis copiam in ipſis concluſam.

Cutis non eſt in hac febre ſqualida, quod leui madore, ac calore perfuſa ſit. Si verò ſpectetur facies, rubra ea, & calida apparet, & oculi, ac tempora excauata. Neque aridi redduntur ægri ob rationem aſſignatam in mole totius; atq; hæc ſunt omnia, quæ pertinēt ad cognitionem præſentium.

A

DE FVTVRO EVENTV febris ſynochi imputris.

Quod verò pertinet ad futurorum notitiam, tria ſunt conſideranda, euentus nempe, tempus, & modus.

Euentus quandoque ad bonum, quandoque verò ad malum tendit: ad bonum vbi rectè curetur, nullumque committatur erratum; morbus enim ex ſe ſalubris eſt; quando verò ſecus contingit, tunc permutatur vel ad aliam febrem, vel ad alium morbum.

B

Si ad aliam febrem, aut ad putridam ſynochum, aut ad ardentē, vel hecticam tranſit, & ad hanc aut putrida media, aut non, vt quando diſrupto vaſe in pulmone incidunt in phthiſim, & inde in hecticam.

C

Si verò permutantur ad alium morbum, qui non ſit febris, aut erit morbus calidus, vt phrenitis, vel variolæ materia ad alias partes tranſmiſſa; aut frigidus ex malo regimine, & immoderato frigidorum vſu, vt lethargus, coma, hydrops, tympanitis.

Tempus autem euentus breue futurum eſt; nam vt plurimum non excedit diem ſeptimam, cum ſit morbus acutus ex Auicenna.

D

Modus autem euentus ad ſanitatem eſt reſtituto ſanguine ad priſtinam temperiem, vel à natura moliente euacuationem per fluxum ſanguinis ex aliqua parte, vel ab arte procurante per ſectam venam copioſè.

Ad perniciem verò, & malum tendit vel ſuffocato, & ſtrangulato calore à copia, vel diſrupto aliquo vaſe, vel putredine ſuccedente.

E

Atque hæc quantum ad cognitionem ſimpliciter morbi, poſt quam iam recognoſcendus eſt in ſubiecto corpore, quod nobis tractandum occurrit. Recognoſcitur autem facilè ex ſignis diagnoſticis ſumptis ab eiſdem fontibus, ex quibus ducti ſumus in co-

gnitionem ipſius ſimpliciter, ſcilicet ab eſſentia, à cauſis, & à ſymptomatibus.

Vbi ergo talem calorem præter naturam in corpore obſeruauerimus, conijciemus corpus ſynocho ſine putredine laborare. Id ipſum dico de cauſis, & ſymptomatibus; nam ſi tales cauſas præceſſiſſe, aut etiam ineſſe in ſubiecto corpore deprehenderimus, quales ad huius febris conſtitutionem neceſſarias eſſe diximus, inferimus ſtatim febrem, qua corripitur, ſynochum imputrem eſſe, & non aliam; potiſſimum ſi adſint ſymptomata omnia hanc neceſſariò ſequentia, de quibus abundè actum fuit.

Quare abſolutis omnibus, quæ ad cognitionem neceſſaria ſunt, relinquitur iam, vt ſecundum caput de curatione paucis abſoluamus.

DE CVRATIONE FEBRIS ſynochi imputris per victus rationem.

QVod ad curationem attinet, perficitur hæc primò indicationibus medijs, deinde inſtrumentis. Indicationes aliæ nobis demonſtrantur à cauſis; aliæ à morbo; aliæ a ſymptomatibus.

Si cauſas ſpectemus, cùm harum aliæ accumulauerint ſanguinem, ſiue externæ, ſiue internæ ſint; aliæ verò inflammauerint; primæ indicant prohibendum eſſe, ne ita promptè generetur ſanguis, quod fit partim mutata victus ratione in ſex rebus non naturalibus, partim alterato temperamento, habituque corporis mutato.

Cauſæ verò inflammantes, quæ erant multitudo, obſtructio, & ſtipatio, quæ prohibebant diflationem, indicant primùm ſui ablationem, tum detractione per ſanguinis miſſionem, tum inciſione, & attenuatione eius, quod obſtruit, tum relaxatione eius, quod obſtru- A ctum, ſtipatumque eſt.

Vltimum verò, quod indicant, eſt, vt inflammatum iam ſanguinem ad temperiem reducant, quod fiet partim feruorem remittentibus, partim putredinem arcentibus: hæc à cauſis indicantur. A morbo verò ſola refrigeratio, & humectatio: a ſymptomatibus nihil diuerſum ab alijs, quoniam & leuia ſunt, & conſpirant cum morbo, & cauſis.

B Satisfacimus hiſce indicationibus, tribus inſtrumentis medicis; victus ratione, chirurgia, & pharmacia.

Victus ratione prohibemus primùm, ne ſanguis in tanta copia generetur; deinde genitum attenuamus, incidimus, refrigeramus, a putredine præter naturam arcemus, quæ omnia à cauſis, & à morbo indicabuntur.

C Et quamuis victus ratio conſtituta ſit in recto vſu omnium rerum non naturalium, tamen quia breuitati ſtudeo, ea ſolùm, quæ maioris momenti ſunt, attingam, vnde in ſolo cibo, & potu verſabor, primùm in vniuerſali; deinde in particulari, vt ſciatis qualia alimenta ſint adhibenda.

Circa vniuerſalia conſideranda occurrunt duo; quantitas, & qualitas. D Quod ad quantitatem alimentorum ſpectat, cum vires validæ admodum ſint, vel ſi imbecilles, id contingat ex ſola plenitudine, & aggrauatione, ac morbus ſit ſuapte natura breuiſſimus, ſtatumq; paroximum habeat, conſulo, vt quam tenuiſſimus præſcribatur victus, ne ſecus morbus continuò magis augeatur.

E Si reſpicias qualitates, in primis ſit victus refrigerans, & humectans, non tamen intenſè adeò, vt in cauſo, quia nec tantum incendium, nec tanta caloris acrimonia exiſtit.

In ſecundis verò non ſit admodum nutriens; neque lentoris, aut craſſitiei particeps; nam ſi multum nutriat, multum etiam ſanguinis generat, quo non indigemus. Si craſſus, & lentus ſit, obſtru-

ſtructiones auget. Talis ergo debet eſſe victus ratio in cibo, & in potu in vniuerſali.

In particulari verò, ratione cibi conuenit ptiſana hordeacea, vel potius ſuccus ptiſanę; refrigerat enim, humectatq; & detergit.

Panis ex aqua, & emulſione ex ſeminibus melonum eſt optimus.

Ratione autem potus laudatur à multis aqua gelida ad ſatietatem, de qua ſupra, quam neque improbo.

Sed duo obſeruo; alterum, quod vbi conceditur ad ſatietatem vſque, vt deſcribitur à Doctoribus potius loco medicamenti datur, vt ſupra audiuiſtis; quàm potus; nam vel educit bilem, & refrigerat ſimul, ſicut in cauſo; vel ſaltem alterat, refrigeratque.

Alterum, quod obſeruo eſt, quod in hac febre non eſt opus tanta refrigeratione, ſicut in cauſo, cum ardor, & æſtus tantus non ſit, ſed magis requiritur detractio redundantis ſanguinis per venam ſectam, à qua ſola refrigeratio habetur: quare in curanda hac febre non ita præcipites eſſe oportet in potu aquæ gelidæ, ſicut in curando cauſo.

Præter aquam verò conueniunt etiam huiuſmodi potus.

Oxyſacchara,

Vnum granatorum dulcium, cum aqua.

Mulſa,

Et huiuſmodi, quæ eo, magis conueniunt, quo minus periculum aliquod læſionis hypochondriorum imminet, & à putredine etiam arcere poſſunt ſanguinem iam inflammatum, & ad ipſum aliquo modo præparatum: atque hęc quantum ad primum inſtrumentum.

A *DE CVRATIONE FEBRIS ſynochi imputris per Chirurgiam.*

Chirurgia, ſub qua continetur ſanguinis miſſio, quam maximè indigemus, vt ſatisfaciamus indicationibus ſumptis, & à cauſis, & à morbo; nam per hanc tollimus ea, quæ difflationem prohibent, ſcilicet multitudinem, B obſtructionem, & ſtipationem, remittimus feruorem, & putredinem arcemus.

Quare præſentaneum admodum eſt hoc remedium, imo præcipuè hoc ſolo curari ſolet hæc febris; ſicut ſubtractis lignis ignis abſoluitur, vt habetur à Galeno 9. meth. cap. 4.

Quod ſi quiſpiam veſtrum objiciat; morbum non eſſe magnum, remedium verò eſſe magnum; atque ita contra C Hippocratis doctrinam nos operari, dum ſanguinem mittimus, quia extremis tantùm morbis extrema remedia adhibenda veniunt.

Reſpondeo primùm Hippocratem re vera conſuluiſſe, vt extremis morbis extrema remedia applicaremus, in hoc ſenſu, quod ſolùm illis conueniunt, cum maximè illis ſint ex vſu, non quod non extremis etiam non poſſint quandoque D aliqua extrema adhiberi.

Quod ſi non ſatisfaciat hæc reſponſio, dico morbum dici poſſe magnum duplici ratione, altera quidem præſentis ſtatus cauſa, in quo reperitur; altera verò imminentis; dictumque Hippocratis intelligendum eſſe de morbis extremis, non ſolùm prima ratione, ſed etiam ſecunda ſumptis.

E Quare licet hæc febris, ratione præſentis ſtatus, dici non poſſit magnus morbus, ratione tamen imminentis periculi quam maximus cenſendus eſt; nam permutari poteſt in aliam febrem, aut putridam, aut ſynochum, vel ardentem, aut non putridam, ſed hecticam, vel in alios grauiſſimos morbos, vt vaſorum diſruptionem, virium ſtrangulatio-

tionem, & alios huius generis, ſicut 9. meth. med. 5. & 1. aph. 3. à Galeno habemus.

Ea propter expedit omninò ſanguinem mittere, atque humorem non ex quacunque venula, ſed magna euacuare, vt citius abſoluatur imminens omne periculum; neq; in quacunque quantitate, ſed ad animi vſque deliquium, vt 9. meth. 4. & 1. aph. 3. ita enim tanquam ſubtractis lignis, calor ſtatim remittitur, & febris ipſa ſanguinis miſſione iugulatur.

Eſtque ſecanda vena quocunque tempore, & omni hora, dummodo crudi humores non ſint in ventriculo, vt à Galeno habetur in 6. de curandi rat. per ſanguinis miſſionem: & atque hæc ſunt, quę pertinent ad ſecundum inſtitutum.

DE CVRATIONE FEBRIS ſynochi impetris per Pharmaciam.

PEr pharmaciam ſimiliter ſatisfacimus indicationibus iam dictis;

A continet hæc medicamenta tam externa, quàm interna, ſed tamen neque his, neque illis vtimur, cum ſola ſanguinis miſſio ſanet; ſi tamen hac facta adhuc perduret morbus, timeaturque tranſitus ipſius in deteriorem ſtatum, vſurpanda ea veniunt.

Inter externa ſunt balnea, antiquis frequentiſſima; noſtra autem tempeſtate cum operoſa nimis ſint, rariſſima.

B Cum interna verò recenſentur, quæ vel per clyſteres, vel per os iniecta poſſunt ſeroſos humores, ichoreſque ipſos educere. Clyſteres debent eſſe molles; medicamenta verò mitia, nec valida, aut craſſa, vt

Manna,

Tamarindi,

Vtrumque ſaccharum.

Et huiuſmodi alia, de quibus egimus C in cura tertianæ exquiſitæ.

Atque hæc ſunt omnia, quæ pertinẽt ad ſynochum impurrem, ſiue cognitionem, ſiue curationem ſpectemus. Nunc tandem ſynochum putrem aggrediemur, & primò verſabimur circa quæſitum, quod eſt.

DE FEBRE SYNOCHO PVTRI.

CAPVT DECIMVMTERTIVM.

ABſoluta ſynochi impuτris conſideratione ad putrem noſtra conuertenda eſt tractatio; ſed quoniam, vt à principio eſt obſeruatum, controuertitur inter viros grauiſſimos an talis febris re vera reperiatur, tanquam quartum quoddam genus putridæ contradiſtinctum à bilioſis, melancholicis, & pituitoſis, an verò tria hæc tantùm putridarum genera ſint conſtituenda, ita vt à ſanguine nulla alia febris poſſit produci præter ſynochum impurrem iam expoſitam?

E Propterea quærendum ante omnia à nobis eſt, nunquid re vera detur, nec nè? Deinde hoc inuento, omnia, quæ ad eius cognitionem, ac curationem neceſſaria ſunt, quam accuratè per nos fieri poterit, proſequemur.

Quod ergo ad primùm attinet, Galeno tribuit Auicennas cap. 44. quod opinatus ſit non dari febrem à ſangui-

ne putreſcente. Nec deſunt quàm plurima Galeni loca, ex quibus hoc apertè euinci apparet.

Nam primum 2. de diff. febrium 2. & 2. de criſib. 9. febrium putridarum ſimplicium tria in vniuerſum genera tantùm conſtituere videtur.

Vnum bilioſarum, quæ de tertio in tertium; alterum pituitoſarum ſingulo die; tertium, ac poſtremum melancholicarum, quæ quarto quoq; die ſuos circuitus abſoluunt; ſanguinearum nullam prorſus mentionem fecit, vt qui eam dari non putauerit.

In eandem ſententiam faciunt, quæ leguntur apud eundem Galenum tum locis citatis, tum alibi ſæpè; citanturq; ab Auicenna cap. 44. tanquam præcipuum fundamentum ſententiæ Galeni; nam is exiſtimauit ſanguinem cum primùm putreſcit, ita ſe habere, vt ſtatim pars eius tenuior in bilem; craſſior verò in melancholiam conuertatur, atq; ita totum in bilem, vel flauam, vel atram mutari, & febrem eo putreſcente generari bilioſam potiùs, quam ſanguineam.

Confirmatur hoc ipſum ex ijs, quæ habentur 2. de differentiis febrium, & 1. ad Glauc. cap. 13. nam ibi ſynochum à ſanguine putreſcēte in eodem genere cum ardentibus eſſe aſſerit, 1. verò ad Glauc. eadem ratione eam curat, ac ardentem: quare cum illæ ad bilioſas referantur, etiam hæc ad eaſdem pertinebit. His accedit, quod 2. de criſibus 6. deurentem huiuſmodi febrem vocat, & alibi magnam, ac vehementem, quæ omnia ardenti à bile etiam tribuuntur.

Præterea 2. de diff. febrium 9. cum tria tantùm ſtatuat periodorum genera, de tertio in tertium, de quarto in quartum, & ſingulo quoque die, ſi ſanguis putreſcat ea ratione, vt poſſit periodum aliquam ſequi, ad quamnam harum ſe determinabit?

Reſpondet, & exemplo pleuritidis innixus concludit ſequuturam eſſe periodum de tertio in tertium, atque ita fe- A bres ſanguineas ad bilioſas refert; nam vt in inflammatione, quæ ſub coſtis fit, vbi accidat ſanguinem putreſcere, fiunt tales periodi, ita ratione etiam conſentaneum eſt, accidere in venoſo genere.

Addunt tandem alij in confirmationem huius ſententiæ, quod ſanguis nunquam putreſcit, tanquam humor, quo maximè indiget natura pro nutritione animalis, & qui poſt omnes ab ea deſe- B ritur, ita vt primò animal interire, quàm ſanguinem putreſcere permittat.

Hoc ergo eſt, quod Galeno tribuit Auicennas, hæcque ſunt loca, & rationes, ex quibus id colligi, & confirmari poſſe videtur.

At Auerroes 10. col. cap. 31. ita malè de Galeno ſenſit, vt non ſolùm erroneam hanc ſententiam ipſi tribuerit cum Auicenna, ſed auſus eſt etiam in- C conſtantiæ, & vanitatis redarguere, tanquam, qui modo hanc febrem viſus ſit reijcere, vt ex locis ſupra citatis conſtat; modò non ſolùm agnouiſſe, & conceſſiſſe, ſed curaſſe etiam, vt 9. meth. med. 3. vbi refert hiſtoriam duplicis febris ſynochi; alterius quidem putridæ, qua ſeruum quendam correptum fuiſſe teſtatur; alteriùs verò imputris, quà dominum laboraſſe aſſerit & vtramque D ab ipſo curatam fuiſſe ſcriptum relinquit.

Quare ſi Arabes conſulamus, aſſerendum eſt Galenum in hac difficultate, vel illi parti fauiſſe tantùm, quod non datur febris putrida à ſanguine, vel parum ſibi ipſi conſtitiſſe.

Cui ſententiæ Arabes, & qui ipſos ſequuntur, quam maximè repugnant; putant enim talem febrem omninò ne- E gandam non eſſe. Fundamentum præcipuum, quo nititur contraria opinio, quam Galeno tribuunt, in hoc poſitum eſt, quod ſanguis dum putreſcit, non ſeruat propriam formam, ſed ſtatim in bilem vtramque permutatur, in flauam quidem quoad tenuiorem partem, in atram verò, quo ad craſſiorem, ſicque

fiet

fiet febris potiùs billioſa, quàm ſanguinea.

Hoc dictum, quod ſanguis, dum putreſcit, euadat bilis, & non ſeruet formam ſanguinis, poteſt habere duplicem ſenſum; alterum, quod dum putreſcit, hoc eſt, poſtquam iam ex toto putruit, conuertitur in bilem. Alterum, quod dum eſt in ipſamet via putrefactionis, iam exuit formam ſanguinis, & ſuſcepit formam bilis, & vterque ſenſus reijcitur.

Prior, quia is non facit ad rem; nam in controuerſia poſitum eſt, an fiat febris à ſanguine, non quando amplius non eſt, ſicut quando ex toto iam putruit, ſed quando adhuc ſeruatur, eſtq; in ipſomet actu putrefactionis. Præterea dato hunc ſenſum ad propoſitum eſſe, & hoc quoque controuertitur, qui fieri poteſt, vt hac ratione dicamus à ſanguine, dum putreſcit, bilioſam febrem fieri, cum ab ipſo hoc modo putrefacto, non ſolùm bilis, ſed melancholia etiam oriatur? Neque enim totus in bilem permutatur, etiam per ipſum Galenum.

Verùm demus totum in bilem permutari, poſtquam putrefactus eſt, ſi inde inferre quis velit, ergo febris à ſanguine, dum putreſcit, eſt bilioſa febris putrida; negabo conſequentiam, quia vt bilioſa febris putrida fiat (de his enim nunc ſermo eſt) non ſolum neceſſe eſt ſuppetere humorem bilioſum, ſed etiam oportet hunc putrefieri. Quare licet putrefactio à ſanguine facta in bilem conuerteretur, niſi bilis ipſa putreſceret, nunquam fieret bilioſa febris.

Quod ſi dicas conuerti in bilem putridam, cum à ſanguine putredo oriatur, hoc non tollit difficultatem, quia licet à putrido fiat, non propterea neceſſarium eſt putridam eſſe; quicquid enim ex putrido naſcitur, illud neceſſariò non eſt putridum, vt acetum ex vino, vermes ex cadauere putreſcentibus fiunt, nec propterea aut acetum, aut vermes putrida ſunt, & ita de multis alijs.

A Quod ſi acrius contendas, quidquid ex putrido generatur, quoque putridum eſſe, cogeris ſaltem fateri à ſanguine putrefacto hoc modo non ſolùm bilioſam febrem procreari, ſed etiam melancholicã, quia ſanguis non ſolum in bilem conuertitur, ſed in melancholiam etiam ratione partis craſſioris, & vtramq; putridam. Quare cùm non ſit maior ratio vnius, quàm alterius, ſi ab illa biB lioſa, ab hac melancholica fiet febris, ſicque febris à ſanguine putreſcente non erit in eodem genere cum bilioſis ſolùm, ideoq; primus ſenſus nullo modo accipiendus eſt.

Quod ſi confugias ad ſecundum, qui magis ad propoſitum facere videtur, quod ſcilicet ſanguis, dum eſt in ipſa via putrefactionis, in bilem conuertatur; atque ita in ipſo actu putrediC nis, non ſanguineam, ſed bilioſam febrem accendat, confutatur etiam hic acutiſſimè.

Primùm quia nullum putreſcens, cùm putreſcit, eſt iam id, in quo putreſcit. Patet hæc propoſitio ex terminis, quia non amplius putreſceret, ſed putrefactũ eſſet: ergo ſanguis putreſcens in bilem, non dum eſt bilis, dum adhuc putreſcit. Præterea bilis ex ſanguine putreſcenD te non fit in tempore, ſed in inſtanti, quia eſt generatio, putredo ſanguinis fit in tempore, quia eſt via ad corruptionem, ergo putredo ſanguinis non eſt ipſamet bilis generatio, quare dum actu putreſcit ſanguis, nondum eſt bilis.

Tandem ſicut alij humores, cum putreſcunt, ſunt, & dicuntur tales, nec E adhuc amittunt proprium nomen, & differentiam; ita & ſanguis, cùm non ſit maior ratio vnius, quàm alterius.

Quare ſicut ab alijs putreſcentibus fiunt febres ſpecie diſtinctæ, ita & à ſanguine, dabitur ergo febris à ſanguine putreſcente diſtincta ab alijs tribus putridis.

His rationibus nituntur Arabes, & qui

qui ipſos ſequuntur, conuellere fundamentum oppoſitæ ſententiæ, atque ita contra Galenum ſtatuere dari febrem à ſanguine contradiſtinctam ab alijs tribus putridis, ita vt in vniuerſum quatuor ſint putridarum genera.

Quid ergo dicendum? cui magis ex his ſententijs adhærendum? Omnes ferè ſequuntur hanc partem, quod neceſſariò danda ſit humoralis febris à ſanguine putreſcente; quia tamen Galenum noſtræ facultatis anteſignanum huic ſententiæ refragari putant, vt tanti viri authoritatem non contemnant, varia excogitarunt, quibus ſimul, ac ſemel, & febrem è ſanguine putreſcente admittant, & illi non aduerſentur.

Quidam propterea eò confugiunt, vt dicant febrem à ſanguine dandam eſſe, quemadmodum rationibus ſupra allatis neceſſario euincitur; verùm hanc ipſam breuiſſimo admodum tempore, ac ferè imperceptibili perdurare; quòd cùm non conſideretur a medico, vt pote artifice ſenſato, ſed à phyſico, propterea Galenus, vt Medicus ipſam negauit, Auicennas autem vt Philoſophus conceſſit.

Verùm non accipio horum ſententiam, primùm quia falſum eſt Galenum, vt Medicum ipſam negaſſe, vt conſtat tum ex multis alijs, tum ex duplici illa hiſtoria ab ipſo recitata, in qua eam quandoq; curaſſe etiam affirmat. Præterea falſum eſt durare tempore adeo breui, & imperceptibili, vt lateat medicum, ac propterea ab ipſo negetur, ſicut audiſtis; nam ad quartum, & ſextum vſque perdurat, etiamſi breuiſſima ſit; & tam diu durat, quàm diu ſanguinis putredo perſeuerat.

Falſum denique eſt Auicennam, vt Phyſicum ſolùm ipſam conceſiſſe; nam medici perſonam nunc ſuſtinet, & rationibus contra Galenum ex principijs medicinæ ſumptis, ſicut apparet, arguit.

Alij propterea, quorum ſententiæ

A ego quoque libentius ſubſcribo, dicunt re vera Galenum hanc non negaſſe, & Auicennam iniuria hoc ei tribuiſſe, cum & nouerit, & curauerit. Verùm rectè intelligendum eſt, qua ratione etiam conceſſerit, & negauerit. Nouit Galenus ſanguinem à ſtatu ſecundùm naturam poſſe dupliciter remoueri.

Vno quidem modo, cùm ſolùm inflammationem ſuſcipit citra putredi-

B nem aliquam; & ſic putauit febrem illam à ſanguine fieri, quam ſynochum ſine putredine vocauit, & quam omnes admittunt, in qua cum calor blandus exiſtat, ſicut in ephemeris, cenſuit etiam ad idem genus pertinere.

Alio verò modo à ſtatu ſecundùm naturam dimouetur ſanguis, quando non ſolùm inflammatur, ſed putredinem etiam contrahit, quæ vel leuis eſt,

C ita vt amittat ſuam bonitatem, vt dicebat idem Galenus 2. de criſibus 11. non dum tamen abijciat proprium nomen, & definitionem, ſed ſeruet adhuc propriam formam, licet ſub ſtatu imperfectiori.

Atque hoc modo putauit oriri aliam ſpeciem febris ſynochi à ſanguine putreſcente contradiſtinctam ab alijs putridis, dico putreſcente, & non putre-

D facto, quia in ipſomet actu putredinis, dum ſanguis labefactatur, & diſponitur ad formam bilis, producit febrem, quæ non eſt birioſa, & ardens, (cùm non habeat adhuc formam bilis, neque æſtu illo intenſiſſimo, & ſiti inexplebili laborent ægrotantes) ſed eſt ſanguinea.

At ſi putredo vehemens ſit, ita vt exaſſetur magis ſanguis, tunc conuerſa parte ipſius in bilem flauam putridam,

E non quia neceſſarium ſemper ſit, quod ex putrido oritur, putridum ſit, ſed quia tunc ita accidit, putauit fieri febrem ardentem, quæ eſt de genere bilioſarum.

Quare voluit Galenus, vt ei tribuit Auicennas, quod quotieſcunq; & quomodocunq; putreſcat ſanguis, ſtatim in bilem

bilem conuertatur, imò exiſtimauit, vt ex 2. de criſibus 11. dicebamus, in ipſamet via putrefactionis ad bilis naturam verti aucto calore præter naturali, non tamen adhuc abijcere formam propriam, & alienam induere.

Proprerea non ſolùm ex ſententia Auicennæ, ſed Galeni quoque ſuſtineri poteſt hanc febrem à ſanguine putreſcente dari, tanquam quartam quandam ſpeciem putridę ab alijs tribus contradiſtinctam.

Nec loca, ex quibus videbatur colligi Galenum oppoſitam ſententiam ſequutum fuiſſe, ſi rectè intelligantur, quicquam concludunt; nam ad primum, ideſt, ex 2. de different. febr. & 2. de criſibus, vbi tria tantùm genera febrium putridarum ſimplicium videtur ſtatuere, reſpondendum eſt vel eum ſermonem habuiſſe de intermittentibus tantùm, non de putridis intermittentibus, & continuis, & tunc veriſſimum eſt tria tantùm genera febrium reperiri.

Vel ſi quis contendat de continuis etiam intelligendum eſſe, dicatis tria ſolùm genera conſtituiſſe, quia quamuis agnoſcat re vera ſanguineam pręter biliofas dari, tamen quia, quando ſanguis cum primum calorem putredinalem contrahit, ad biliofam naturam magis, quàm antea accedit, tanquam is, qui nomina contemnit, dummodo in natura rei conſenſus reperiatur, ad biliofam reduxit.

Quando rurſus dicebant ſanguinem putreſcentem conuerti in bilem, quantum ad partem tenuiorem, in melancholiam verò, quantum ad craſſiorem, iam expoſitum fuit, quo modo hoc interpretari debeamus; neque enim quomodocunque putreſcat, id accidit, ſed vbi vehementer, & propterea dicebat Galenus conuerſionem illam fieri, cum ſanguis vehementer aſſatur.

Afferebantur rurſus loca, in quibus dixit eſſe in eodem genere cum ardentibus, & eodem modo curari, ad quæ reſpondemus, quod tunc locutus eſt de ſynocho à ſanguine vehementer aſſato.

Cum rurſus obijciebant, quod quandoque hanc febrem deurentem, ac magnam vocet, quæ epitheta propria ſunt ardentis ex bile, dico, quod quando deurentem appellat, forte abutitur voce hac, nec inconueniens eſt epithera, quę vnius propria ſunt, ad alteram etiam accomodari, cum præſertim ſimilitudo intercedat, ſicut inter hanc, & ardentem, quoniam licet calor acris non ſit, vt in illa, multus tamen eſt, & vehemens exiſtit. Vel tunc eo abuti nomine dicam, cum reſpicit ad eam ſynochum, quæ fit à ſanguine, non quomodocunque putrefacto, ſed vehementer.

Quando verò magnam appellat, reſpicit ad quantitatem caloris, non ad qualitatem acrem, ac mordacem, quia magna potius eſt ratione quantitatis caloris, quàm qualitatis: ſicut ex aduerſo ardens potiùs ratione qualitatis, quàm quantitatis nominari debet.

In 2. autem de diff. feb. cum quærit, qualis nam febris à ſanguine putreſcente fiat, an quæ habet periodum de tertio in tertium, an de quarto in quartum, an ſingulo quoque die, & inquit, quod ſeruabit periodum tertianarum, exemplo pleuritidis ſanguineæ, hæc etiam vera ſunt, ſed non propterea negat febrem à ſanguine putreſcente ab alijs contradiſtinctam, imò ſupponit ipſam dari, & continentem eſſe.

Sed cum triplices ſint periodorum differentiæ, quæ in febribus obſeruantur, vel materia extra putreſcit, vel à magnis vaſis ad parua propellitur, quæritur, ſi ſanguini accidat putreſcere, vt poſſit periodum facere (quod ſolùm eſt, vbi à magnis vaſis ad parua pellitur; nam extra nunquam putreſcit) qualem periodum ſit ſequutura talis febris?

Reſpōdet exemplo pleuritidis, quod tertianarum, nec iniuria; nam nouit permutationem ſanguinis à ſuo ſtatu,

cum

cum putreſcit, eſſe ſemper ad intenſiorem caliditatem, qua ratione vergit ad bilem potiùs, quàm ad alium humorem; quare eius ſuppoſitum valet.

Quod verò vltimo loco addebant alij in confirmationem huius ſententiæ, ſcilicet ſanguinem nunquam putreſcere (quia ſemper ipſius curam quam maximam natura habet) eſt falſum, imò in dies videmus præter naturam eum auctum non poſſe à natura regi, & ſibi ipſi corruptionem parare ex prohibita euentatione pro multitudine.

Certum ergo eſt (quidquid ſenſerit Auicennas) febrem hanc a ſanguine putreſcente ex ſententia etiam Galeni negandam non eſſe: quare relinquitur vt iam de ipſa tractemus, circa quam diſputationem, vt conſueuimus in duo capitula redigemus, in cognitionem ſcilicet curandorum, & curandi rationem.

At verò quod attinet ad cognitionem, hæc in tria potiſſimùm diſtinguitur, in præſentia, præterita, & futura.

Præſentia ſunt morbus, cauſa morbi, & ſymptomata, quę quamuis tria diuerſa ſint, omnia tamen tendunt in exactā cognitionem vnius morbi; hæc enim poſita eſt non ſolùm in cognitione eſſentiæ ipſius, ſed cauſarum etiam, à quibus proficiſcitur, & ſymptomatum à morbo pendentium.

Morbi cognitio, pro vt hæc omnia continet, duplex eſt: alia vniuerſalis ſimpliciter, & abſolutè, per quam in vniuerſali cognoſcimus morbum; altera verò particularis, & reſpectiua magis, per quam recognoſcimus morbum in ſubiecto corpore, quod nobis occurrit tractandum.

Agamus primùm de primo genere cognitionis. Eſſentia huius febris, ſicut aliarum omnium putridarum, poſita eſt in calore præter naturam acri, & mordaci, verùm oportet differentias addere, per quas contrahitur ad hanc ſpeciA em, & hæ ſumuntur tū à materia, in qua accenditur, tum à loco, in quo fit putredo; pertinentque vel ad qualitatem ipſius, vel ad quantitatem, vel ad motum.

A qualitate ſumimus differentias, & licet calor præter naturam in hoc ſit acris, & mordax ob ſanguinis naturam blandam, ac mitem, nihilominus in confinio quodammodo eſſe dicitur inB ter blandum ephemerarum, & acrem cæterarum putridarum, qui non ſolùm primo occurſui ad manum ita ſe habet, vt in putridis, & progreſſu temporis ſemper magis ferit, ſed à principio contactus ad finem vſque ſemper eundem modum, eandemque mediocritatem ſeruat.

A quantitate verò differentia ſumitur, quia multus, ac vaporoſus eſt ob C multos vapores à ſanguine eleuatos, ita vt non vereatur quandoque Galenus ratione huius, ſicut 1. aph. a 3. ardentem impropriè vocare.

A motu demum caloris ſumitur differentia, quia in hac febre eſt ſynochus, hoc eſt ſine periodis, vnica acceſſione, à principio ad finem vſque perdurans, ita poſtulante materia, & loco, in quo fit putredo.

D Verum eſt, quod in hac perpetua acceſſione calor quandoque ſe ipſum augendo ſemper vſque ad finem progreditur, tuncque conſtituit differentiam huius febris, quæ acmaſtica, ſeu epacmaſtica dicitur, quandoque verò procedit ſemper ſe ipſum imminuendo, tuncque aliam differentiam conſtituit, quæ paracmaſtica nuncupatur; quandoque etiam ſemper in eodem ſtatu perſeE uerat, & illam differentiam generat, quæ homotona vocatur.

Si ergo haſce conditiones ſumptas ex quantitate, qualitate, & motu caloris addatis calori acri, in quo poſita eſt eſſentia omnium putridarum, habebitis perfectè huius febris notitiam.

DE CAVSIS FEBRIS *ſynochi putris.*

INuenta eſſentia iam cauſæ ipſius ſunt indagandæ, quarum aliæ ſunt, quæ ſanguinem aceruant; aliæ verò; quę aceruatum putrefaciunt. Primi generis adhuc duæ ſunt differentiæ; nam aliæ ſunt externæ, vt ſex res non naturales, vſu quarum ſanguis promptè generatur; aliæ internæ, habitus ſcilicet B corporis, ætas, temperieſque, de quibus cum plenè in ſynocho imputri actum ſit, non eſt, vt diutius eas agitemus.

Ab his cauſis aceruato, genitoque ſanguine in multa copia, ſi accidat ipſum non probè diſſlari, neceſſarium eſt primùm inflammari; deindę verò adhuc progrediente prohibita diſſlatione putreſcere. Prohibetur autem diſſlatio vel ab obſtructione, vel à ſtipatione: C A obſtructio autem fit vel à ſola multitudine, vel à craſſitie, vel à lentore ſanguinis; ſtipatio verò à contactu rerum frigidarum, vel adſtringentium.

DE SIGNIS, FVTVRO EVENTV, *& Curatione febris ſynochi putris.*

B EX dictis in præcedenti capite haud quaquam operoſum cenſeas ſigna, prædictiones, modumq; hanc febrem curandi conſequi; quo circa ne æquo longior, nimiuſq; fruſtra ſim in deſcribendis ijs, quorum cognitio ipſa ferè ſe prodit, hoc loco libens, & æquo animo ſub ſilentio præcludo, & gradum ad vlteriora dirigo, & ſic relictis ſanguineis phlegmaticas in examen adduco, circa quas eadem methodo pro- C cedam, atque in præcedentibus.

DE FEBRIBVS PITVITOSIS.

DE FEBRE QVOTIDIANA.

CAPVT DECIMVMQVARTVM.

NOnnulli febrium tractationem explicantes cõſueuerunt poſt febres bilioſas addere illam, quam ſemitertianã, ſeu hemitritæum appellãt; ſed nos quia huiuſmodi febris compoſita eſt, ſatius diximus poſt omnes ſimplices eam exponere, ex ſimplicium enim cognitione facilè innoteſcunt compoſitæ. Poſt igitur ſynochorum lectionem aggredimur cum Auicenna, quem nos tanquam docem, & patronum imitandum accepimus, tractatum de febribus pituitoſis.

E De his agit Galenus lib. 1. ad Glauc. cap. 7. 2. de diff. feb. cap. 4. 2. de criſib. cap. 5. Aetius lib. 5. cap. 87. Paulus Ægineta lib. 2. cap. 24. Alexander Trallianus lib. 12. cap. 7. & Auicennas 4. lib. 1. fen. cap. 44. Raſis lib. diuiſionum cap. 141. & Iſaac. lib. febrium cap. 9. & 10. Iſti ſunt præcipui Authores Græci, atque Arabes. Inter Latinos verò adſunt

ſunt plures, qui omnes ab iſtis, præſertim à Galeno, & Auicenna deſumpſerunt, nihilque ad cognitionem, aut curationem attinens dicunt, quod ab ijs non deſumant: legatis igitur hos ſapientiſſimos authores.

In pertractandis febribus pituitoſis non erit opus circa vniuerſalia vagari, quemadmodum fecimus, vbi ſermo fuit de febribus bilioſis, quæ in pluribus conueniunt; nam iſtæ inter ſe in omnibus penè diſcrepant, quia cum tres ſint febrium pituitoſarum, ſeu phlegmaticarum ſpecies, pro vt pituitæ, à qua ortum ducunt, triplex eſt differentia, ad quam omnis pituitæ ratio refertur.

Vna eſt ſecundùm naturam, dulcis videlicet, & duæ præter naturam, ſalſa nempe, & acida. Salſa talis redditur ob putredinem, vt lib.2. de diff. feb. cap.6.2. de natural. facult. cap.9. atqui acida eſt cruda, quamuis omnis pituita cruda ſit dicenda, propterea quod eſt ſanguis ſemicoctus, vt à Galeno eodem loco ſcribitur.

Cum igitur tot ſint ſpecies pituitæ inter ſe diuerſæ, hinc etiam febres ortum ducentes ab illis inter ſe differunt, quare nihil habent commune, quod peculiarem tractationem requirat.

Sed audio quempiam mihi obijcientem, longè plures eſſe pituitæ ſpecies, quandoquidem adeſt pituita vitrea, inſipida, aquoſa, pontica, ac gypſea, quemadmodum ab Auicenna cap. de humoribus lib.1 fen.1. ſui canonis habetur.

Sed huiuſmodi obiectio nulla eſt, quia omnes iſtæ ad tres prædictas differentias facilè rediguntur; nam aquoſa, & inſipida ad pituitam dulcem, reliquæ verò omnes ad acidam, quam crudam etiam vocant, reducuntur, quamuis à gypſea pituita febris vlla fieri nequeat.

Habetis igitur in genere tres ſpecies pituitæ præcipuas, à quibus febres pituitoſæ prodeunt; nam vt dicebat Ga-
A lenus 2. de diff. feb. cap.6. à pituita dulci oritur ea febris, quæ ſimpliciter appellatur quotidiana, à pituita autem ſalſa fit ſecunda illa ſpecies febris ardentis, quam ex Galeno illegitimam appellauimus in tractatu de febre ardente, ab acida verò, ſeu à vocata cruda generatur illa ſpecies febris, quæ græcè ἠπίαλος appellatur, quemadmodum Galenus lib. de inæquali intempe-
B rie ſcripſit, Paulusque AEgineta lib.2. cap.26. confirmauit.

De omnibus igitur iſtis tribus febris differentijs proponitur tractandum, & primò de febre quotidiana, de qua quidem quinque capita examinanda veniunt.

Primum erit dè definitione.

Secundum de cauſis, à quibus fit.

Tertium de ſignis.

C Quartum de prognoſticis.

Quintum & poſtremum verſabitur circa ipſius rationalem curationem.

Exordiamur à nomine, dicta fuit à Græcis ἀμφημερινὸς, καθημερινὸς, ὁ μετημερινὸς πυρετὸς, Latinis verò quotidiana, quod ſimul typo quotidie recurrat, dicta eſt autem amphimerina, quòd ipſius acceſſio participat de die, ac nocte.

Quantum ad ipſius eſſentiam ſpectat,
D dicimus ex Gal. febrem, quotidianã eſſe febrem putridam à pituita dulci, vel inſipida putreſcente enatam: hęc definitio naturam ipſius ad vnguem exprimit.

Sed cum Auicennas dicat febrem hanc eſſe quandoque paroxiſmalem, quandoque inſeparabilem, vult nobis hiſce verbis demonſtrare duplicem eſſe quotidianam, vnam intermittentem, alteram autem continuam, pro vt ſci-
E licet pituita extra venas, aut intra venas putreſcit; nam ſi extra, facit quotidianam exactam interpolatam; ſi intra venas putreſcat, facit quotidianam continuam, vt cap.8. lib.2. de diff. feb. ſcripſit Galenus.

Hanc autem continuam Auicennas appellauit laſicam. Nota, quòd hic

Saxonia, laticā appellat à latendo quod lateat, ita vt vix & cum difficultate cognoſci poſſit. At definitio prædicta conuenit vtrique tam continuæ, quàm interpolatæ, cum ambæ eandem cauſam, nempe pituitam putreſcentem habeant.

Sed cum pituita naturalis duplex ſit; vna alimentalis; altera excrementitia, quærit hoc loco Capiuaccius, ex quanam pituita fiat continua? & ex qua fiat intermittens?

Reſpondet primùm alimentalem pituitam eam eſſe, quæ fit ex portione chyli frigida, & humida, quæ per venas ſparſa, & ob ſanguinis inopiam, poteſt ſanguinis formam recipere; hæc verò dici poteſt (addit) & alimentalis, & excrementitia; alimentalis quidem, vbi ſecundùm naturam ſe habet, hoc eſt nulla excedente qualitate eſt affecta; nam ſi ad aliquam qualitatem excedentem mutatur, appellatur ab eo excrementitia.

Qua ſtante pituitæ determinatione ſubdit huiuſmodi pituitam poſſe putreſcere, vt alimentalis eſt, & vt excrementitia. Primo modo ex ipſa febris continua generatur, & eſt pituita dulcis, quia iam ſparſa eſt per venas ſimul cum ſanguine, & ex ea verè quotidiana febris generatur continua.

Si verò putreſcat, poſt quam facta eſt excrementitia, ex ea poſſunt generari variæ febres, & continuæ, & intermittentes, pro vt ipſa pituita alimentalis in varias excrementitiæ pituitæ formas mutata fuerit; nam poteſt fieri excrementitia ratione ſui, quòd à calore aduratur, & fiat ſalſa, vel per mixtionem bilis amaræ, aut ſeroſitatis cuiuſdam ſalſæ, vel quia ob putredinem acquirit ſalſedinem quandam: vel etiam à frigiditate in acidam, & crudam pituitam mutari poteſt, ex quibus fiunt variæ pituitoſæ materiæ febres.

Sed non mihi arridet huiuſmodi diuiſio pituitæ alimentalis, & excrementitiæ, quia ſola pituita inter alios humores hoc priuilegium habet, vt per vniuerſum corpus feratur cum ſanguine; hinc tota eſt vtilis, nullaque ipſius pars excrementitia reperitur, quemadmodum in vtraque bile, quæ excrementitiam portionem habet, cui propria aſſignata ſunt receptacula, vt bili flauæ, folliculus bilis, melancholiæ autem lien, & nullus eſt datus eſt pituitæ locus,

B ſignum igitur eſt ipſam non habere partem excrementitiam.

Quare non poſſumus dicere vnam ipſius partem alimentalem eſſe, aliam verò excrementitiam, quia tota eſt alimentalis; & cum mutatur à ſuo ſtatu naturali, non dicitur propriè excrementitia, ſed mutata, ac corrupta in ſe, aut per admixtionem alterius humoris, quemadmodum & à Galeno lib. de atra

C bile, & ab Auicenna fen. 1. cap. 1. de humoribus eſt ſcriptum

Dicamus igitur ex alimentali, aut dulci, vel inſipida, aut aquoſa putrefacta in venis generari continuam febrem, quotidianam, vel etiam intermittentem, quando, vt inquit Galenus in primis verbis 4. capitis 2. de diff. feb. pituita putredinoſa per ſentientes corporis partes à natura fuerit protruſa;

D ex corrupta autem pituita mutata in ſalſam ſiue per ſe, aut alterius humoris admixtionem generari cauſum illegitum, vt ſupra dictum eſt;

Tandem ab acida, aut cruda, ſiue etiam vitrea generatur non quotidiana, ſed febris illi adnexa, quam epialam appellauimus.

Quare ex hoc diſcurſu concluſum ſit

E alimentalem pituitam non poſſe dici propriè excrementitiam, ſed quando corrupta eſt, potiùs dicitur præter naturam; nam quamuis humores præter naturam dicantur excrementitij; non tamen è contra ſtatim excrementa ſunt præter naturam, quia ſuccedunt ex neceſſitate materiæ, quemadmodum de vtraque bile dicebamus.

Ve-

Verum quidem eſt, quod datur pituita excrementitia, vt ex Gal. 2. de natural. facult. & lib. de atra bile cap. vltimo, cuius quidem vna portio generatur in ventriculo; alia in cerebro, quę propriè mucus appellatur; alia quoque in neruoſis partibus, vt apparet in 13. meth. med. cap. 4.

Huiuſmodi autem pituita eſt propriè excrementitia, & poteſt eſſe ſecundùm naturam, quoties ſit qualitatibus naturalibus affecta; nempe remaneat dulcis, aut inſipida. Poteſt etiam tum ſalſa, tum acida reddi pro cauſarum diuerſitate, quæ dominantur in corpore; nam ſi nimia adſit caliditas, poteſt aduri, & ſalſa reddi, vt in deſtillationibus continuò apparet.

Si verò dominetur frigiditas, acida, & cruda fieri poterit, ex hac igitur pituita in ventriculo genita, & continua, ac interpolata fieri poteſt quotidiana: vnde Galenus 1. ad Glauc. cap. 5. dicebat, quotidianam ratò aduenire, quin os ventriculi patiatur.

Quapropter ſtatuamus ex Galeno cauſam febris quotidianę eſſe pituitam putreſcentem, quæ pro loci diuerſitate, in quo putreſcit, modò continua, modò interpolata efficitur, ſiue alimentalis fuerit, ſiue excrementitia.

DE CAVSIS FEBRIS *quotidianæ.*

CAuſæ ſunt, vt dictum eſt in alijs febribus, vel internæ, aut externæ: priores ſunt rurſus duplices, præter naturales, & naturales. Præternaturales ſunt coniuncta, & antecedẽs: coniuncta eſt pituita putris, ſiue alimẽtalis, ſiue excrementitia; antecedens eſt eadem pituita nondum tamen putrefacta, ſed quæ putreſcere poteſt.

Rurſus cauſę externæ, vel procedunt à rebus neceſſariò nos conſequentibus, vel non neceſſariò conſequentibus, quarum aliæ ſunt, quæ ſponte eueniunt,

A vt nimia venus, & huiuſmodi: atq; naturales ſunt quatuór, vt habitus corporis pituitoſus, complexio frigida, & humida, ætas potius declinans, aut puerilis, & ſexus muliebris.

Externæ, ſcilicet non naturales, ſunt aer frigidus, humiduſq; ſiue ſit culpa regionis, aut anni temporis, vel præſentis conſtitutionis.

Deinde alimenta; nam pituitoſi hu-
B moris vt 1. de diff. feb. cap. 7. ſcribit Galenus, cauſa ſunt cibi pituitoſi, potus aquæ frequens, crapulæ, nimia quantitas ingeſtorum, quæ cum non poſſit à calore euinci, vt pituita generetur, neceſſe eſt. Idem contingit, vbi eſculenta fuerint craſſa, & difficilis coctionis: hæc omnia ad materiam faciunt.

Ad cauſam efficientem ſpectant tem-
C peries corporis, ac partium frigida, quemadmodum præcipuè ventriculi, aut iecinoris, vel etiam cerebri, quia vt Galenus ait pręcitato loco, nonnulli exiſtimant à deſtillatione à cerebro emanare, & ea putreſcente quotidianam generari.

Ad eandem cauſam ſpectant ætas, & natura, atque etiam regiones frigidæ, & humidæ: vnde febres quotidianæ
D pueris, aut ſenibus frequentiſſimè eueniunt, præſertim in locis frigidis degentibus. Nunquam, inquit Galenus, ad Glauc. citato capite, obſeruatum eſt iuuenem calidæ, & ſiccæ complexionis febrem quotidianam paſſum fuiſſe. E contra ſæpè obſeruatur eos, qui ſunt craſſi, & frigidi habitus, in otio degentes, crapulis, atque ebrietatibus dediti, plurimumque balneis poſt cibum præ-
E ſertim vtentes, à quotidianis corripi præcipuè tempore hyberno; ſed raro eueniunt, vnde Galenus ſcriptum reliquit ſe duas quotidianas tantùm vidiſſe. Hæ igitur ſunt cauſæ, accedamus ad ſigna.

DE SIGNIS FEBRIS *quotidianæ*.

Signa febris quotidianæ à quatuor fontibus deſumi poſſunt: ab actionibus læſis; ab eſſentialiter inhærentibus; ab excretis, ſeu ab exeuntibus; & tandem à ſymptomatibus.

Primò igitur ab actione vitali; nam arteriæ læſę deprehenduntur, quemadmodum Galenus 1. ad Glauc. cap 6. ſcripſit, quod idem refert Auicennas in praſenti capite; ait enim Gal. pulſus eſſe inæquales inordinatos in principio acceſſionis; Auicen. verò inquit, quod pulſus eſt paruus, ſubmiſſus, debilis, rarus, in augmento, ac ſtatu velox, & frequens; ſed non tam apertè ipſius velocitas apparet, quemadmodum in tertiana.

B

Gal. etiam 1. ad Glauc. videtur comparare pulſus quotidianæ cum pulſibus quartanarum, & inquit eos minores eſſe per comparationem ad quartanarios, vt quartanarij ſi comparentur cum pulſibus tertianarum; tanto enim ſunt minores pulſus in febre quotidiana ipſis pulſibus quartanarum, ac ſunt pulſus quartanæ minores pulſibus tertianarũ, & vt vno concludam verbo, pulſus quotidianarum ſunt minores, quàm ſint pulſus quartanarum, & tertianarum febrium.

C

Galenus quoque reddere rationem videtur huius rei lib. 2. de diff. feb. cap. 4. quæ deſumpta eſt à temperie, & natura ipſius pituitæ; nam humor pituitoſus, ex quo fit febris quotidiana, temperie frigidus, & humidus eſt, conſiſtentia verò lentus, atque tenax, hinc eſt quod ægrè accenditur, & tardè mouetur, ſæpiuſque in foraminibus retinetur, opprimit, atque aggrauat virtutem, & hinc eſt, quod non modò parui fiunt pulſus, ſed inæquales, ac magis debiles. Nihilominus contrarium habemus ex eodem 2. de criſ. cap. 3. vbi loquens de pulſibus quartanarum dicebat,

D

E

A quando quartana inuadit, & iuuenis fuerit ægrotus, talis ſit arteriæ motus, qualis fit in ætate decrepita; ſed iſti ſunt minores, quàm eſſe poſſunt pulſus.

Quare quartanæ pulſus reliquis minores ſunt, quod apertè Auerroes 4. coll. cap. de febre quartana confirmauit, quamobrem videtur eſſe controuerſia inter hos authores.

Pro ſolutione, quidquid dicant alij, aio, quod aliud eſt conſiderare pulſum in relatione ad vnam ſui motus differentiam, & aliud ad plures; nam ſi pulſus quotidianarum magnitudo, & paruitas comparetur cum magnitudine, aut paruitate pulſus quartanarum, non eſt inconueniens, quod ſit minor ob rationes dictas, quàm pulſus quartanarum, quia ratione frigiditatis, humiditatiſque, ac tenacitatis humoris aggrauatur adeo pulſus, vt ſuas dimenſiones vix, & obſcurè admodum poſſit amplecti.

Cum autem humor faciens quartanam febrem, non habeat tantam humiditatem, atque viſcoſitatem, maiorem ſuarum dimenſionum campum amplecti poterit, & hinc reddi quoquo pacto maior; at ſi omnes differentiæ pulſus quartanarij, nempe velocitas, tarditas, raritas, frequentia, robur, debilitas, & huiuſmodi comparentur, comperiemus hoſce pulſus quartanarios in initio acceſſionum eſſe exiguos admodum, imitarique pulſum decrepitorum, quia omnes ipſius motus differentiæ ſunt languidæ ob frigiditatis acceſſum, quamobrem nulla apparet contradictio in dictis Galeni.

Ad ſecundum caput pertinet caliditas percepta ab ægrotantibus, & à medicis. Laborantes neque denudare corpora, neque iactare coguntur, neque multum, aut frequenter reſpirare, ac veluti flammam ex ore efflare, frigidumque potum expetere, cum non ſitiant.

Et

Ex quo quidem apparet caliditatem non admodum intenſam eſſe, ita vt ægrotantes faciant, quæ in tertianis eſt dictum, & licet percipiunt caliditatem febrilem, non tamen vehementem, quod Auicennas dicebat his verbis: Et qualitercunque ſit eius caliditas, minor eſt, quàm vt inflammet, & anguſtiam faciat; & quæ ſequuntur.

A medicis autem percipitur quędam caliditas cum corpus, & manum tangunt ægrotantis; nam ſentiunt caliditatem inæqualem, quaſi per colatorium quoddam, aut cribrum percolari percipiatur, quandoquidem in primo manuscontactu quoddam potius vaporoſum occurrit, quàm acre, & per volam ipſius manus paulatim mordacitas aduenit, & maximè inæqualis, quemadmodum docuit Galenus 2. de diff. feb. cap. 9. in fine.

Sed hoc loci occurrit difficultas quædam curioſa, cur ſit, quod in alijs febribus calor æqualis ad contactum manus medici ſeſe offert, ſiue mitis, ſiue vehemens, atque acer fuerit; in hac verò febre apparet, quemadmodum dictum fuit inæqualis.

Ratio huius rei à Galeno 2. de diff. feb. cap. 10. refertur in tenacitatem, atque craſſitiem humoris pituitoſi, in quo accenſus eſt calor præter naturam, quia in alijs humoribus, in quibus accenſus eſt calor, primò illa pars expirat, quæ quotidie extenuatur, quia vndequaque ſibi continua eſt, atque æqualis, proinde totus humor calefactus, ac putrefactus expirat.

At in humore craſſo, ac viſcido, & frigidiori res ita ſuccedere non poteſt, quia, quod craſſum eſt, vix extenuari ſolet, & multò minus, quando materia eſt frigida, ſed hinc inde partes ipſius calefiunt, atque expirant, & ad cutem calorem inæqualem, & veluti cutis perforata eſſet in multis locis, per aliquos poros exhalat, quaſi per cribrum exhalaret.

A Idque Galenus probat exemplo deſumpto à rebus, quæ à calore calefiunt, & funduntur, in quibus agente calore, ampullæ eleuantur, & ab ijs cum rumpuntur, expirat vaporoſa humiditas extenuata; ita vt in multis partibus earum adſint ampullæ, & in multis non, quia oportet dari pars media inter ampullas, alioquin omnes partes eſſent ampullæ; ab ampullis igitur eleuatur

B vapor calidus; ab intermedijs autem minimè.

Si quiſpiam igitur poſſet manum apponere illis rebus, dum ita calefiunt, facilè percipere poſſet exhalationes ab ampullis, ab intermedijs verò nihil, ita vt perciperet caliditatem inæqualem, & veluti per cribrum transfuſam; ita quoque contingit in febre quotidiana à materia pituitoſa, craſſa, & viſcida

C facta, cuius in paroxiſmo aliquæ partes putreſcunt, atque in tenuem vaporem, aut exhalationem eleuantur, quæ ad cutem delatæ, veluti per certos quoſdam ipſius poros exeuntes faciunt illum ſenſum caloris inæqualem, ſed à principio vaporoſum, atque mitem; in fine verò acriorem.

Hoc idem ſignificauit nobis Auicennas his verbis: & tactus caliditatis eius

D in primis eſt debilis, & vaporoſus, deinde cum prolongatur, poſitio manus ſuper membrum ſentit eius acuitatem, & mordicationem: hæc ſunt ſigna deſumpta à ſecundo fonte propoſito.

Erat tertium caput acceptum ab exeuntibus, nempe ab vrinis, excretionibus per ſeceſſum, & per ſudorem, & primò ab vrinis, de quibus loquens, dicebat Auicennas: vrina autem eius in

E primis quidem eſt alba, ſubtilis, propter multitudinem oppilationum, & frigoris; deinde fit rubea propter putredinem & conturbatur propter malitiam digeſtionis; & ſubdens airi & quandoque alteratur in ea diſpoſitio vno tempore. Galenus 1. ad Glauc. dicebat, in quotidianis vrinæ albæ, aut tenues,

aut

aut craſſæ, & turbulentę, aut rubræ apparent.

Pro intelligentia igitur horum authorum, ſcire debetis vrinas in intermittentibus febribus, quoniam humores extra venas putreſcunt, nihil, aut parum nobis certitudinis eſſentiæ febris demonſtrare; hi enim vt plurimùm per ſudores, aut inſenſibiles halitus tranſpirant. At humores in venis contentos, ſiue paratos ad putredinem, ſiue iam putrefactos nobis vrinę certè aperiunt, tum in febris initio, tum quoque in toto ipſius decurſu.

In morbi quidem initio ſpeciem morbi declarant, in decurſu autem ipſius morbi docent tempora, ſeu temporum distinctiones; nam aliæ vrinæ alia tempora oſtendunt, vt initia quidem, & augmenta vrinas crudas habere conſueuerunt; è contra verò ſtatus, atque declinationes magis concoctas vrinas oſtendunt.

Albæ igitur, atque tenues vrinæ, vt Galenus, & Auicennas ſcribunt, in principijs quotidianarum ſunt, propter ingentem cruditatem; atque viarum obſtructionem: turbulentæ autem, & craſſæ fiunt, cùm iam natura coctionem eſt aggreſſa, vel quia eo tempore iam pituita putrefacta, ac commota excernitur.

Craſſæ autem producuntur vrinæ, quando ob iecoris imbecillitatem, ac venarum ſerum ſanies vna cum vrina expellitur, & tunc contingit, quod Auicennas apertè ſcribit, quòd quando pituitoſa materia expurgatur per vrinam, fiunt vrinę craſſæ: deinde aliquando dealbantur, & eſt quando denuò diſpoſitiones obſtructionum redeunt, & intus materiæ craſſæ retentæ putreſcunt.

Itaque duplex febrientium adeſt diſpoſitio; vna, in qua putrida materia euacuatur; altera eſt diſpoſitio oppilationis, quare mirum non eſt, ſi a principio acceſſionum vrina eſt tenuis,

A & alba, in fine verò ſtatus, & in declinatione apparet aliquo modo turbata: & hæc ſunt ſigna cognitionis huius febris per vrinam.

Ab excretionibus autem per ſeceſſum exeuntibus notæ etiam habentur huius febris, vt à Galeno ſcriptum eſt 1. ad Glauc. cap. 7. ita dicens: & quæcunque per ventrem excernuntur, frigidiora ſunt, atque humidiora, crudiora,

B aquoſiora, & maximè piruitoſa; vomitus quoque pituitoſi admodum inſunt.

Quod ad ſudorem ſpectat, ſcribit Auicennas pauciſſimum, aut nullum ſudorem in huiuſmodi febribus reperiri; nam tertiana per ſudorem conſueuit terminari, quotidiana verò minimè ob materiæ ſuæ craſſitiem, quare ex ſudoris priuatione cum prædictis, ac alijs

C ſignis poterit cognoſci.

A ſymptomatibus quoque dignoſcitur, & primò ab acceſſionibus, quia vt ſcribit 2. de diff. feb. cap. 4. incipit ab extremorum frigefactione, atque horrore magis, quàm à frigore, & 2. de criſibus cap. 5. loquens de acceſſione quotidiana per comparationem ad tertianam dicebat; neque primo ſtatim die cum rigore inuadit, ſed & progreſſu

D temporis perfrigeratio potiùs ipſis aduenit.

Sed quoniam & in hac febre acceſſiones ſua tempora habent, principium inuadit cum frigore; deinde vbi augetur, incaleſcunt quidem ægrotantes, atque ad ſtatum pertingit calor, non tamen vehementer adeo, vt ſitim intenſam faciat, vt iam audiuiſtis.

Quod ad declinationem ſpectat, ſcri-

E bit Auicennas totum paroxiſmum quotidianę intermittentis durare per ſpatium decem, & octo horarum; cum tamen ſubiungat, lib. 4. fen. 2. tract. 2. cap. 48. dimiſſio, eius dimiſſio munda, quoniam materia cum craſſitudine, & viſcoſitate eſt multa: vult his verbis nobis ſignificare Auicennas hanc febrem non poſ-

ſe

ſe propter materiæ, in qua accenditur calor, craſſitiem ad infebricitationem perfectè venire.

A

Vnde Galenus 2. de diff. feb. 4. dicebat poſſe caliditatem piruitoſi humoris facilè aſſimilari igni fumido in lignis viridibus accenſo, proinde in ipſo paruæ admodum fiunt euacuationes, acceſſioneſque in longiùs producuntur; hinc eſt, quod intermiſſionis tempus ſyncerum non apparet, quemadmodum in tertiana, in qua materia tenuis eſt, & facillimè accenditur calor; at in hac difficillimè admodum.

B

Hinc eſt etiam, quod longæ ſunt acceſſiones, quia in caleſcendo, antequam ſummum attingunt, multum temporis conſumitur, vt loco præcitato dicebat Galenus.

Differt autem intermittens à continua, quia adeſt tempus aliquod abſque febre, quamuis exiguum ſit, præſertim in quotidiana exquiſita, non tamen conſpicuè integritas apparet, vt in tertiana, quia hæc non poteſt terminari per ſudorem, vt Galenus ait 1. ad Glauc. continua verò nunquam remittit. Cæterum ſingulo die inuadit hominem, vt 2. de diff. feb. cap 4. à Galeno habetur, & quod magis eſt, 2. de criſ. cap. 5. ſcriptum reliquit ſibi horam diei determinare, nempe ad veſperas, quæ fortè illa eſt diei hora, in qua pituita dominium in corpore habere, etiam in ſanis corporibus, conſueuit.

C

D

Cæterùm ægrotantes percipiunt affectum oris ventriculi vt 1. ad Glauc. cap. 5. ſcriptum eſt, quem affectum Auicennas in præſenti appellat nauſeatiuam ſatietatem. Adeſt appetitus deiectio, oris ſuperioris ventriculi debilitas, ex quibus affectibus nonnulli exiſtimarunt febrem quotidianam à ventriculo prouenire: vnde Galenus 2. ad Glauc. cap. 7. dicebat, raiò quotidianam produci, quin os ventriculi patiatur.

E

Ructus ſæpè acetoſi percipiuntur ab ægrotis, tument præcordia, ſæpè etiam lien: qualitates corporis eam demonſtrant nonnunquam præter iam dictas; nam facies ſæpè tumet, liuidus, & albus color in ea conſpicitur, 2. de criſ. ſcriptum eſt præcordia ſupra naturalem ſtatum intumeſcere; magna enim ex parte inflantur, & extenduntur.

Et quod magis eſt, addit Galenus, hepar eſſe ſemper malè affectum. In ſumma febris hæc præter ſymptomata prædicta, quæ ſecum affert, in hyeme conſueuit euenire naturis humidis, & frigidis, vt pueris, mulieribus lenibuſq; Qui igitur hæc omnia rectè inſpexerit, febrem hanc quotidianam eſſe cognoſcere poterit.

DE FVTVRO EVENTV *febris quotidianæ.*

Euentus huius febris profectò non ſemper eſt ſalubris, ſiue modò ſit continua, ſiue intermittens, quia vt dictum eſt, non peruenit ad perfectam integritatem: ſed quiſnam euentus expectari oporteat, declarabitur ex robore virium, ac morbi vehementia, vt iam aliàs à nobis eſt dictum.

Robur autem naturæ præter multa alia ex ſignis etiam coctionis colligi poterit, quemadmodum vehementia morbi ex crudirate, & prauitate ſymptomatum, ex tremore, lethargo, hydrope, praua inappetentia, vomitu, & huiuſmodi. Tempus autem futuri euentus non poteſt eſſe breue, cum breuior euentus, atque finis ſit ad ſexageſimum diem; nam materia craſſa eſt, lenta, frigida, multo tempore egens, ad hoc vt concoquatur: vnde conſueuit aliquando quadrageſimo die terminari.

Sed cum illi, qui has febres patiuntur, vt plurimum ſint debiles, quia frigidæ ſunt temperiei; quorum vires nequeunt tàm diù aduerſus eas pugnare, fit vt ſæpè ad mortem terminentur, nã virtus induſta tamdiu durare non po-

Vv teſt;

teſt; quapropter prauis quibuſdam eue nientibus ſymptomatibus, vt ſuccumbant neceſſe eſt: hæc de præſagijs.

DE CVRATIONE FEBRIS quotidianæ per victus rationem.

QVamuis via interitus videatur magis ſymptomatum prauitati, quã naturæ febris adſcribenda, & via ſalutis conſiſtat in humoris pituitoſi præparatione, atque eiuſdem eductione extra corpus, nihilominus multò magis attendendæ ſunt vires, quàm in alijs febribus, vt poſſint tam materiam morboſam euincere, quàm reſiſtere ſymptomatum prauitati, quibus etiam magis, quàm in alijs febribus ſtudendum eſt in quotidianę febris curatione, quia ſunt grauiſſima, vt eſt morſus oris ſuperioris ventriculi, animæ defectio.

Sed quamuis iſtis ſatisfaciendũ ſit à medico, non eſt tamen putredo, aut obſtructio eam faciens negligenda, quæ omnia diligenter perpendi debent.

Primò enim vires indicant ſui conſeruationem per alimẽti exhibitionem; morbus verò, nempe febris, quæ eſt indicans curatorium, indicat refrigerationem ac madefactionem; cauſa verò, quæ eſt humor pituitoſus putrefactus, indicans præſeruatorium, indicat præparationem, atque extra corpus eductionem.

At obſtructio, quæ eſt putredinis cauſa, alia expoſtulat; nam vel fit à multitudine, vel à craſſitie, vel à lentore pituitæ; primò quidem copia pituitæ eſt euacuanda, craſſities attenuanda, lentor abſtergendus. Iſtæ ſunt omnes indicationes, quæ in hac febre veniunt cognoſcendę, illiſque per tria communiſſima, ac diuulgatiſſima medicinæ inſtrumenta ſatisfaciendum eſt; & primò videamus, quomodo per diætam ipſam curare liceat, & quoniam in hoc caſu vires longo tempore aduerſus morbum pugnare debent, ideo in primis ipſarum habenda eſt ratio.

A Scribit Galenus lib. 1 ad Glauc. cap. 12. omnẽm victus rationem debere extenuandi, ac incidendi facultatem habere: vnde notandum eſt hic ſolum à Gal. tangi qualitatem medicamentoſam, quæ indicatur à cauſa morbifica, quæ cum ſit pituita, craſſa pręſertim, & viſcida, qualis eſt illa, quæ facit quo-

B tidianam, oportet per ſua contraria, debellari, ſiue qualitates hę adnexæ ſint diætæ, ſiue pharmaciæ.

Sed non modò debemus conſiderare, quibus tolli poſſit cauſa morbifica, verùm quia victus ratione vtendum eſt ad vires ſuſtinendas, eæ certè in hac febre, vt in aliqua alia, ſunt maximè reſpiciendæ; conſeruantur autem per alimenta, nempe cibum, & potum.

C Eſt etiam hoc loco adnotandum, quod aliqui in hac febre per tres, aut quatuor dies, imò plures, pro diuerſitate qualitatis materiæ peccantis, exiſtimabant ſatius eſſe vti tenuiſſimo victu, deinde paulò pleniori, nempe in fine principij, & principio augmẽti febris, & in fine augmenti denuò volebant detrahendum paulatim eſſe, quouſque

D peruenirent ad ſtatum.

Sed mihi huiuſmodi inſtitutum minimè placet; exiſtimo enim ſatius eſſe vti regulis cibandi vniuerſalibus ex Galeno, Hippocrate, & noſtro Auicenna traditis; nempe vt in principio comparatione facta ad ſtatum futurum, plenior ſit victus, deinde, id eſt in augmento paulò ſit tenuior, vt tandem in ſtatu ſit longè tenuior, quàm in principio, hoc

E eſt, vt à fine principij paulatim vſq; ad augmentum ita victus rationem accõmodemus, vt in ſtatu talis ſit, ne impedimento naturę eſſe poſſit, ſed benè virtutem ſuſtinere valeat.

Ideo à principio pullorum gallinarum carnes adhibeantur cum pane trito in iure parato, in quo ſimul cum carnibus ebulliant ſimplicia aliqua, quæ incidentia

cidendi, ac attenuandi facultatem habent, quamuis etiam nonnulla illis admiſcenda ſunt, quæ febri ſatisfaciant.

Priora ſunt
Hyſſopus,
Radix petroſelini,
Apij,
Fœniculi,
Cum folijs cichorij,
Acetoſæ,
Endiuiæ,
Et ſimilibus.

Cæterùm iuſcula conſumpta in hoc quoque caſu à principio valent; deinde tranſeundum ad ptiſanæ cremorem diſſolutum cum iuſculis, in quibus prædicta ſimplicia ebullierint, in quo etiam adſit modicum cinnamomi, aut modicum piperis craſſo modo contuſi.

Hoc igitur modo paulatim ſubtrahendum aliquid eſt de cibo in augmento ad ſtatum vſque, verùm in declinatione vberius eſt nutriendum, proinde carnes gallinarum, caponum perdicum, vituli, turdorum, & huiuſmodi dentur, & potius aſſatæ, quàm elixæ. Quæ omnia ad virtutem ſuſtinendam primò, ac maximè faciunt, quòd optimi ſint ſucci, facilis concoctionis, & diſtributionis.

Pro potu laudat Galenus mulſam, nempe aquam, in qua ebullierit mel: aqua cinnamomi à principio probatur, vinumque quoque tenue, album, atque pauciferum ab omnibus ſcriptoribus laudatur, præcipuè in declinatione.

Aliarum quoque rerum ad diætam attinentium habenda eſt ratio, quæ eò tendere debent, vt attenuent, ac incidendi occaſionem præbeant, & quantum poſſunt, illis faueant.

Aer igitur in primis qualitatibus, actiuis præſertim, temperatus eſſe debet, ſed magis ad calidum, quàm ad frigidum vergat; in paſſiuis autem magis ad ſiccum, qui vbi natura talis non fuerit, arte poteſt parari cum ſuffumigijs, & ijs, quæ ipſum tum calefacere, A tum exiccare valent.

Somnus moderatus eſſe debet; Auicennas enim ſcribit tantum debere eſſe, quantum ſunt vigiliæ. At non credatis velle Auicennam, vt ſomnus ſit longus, quantæ ſunt vigiliæ, hoc eſt, ſi vigiliæ ſint duodecim horarum, totidem horas ægrotus dormiat, ſed (vt notat Nicolaus Florentinus ſermone 2. tract. 2. ſumma 4. diſt. 4. de febribus B phlegmaticis) eadem ſit proportio coctionis materiæ phlegmaticæ per ſomnum, ac reſolutio ipſius per vigilias, vt ſcilicet totum id, quod digerit ſomnus, per vigilias ſomno proportionatas reſoluatur.

Motus, & quies moderatè fiant, ſed magis motus, quàm quies iuuare videtur, dummodo leuis ſit ad materiæ diſcuſſionem; ſed profectò ægri tunc tem- C poris ab huiuſmodi febre ita tractantur peſſimè, vt ſemper opus illis ſit decumbere in lecto, cum mouere ſe nequeant, niſi vel crura, aut brachia hinc inde per lectum agitent.

Poſſunt nihilominus iubere medici, tempore acceſſionis, quando valdè premit frigus, vigilareque nequit ægrotus, vt frictionibus moueatur, quibus calefieri poſſit, eæque paulò vehemen- D tiores ſint, vt non modò attenuetur humor, ac retrahatur ad partes infernas, verùm etiam à ſomno, quo maximè vrgetur ægrotans, excitetur; malum quidem eſt permittere tam profuſè ſomno eum indulgere.

Animi affectiones in hoc caſu, quæ hominem irritare poſſint, & ad iram promouere, non ſunt inutiles, quia & ipſæ mouendi, attenuandiq; humorem E pituitoſum facultate pollent.

De inanitione, & repletione ſollicitiſimus oporret maximè; ideo prouidere debemus, ne inteſtina fœcibus repleta maneant, ſed vt ſingulis, aut ſaltem alternis diebus exonerentur, quod ſi id natura non fiat, arte agendũ eſt clyſteribus quibuſdã hũc in modũ paratis.

℞. Maluarum,
Parietariæ,
Betæ, ana manip.j.
Ficuum pinguium, num.xx.
Paſſularum, vnc.ſſ.
Aniſorum,
Fœniculi, ana drach. iij.
Flor. cordial.
Chamæmel. ana pug.j.
Hordei integri, pug. ij.
Fiat decoctio ſecundùm artem.
℞. colaturæ, lib. 1.
Mellis roſ.
Sacchari rubri, ana vnc.ij.
Succi betæ, vnc.ij.
Olei chamæmeli, vnc. iij.
Salis communis, drach.ij.
Fiat clyſter: eſt Rondoletij.
Alter clyſter ad idem Iouberti.
℞. Parietariç,
Siclæ, ana manip.ij.
Braſſicæ,
Abſynthij, ana manip.ij.
Caricarum pinguium num.xxiiij.
Sem. fœniculi, drach. iij.
Furfuris macri in panno alligati, pug.j.
Florum chamæmeli,
Stæchados,
Roſmarini,
Centaurij min. ana pug. ſſ.
Fiat decoctio ſecundùm artem.
℞. huius decocti, lib.j.
Hieræ picræ,
Diaphœnici, ana vnc. ſſ.
Mellis mercurialis, vnc.j.
Si non habetur mercuriale, pone mel commune ſpumatum.
Olei chamæmeli,
Anethi, ana vnc. ij.
Salis communis, drach. iij.
Fiat clyſter, & inijciatur extra tempus paroxiſmi.

Huiuſmodi clyſteres eandem habent facultatem, nempe abſtergendi inteſtina à craſſis humoribus pituitoſis, qui adhærent eorum tunicis, ſimulque, & euacuandi fœces, nec non, & corroborandi inteſtina: Sed in ſtatu opus eſt animaduertere, quod ſolet moueri aluus, ideoq; auferenda ſunt ea, quæ vehementiora ſunt.

Nonnunquam verò expedit addere vel agaricum, vel medullæ ſeminis carthami quantum ſufficit, ſi præcipuè aluus non moueatur, aut moueatur quidem, ſed non pro vt eſt opus, quia etſi contingat aluum in ſtatu aliquando ſolui, ac fluere, ſæpè tamen euenit, vt hęc ipſa conſtringatur, & tunc etiam prædictis grauiora, & vehementiora addenda ſunt. Et hæc ad diætam ſpectare videntur; properemus iam ad pharmaceuticum inſtrumentum.

DE CVRATIONE FEBRIS *quotidianæ per Pharmaciam.*

GAlenus lib.1. ad Glauc. cap. 12. totam huius febris curationem ad tria capita reducere mihi videtur; ad humorem alterandum, ad ventriculi corroborationem, & ad materiæ alteratæ eductionem, tum per vomitum, tum per ſeceſſum.

Primum eſt, vt vtamur oxymelite, & ijs, quæ facultatem habent vrinam valdè mouendi; ſed quoniam in primis verbis huius capitis eſt ambiguitas circa tempus adminiſtrationis horum medicamentorum; quandoquidem ſcriptum eſt: quotidianam autem cum volueris curare vtere oxymelite poſt primos dies: & nullus eſt, qui hunc locum conſideret vno excepto Martino Acakia, qui inquit intelligi vix poſſe, quid ſibi velit Galenus.

Siquidem in codice græco ſcriptum eſt μετὰ τὰς πρώτας ἡμέρας; ideſt poſt primos dies, qui nã autem ſint dies iſti, certè diuinari minimè poteſt, an ſit poſt primum ſecundum, aut tertiũ diem; an verò velit per primos dies intelligere principium morbi, quod ſignis coctionis terminatur; vt iam aliàs à me intellexiſtis; vt ſenſus ſit poſt principiũ, curare oportet

ter quotidianam febrem oxymelite, & rebus ducentibus per vrinam.

Sed hanc interpretationem Acakia minimè admittit; ſed cùm à Paulo, qui fuit Galeni maximus interpres, ſcriptū ſit lib.2.cap.25. quotidianam curantes oxymelite primis diebus vtimur, tum ijs, quæ vrinam probè eliciunt, magis adhæret huic interpretationi, quàm priori, vt ſenſus ſit in principio quotidianam curamus oxymelite, atque mouentibus vrinam, quod idem voluiſſe Auicennas ſcribit in cap. de curatione quotidianæ, quod in præſenti conſideramus.

Cuius verba in hunc deſcribit modum: & omnes ſpecies eius (pituitoſæ febris intelligit) in hora principij, in tribus diebus communicant. Ex quo quidem loco tantum abeſt, vt ſuam probet, aut confirmet opinionem, vt potius ex Auicenna primam opinionem confirmatam habeamus.

Non probat enim Acakias ex Auicennæ textu Pauli dictum, quia textus non legitur eodem modo, prout citauit ipſe, ſed verba Auicennæ ad hunc modum ſcripta ſunt: & omnes ſpecies eius communicant in hora principij in tribus rebus: non autem in tribus diebus.

Deinde ſtatim addit ſpecies omnes febris pituitæ in tribus hiſce communicari, nempe in neceſſitate lenificationis æqualis, aut vomitus, & in neceſſitate adminiſtrationis ſubſtinentium, & incidentium diureticorum. Ecce igitur, quod Auicennæ hic locus non confirmat id, quod prætendit Acakias, nempe quod in quotidiana febre primis diebus vtendum ſit oxymelite, atque ijs, quę per vrinam mouere ſunt apta.

Altimarus olfecit hunc locum, ſed ipſum, vt aiunt, ſicco pede præterijt; inquit enim, Galenum hiſce verbis voluiſſe innuere Glauconi philoſopho, quod in primis morbi diebus ijs, quæ concoquendi, leniterque extenuandi, ac calefaciendi vim habent, quotidianam curare neceſſarium ſit, ſcilicet tam cibis, & potu, quàm cæteris medicamentis.

A

Sed quamuis verum ſit, quod ſcribit Altimarus, oportere à principio ijs vti in huiuſmodi febribus curandis; apertè tamen Galenus ſcribit oxymelite, & rebus valdè vrinā mouentibus pugnandum eſſe, quæ ſententia ſi vera eſt, ac

B

ſeruanda in principio febris quotidianæ, verum erit etiam, quod debeamus mouere materiam crudam à principio, quod tamen tanquam falſum improbauit Galenus 1.aphor.22. vbi in commentario ſcribit, nomine mouere, eſſe intelligendam eductionem, quæ fit per vrinam; nam inhibuit à principio purgationem, tum motionem per vrinam.

C

Si igitur legatur textus quemadmodum Acakias ſcribit à Paulo ſcriptum fuiſſe, iam habebimus in principio quotidianæ febris eſſe mouendum per vrinam, & per conſequens cruda erunt mouenda.

Succedit, quod huiuſmodi curandi ratio aduerſari videtur rationi dogmaticæ à Galeno 2. med. cap. 1. inſtitutæ; vbi conſiderans methodum medendi febres, inquit; cauſam putridarum eſſe

D

putredinem, quę ſubmouenda; ſed opus eſt etiam febrem ab eadem excitatam extinguere; ita vt qui rectè febrem putridā eſt curaturus, debet tum cauſam, tum febrem auferre.

Verum id non eſt citra cautelam, & ſine aliquo artificio agendum, ſed quemadmodum Galenus ait, opus eſt conſiderare auxilium, an tale ſit, quod poſſit vtrique, nempe cauſæ, & effectui

E

ſuccurrere, an verò auxilia ita ad inuicem ſe habeant, vt quod febrem auferat, cauſam augeat; vel è contra, quod cauſam ſubmoueat, poſsit febrem augere.

Si res primo modo ſe habeat, ita vt vnum auxilium vtriſque faueat, ſine cunctatione illud agendum eſt. Si ſecundo modo, diligenter admodum conſide-

randum eſt circa ſpeciem auxilij; nam non ita cauſæ incumbendum, vt effectum augeamus; atqui ſi in primis diebus aperientibus, & ducentibus per vrinam vteremur, cùm calida ſint, poſſemus vtiq; febrem augere.

Quamobrem non videtur legendum eſſe textum de primis diebus, ſed vt in Aldino codice ſcriptum eſt, nempe poſt primos dies, qui dies ad primos tres coercentur ab Auicenna in præſenti, vbi dicit, & cum ſuperuenerint febri dies tres, ſubtilietur in ea materia propter febrem, & ante illud mouebis, vt nocebis, non facies aliquid.

Hoc eſt, quemadmodum hoc loci notat Iacobus de Partibus, quod poſt quã febris quotidiana durauerit per tres dies, materia ipſius eſt ſubtiliãda propter febrem, id eſt vt febris ab ea dependens euaporare facilius poſſit; nam attenuata ab ijs materia, ac vijs apertis abbreuiatur; nam ſi moueas materiam ante tertium diem, nocebis infirmo, nec facies aliquid, quod prodeſſe poſſit.

Ex his igitur videtur concludendum eſſe per primos dies intelligi debere tres primos dies ab inſultu, quod etiam Serapio inter Arabes non infimus lib. 6. ſui breuiarij cap. xvj. apertè confirmauit.

Sed adhuc vrget difficultas; nam ſi incipiamus vti ducentibus per vrinam poſt tres dies, adhuc incidemus in prædictam de cruda materia difficultatem; quia materia, quæ facit quotidianas, cum pituita ſit craſſa, & frigida, non poterit eſſe concocta tam breui ſpacio. Quare non videtur dicendum, poſt primos dies voluiſſe Galenum intelligere tres primos dies ab inſultu morbi.

Duæ reſtant de diebus hiſce determinandis opiniones, vna, quæ per poſt dies primos intelligit totum principium, quod ſignis coctionis terminatur, quo quidem tempore licet mouere materiam diureticis medicamẽtis, quaſi quòd

A admoneamur à Galeno hoc in loco, quod vbi concocta eſt materia, curemus eam per vrinam educere.

Secunda opinio eſſe poteſt conſona ijs, quæ à Paulo præcitato loco ſcribuntur, videlicet quotidianam curantes oxymelite primis diebus vtimur, tum ijs, quæ vrinam probè eliciunt, nimirum, quod in primis diebus vtamur oxymelite, deinde per vrinam educa- B mus.

Et certè huiuſmodi curatio non inepta videtur, ſed maximè rationi conſona; nam ſi conſideremus oxymelis compoſitionem, videbimus ipſum conſtare ex rebus, quæ febri, & cauſæ opem ferunt, quandoquidem ex aqua, aceto, ac melle conſtat, quorum aqua, & acetum refrigerandi facultatem habent, acetum inſuper tenuium eſt parti- C um, & penetrans, quæ febrem ipſam extinguunt; mel verò tum abſtergendi, ac attenuandi facultate pollet, & iſtud eſt illud auxilium, quod vtriq; opitulari poteſt.

Oxymeli igitur primis diebus in curanda quotidiana vti licet, & ſimilibus, vt paulò poſt dicemus, deinde ad vrinam mouentia deueniemus. Sed eò, vnde digreſſa eſt oratio, redeuntes dici- D mus Galenum in 12. cap. 1. ad Glauc. omnem huius febris curationem ad tria capita reuocaſſe: primum verſatur circa alterantia medicamenta, vt audiuiſtis: ſecundum circa ventriculi corroborationem, quod in ſtatu agendum eſſe dicit: tertium verſatur circa materiæ pituitoſæ extra corpus eductionem.

Vnde de ſecundo dicebar, circa ſta- E tum verò de ventriculo eſt habenda ſollicitudo, ac de eius ore præſertim; de tertio verò ſic ait: deinceps iubendum eſt, vt poſt radiculas, & cibos aſſumptos euomant. Ijs etiam, quæ pituitam ſubducunt, vtendum. In iſto tertio capite duas eductiones nobis innuit, nempe eam, quæ fit per vomitum, & alteram,

quæ

quæ fit medicamentis per aluum ducentibus.

Videamus igitur in primis ordine noſtro conſueto, quæ medicamenta alterantia conueniunt; deinde, quæ ſint euacuantia per ſeceſſum, & quo tempore, ac modo ijs vtendum veniat; deinde de vomitorijs agemus, ac tandem quibus ventriculus corroborandus ſit, aperiemus.

Primò quidem Alexander Trallianus, vt ſui moris eſt, ad pauca reſpiciens facilè aduerſus Galenum enuntiat nonnulla de medicamentis à Galeno propoſitis, & multa dicit, quæ ad rem minimè facere videntur; inquit enim Galenum indeterminatè loquutum fuiſſe circa auxilia, quæ proponit pro alteranda pituitoſa materia, quam attenuandam, & incidendam eſſe ſcribit.

Nam cùm inquit ille, plures ſint ſpecies, & differentiæ pituitæ, inter quas eſt ſalſa, quæ ſuapte natura calida eſt, & ſicca, & etiam per accidens illi medicamenta attenuantia, atque incidentia non conueniunt, quæ calidæ, & ſiccæ naturæ ſunt, ea propter in febre facta à ſalſa pituita neque attenuandum eſt, neque incidendum, neque calefaciendum.

Quare cùm Galenus non ſe ipſum determinauerit, meritò damnandus eſt. Altimarus huic Alexandri contra Galenum impoſitioni pluribus reſpondet, quem per vos videre poteſtis.

Ego verò pro Galeno dico, quod nuſquam in eius doctrina reperiet Alexander eum ſcripſiſſe febrem quotidianam fieri à ſalſa pituita, ſed benè ſalſum cauſonem, vt ſupra iam eſt declaratum; nam aliud eſt curationem inſtituere quotidianæ febri competentem; & aliud eſt loqui de curatione omnium febrium pituitoſarum in genere.

Galenus ſolummodo in hoc 12. cap. 1. ad Glauc. tractat febris quotidianæ curationem, quæ fit ſemper à pituita A craſſa, ſiuè dulcis, aut inſipida, aut vitrea exiſtat, ac ſemper præcipit vtendum eſſe abſtergentibus, exiccantibus, & attenuantibus, ſecundùm tamen magis, & minus; ſi enim in genere tractaſſet, neque diſtinxiſſet, tunc ea reprehenſione dignus fuiſſet, quam iniuria Alexander Galeno imponit.

In hoc igitur oxymel ſimplex valet, & mihi inter cætera alterantia quàm B maximè probatur. Raſis proponit ſyrupum acetoſum, qui certè ad idem valet, atque oxymel, quem probat Auicennas.

Mel roſatum,
Syrupus de bettonica,
Oxymel compoſitum,
Squilliticum,
Syrupus de ſtœchade Meſue.

Huiuſmodi ſyrupi habent facultatem C pituitoſum humorem præparādi, viaſq; aperiēdi: ſed quoniam febrem curamus, non ſolùm cauſam, ſed & ipſam etiam reſpicere debemus, ideo opus eſt ſyrupum arte componere, qui vtrique ſatisfacere valeat; proinde poſſumus vel ſyrupum de cichorio, aut de endiuia Gentilis hiſce admiſcere, vt

℞. Syr. de bettonica,
D Oxymel ſimpl.
Syr. de cichorio, ana vnc. ß.
Aquarum cichorij,
Bettonicæ, ana vnc. ij. miſce.

Vel loco aquarum poteſtis accipere.

Bettonicam,
Capillos veneris,
Hyſſopum,
Cichorium,
Endiuiam,
E Agrimonium,

Eaque in iure ebullire, vel in aqua, & cum huiuſmodi ſyrupis admiſcere, nam tunc habebimus ſyrupum humorem pituitoſum præparantem ſimul, atque febrem reſpicientem.

Non deſunt, qui hydromelite toto tempore huius febris humorem pituitoſum præparent: tandem (vt vno ample-

plectat verbo omnia huic febri conuenientia) dico, quod eſt opus pituitam attenuare, ac incidere, nec non modicè refrigerare, quod quidem ab vnoquoque fieri poterit ſyrupis prædictis, aut conſimilibus. Auicennas laudat aquam mellis cum hyſſopo.

Quod modò ſpectat ad medicamenta educentia, Benedictus Victorius Fauentinus, qui certè fuit medicus noſtra tempeſtate celeberrimus, & qui medicinam tam in publico Patauino, quàm Bononienſi gymnaſio è primo loco interpretatus eſt, ſcribit in ſua empirica lib. 2. cap. de quotidiana opus eſſe, vt cognoſcamus materiam, an turgeat, an verò ſua copia moleſtiam faciat.

Si primo modo, inquit oportere eradicatiuam purgationem adhibere, etiam eadem die; ſi verò peccat quantitate, deueniendum eſſe ad minoratiua, atque materiam ipſam imminuere, ex mente loquitur Auicennæ. Sed huius viri doctiſſimi opinionem admittere nequeo, quamuis in quamplurimis alijs maximè eius praxim laudem, & obſeruem.

Quia, vt audiuiſtis in tractatu vniuerſali de purgatione, materia furioſa, ſeu turgens ſemper eſt materia bilioſa, at in hac febre ſupponitur pituitam peccare, quæ craſſa eſt, ideoq; turgere non poteſt; atqui iam à nobis dictum fuit, quod materia cruda non eſt purganda, quamuis quantitate peccet, ſed opus eſt eam in primis alterare, deinde præparatam per ſeceſſum, tanquam per communiſſimum, & maximè conferentem locum, educere: & hæc eſt Galeni mens, atque inſtitutum lib. 1. ad Glauc. cap. precitato, vbi ſcribit primum oxymelite eſſe materiam præparandam, deinde euacuandam.

Sed quoniam materia hæc craſſa eſt, & copioſa, non poteſt vnica expurgatione educi, ideo neceſſe eſt paulatim præparari, & paulatim extrahi Et hoc eſt, quod Princeps noſter in præſenti A docet, vbi inquit. Ego verò non diligo expectationem digeſtionis & lenificationis, in his, quæ diximus priùs; imò oportet, vt euacuetur ex ea aliquid, & expectetur in reliquo, vſque quo digeratur, & fiat illud cum facilitate paulatim abſque ſuperfluitate; deinde peruenias ad diuretica.

Ex hac ſummi huius viri ſententia habemus, quid agendum, & rectum B agendorum vſum in hac curanda febre per pharmaciam, nempe euacuandum quidem eſſe, paulatim videlicet, illud, quod eſt præparatum. Et hic eſt modus ſeruandus, quia ſi quis propinaret à principio minoratiuum aliquod, educeret illud tenuioris humoris, quod in corpore reperitur, remaneret autem craſſior pars, ex qua augeretur obſtructio.

C Ne igitur ſequatur incōueniens iſtud, opus eſt alterare cum prędictis ſyrupis, deinde quod præparatum eſt, educere: quare cum via hæc tutior, & melior ſit, Auicennas noſter inquit ſe non diligere expectationem digeſtionis, & lenificationis totalem, ſed opus eſſe euacuare aliquid ex eà, nempe illud, quod præparatum eſt, idque ſenſim. Euacuata porrò ad hunc modum aliqua huius ma- D teriæ copia ad diuretica eſt deueniendum, hoc eſt ad medicamenta, quæ vrinam ducere ſunt apta; quia hæc facultatem habent attenuandi, incidendi, atq; materiam per vias vrinæ educendi.

Materia autem medicamentorum eſt multiplex, qua vti poſſumus in hoc caſu. In primis agaricum eſt, hiera ſimplex, atque etiam logadij, electuarium E quod diaphœnicum vocant; electuarium indum, & præcipuè illud, quod maius appellatur, quamuis, & minus ſit ex vſu.

Diacarthamum etiam eſt in hac ſerie, nec reprobatur ſyrupus ille, quem Sueſſanus illuſtris apud Napolitanos medicus compoſuit. Hiera quoque picra cum

tum agarico eſt optimum, & vſitatiſſimum remedium, quod pituitam valenter educit. Poteſtis igitur, & in forma boli, atque in forma potus parare vobis medicamenta minorantia in hunc modum.

Sub forma boli.

℞. Diacarthami,
Diaphœnici, ana drach. ij. ſſ.
Cum ſaccharo fiat bolus.

Vel

℞. Floris caſſiæ, vnc. ſſ.
Hieræ cum agarico, drach. v.
Cum ſaccharo fiat bolus.

Vel

℞. diaturbit cum rhabarb. vnc. ſſ.
Hieræ ſimpl. drach. iij. aut iiij.
Cum ſaccharo fiat bolus.

In forma potus poteſtis infuſionem, & citra infuſionem præparare hunc in modum.

℞. agarici trochiſc. ſcrup. iiij.
Infunde in aqua citrach, & bettonicæ per duodecim horas; deinde facta forti expreſſione diſſolue,
Elect. indi Meſue, vnc. ſſ.
Syr. de polypodio, vnc. ij.
Miſce, & fiat potus.

Abſque infuſione.

℞. Syr. de polypodio Auguſt. vnc. v. vel iiij.
Elect. indi,
Diaphœnici, ana drach. ij.
Miſce, & fiat potus.

Præparata his præſidijs, atque educta materia, opus eſt denuò eandem alterare, ſed cum validioribus medicamentis, quæ per vrinam ipſam, ſi poſſibile eſt, educant. Ad hanc intentionem faciunt in primis oxymel. comp. Caleſtani.

Syrupus byzantinus,
De quinque radicibus,
De endiuia compoſitus.
Cum aquis apij,
Fœniculi,
Aſparagi,
Saluiæ.

A Ex quibus parare poteſtis ſyrupos, quemadmodum aliàs intellexiſtis.

Poſſunt etiam ex rebus aperientibus componi artificioſa aliquot apozemata, cuiuſmodi iſtud eſt.

℞. Radicum aperitiuarum communium.
Sem. carthami,
Paſſularum mundatarum, ana vnc. j.
B Hyſſopi,
Bettonicæ,
Agrimonij,
Cuſcutæ,
Pulegij, ana pug. j.
Fiat decoctio ſecundùm artem.

℞. huius decoct. vnc. iiij.
Syr. capil. veneris,
Oxymel. compoſ. ana vnc. j. ſs.

Huiuſmodi decoctum cum prædictis ſyrupis mirificè in hac febre quotidiana prodeſt; attenuabit quidem C materiam, & ipſius aliquam partem educet per vrinam: quod verò præparatum eſt, nec educitur, prædictis medicamentis denuò expurgetur; attamen non admodum validis vti debemus, quę ſingulis decem, aut duodecim diebus repetenda ſunt, quandoquidem ſenſim præparatur, & educitur hæc materia, non eſt igitur opus validiora medica-D menta exhibere; ſed ea, quæ iam dicta ſunt. Poſſunt etiam exhiberi pilulæ, quæ componuntur ex agarico, vt

℞. agarici trochiſc. ſcrup. iiij.
Pul. hieræ ſimpl. ſcrup. ij.
Miſce, & fiant pilulæ num. v. cum oxymeli.

Trochiſci de agarico, & abſynthio in hoc caſu magnopere conducunt.

Benedictus Victorius cap. præcita-E to proponit pilulas, nec non, & apozema.

Pilulę.

℞. trochiſ. de abſynthio,
De eupatorio, ana drach. ij.
De rhabarb. drach. j.
Fiat puluis ſubtiliſſimus, & cum ſyrupo byzantino fiant pilulæ, num. xxx.

 qua-

quarum ſingulo mane accipiantur num. iij. aut ſaltem alternis diebus, deinde ſuperbibatur huiuſmodi apozema.

℞. Iuſculi cicerum rubr. vnc. vj.
Rad. Fœniculi,
Aſparagi,
Petroſelini, ana drach. ij.

Bulliant omnia ſimul vſque ad conſumptionem tertiæ partis iuris, deinde coletur, atq; modo prædicto exhibeatur, continuetque ægrotus huiuſmodi medicamentum per decem dies, quia ſanus perfectè fiet.

Hæc eſt methodus curandæ febris per pharmaciam tam per alterantia medicamenta, quàm per educentia, quibus ſatisfieri oportet.

Opus nunc eſt, vt videamus, quomodo ſatisfaciendum ſit ſecundo capiti, in quo, vt iam audiuiſtis, præcipitur nobis attendendum eſſe corroborationi ventriculi, quod quidem exequi poterimus tam internis, quàm externis præſidijs.

Interna ſunt
Trochiſci de roſis,
Eupatorio,
Abſynthio,
Rhabarbaro.

Quorum doſis ſit ad drach. j. cui modicum vini, & aquæ capillorum veneris parum ſuperbibatur.

Extra verò primùm inungatur cum
Oleo de abſynthio, vel
Maſtichino, vel
Ex mentha.

Emplaſtrũ ſtomachicum in hoc caſu valdè probatur, quemadmodum etiam non reijcerem communiſſimum illud emplaſtrum, quod diaphœnicon appellant, imò quia iſtud nonnihil adſtrictionis obtinet ad corroborationem tum ventriculi, tum hepatis, omninò admiſcerem hæc duo emplaſtra ad inuicem, vt in exemplo.

℞. empl. diaphœnici Alexandri,
Stomachici, ana vnc. j.

Miſce, diſtendatur ſuper linteum, atque applicetur regioni hepatis, ac ventriculi. Galenus 8. meth. med. cap. 5. proponit medicamentum ex cera,
Oleo, &
Maſtiche.

A

Quod componit hunc in modum; liquat ceram in oleo nardino, exempli gratia, ana vnc. j.
Aloes,
Maſtiches, ana drach. j.

B Quarum fiat puluis ſubtiliſſimus, deinde oleo, ac cera quaſi refrigeratis inſpergit prædictum puluerem, Diſtendatur mox ſuper linteum, ventriculoq; applicetur: hæc ſummopere valent ad ventriculi corroborationem.

Donatus ab Altomari deſcribit ſacculum quendam ex his rebus.

℞. Abſynthij,
Menthæ, ana manip. j.
C Cinnamomi,
Maſtiches,
Corticum citrij,
Macis,
Ligni aloes, ana drach. iij.
Santalorum omnium,
Coralliorum rubeorũ, ana drach. ij.
Roſarum rubearum, manip. j. ß.

Contundantur omnia, & fiant tres ſacculi, quorum duo madefiant in vino
D generoſo, aut in ſucco cotoneorum, atque per vices, modò vnus, modò alter ventriculo applicentur calidi.

Alter verò ſiccus ſuperponatur poſt vnctiones factas, quarum vnam proponit Altimarus, quæ ferè eadem eſt cum vnguento ſtomachico à Calcſtano ſcripto, longè tamen præſtantius eſt vnguentum ſtomachicum.

E His igitur corroborandus venit ventriculus, qui etiam per vomitum euacuari, non debet tempore, quo ipſum roboramus, cum his quæ vomitum prouocare ſunt apta; magis enim prodeſt ab aſſumpto cibo iubere, vt ægri vomant.

Vomitorium autem fieri poteſt ex aqua tepida, in qua bullierint flores cha

mæmeli cum modico oxymelis, vel etiam olei, vel aqua tepida cum vnc.ij. ſyrupi acetoſi, aut modico aceti. Hæc omnia valent ad vomitum prouocandum, quod agendum etiam eſt in principio acceſſionum, natura id per nauſeam demonſtrante; hæc ſunt agenda pro curatione quotidianæ tam continuæ, quàm interpolatæ.

A

Quibus omnibus ſi febris ex toto non tollatur, tunc laudo medicamentum à Fauentino in ſua empirica propoſitum, quod eſt, vt poſt prædictas euacuationes, æger ſummo mane ingrediatur aquæ dulcis balneum tepidum, intuſque per ſpatium dimidiæ horæ maneat, indeque lectum ingrediatur, optimè præparatum, linteiſque nitidis ornatum, calefactumque, vt decet, parumque quieſcat; deinde bolum hunc deglutiat.

B

℞. Theriacæ opt. vel mithridaticę confectionis, drach. j.
Sacchari roſati, vnc. j. ß.
Miſce, & fiat bolus.

Poſt eius deglutitionem ſuperbibat hauſtum iuſculi ciceris rubei, beneque ſtragulis cooperiatur, vt dormire poſſit, quo contingit ſudare, ac liberari per ſudorem à febre.

Sed quoniam in omnibus febribus putridis curare oportet, vt prohibita tranſpiratio per cutem tollatur, atque cutis, & venæ paruæ, quæ ad ipſam ſunt, deobſtruantur, & eo magis in huiuſmodi febre quotidiana, ideo non erit ab re vti frictionibus quibuſdam per vniuerſum corpus, nec non medicamentis deobſtruentibus, inter quæ maximè commendo, quod à Gordonio viro doctiſſimo, & medico maximè exercitato probatur lib. de feb. part. 1. cap. 7. illud autem componitur in hunc modum.

℞. aquæ dulcis, lib. j.
Vini albi, vnc. iij.
Aceti albi, vnc. ij.
Rad. apij, vnc. ß.
Olei chamæmel. vnc. j. ß.

Bullianr ſimul, exinde venter fricetur, latera, & dorſum totum; nam inquit Gordonius, mirabile eſt medicamentum in deoppilando, ideoque frequenter debet fieri, & ſemper applicandum eſt calidum.

Frictiones etiam debent validè fieri ſuper ventris inferioris totam regionem, ad latera ſæpè, ſuauiterq; aliquando ſint validiores, nonnunquam manibus nudis, aliquando pannis quibuſdam aſperis.

C

Alexander Trallianus vnctionem quandam in hac febre maximè vtilem, & tanquam arcanum quoddam inſigne proponit; præcipit enim ſpumam lebetum, dum in balneis bulliunt, atque oleum commune ad inuicem miſceri, quouſq; formam vnguenti acceperint, iiſq; totum corpus inungit, antequam febris inuadat.

Hæc ſunt, quæ pro curanda hac febre per pharmaciam fieri poſſunt, ac debent. Sunt modò quædam ab eodem Alexandro propoſita, quæ corpori alligata conſueuerunt hanc febrem, neſcio qua facultate, de medio tollere, homineſq; ab ea affectos liberare.

D

Inter alia vnum eſt, quod ab eodem authore multùm commendatur, tanquam ab ipſo multis experimentis probatum. At ſi vultis verum me fateri, eſt illud potius riſu, quàm fide dignum, cum tamen ab eo ſcribatur, non pudebit me illud vobis ſaltem inſinuare.

E

Vult igitur, vt folium oleæ à ſuo arbore ante ſolis exortum extrahamus, atque in illo, communi atramento ſcriptorio has duas ſyllabas ſcribamus, nempe Ca, & Roi, & litteram A. ipſumque folium collo ægrotantis appendamus. Cæterum aliud, quod naturale eſt, (non vt iſtud ſuperſtitioſum) addit.

Nā accipit animalculum illud, quod telam ſibi texit, in cuius medio tanquam in centro occultatur, vt muſcas faciliùs

venari poſſit, illudque linteolo ligandum, atque ſiniſtro brachio appendendum præcipit.

Alij verò iſtud animalculum, qui eſt araneus, in auellanam includunt, atque collo ægrotantibus alligant.

Sunt, & quam plura alia medicamenta, amuleta dicta, quæ ab amicis, & ab affinibus conſueuerunt, vel collo, vel carpibus manuum applicari; ſed poſt omnia medicamenta, tam vniuerſalia, quàm particularia, quando ſcilicet vident morbum in longum tempus eſſe protractum.

Quorum quædam ſunt, quæ ex ſe nullam qualitatem habent, vnde ſperare liceat ſalutem ægrotantis, ſed opinionem, imaginatiuamque mouent, ita vt ægri ab illis ſanitatem recipere poſſe confidant, non ſecus atque obſeruamus aliquos medicis magni nominis tantopere credere, vt quam primum ab eorum manibus tangantur, ſanos fieri exiſtiment.

E contra ſæpè ex mala opinione; quam de medicis concipiunt, quamuis hi omnia faciant ex arte, & recta ratione, in deterius labuntur. Igitur ita contingere aliquando poteſt, vt poſt longum morbum natura adiuta à forti ægrotantis imaginatione, quam de medicamento ſibi laudato concepit, reliquias morbi expellat, ac ægrotantem liberet.

Hinc eſt, quod plura irrationalia medicamenta circumferuntur, à quibus contingit nonnunquam ægrotantes laboratos fuiſſe, quale illud eſt de folio oleæ, & etiã illud, quod à Quinto Sereno medico antiquiſſimo ſcriptum eſt, quod nihil aliud eſt, quàm litteræ quædam ſcriptę nullum ſenſum habentes, & collo geſtatæ vt ABRACADABRA.

Nonnulla etiam ſunt, quæ ad formas triangulares, aut quadrangulares ſunt ſcripta, quæ omnia ſi videre vultis, legatis Laurentium Ioubertum lib. de feb. cap. 14. Sunt etiam alia quædam, A quæ poſſunt facultatibus ſuis opem ferre cordi, vnde carpibus manuum alligantur, vt arterias tangant, ſuamque facultatem cordi communicent, quemadmodum iſtud eſt.

℞. fol. vrticæ,
Salicis,
Vitis, ana manip. i.

Tere, & cum aceto acri ſubige, carpis admoue per duas horas ante paro- B xiſmum.

Aliud.

℞. Vrticæ minutæ, manip. ß.
Fol. vitis,
Semperuiui,
Solani, ana manip. j.
Telę aranearum, drach. ij.
Salis parum.

Miſce, & applica, vt ſupra. Et hæc ſint ſatis dicta pro curatione quotidianæ C per diætam, & pharmaciam; modò quid de chirurgia ſtatuendum ſit, aperiemus.

DE CVRATIONE FEBRIS *quotidianæ per Chirurgiam.*

IN tractatu vniuerſali de ſanguinis miſſione, ni fallor, adeo exactè, quod ad perfectam cognitionem indi- D cantis ſanguinis mittendi attinet, diximus, vt ſine alio longiori diſcurſu vnuſquique veſtrum facilè intelligere poſſit, quando & in hac febre mittendus ſanguis, & quando non.

Primò quidem ſtatuimus in cacochymia, & præcipuè in frigida, non eſſe mittendum ſanguinem, & multò minus in illa, quæ facit quotidianam exquiſitam, quia patefecimus eam euenire na- E turis frigidis, tempore anni frigido, nempe in hyeme, & ijs, qui victus ratione frigida, ac vita otioſa vtuntur, quibus non competit venæ ſectio.

Quapropter Galenus 1. ad Glauc. nihil dixit loquens de hac febre de ſanguinis miſſione, quia ſupponit ſua principia ſatis demonſtraſſe, quibus intel-

tellectis, facilè poterimus agnoſcere, ac deliberare in omnibus morbis de hoc præſidio.

Quare (in hac febre) cùm non habeat in ſe indicans ſanguinis mittendi, nō eſt vt ipſum mittamus: ideo Auicennas 4. 1. dicebat caue, ne ægrum ad alterum duorum perducas, aut ad calidorum ebullitionem, vel ad frigidorum cruditatem. Quare neque in tertiana ſimplici, quod a bilioſo, neque in quotidiana, quod à pituitoſo fit humore, mittendus eſt ſanguis.

Quapropter quotidiana quatenus producitur à pituitoſo humore, non indicat ſanguinis miſſionem; aliquando tamen contingit fieri poſſe, vt mittendus veniat, quando ſcilicet ſimul cum humore pituitoſo adeſt plenitudo ſanguinis, atque virium robur; quibus ambobus exiſtentibus adeſt magnitudo morbi, vt aliàs dictum fuit, à multitudine limitata, quæ indicat ſanguinis miſſionem.

Id autem quando agendum veniat demonſtrat nobis Princeps in præſenti capite his verbis: & quoties videris vrinam groſſiorem, & rubicundiorem, non

A erit malum, ſi phlebotomaueris, ex quibus habemus Principem non abſolutè dicere, quod mittatur ſanguis; ſed quod non erit malum; ſed poteſt etiam eſſe malum, quia huiuſmodi craſſities, & rubedo euenire poterit ratione ingentis putredinis cum aliqua bilis excitatione ad vrinam.

Vnde Gentilis admonet ſe aliquos vidiſſe medicos mittentes ſanguinem B in huiuſmodi febribus, poſt cuius miſſionem cum vrinis clarioribus, & attenuatis ad defectum caloris ob ſanguinis miſſionem ægros, mortem oppetiiſſe; qua propter in huiuſmodi febre, vbi etiam opus ſit ſanguinis miſſione, cum cautela agendum eſt, paucaque quantitas extrahenda venit, vtilitaſque mea opinione habetur potiùs per repetitam ſanguinis miſſionem, quàm per vnā; quia C cum habitus ſit frigidus, tempus, conſtitutio anni, in qua fiunt huiuſmodi febres, contraindicent, cauendum eſt, ne nimium refrigeremus, idque contingat, quod ait Gentilis eueniſſe illis medicis: & hæc de febre quotidiana exquiſita tam continua, quàm interpolata ſint ſatis.

DE FEBRE EPIALA.

CAPVT DECIMVMQVINTVM.

POſt tractatum de quotidiana Auicennæ ordo requirit, vt reliqua ad ipſam ſpectantia abſoluamus: ſunt hęc ſaltem ratione cauſæ quamuis non ordinis, & typi, febres illæ, quæ epialæ, & lypiriæ vocantur, nec non ſyncopales.

At verò Græci cum Arabibus in hac materia pertractanda non conueniunt; quandoquidem in primis lypiriam, Arabes lipiriam vocant: deinde ſi Galenum intueamur lib. 2. progn. 4. in fine videbimus eum lypiriam ponere inter illas E febres acutas, in quibus ob viſcerum magnam inflammationem interiora calent, frigent verò exteriora.

Et quod magis eſt 7. aph. 42. ſcribit lypiriam eſſe ex illis febribus, quæ conſequuntur inflammationes internas: Auicennas verò hanc febrem ad phlegmaticam reducit, eamque eſſe dicit, in qua calor reperitur intus adurens, dum partes

tes corporis exteriores frigent.

Serapio idem ſentit, nempe, quod lypiria ſit febris, in qua partes intus calent, extra frigent; quare & ipſe cum Auicenna, & cum Galeno conuenit.

Deinde, quod ad epyalam ſpectat, non modò Græci ab Arabibus diſſentiunt, ſed etiam Arabes inter ſe diſcrepant; Galenus namque 2. de diff. feb. cap. 6. ſcribit febrem epyalam eſſe, in qua ægrotantes ſimul febricitant, & rigent, caloremque, & frigus eodem tempore, in quauis corporis particula ſentiunt.

Huic opinioni Græci omnes ſubſcripſerunt, Arabes verò omnes, vno Aliabbate excepto, ab hac Galeni opinione recedunt, qui lib. 8. ſuæ theoricæ cum Galeno conuenit.

At Auicennæ epyala eſt febris, in qua intus in internis partibus frigus percipitur, exterius verò calor.

Iſaac autem non lypiriam, ſed lipariam appellauit, & quam lypiriam Galenus vocat, eam ipſe vocauit epialam, fortè Ariſt. ſequutus, qui 27. problem. 2. inquirens rationem, cur ſit, quod timentes, præſertim, qui ſupplicio ſunt condemnati, ſitiunt? Reſpondet contingere iis, vt euenit illis, qui febrem epyalam patiuntur, nempe quod partes internæ calent, externæ verò frigent, ex quibus apparet diuerſitas quidem potiùs eſſe in nominibus, quàm in re ipſa.

Ad Galenum dicendum eſt, quod licet diſtinxerit libello de inæquali intemperie cap. 8. febres lypirias ab ardentibus, quas malignas appellat, nihilominus adeò conuenire ad inuicem oſtendit, vt ambæ videantur eſſe febres, quas ſymptomata appellant, & quod inflammationes internarum partium ſequantur.

Cum tamen iſtę non ſint febres ſymptoma, ſed febres eſſentiales, nec inflammationes viſcerum ſequuntur, ſed moicem, aut malignitatem ipſarum ſe-

A brium acutarum, vel naturam ipſius lypiriæ. Verùm etſi ſymptomatis huius ratione febres iſtæ ardentes malignæ cum lypirijs conueniant; differunt tamen ratione cauſæ, quia illæ à materia biliosa, iſtæ verò à pituitoſa ortum ducunt.

Raſis lib. 18. continentis cap. eodem videtur afferre duplex genus febrium lypiriarum; vnum eiuſdem generis B cum malignis febribus acutis, in quo eodem modo, vt in illis partes exteriores calent; id eſt ratione cuiuſdam inflammationis in aliquod viſcus illatæ contingit calorem intus contrahi, extra verò partes refrigerari, & huiuſmodi febres poſſunt ſymptomaticæ appellari, vt quæ magnitudinem inflammationis ſequantur.

C Aliud verò genus febris lypiriæ eſt illud, de quo in præſenti loquitur Auicennas, cum quo Galenus conuenit, ita vt ex parte lypiriæ nulla ſit diſcrepantia inter Galenum, & Auicennam.

At ſi conſideremus epyalę vtriuſque deſcriptionem, luce clariùs conſpiciemus, eam, quam epialam appellat Auicennas, non eſſe Galeni epyalam, quandoquidem hic Auicennas facit triplicē ſpeciem febris phlegmaticæ deſum-D ptam ab accidente quodam, quandoquidem obſeruat partes corporis.

Et in prima ſpecie ait partes internas rigere: in ſecunda totum oppoſitum obſeruat, nempe exteriores corporis partes frigidas eſſe, interiores autem eſſe calidiſſimas: in tertia verò, & poſtrema dicit omnes tam internas, quàm externas partes, & frigere, atque calere ſimul, & eodem tempore.

E Ex Auicennę itaq; diſcurſu habemus diligentiorem inquiſitionem circa has febres, quæ ratione ſymptomatis huius inter ſe differre poſſunt, nam vel partes externæ calent, internæ frigent; aut è contra internæ calent, externæ frigent; aut omnes ſimul, tum frigent, tū calent; neq; alter modus reperiri ab his poteſt.

Ga-

Galenus, ſi verum fateri licet; aperuit quidem nobis ſuam opinionem, tum diſtinctè, tum ſatis diffuſè, tam in 2. de diff. feb. cap. 6. quàm lib. de inæquali intemperie cap. 8. de illa febre, quam epyalam appellauit, quam ſi rectè conſiderabimus, comperiemus tandem diſcrepare ab epiala Auicennę, conuenire tamen cum illa tertia ſua differentia, in qua vult omnes corporis partes tam internas, quàm externas ſimul, & eodem tempore, & calere, & rigere.

De lypiria autem paucis admodum loquutus eſt in locis prædictis, quamuis in illo libello de definitionibus medicis inſcripto, qui ſub Galeni nomine circumfertur, definitionem lypiriæ habeamus, quæ eſt.

Lypiria febris eſt ea, in qua extrema, & ſuperficies refrigerantur, vritur profundum, excretiones detinentur, aſpera ſitientibus lingua eſt: pulſus paruus, atque obſcurus, quaſi calor intra ſe receperit.

De epyala autem ne verbum quidem habeatur, multò minus de prima ſpecie, quam epialam vocat Auicennas, ſtante igitur hac determinatione incipiamus tractare de omnibus hiſce tribus ad mentem Auicennæ primùm, deinde examinabimus Galeni epialam; ſed primò examinemus etymon ipſius.

Paulus lib. 2. cap. 26. duplicem rationem huius etymologiæ reddere conatur; prima, quod deſumptum ſit iſtud nomen à metaphora quadam maris; nam deductum nomen eſt ab ἠπίον, quod tranquillum ſignificat, & ἅλος, quod ſalem præſertim maris ſonat; quia hæc febris, antequam æſtuare incipiat, ſit ſimilis mari tranquillo.

Secundo dicta fuit ab ἠπίως καὶ ἀλεαίνειν, ideſt tranquillè calefacere, quia propter humorem pituitoſum, remittitur caloris acrimonia.

Reperio & tertiam nominis huiuſce explicationem, quæ eſt, quod dicta ſit

A epiala, ab ἐπί, & ἅλς, hoc eſt ſupra aliud, quia & calor, & frigus ita ſe ſe habere videatur, vt vnum ſit ſuper aliud; ſed quomodocunque accipiatur etymologia, videndum eſt; quid illa ſit, quantum ad ipſius eſſentiam, & naturam.

Febris epiala eſt febris putrida ex pituita vitrea putreſcente ortum ducens, in qua partes internæ frigent, exteriores verò omnes calidæ ſentiuntur.

B Febris autem lypiria ab eadem pituita vitrea ortum ducit, quæ putrefacta ſit, ſed partes corporis interiores vrit, exteriores autem refrigeratas reddit.

Hæc eſt Auicennæ opinio de huiuſmodi febribus, qui etſi à Galeno diſſentiat in formalitate ipſius epialæ, conuenit tamen cum eo in cauſa, quia Galenus lib. 2. de diff. feb. cap. 6. ſcribit cauſam facientem epialam eſſe pitui-
C tam illam, quam Praxagoras vitream appellauit, & Philippus crudam nominat.

Quam conſiderans ſcribit non poſſe fieri, quin qualitatis acidę ſit particeps; proinde vel putrefacta eſt, vel non; ſi fuerit putrefacta, & per ſenſibiles corporis partes feratur, rigores ſine febre generat, quos abſque febre euenientes Gal. libello de inæquali intemperie
D cap 5. antiquos non agnouiſſe ſcribit, fuiſſeque ſuam, & neotericorum ſui temporis obſeruationem, in illis præſertim, qui ſedentariam, & otioſam vitam ducunt, nec non & in illis, qui intemperanter viuunt, multumque ingurgitant; ſed hæc ſunt alterius inſtituti.

Vbi verò pituita hæc modicè fuerit putrefacta febrem epialam gignit: quare Galenus eandem tulit febris huius
E cauſam, nempe pituitam vitream, aut (vt inquit Auicennas) phlegma vitreum; ſed cum vna, & eadem cauſa ſit harum omnium febrium, difficilè eſt cognoſcere, qua ratione partes internæ frigeant, externæ caleant, vt voluit Auicennas, & è contra.

Sed longè difficilius intellectu eſt, quo-

quomodo fiat Galeni epiala, in qua omnes corporis partes tam internæ, quàm externæ eodem tempore tum frigeant, tum calefiant? Videamus igitur, quomodo res hæc fieri poſſit, vt inde cognitionem harum febrium perfectam habeamus, nomina interim negligentes, permittenteſque vnicuique, vt libuerit eas appellare.

Primò ex Auicennæ ſententia conſiderandum, quomodo pituita hæc vitrea intus refrigeret, extra verò calefaciat, & è contra; dum inquit, multa pituitæ vitreæ copia intus adeſt, quæ putreſcens ſuæ ſubſtantiæ contactu frigus inducit intus, vapores verò ex illa putrefacta eleuantur inflammati, & incaleſcentes, qui ad exteriora deducti, ea calore afficiunt.

Si quis autem quærat ab Auicenna, cur fit, quod pituita hæc non refrigerabat internas partes, antequam putreſceret, aut homo febre corriperetur? Reſpondet id euenire ratione motus à putredine; primò enim phlegma in quiete erat, conſuetudinemque cum partibus vicinis habens non mouebat variè ſenſum illarum, at ob putredinem varijs pituitæ partibus motis, variè afficiuntur corporis partes, quæ tanguntur ab iiſdem partibus pituitæ, quæ cum frigidæ ſint, frigiditatem vicinis partibus inferunt, quæ antea ab ijs minimè percipiebatur.

Quod ad rationem attinet, quam Iſaac reddit de ſua epiala non eſt, vt quidquam dicam, quia eam ipſe lypiriam appellat, exq; duobus eſſe vult humoribus compoſitam, nempe ex pituita, & melancholia, aut bile, ideoq; ſcribit pituitam, aut melancholiam in fundo, & ad partes penitiores remanere, ad exteriores verò bilioſas ferri.

Sed omittamus ipſum, cuius non profitemur doctrinam, redeamus ad Auicennam, qui adducit cauſam, vt intellexiſtis, frigiditatis internæ, ac caliditatis externæ, ac etiam conatur red-

A dere rationem, cur in lypiria internæ partes vrantur, externæ verò frigeſiant.

Sed antequam eam afferamus, videre expedit, quid dicat Serapio 6. ſui breuiarij cap. prœcitato, de pituira, & de modo, quo ea, facit prædictam epialam. Huius viri doctrina in hoc eſt ſcitu digna, ideo eam vobis in medium adduco. Inquit ipſe, quod pituita vi-

B trea inter omnes ſpecies, vel vincit in toto corpore, vel in aliqua parte.

Si primo modo, vel putreſcit ex toto, vel nihil ex ipſa putreſcit, & in corpore frigus generat, quod ſine febre non calefit. Præterea ſi ex toto putreſcit vel extra venas, & arterias putreſcit, vel intra eas. Primo modo facit febrem quotidianam interpolatam. Si ſecundo modo facit febrem continuam quo-

C tidianam. Sed ſi partim putreſcit, partim minimè, tunc fit illa, quam epialam appellat.

Vult igitur fieri febrem epialam ex duplici cauſa, nempe ex putreſcente, & non putreſcente pituita; frigus ex non putreſcente, calorem verò ex putreſcente; quæ quidem doctrina vera eſt tam in via Galeni, quàm in via Auicennæ, vt paulò poſt intelligetis.

D Sed videamus, quam rationē Auicennas affert de lypiria. Is primò ſupponit non modò ex phlegmate, ſed etiam ex bile admodum craſſa eam fieri, quando igitur ex pituitoſa fit materia, tunc contingit partes internas vri, exteriores refrigerari triplici ratione.

Prima eſt, quia materia phlegmatica, quando putreſcit, calefacit locum, in quo putreſcit, non autem calefacit

E partes exteriores, quia ex ipſa non tanta fit reſolutio vaporis, vt exteriores partes calefieri poſſint, quia in pituita non eſt accenſa multa caliditas, vt vapores calidi eleuari queant.

Sed forrè quis obijciet, ſi pituita, quæ facit lypiriam ſit eiuſdem qualitatis cum illa, quæ facit epialam, cur non in-

infrigidatur intus in hac febre, ſicut in alia; aut in illa calefiat, in iſta refrigeretur?

Cui dicendum eſt iſtud euenire ratione putredinis; nam in lipyria pituita tota putreſcit, quo nomine, & tota calefacit partes internas; in epyala verò non tota putreſcit; imo maior pars ipſius eſt, quæ non putreſcit, ſed mouetur, ita vt hæc frigida mota partes internas refrigeret; putrefacta verò exteriores partes ſuis vaporibus calefaciat; tota maſſa ipſius mouetur motu locali, vna autem pars mouetur motu alterationis, ſiquidem aliquę partes magis pronæ ſunt ad putreſcendum, quàm aliæ.

Præterea quis ambiget, qui fieri poteſt, vt tota in lypiria, in epyala verò pars putreſcat, hoc certè ad calo em præter naturam referendum eſſe videtur, qui in totum calorem naturalem agens ipſum magis extinguit, maioremque putredinem, & longè maiorem, quàm in epyala facit; hinc eſt, quod lypyrias Galenus enumerauit inter malignas, lethaleſque febres, non autem epyalam.

Sed adhuc magis dubitari poteſt ex ſuppoſitis aduerſus rationem, quam afferet Auicennas in prima ſua ratione, (in qua nititur perſuadere nobis non tantam intus fieri caliditatem, vt ex accenſa pituita eleuari poſſint vapores, exteriores partes calefacere valentes) an dicendum ſit acceſſionem fieri quidem, ſed non tam vehementem, vt calidi vapores ad cutem exhalent, & hoc ratione craſſitiei ipſius pituitæ? nam euenit, quod dicebat Galenus tum 2. de diff. feb. 4. tum 1. ad Glauconem, vbi comparat caliditatem humoris pituitoſi igni fumido in lignis viridibus accenſo; proinde fieri paruas euacuationes: meritò igitur Auicennæ ratio poteſt admitti.

Secundò refert frigiditatis exterioris cauſam in concentrationem caloris A in partes internas, quo nomine deſtituuntur exteriores: deinde cum exterius adſit copia humoris pituitoſi, hinc tum concentrationis ratione, priuatæ partes exteriores à proprio calore, tum etiam actu ab humore frigido refrigeratæ procul dubio neceſſe eſt, vt reddantur actu frigidæ.

Tertiò rationem deſumit ex vaporibus, qui eleuantur, quos quidem ait B minimè eſſe putridos. & quamuis faciant caliditatem, ad quendam terminum ferunt illam, quam tandem deponentes ad priſtinam, quam ex pituita habebant, frigiditatem reuertuntur, non ſecus atque vapores aquæ caliditatem actualem deponentes propriam, quam ab aqua frigiditatem habent, in ſe ipſis retinent.

Hic igitur notanda ſunt duo, vnum, C ex materia putrida eleuari non putridos vapores: ſecundum, quod caliditatē illā, quam ex putreſcente materia habent, paruo ſpatio ſecum ferunt, deinde ipſam deponunt.

Sed multa eſſent dicenda circa hanc tertiam rationem Auicennæ, ac primò diſputandum eſſet, vtrum ex putreſcente materia poſſent eleuari non putridi vapores? Secundò inquirendum ſe D offerret, quomodo hæc febris fieret, ſi vapores putridi non eleuantur cor ferientes?

Deinde cùm putridi eleuantur, & non putridi, ita vt priores ad cor ferantur; alij autem ad partes exteriores, à nobis eſſet indaganda cauſa temperans huiuſmodi vapores, & alia etiam multa, quæ ad præſens inſtitutum minimè faciunt; quæſtiones enim iſtæ ad partem E therapeuticam, quam nunc profitemur, nihil faciunt; ſatis quidem eſt, quemadmodum doctè Gentilis hoc in loco notat, huius effectus vnam aſſignari cauſam. Habuiſtis quippe effectum verum eſſe, in lypiria ſcilicet tam ex Galeni, quàm Auicennę doctrina partes internas eſſe calidas, exteriores verò frigidas.

Quo modò ad epyalæ nam ſpe ctat, quam nobis Galenus tradidit, de ciſa certè eſt ab Auicenne epiala, vt audiuiſtis, cuius quidem doctrina eſt, quod epiala ſit febris à pituita vitrea partim putreſcente, partim non putreſcente genita, in qua corpus in vno, eodemq; tempore caliditatem, & frigiditatem percipit, hancque agnouit Auicennas, & de illa breuiſſima oratione poſt lipyriam pertractauit, quamuis ei nullum nomen adſcripſerit.

DE CAVSIS FEBRIS *Epyalæ.*

Cæterùm, vt materiam hanc perfectè intelligatis, ac differentiam inter Galenum, & Auicennam in hoc cognoſcatis, oportet, vt mentem cauſarum indagini adhibeatis; nam in effectu ambæ conueniunt, in nomine autem, atque in cauſa differunt.

Nam hanc febrem, in qua corpus ſimul percipit frigiditatem, & caliditatem Galenus appellauit epyalam, apud Auicennam caret nomine.

In cauſa etiam diſcrepant, quia Galenus 2. de diff. feb. cap. 6. de inæquali intemperie cap. 8. vt habemus apud Vallesium com. 10. voluit cauſam eſſe pituitam, quam Praxagoras vitream appellauit: Auicennas verò exiſtimauit eſſe materiam pituitoſam, & biliosam.

Conueniunt tamen rurſus in modo; nam dicunt hanc frigiditatem, & caliditatem, quam febrientes percipiunt per totum corpus, prouenire à iuxtapoſitione humoris actualiter calidi, & frigidi ſecundum minimas partes, vt non ſit pars aliqua parua corporis, cui frigus aduenit, in qua ad latus non adſit parua pars, cui calor inſit, ita vt iuxta minimas partes membri ſentientis eſt res infrigidans, & calefaciens, & hinc eſt, quod vnaquæque pars exiſtimet ſe vtrumque ſentire.

A Galenus rem hanc exemplo quodam nobis demonſtrare voluit. lib. de inæquali intemperie cap. 8. hominis ad ſolem expoſiti, ab eoq; calefacti, cui, ſi aquam gelidam ſuperinfundas vtrumque ſentiret vtrumq; calidum videlicet ſolis, & frigidum aquæ.

Quamuis res ita ſe habeat, in epyala tamen, inquit Galenus, modus eſt diuerſus; nam huiuſmodi caliditas, & fri-
B giditas percipitur quidem, ſed in magnis particulis, extrinſecuſque; at in epiala totum corpus percipit caliditatem, & frigiditatem tam interius quàm exterius, & ſecundùm paruas, atque exiguas partes corporis ſenſibiles.

Relinquo modò digladiationem, quam habet Valleſius cum Ieremia Brachelo circa verbum ſenſibile. Poteſtis enim eundem legere Valleſium lib. de
C inæquali intemperie cap. 1. vbi diffuſè hanc tractat materiam.

Venio ad declarandam hanc Galeni determinationem ex eodem Galeno 3. de ſimpl. med. facult. cap. 75. quod notat Thomas de Garbo ſuper expoſitionem capitis 6. 2. de diff. feb. vbi Gal. ſimile ait accidere febri epyalæ, ac guſtui; nam ſi amarum quid, aut dulce admiſceas, linguæque offeras ſecun-
D dùm minimas partes, diuiditur vtrumq; ita vt lingua ſecundùm minimas partes percipiat amaritudinem, atque dulcedinem.

Quòd ſanè exemplum effectum nobis repręſentat, & modum, quo in epyala percipi poteſt tam calidum, quàm frigidum ſecundùm minimas corporis partes,

Sed quoniam Galenus hunc effectum
E ab vnico humore fieri voluit, Auicennas verò à duobus, nempe à bile, & pituita, & bilis calida ſit pituita verò frigida, magis mens Auicennæ hoc exemplo eluceſcit, quàm Galeni, qui voluit ab vna pituita fieri.

Sed cum hęc id efficiat diuerſimodè, appoſitè etiam modum Galeni decla-

rat;

rat; cùm enim pituita habeat duas partes, vnam, quæ nondum putreſcit, ſed mouetur per corpus; altera verò, quæ iam putruit, cumque vno, eodemque tempore moueatur tam putrida, quàm non putrida pars, caliditas, & frigiditas ſimul percipitur: ſed quia nulla datur pars exigua, quæ non habeat exiguam partem materiæ prædictæ præſentem, ac tangentem, ſit vt exiguæ partes caliditatem, & frigiditatem percipiant.

Vnde Galenus 2. de diff. feb. cap. 6. dicebat nos poſſe dicere febrem hanc epyalam ex duplici cauſa fieri, quia illud pituitæ, quod putreſcit, febremque accendit, eſt vnius conditionis, reliquum verò, quod nondum putreſcit, cuiuſque cauſa ægrotantes rigent, eſt alterius naturæ, nec eandem habet cum putreſcente qualitatem. Si igitur ab hac quidem rigor, à putreſcente verò febris generatur, duplex ſemper aderit cauſa.

Ex his igitur ſatis clarum ſit febrem epyalam Galeni fieri ab humore pituitoſo vitreo per corpus moto, cuius vna pars putreſcat, altera minimè, ex qua varietate contingit corpus ſecundùm omnes partes tam internas, quàm externas ſimul, & ſemel caliditatem percipere, atque frigiditatem.

Habuiſtis etiam hanc ab Auicenna cognitam fuiſſe, ſed nullum nomen illi aſſignaſſe; tandem ſatis (ni fallor) intellexiſtis naturam febris epialæ Auicennæ, nec non eius febris, quæ vocatur lipyria, de qua quidem ad mentem Auicennę loquentes diximus eam fieri non modò à pituita; ſed à bile, ſeu cholera craſſa.

Quomodo autem bilis accenſa intus putreſcat, ex eaque paucum, aut nihil reſoluatur, nihilq; ad cutem euaporet, ac quo nomine hæc ipſa poſſit excalefacere exteriores partes, ita vt internæ ſolùm cal dæ remaneant, exteriores verò frigidæ, cauſa non eſt diſſimilis prio-

A ri traditæ de pituita putreſcente.

Addatis etiam, quod calor externarum partium ad internas recurrit calore affectas, deſtitutaſque relinquit exteriores calore: & hæc ſatis dicta ſint de natura, de cauſis febrium epyalæ, atque lipyriæ.

Verum cùm dictum ſit febrem omnem eſſe calorem accenſum in corde, B atque mediantibus venis, & arterijs per vniuerſum diffundi corpus, cumque in huiuſmodi febribus percipiatur frigus ſiue interius, ſiue exterius, ſequitur huiuſmodi non eſſe febres, aut definitionem febris non fuiſſe rectè aſſignatam.

Reſpondet Auicennas veram eſſe definitionem, & quod febres huiuſmodi ſub ipſa definitione comprehendantur, C quia febris, dummodo non habeat aliquod impedimentum, ſemper diſtribuit calorem per vniuerſum corpus; ideoque paſſio eſt apta nata calorem omnibus partibus diſtribuere, niſi impediatur, in huiuſmodi autem febribus calor quidem accenſus eſt in corde, & diſtribuitur per venas, & arterias, in quantum poteſt, at quia impeditur à pituita, vt ex dictis clarum eſt, ideo non diffunditur.

D Illique id contingit, quod igni ſub cineribus incluſo, qui prohibetur furſum ferri, quapropter ſatis eſt ad febrem faciendam, vt aliàs diximus, quod cor ſit calefactum primariò pręter naturam, à quo cum prodeant venæ, & arteriæ, facilè ab ipſo in corpus diſtribui poteſt calor; quamobrem ſatis eſt aptitudo, quæ reduci ad actum non poteſt in his febribus propter pituitoſæ materiæ copiam, E & qualitatem, vt ſupra ſatis dictum fuit.

DE SIGNIS FEBRIS *Epyala*.

QVod ad ſigna ſpectat, præter ea, quæ de febre quotidiana dicta ſue-

fuerunt, cuius germina, ac ſoboles ſunt huiuſmodi febres, alia pathognomonica ſigna ex prædictis facilè elici poſſunt; nam ſigna epialæ Auicennæ ſunt frigus intus, extra calor per totam corporis ſuperficiem, & ad extremitates omnes.

Inuadit eadem ſingulo die, non ſecus atque de quotidiana dictum fuit; non tamen ex Auicenna poſſumus dicere id illi ſemper euenire, vt in vera quotidiana, quia ipſe ſcribit hoc accidere, vt plurimum.

An modò in acceſſionibus contingat partes extremas refrigerari, vt in principio acceſſionum veræ quotidianæ, nihil etiam certi ex ipſo Auicenna habemus.

Sed quoniam ait hanc febrem ſæpè conuerti in quartanam, & tertianam; hinc etiam addit, quod dicatur potiùs eſſe de genere phlegmaticarum ratione pituitæ putreſcentis, quam ratione paroxiſmi, qui ſingulo die non repetit, quamuis repetat quandoq; ad modum quartanæ, nonnunquam admodum tertianæ, & hoc propter pituitæ craſſitiem.

Quare ſigna à paroxiſmis non admodum certa ſunt, ab vrina certiora quidem, & à pulſu eſſe poſſunt; nam docet Auicennas vrinam eſſe frigidam, & crudam, & minoris caliditatis, quàm vrina aliarum febrium ſui generis.

Pulſus etiam rarus, atque tardus admodum eſt. Apud Serapionem 6. breuiarij cap.17. eadem ferè verba de ſignis a pulſu, & vrina referuntur; addit tamen ipſe, quod pulſus eſt craſſior, & in dies maior fit.

Cęterùm, adeſt ſignum à duratione paroxiſmi ſumptum, quod ex Auicenna eſt à quatuor horis ad vigintiquatuor, ita vt velint hoc loci expoſitores breuiorem acceſſionem eſſe quatuor horarum, longiorem verò eſſe quatuor, & viginti, ſed ambiguè adeo loquuntur, vt vix credibile ſit aliquem ipſo-
A rum obſeruaſſe huiuſmodi febrem.

Si vultis me verùm fateri, huculque nondum vidi ſimilem febrem, & dicam id, quod Galenus inquit lib.2. de criſ. cap.6. loquens de cognitione ſynocharum, quod ad curationem rectam illarum ſatis eſt agnouiſſe earum genus, at cùm huiuſmodi febris ſub quotidiana contineatur, iam genus habemus, quare non eſt opus tam diligenti in-
B quiſitione.

DE FVTVRO EVENTV *epyala*.

QVod ad prognoſtica attinet, dicendum ob craſſitiem materiæ ex neceſſitate etiam ipſam longam reddi ad curationem.

C DE CVRATIONE FEBRIS *febris epyala*.

IN curatione iiſdem inſtrumentis medicis pugnamus, quibus in quotidiana vtendum eſſe diximus. Victus debet eſſe attenuans, atque magis abſtergens, & exiccans, quam in quotidiana; quòd pituita longè magis craſſa ſit, atque viſcoſa, quàm in quotidiana.
D Vinumq; pro potu conuenit.

Medicamenta quoque maiorem abſtergendi, calefaciendi, aperiendi, atque attenuandi facultatem habere debent, proinde humor cum

Oxymelle compoſito,
Squillitico,
Mulſa.
Syr. de ſtæchade,
Cum decoctione hyſſopi, &
E Origani,

Atque aliorum ſimplicium, quæ aperiendi, incidendi, & per vrinam educendi facultatem habent, eſt alterandus.

Quod attinet ad purgationem, quoniam rarò contingit febres huiuſmodi fieri, itaut vix aliquem ſcriptorem legerim

rim

rim ſcribentem ſe eiuſmodi febres curaſſe, ideo exiſtimo virtutem quàm maximè ponderandam eſſe, quia corpus eſt cacochymum, quod quidem eget euacuatione pituitoſi, atque craſſi humoris, qui non poteſt educi vnica purgatione, multò minus, quàm in febre quotidiana.

Ideo non poſſum probare eos, qui ſcribunt opus eſſe vehementioribus medicamentis pituitam purgantibus, nihilominus, vbi neceſſitas vrget, præparato humore cum prædictis ſyrupis, & cum illis, de quibus capite de quotidiana ſatis prolixè egimus, ad medicamenta pituitam educentia eſt deueniendum, inter quæ

Agaricum, &
Rhabarbarum.

Maximè commendo. Mihi quoque A arridente:

Hieræ omnes
Pilulæ de agarico.
Aggregatiuæ, nec non
De hiera cum agarico, & huiuſmodi.

In cæteris agendum vt cap. de quotidiana dictum fuit.

B *DE CVRATIONE EPYALAE per Chirurgiam.*

De ſanguinis miſſione nihil dico, quia tam ſæpè à me demonſtratum eſt in omnibus morbis mittendum eſſe ſanguinem, vbi adſunt ſcopi neceſſarij, & ſanguinis miſſionem indicantes, vt pudeat me amplius rem ipſam repetere: hæc de epyala, ad lypiriam tranſeundum eſt.

DE FEBRE LIPYRIA.

CAPVT DECIMVMSEXTVM.

Qvamuis lipyria, & Galeni epyala eadem ratione curari debeant, non grauabor tamen indicia, hoc eſt ſigna pathognomonica in medium afferre, vt ipſas internoſcere poſsitis.

Primò lipyria ex frigiditate, quam exterius per totum corpus, & extremitates percipimus, & ex ingenti caliditate interna, quam percipiunt ægrotantes facilè dignoſcitur, quæ etiam E etſi conueniat cum ardentiſſimis febribus, tamen ab illis differt ratione cauſæ, & effectus, quia illæ ſunt maligniſſimæ febres, quæ ſequuntur inflammationem alicuius viſceris præcipui; iſtæ verò ingentem caliditatem accendunt in pituitoſa materia.

Effectus etiam eſt diuerſus, quia in acceſſionibus contingit frigiditatem D exterius percipi, quæ tamen in fine acceſſionis minus percipitur.

Cæterùm quàmuis, vt audiuiſtis, ſitientibus aſpera ſit lingua, nihilominus non adſunt illa praua ſymptomata, quę in acutiſſimis febribus eſſe diximus.

Pulſus paruus eſt, atque obſcurus, vrinæ apparent quemadmodum de epyala eſt dictum. Quod ad epyalam Galeni attinet, nulla habeo ſigna, præter E ea quæ dixi, nempe quod æger percipit per omnes corporis partes tum calorem, tum frigiditatem ſimul; ac vrinæ, & pulſus, vt ſupra apparent.

Sed quoniam rarò contingunt huiuſmodi febres, hinc pauciſſimos habemus authores, aut nullos, qui earum tractent curationem.

Aui-

Auicennas omnium febrium ad quotidianas ſpectantium curationem vnico capite amplectitur, & nos iam diximus, qualis eſſe oporteat per omnia medicinæ inſtrumenta.

Sub hoc febrium genere comprehendit febrem quandam, quam ſyncopa- A lem appellat, nec non & diurnam, ac nocturnam, de quibus agendum nobis eſt; atque de cauſo à pituita ſalſa ortum ducente, vt omnibus numeris abſolutam habeatis tractationem de illis febribus, quæ à pituitoſo humore proficiſcuntur.

DE FEBRE SYNCOPALI.

CAPVT DECIMVMSEPTIMVM.

HVjuſmodi febris videtur potiùs eſſe ſymptoma quoddam conſequens malam temperiem oris ſuperioris ventriculi, quod euenire poteſt alijs morbis, & alijs febribus; nam ſyncopes (vt alias diximus) eſt præceps virium lapſus, qui à ſuis cauſis præter naturam excitatur.

Et in hoc caſu febris, & ſymptoma iſtud ab eadem cauſa ortum ſuum ducunt; nam cum morborum cognitio nulla alia ratione tam exactè à medico inquiratur, niſi vt ij poſſint curari; tunc vel morbus auferri poteſt ſimul cum ſymptomate, vel ſymptoma tale eſt, vt curationem ad ſe totam trahat.

Si primo modo Gal. lib. 12. meth. med. cap. 1. dicebat, quod ſi vno remedio tum ſymptoma leniri, tum morbus curari poterit, id non erit ſymptoma reſpicere, aut ſymptomatis cauſa remedia ſumere.

Sed eiuſmodi auxiliorum ſpecies planè morbi curatio erit, at vbi cogimur ſpreta affectione primaria, ſymptoma curare, tunc dicitur ſymptoma totam ad ſe trahere curationem, quamuis ſymptoma, vt tale eſt, nullam faciat de ſe indicationem, vt author eſt Galenus loco præcitato, niſi per accidens, & quatenus cauſæ rationem habet, at in hoc caſu tota curatio ad ſymptoma, vel præſens, vel imminens attinet, quare non videtur hæc febris poſſe appellari ſyncopalis, quia omnibus febribus tam C à pituita, quàm à bile ortum ducentibus contingere poteſt.

Vnde Galenus lib. 12. meth. med. cap. 1. dicebat nullum febris genus cum ſymptomate eueniens facere poſſe nouam ſpeciem, aut differentiam febris, ſed eſſe morbum alij morbo, aut ſymptoma ſymptomati euenientem: quapropter cum ſyncopes ſit morbus quidam, aut ſymptoma, non poteſt nouam D facere febrem, aut febris differentiam.

Hinc eſt, quòd nullus ex Græcis reperitur, qui de febre ſyncopali quidquam ſcripſerit, cum tamen ab Arabibus, & Auicenna præſertim, ea pro febris differentia in medium afferatur, vnde nos quoque de ipſa tractabimus.

Febris igitur ſyncopalis eſt putrida febris procedens à materia pituitoſa putreſcente, & illa eſt, quam humoralis appellat Auicennas. Ortum etiam E ducit ea à materia bilioſa putreſcēte, illaque eſt, quam idem author appellauit febrē ſyncopalem minutam, & ſubtilem.

DE CAVSIS FEBRIS *ſyncopalis.*

DE huiuſmodi febris cauſis loquitur Galenus 12. meth. med pluribus capitibus; ita vt febris ſyncopalis duplex ſit differentia; vna quæ humoralis; altera, vt dictum eſt, ſubtilis appellatur.

Cauſa humoralis febris eſt materia craſſa pituitoſa in ventriculo exiſtens, quæ, vt ait Auicennas, ortum ducit à nauſeatiua ſatietate, ijs præſertim contingens, quibus os ſuperius ventriculi admodum debile, & languidum eſt, quod Galenus pulchrè deſcripſit 12. meth. med. cap 3. his verbis.

1 Ergo febricitare incipiunt nonnulli, vbi maximam crudorum ſuccorum copiam vna cum oris ventriculi offenſione, vel ex cruditatibus, vel alia quapiam occaſione congeſſerunt; ita vt ad febrem hanc generandam requiratur copia crudorum humorum, qui in ventriculo fuerint congeſti.

Secundò oportet, vt os ſuperius ventriculi malè affectum ſit; nam ſi ſola eſſet humorum crudorum copia, nec hi eſſent in ventriculo, poſſent (quando putreſcunt) vnam ex prædictis febribus, quas ad quotidianas referri diximus, generare.

Sed non propterea fieret febris ſyncopalis, niſi os ſuperius ventriculi malè afficeretur; tantæ enim ſubtilitatis eſt ventriculi orificium, vt à quacunque leui cauſa facilè cor in conſortium trahat; quo nomine Antiqui ob affinitatem, quam cum ventriculo habet *καρδίαν* appellarunt.

Vnde Galenus 12. meth. med. cap. 5. dicebat ventriculum ob exquiſitum ſenſum tum alia ſymptomata non pauca, tum verò ſyncopen accerſit, quæ (vt dixi) nihil aliud eſt, quàm præceps virium lapſus, aut reſolutio, quod vt intelligatis, paulò altius repetenda eſt oratio.

A Scripſit Galenus 12. meth. med. cap. 5. & pluribus alijs in locis virium eſſentiam conſiſtere in duobus, in temperamento ſolidorum corporum, necnon & in ſpiritibus, nempe in quantitate, qualitate, & ſubſtantia. Vbi igitur partes corporis, ſolidæ potiſſimùm, benè temperatæ fuerint, nullamque labem habeant, non oritur ſyncope: recedunt autem partes a ſtatu naturali dupliciter.

B Primo modo quidem, quando alimenti penuria ſubſtantia partium diſſipatur, vt in morbis longis contingit, & in febribus colliquatiuis.

Secundo modo, quando à propria temperie plurimùm exorbitant, aut nimium calefactæ, vel refrigeratæ, vel humectatæ, vel exiccatæ, vel ex combinatione aliqua earundem qualitatum C malè affectæ fuerint.

Cæterum ſpiritus alij ſunt animales, & alij vitales, vt aliàs intellexiſtis. De naturalibus verò, quamuis Galenus præcitato capite dicat, ſi dentur, reperiri in hepate; oſtendimus tamen nos in doctrina eiuſdem, non dari ſpiritus naturales, qui ſi dari concedantur, nihil aliud ſunt, quàm tenuior ſanguinis pars.

D Spiritus animales, vt alibi demonſtraui, corpora ſunt omnium, quæ in corpore habentur, tenuiſſima, & per conſequens facilè diſſipabilia, quæ, ex aere inſpirato partim, ac etiam partim ex alijs, qui in plexu retiformi continentur, irrigantur, atque aluntur.

Spiritus autem vitales, qui in arterijs, & corde continentur, ac ex reſpiratione, atque tenuiore ſanguinis parte E regenerantur, poſſunt diſſipari, atque alterari à pluribus rebus, tam a cauſis interioribus, quàm à cauſis externis.

A cauſis quidem internis, hoc eſt à vitioſis ſuccis; à mala ambientis qualitate; à venenatis facultatibus, ab animalium, quæ virus eiectant, venenis.

Poſſunt præterea, & ſua ſubſtantia cor-

corrumpi, atque diſsipari pluribus cau-
ſis. Primò quidem ab alimenti defectu,
ab reſpiratione prohibita; à nimia con-
tinentium corporum raritate; ab ſpiri-
tuum tenuitate; ab animi vehementibus
affectibus, ab ingentibus doloribus, vi-
gilijs laboribus, & huiuſmodi corporis,
& animi motibus violentis, vt eſt ira,
triſtitia gaudium immoderatum, & re-
liqua id generis.

Sed quoniam in præſenti tractamus
de illa ſyncope quæ febribus contingit,
opus eſt videamus, qua de cauſa in illis
contingat.

Iam verò cùm dictum ſit febrem ſyn-
copalem fieri à crudorum humorum
copia, & à bilioſis ſuccis, ab virtute
etiam ſyncope fieri poteſt. A copia
quidem humorum crudorum, quando
ſua copia vires premunt, & propter
tum multitudinem, tum craſsitudinem
exiguos hominis meatus obſtruunt,
quia (vt inquit Galenus cap. citato, &
Auicennas in præſenti capite) animal
non nutritur, & ſpiritus ſuffocatur, atq;
mediocritas temperamenti eius non
ſolùm alteratur, ſed corrumpitur.

Crudi ſucci, vt ait Galenus, corpus
nutrire nequeunt, priùs quàm concocti
fuerint, cum autem multi ſunt, gra-
uant; ſi verò ſpiramenta, quibus per-
ſpiratio agitur, obſtruunt, calorem ex-
tinguunt; è contra autem inquit Gale-
nus, ſi nec obſtruant, neque onerent,
non ſyncopen, ſed animi defectum fa-
ciunt, ex quibus apparet multitudinem,
& craſsitiem lentorum humorum com-
primendo, & grauando facere ſynco-
pen.

Cum igitur iſti humores continean-
tur in ventriculo, opus eſt, vt ſuperius
os ipſius comprimant, ſuaque frigidita-
te intemperent, ſecumque cor in con-
ſortium trahant, nec ſyncopen faciant,
quia arteria magna deferens ſpiritus vi-
tales ſub ore ſuperiori ventriculi repe-
ritur, quod cum depreſſum ſit à craſsi-
tie, & multitudine humorum prædicto-

A rum, neceſſariò arteriam magnam com-
primit, inhibetque fluxus ſpirituum vi
talium, qui inhibiti ne ſpargantur per
corpus, duplici ij ratione impediun-
tur à motu ipſorum proprio; nempe
vel ratione totius corporis, vel propriæ
ſubſtantiæ culpa.

Primo modo ob humorum crudo-
rum copiam, qui meatus obſtruunt, &
virtutem grauant, atque eos intus re-
B currere cogunt. Idem illis contingit
per animi paſſionem quandam immo-
deratam, vt eſt timor, pauor, & hu-
iuſmodi, qui ſpiritus concentrare ſunt
apti.

Vel ſecundo quia corpus rarum ni-
mis eſt, ſpiritusq; nimium quàm par ſit
tenues. Tandem impediuntur multis
de cauſis, vt vitio humorum; vel alio-
rum, quæ hominem in priuationem ſen-
C ſus, & motus per ſyncopen factam du-
cunt. hac igitur ratione humores craſſi
faciunt ſyncopen in febribus à pituita
ortis.

Sed ab humoribus bilioſis hoc idem
accidit, ſed contrario modo; nam cùm
humores habeant facilè diſſipabiles;
hinc etiam & ſpiritus facilè diſſoluun-
tur, & potiſſimùm in acceſſionibus fe-
bris in ſyncopen ducunt, quemadmo-
D dum narrat Galenus de illo iuuene,
quem præter opinionem aliorum medi-
corum ſanauit; humores enim acres, &
mordaces feruntur ad os ſuperius ven-
triculi; illudque acriter mordentes li-
pothymiam, & ſyncopen faciunt: qua-
re idem effectus à contrarijs cauſis pro-
ficiſcitur.

Vnde Galenus 12. meth. med. cap. 6.
de curatione ipſorum loquens dicebat
E priores eſſe euacuandos aſsiduè, & pau-
latim; iſtos verò eſſe paulatim, & aſsi-
duè nutriēdos; quia in illis fit ſpirituum
oppreſsio; in iſtis verò reſolutio:
& hæc de ſyncopalis febris
eſſentia, & cauſis.

DE SIGNIS FEBRIS *ſyncopalis*.

VEniamus modò ad ſigna, quæ ab vrinis, & pulſibus deſumuntur, ſed præſertim à ſyncope (quæ ſemper vel præſens eſt, vel imminens) à qualitatibus faciei mutatis, & à modo, quo acceſſiones fiunt.

Vrinæ quidem in febre hac ſunt cruciatæ; iſque ſimiles, quæ minguntur in alijs quotidianis.

Pulſus omnes ſunt minores, & rariores, quàm natura caloris accenſi requirat: ſunt inæquales in vno præſertim ... nempe ſiſtole, vt Galenus lib. 12. meth. med. cap. 3. ſcripſit, quod & Auicennas confirmauit; in febre tamen ſyncopali minuta, aut ſubtili, ait Auicennas pulſum, & virtutem in paroxiſmo cadere; vrinas verò ſimiles tertianis eſſe.

De qualitatibus loquens Galenus in febribus humoralibus dixit faciem ægrotantium eſſe mutatam ad albedinē, ſimilemq; illi hydropicorum; nonnunquam etiam ad nigredinem, & liuiditatem tendere, & Auicennas addit, quod facies tumida eſt, adeſtque totius corporis mollities. Subditque labia ipſorum eſſe ſimilia ijs, qui comedunt mora, oculóſque habere fuſcos, & quaſi virides.

Galenus etiam habet eis hypochondria tumida fieri, corpuſque ad ampliorem molem, quàm antea eſſe mutatum, acceſsioneſque febriles quotidie ægrotantes exercere ait in fine 5. cap. 12. meth. med. ſingulis diebus, præſertim ad veſperas, & noctu, non mane, neque vſque ad meridiem, ſæpeque euomere pituitoſa cruda.

Qui verò febrem patiuntur ſubtilem, faciem hippocraticam habent, ſuntque conditiones ægri corporis, quemadmodum ſcribit Galenus de illo iuuene 10. meth. med. præcitato.

DE FVTVRO EVENTV *febris ſyncopalis*.

A QVoad prædictiones attinet, febris humoroſa difficillimè curationis eſt; non humoroſa verò ſæpè lethalis. Auicennas ſcribit virtutem non ſufficere vſque ad quartum diem.

B Galenus ſcribit 12. meth. med. cap. 3. quod ſi in humorali virtus conſtet, nullaque adſit in partibus præcipuis phlegmone, ſanari hominem poſſe; è contra verò ſi iecur, aut viſcus aliquod inflammatum fuerit, caſum omninò eſſe deploratum.

C Hæc de ſignis, & præſagijs, jam ad curationem pergendum eſt. Sed quoniam de curatione quotidianæ, & omnium tertianarum egimus, ſolùm afferemus in his duabus febribus, quæ à Galeno particulariter de cura ipſarum ſcripta ſunt.

DE CVRATIONE FEBRIS *ſyncopalis per victus rationem*.

CVrationem inſtituit Galenus per tria medicinæ inſtrumenta, & nos D auſpicemur, vt conſueuimus: In primis, quæ ad diætam ſpectant, conſiderabimus, vt eſt aer, de quo loquens idem Gal. ſcribit oportere eſſe temperatum in primis & actiuis qualitatibus, quia ſi immodicè caleſcat, periculum eſt, ne humores liquentur, fluentéſque per totum corpus, in aliquod viſcus ferantur, vt in pulmones, atque cerebrum, ſatius quidem eſt eos circa iecur, & E primas venas ſubſiſtere.

In frigido verò aere ſucci, qui crudi ſunt, & inepti ad coquendum, manent, & iecinoris obſtructiones, ſi recentes ſunt, augent craſsitudine ſua, hærentes, verò impactique eaſdem producunt.

A primo igitur die, quo curatio ſuſcipitur, curandum eſt, vt aer ſummè

moderatus in prædictis ſit qualitatibus; in paſsiuis verò magis ad ſiccum, quàm ad humidum vergat.

Somnum, & vigiliam non minus curæ eſſe oportet; nam ſcribit Galenus, quod ſi quis alius affectus deſiderat moderationem in ſomno, & vigilia, is eſt; quandoquidem ſomnus vberior in hoc ſalutaris valdè obeſt; tum quia crudos ſuccos digeri minimè permittit, tum quia viſcera grauiora reddit.

Somnus igitur, & vigilia ad inuicem mediocriter adhibiti ſe inuicem iuuare poterunt; nam moderatus ſomnus concoquit; vigilia digerit; quorum vtroque eſt opus ijs, qui ex multitudine crudorum humorum ægrotant.

Quod ad quietem ſpectat, & ad motum, eandem inter ſe rationem habent, atque ſomnus, & vigilia, quia per quietem crudi humores concoquuntur, per motum verò digeruntur; at illi, qui hac febre laborant, procul omni dubio non poſſunt ſe mouere, vnde omninò oportet, vt decumbant.

Sed quoniam vt ipſemet docet Galenus, nec per ſãguinis miſsionem, nec per pharmaciam euacuandi ſunt humores; proinde frictionem tãquam præſidium euacuatiuum huic caſui conuenientiſſimum proponit; ſemperque illud adminiſtrandum eſſe admonet tota die, tempore illo excepto, in quo dormiunt ægrotantes.

Huiuſmodi frictiones tum motui ſatisfaciunt, tum euacuationi per prædicta inſtrumenta, quæ fieri debent cum pannis, quibus nonnihil aſperitatis inſit, vt cutis aliquo modo abraderetur; cum ſimul per frictionem calefieri, & digeri materiam exoptet ægrotans.

Modus autem talis eſſe debet, vt primò fiat initium à cruribus supernè deorſum procedendo: dehinc ad brachia ab humeris vſque ſupernè deorſum ſimili modo; deinde aliquo oleo relaxante partes confricatas inungere, quemadmodum chamæmelinum eſt oleum. Deinde ad ſpinam accedendum eſt, totamque a ſupernis ad infernas partes ſimili modo confricare, atque inungere oportet.

Quod ad victus rationem per cibum, & potum ſpectat Galenus proponit mulſam ad ſeptimam vſque; aliquando ptiſanæ cremorem; nonnunquam & alicæ ſuccum, ſi præcipuè aluus nimis fluat, aut ægrotantes faſtidio mulſam habeant: proponit etiam oxymel, vt modò vno, modò altero vtamur ad ſeptimam vſque diem.

Hac tamen animaduerſione facta, vt ſi æger conſuetus ſit bibere frigidam aquam, ſitque tempus æſtiuum, vt oxymel præbeatur actu frigidum; at verò hyemali tempore ſemper oxymel calidum eſſe afferendum, ſiue aſſueti ſint aquam frigidam bibere, ſiue minimè: & hæc victus ratio ſeruãda eſt à principio.

Si verò contingat non eſſe vos à principio acceſſitos, iubet Galenus, vt vinum exhibeatur, cui panis intinctus, atque immerſus ſit, quod celerem faciat coctionem, atque habito reſpectu ad regionem, quæ ſi calida ſit, tempuſque calidũ, vinum aqua frigida lymphatum concedit, in defectu aquæ frigidæ, vt accipiatur calida, admonet Galenus.

Notate tamen hoc loco Galenum hyeme ægrotantibus ex humorum crudorum copia interdicere aquam frigidam, imò verò oxymel, etiam aperiendi facultatem habeat, & hoc ne humores impingantur, maioreſque fiant obſtructiones. In cæteris verò, vbi declinat febris, ea victus ratione agẽdum eſt, vt in quotidiana diximus.

DE CVRATIONE FEBRIS *ſyncopalis per Pharmaciam.*

QVod ad pharmaciam ſpectat tam Galenus, quàm Auicennas interdicunt medicamentum purgans. De chirurgia dicunt huiuſmodi febres non poſſe eam perferre; & hæc de ſyncopalis

lis humoroſæ febris tractatione.

Sed quoniam vbi tractauimus de morbis particularibus thoracis, ad quos ſyncope à quibuſuis cauſis excitata ſpectat, ibi curationem perfectè, atque eius cognitionem attulimus, hic vt finem imponamus tractationi de febribus pituitoſis, nihil aliud dicendum reſtat. At ſcire debetis nonnullas adhuc febres præter prædictas ab Auicenna connumerari ſub hoc genere, quas ab accidentibus diurnas, ac nocturnas appellat.

Diurnæ quidem ita dicuntur, quòd paroxiſmi interdiu fiunt; nocturnæ verò, quia noctu inuadunt. De his Hippocrates egit lib. 1. epid. & com. 3. in 3. epid. has febres Galenus attribuit quotidianis febribus, quæ etiamſi tempore nocturno eueniant; conſueuerunt tamen non ſecùs atq; tertianæ, & quartanæ in die euenire.

Cæterùm adſunt aliæ febres ad hoc pituitæ genus attinentes, quemadmodum eſt illa, quam typicam vocant; nec non & erraticam.

Typica dicitur, quæ ſtatis quibuſdam A periodis contingit; erratica verò, quæ nec tempus vllum, nec ordinem ſeruat, ſed modò in hanc, modò in illam incidit horam, quæq; ſpeciem quotidianæ vel tertianæ, ſæpè etiam quartanæ repræſentat; quarum nulla eſt, quæ ſpecificam faciat febris differentiam, à qua ſuggeratur noua indicandi curatio, præter hactenus à nobis traditam.

Sed id ſolùm venit obſeruandum in B victus ratione, & in pharmacia adminiſtranda; nam circa tempus offerendi opus eſt, vt ſit extra acceſſionis tempora, ſaltem non ſit in principijs, niſi vt à nobis ſuo loco fuit dictum; & hæc de febribus illis, quæ à pituita dulci, cruda, acida, atque vitrea ortum ducere poſſunt.

Tempeſtiuum nunc eſt, vt breuibus videamus febrem illam, quàm diximus C ex ſalſa pituita fieri, capite de cauſo, & ab Hippocrate appellatam fuiſſe illegitimum, atque ſpurium cauſum. De hac autem, poſtquam ſatis de nomine actum ſit, vbi legitimum cauſum examinauimus, eſſentialiter agendum proponimus.

DE CAVSO ILLEGITIMO

CAPVT DECIMVMOCTAVVM.

DVm ageremus de cauſo, ſeu ardente, duplicem eſſe docuimus in vniuerſum febrem ardentem; vnam legitimam, ac veram, alteram verò notham, aut illegitimam, ſiue ſpuriam.

Rurſus veram diuiſimus in duas differentias, quarum vna fit à bile; altera à ſanguine in venis magnis putreſcente; de quibus actum à nobis eſt proprio capite; de illegitima verò tractare in hunc locum diſtulimus, quod ipſa à pituita ortum ſuum ducat.

Videamus igitur, quid illa ſit, & qua methodo curari debeat. Quod ad eſſentiam ipſius ſpectat, dicimus eſſe febrem E ardentem factam à ſalſa pituita in venis magnis putreſcente cum alui ſolutione, ſiti magna, lingua ſicca, aſpera ſalſa; vrinæ interceptione, vigilia, & extremarum refrigeratione.

Hanc definitionem habetis ab Hippocrate 4. acut. tex. 13. Conuenit cum vera ardente ob ingentem caliditatem,

quam percipiunt ægrotantes; ſed minorem, quàm in legitimis ardentibus.

Notat Galenus in commentario, quòd quemadmodum dicimus febrem tertianam aliquam eſſe nothan, quia ſymptomata nonnulla habet, vt legitima, nonnulla verò minimè; ita quoque ait febrem hanc ardentem illegitimam eſſe appellandam, quòd habeat quædam ſymptomata, quæ & legitimæ inſunt, quædam verò minimè.

Symptomata in legitimo cauſo ſunt ſitis ardens, caliditas magna, lingua aſpera: ſed duo alia in illegitimo numerantur, quæ illi minimè inſunt, nempe aluus ſoluta, nec non lingua ſalſa; ex quibus duobus, vt Galenus ſcribit in com. illegitimus cauſus diſtinguitur à legitimo: nam vbi dicit Hippocrates linguam ſalſam, denotat cauſam eſſe pituitam ſalſam putrefactam; in legitimo verò eſt indicium biliosæ materiæ dominantis.

Vnde legitimus ex amara bile, illegitimus ſanè ex ſalſa pituita ortum ducit. Eſt & aliud ſymptoma, nimirum aluus ſoluta, de quo quidem in legitimo non fit mentio; nam ibi Hipp. tex. 4. de cauſo legitimo loquitur, vbi dixit, deiectiones; & liquidæ, & pallidæ fiunt.

Galenus in 13. com. hanc deiectionem perpendens dicebat pituitoſum humorem neque facile excerni, neque febrem augere, neque ſitim ardentem habere, neque in ſpiritum verti; proinde, dixiſſe Hippocratem aluum ſolutam, vt nobis oſtenderet ipſam ſolum excernere, quod non excernere aduerſatur.

Subdit, ſiquidem fluit venter, non tamen ſecundùm humoris alicuius ideam, ſed ijs, quæ in alimentum ſunt miniſtrata, corruptis: & hoc eſt (ſi rectè ea, quæ à Galeno ſcripta ſunt, intelligimus) quod Author 4. de acutis, alio modo dicebat, de alui fluore in cauſo legitimo, & alio modo in illegitimo.

In priori ſanè dixit eiectiones eſſe pallidas duplici ratione, tum quia bilis

A tenuis fuerit, tùm quia febris vrens augetur a flaua bile, hoc eſt, quia humor bilioſus tenuis eſt, ſuapte natura acris, & mordax, tum quia in eo accenſus eſt calor adurens, vnde fiunt excretiones.

Alius enim ab huiuſmodi infeſtante humore, qui facit febrem, pungitur, atque irritatur, quod in hoc illegitimo ita non eſt, quia humor non eſt tam tenuis, vt facilè excernatur, ac proinde

B aluus, etſi ſoluatur, tamen id non eſt ab humore pituitoſo, ſed ab alimentis corruptis.

Excernit igitur id, quod ſi retineretur in corpore, cum corruptum ſit, eſſet maximi detrimenti, non tamen ob ſui excretionem euenit, vt morbus minuatur, vel ægrotus percipiat aliquod auxilium, cuius contrarium contingit in

C bilioſo cauſo, quia alleuiatur æger, cum exeant humores illi, in quibus accenſa eſt febris, in hoc verò minimè; hinc dixit aluum ſolutã in illegitimo; in alio verò ſcripſit excretiones eſſe pallidas.

Videtur Galenus addere rationẽ huius diuerſitatis, quia inquit, qui patiuntur illegitimum cauſum, non reguntur potu, vt quamplurimi eorum, qui infeſtantur legitimo cauſo; quare etiam & citam habent excretionem, ex tenui

D ſcilicet, & feruenti humore; hi verò tardam ob frigidam, glutinoſamque, pituitæ ſubſtantiam; proinde dato, quod in vtroque poſſit dici, quod aluus ſit fluida, in legitimo bilioſi humores exeunt, quia tenues ſunt; in hoc verò minimè propter lentorem, & craſſitiem materiæ.

Sed cùm quatuor prærogatiuas tribuat Galenus ipſi pituitoſo humori; prima, quòd facilè non excernatur; ſe-

E cunda, quod febrem non augeat; tertia, quod ſitim ardentem non habeat, qui patitur febrem; quarta quod neque in ſpiritum vertatur; duo ex his, nempe prima, & quarta ſunt clara, facilèque admitti poſſunt.

Sed quomodo intelligenda eſt tum ſecunda, tum tertia conditio, nempe

quod pituita febrem non augeat, aut quod ſitim ardentem non faciat?

Circa tertiam conditionem poſſumus dicere ſitim quidem ardentem eſſe, ſed non ita ardentem, quemadmodum in legitimo; nam licet ratione ſitis reponatur (vt ait Vidius) inter ardentes febres, tamen non eſt adeo ardens, vt in legitimo cauſo.

Sed quomodo poſſumus nos intelligere humorem pituitoſum ſalſum febrem non augere, cùm is eandem proportionem habeat cum cauſo illegitimo, cuius ille cauſa eſt, atque humor bilioſus habeat cum verò cauſo; nam dum Galenus loquitur de illo, inquit ea propter augeri febrem, quia in flauabile eſt accenſa?

An ſit dicendum voluiſſe Galenum hac loquendi formula oſtendere nobis aliam eſſe rationem eorum, quæ exeunt in legitimo cauſo; aliam verò eſſe eorum, quæ exeunt per aluum in illegitimo; nam cum calor accenſus ſit in bile ad ipſius euacuationem diminuitur febris, at quamuis in materia illa pituitoſa accenſus ſit calor, quia tamen non pituitoſa, ſed corrupta ex alimentis eijciuntur, hinc eſt, quod non alleuiantur ægrotantes, quia talia, qualia eſt opus, non exeunt.

Quamobrem videtur Galenus dixiſſe humorem hunc non augere febrem; vel dicendum eſt naturam non eſſe intentam expulſioni ſalſæ pituitæ, quod febrem minimè augeat; eſſe verò intentam expulſioni bilioſi humoris, quòd febrem ſæpè, aut ſemper augeat, videlicet ligitimam ardentem.

Vnde nonnulli voluerunt à bilioſis humoribus omnes febres fieri, nullas à ſanè pituita ſalſa generari. Vel & melius dicendum, quòd pituita non auget febrem, quia hæc ipſa non augetur, quemadmodum bilis; nam alimentum in bilem conuertitur in legitimo cauſo, quod non euenit in illegitimo.

Hinc eſt, quòd in illa febris augetur A ex perauſta bile, non autem augeri poteſt febris in illegitimo cauſo, quia non augetur pituita, quod alimentum conuertatur in bilem.

Dicamus igitur, febrem hanc, de qua inſtituta eſt oratio, appellari ardentem ob accidentia communia, quæ habet, cum vera ardente, nempe linguæ ariditatem, & ſiccitatem, nec non ſitim magnam; ſit igitur febris hæc ex pituita ſalſa putreſcente. B

DE SIGNIS CAVSI *illegitimi.*

Signa, quibus dignoſcitur, ſunt non modò ardens ſitis, ſed inextinguibilis, non tamen intenſa adeò, & violenta, ſicut in veris ardentibus febribus, ſed quemadmodum illa eſt, quam hydropici patiuntur, quæ certè inextin- C guibilis eſt, linguaque ipſorum ſalſa.

Deinde aluus fluit, quia ob ſalſam materiam, quæ copioſa eſt, contingit facultatem expultricem ventriculi, atque inteſtinorum irritari, quo nomine, & diarrhæa ſæpè contingit, quia non poteſt probè, & quantum ſatis eſt, ad perfectam coctionem materiam alimentalem continere. D

Hinc euenit aluum fluere; nonnunquam verò & dyſenteriæ fiunt ob corrodentem, & mordentem ſalis qualitatem, quæ inteſtinorum tunicam internam abradit.

Solent etiam quandoque fieri dyſuriæ, vt ſuo loco dicemus, à materia ſalſa; quando igitur videtis febrem eſſe ardentem cum ariditate linguæ, ipſiuſque ſalſedine, & cum inexplebili ſiti, dicatis eam eſſe ex ſalſa pituita. E

Cæterum ex eodem Hippocratis loco tex. 14. & 15. habentur duo alia ſigna, quæ nec pathognomonica ſunt, neque aſſidentia; ſed vnum vt plurimum ſuperueniens; aliud verò (vt Valleſius notat) per accidens ſuperueniens.

Primum eſt vigilia; nam quamuis pituita ex ſua natura frigida ſit, tamē quia ſalſa eſt, ratione ſalſedinis pungit capitis membranas, atque vigiliam facit.

At cum ex Galeno 2. de diff. feb. cap. 4. ſcriptum ſit ſalſedinem fieri duplici ratione; prima ab vſtione quadam prodit, à calore excedente ſiue modò is ſit in putredine alicuius humoris, ſiue extra putredinē agens in pituitam, ipſam aduerit, atque hoc nomine ſalſam efficit.

Secundò fit ſalſedo per admixtionem bilioſæ materiæ aduſtæ, quomodocunq; res ſuccedat; pituita enim ab illa aduſtione acquirit ſalſedinem, ex qua, vt dictum eſt, vigiliæ excitantur.

Secundum ſignum, quod ſuperueniens per accidens dicimus, eſt refrigeratio extremorum; nam in 16. textu habetur refrigerari extrema.

Galenus ſcribit huiuſmodi ſignum non eſſe ſimpliciter intelligendum, ſed cum quadam limitatione, quia non omni cauſo illegitimo tanquam proprium ſignum euenit; ſed quando malignus fuerit, vel aliquod viſcus inflammatum; tunc enim extrema refrigerantur ob virtutis imbecillitatem, inflammatione ad ſe cucurbitæ in modum totum ſanguinem retrahente.

Quare huiuſmodi refrigeratio euenire poteſt omnibus febribus, vbi adſit intus inflammatio, non igitur eſt ſignum neque aſſidens, neq; vt plurimùm ſuperueniens, ſed per accidens.

Sed quoniam ſuperiùs ſtatuimus huiuſmodi febrem ſpectare ad quotidianas, quæ hoc habent ob craſſitiem humoris, vt à partium refrigeratione incipiant, & quotidianæ licet non incipiant ab horrore, aut rigore, nihilominus ob ſuccorum cruditatem incipiunt a tepore quodam, conſtrictioneque pulſus, quam incompreſſam annorationem appellant Medici, fortè conſiderans Hippocrates teporem hunc appellauit cum extremorum frigiditatem; & hæc de ſignis.

DE FVTVRO EVENTV cauſi illegitimi.

A QVod ad futurum euentum ſpectat, huiuſmodi morbus eſt acutus, de quo quidem Galenus 4. acutorum com. 16. in fine loquens, de que cauſa inflammatoria ad ſe caliditatem à partibus externis ad internas trahente dicebat, abſque illa morbum hunc nō eſſe lethalem; ita vt inferendum facilè à nobis ſit,

B cauſum illegitimum ex ſui natura non eſſe lethalem, poterit igitur intra quatuordecim dies terminari, cùm ſit morbus acutus, & ante etiam.

DE CVRATIONE CAVSI illegitimi in communi.

C IN curatione huius febris danda opera eſt, vt pituita ſalſa, quæ putreſcit, extra corpus educatur, atque incidatur, cùm craſſa ſit, quod quidem opus attinet etiam ad obſtructionem tollendam.

Verùm quæ deobſtruere nata ſunt, omnia ſunt calida, quemadmodum quæ attenuandi, incidendique facultate pollent; at ſi vtamur calidis augebimus febrem, vt aliàs intellexiſtis, & quod in

D hoc caſu notatione dignum eſt, calore adaucto magis pituita ſalſa redditur.

Quapropter cenſent magis diluendam eſſe hanc pituitam cum frigidis, & humidis, quàm quod vtendum veniat calefacientibus, & exiccantibus.

Sed huiuſmodi medendi ratio, quæ à Vidio ſeniore nobis eſt detecta, & tanquam præceptum quoddam præſcriptū, nonadmodum conſona eſt methodo me-

E dendi Galeni à nobis ſæpiùs repetitæ, & obſeruatæ.

Methodus eſt, quod vbi nihil ſit, quod vrgeat, nempe vel cauſa febris, vel ipſa met febris, tunc indicationes ſeruemus, ita vt vtriuſque ſatisfaciamus ſimul, & ſemel; nam ſi vtamur humidis, & frigidis, ſatisfacimus quidem indi-

indicationi, quæ à febre ſuggeritur; at negligimus cauſam, quæ calidis, & ſiccis attenuari, & incidi expoſtulat.

Vidius autem ſenior lib. 5. de feb. cap. 7. fuit huius opinionis, vt pituita hæc ſalſa ſit humidis, & frigidis diluenda, ſuamque hanc opinionem ex Galeno confirmare nititur, qui vt ipſe ait 3. acutorum com. 2. ſcriptum reliquit pituitam craſſam in thorace exiſtentem, quæ expuitione debet exire, non oportere calefacientibus, aut ſiccantibus extenuari; ſed magis dilui larga potione. Idem quoque ait cenſendum eſſe de pituita ſalſa, quæ febrem facit, nempe humidis eſſe diluendam.

Sed mihi ignoſcat Vidius, non rectè percepit hunc Galeni locum, aut ſaltem oculis conniuentibus perlegit, quia alioqui vidiſſet Galeni inſtitutum fuiſſe loqui de vtilitatibus, atque incommodis, quæ vinum dulce epotum partibus quibuſdam thoracis affert.

Cum enim ſupponat vinum omne dulce ſtatim craſſum eſſe, inquit id epotum incommodare iecori, atque lieni quia eſt cauſa obſtructionis vaſorum tenuium, quæ ſunt ad hepar, atque ad lienem; è contra verò pulmonum affectionibus à viſcidis & lentis humoribus prodeuntibus rectè mederi.

Ratio huius diuerſitatis ab Anatome accepta eſt, quam ſi quis ignorat, non poteſt rectè id intelligere. Etiam Galenus eo loci tradit, quòd quando vinum, vel aliud ebibitur, primò à ventriculo id venæ meſeraicæ exugunt, deinde ad portam ferunt quæ lata eſt, atque magna; hinc per concauum iecinoris per infinitos capillarium venarum ſurculos diſtribuitur.

Cum autem venæ iſtæ paruæ paruulis venæ cauæ, quæ ad gibbam hepatis ſunt, coniungantur quoties aliquid, quod craſſarum partium eſt, & ab hac porta ad iecur fertur, vt à locis amplis ad anguſtiſſima feratur neceſſe eſt: quare oportet, vt loca anguſta obſtruat; tale eſt vinum dulce, quare cùm ſit craſſarum partium, ſecum ducit materiam ab amplis locis ad anguſtiores venas.

Et quod de iecore eſt dictum, intelligere etiam poſſumus de liene, qui & ipſe à ramo inſigni portæ plures exiguas ramificationes ſuſcipit, ad quas craſſus liquor materiam vehere poteſt, vnde venulæ huiuſmodi facilè obſtruuntur.

Contrario modo res ſe habet in pulmonum ſtructura; nam res potabilis ab alijs partibus in ipſum delata recipitur per venas, & vaſa minora, quæ ſunt ad extremas ſui partes; ab his autem in amplam capacitatem defertur: nam omnia vaſa illius terminantur ad aſperam arteriam, quæ maximo orificio deſinit in os.

Quidquid igitur præter naturam continetur in ipſo pulmone, extra pectus tuſſim educi eſt neceſſe, id autem educitur per exufflationem.

Cum itaque opem ferre velit Medicus naturæ expellere cupienti, quod in bronchijs pulmonum continetur, non eſt opus, vt tenuibus vtatur; nàm aquoſi, & exquiſitè tenues humores aerem, qui extra mittitur, circumfluunt.

Aer enim tanquam manus quædam eſt craſſos humores ſecum ferens; proinde medicamenta humidiora ſunt idonea ad craſſos humores expellendos; hinc eſt, quod Galenus laudat vinum dulce tanquam cæteris craſſius, vt auxilietur naturæ ad expellendos pituitoſos humores, in bronchijs contentos, qui tamen viſcoſitate ſua, aut tenore parietibus vaſorum non adhærent; quemadmodum craſſa, & lenta pituita eſt, quia tunc egeret abſtergentibus, & exiccantibus.

Ex quo quidem loco Vidius non habet intentum, quod pituita ſit humore madefacienda, quia aliud eſt conſiderare pituitam ratione loci, & aliud ratione ſui ipſius.

Quare ſi primo modo conſideretur, vbi fuerit in locis, vnde educi poſſit, debet

b.t medicamentis idoneis extrahi, vt quando eſt in bronchijs pulmonum, neque tamen illis adhæret. Humiditas corpulenta poteſt eam ab anguſtis locis ad ampliora deducere. Idem eſt, quando reperitur in ventriculo, aut in inteſtinis, quia cum viæ ſint amplæ, poteſt educi.

At quoniam in venis nunc ſupponitur ea, idoneis eſt medicamentis præparanda, nempe quia putrida eſt, & in ea calor præter naturam accenſus, refrigerantibus, & reſiſtentibus putredini agendum; & quia craſſa eſt, & glutinoſa, incidentibus, atq; attenuantibus vti debemus.

Quare ſi volumus, vt decet, ipſam curare, eſt opus, vt omnia medicinæ inſtrumenta eò tendant, vt & refrigerandi quidem, ſed magis attenuandi, & incidendi facultatem habeant.

DE CVRATIONE CAVSI illegitimi per victus rationem.

Victus ratio eadem prorſus eſſe debet, quemadmodum de quotidianis eſt dictum, reſtat ſolùm vnicus ſcrupulus, quia Hippocrates 4 de ratione victus tractationem de vtroque cauſo inſtituit, & textu 18. vbi particulariter magis loqui videtur de illegitimo cauſo, ſcripſit: ſorbitiones attractorias dato.

Vnde Galenus in comm. hæret admodum, quid ſibi velit Hippocrates pro ſorbitione attractoria & re vera dubitationem non leuem affert nobis ſua hac obſcuritate, quia ſua lingua ſcribit, ῥοφήματα ἑλκτικὰ δίδου.

Ac nomine ῥοφήματος apud probatiſſimos authores nihil aliud intelligitur, quam ſorbitio, præcipuè illa, quæ fit ex cremore ptiſanę vt apud Cęlium Aurelianum, & apud eundem Galenum pluribus in locis videre eſt. Legite œconomiam verborum Hippocratis apud Nötium Pæſium, vbi plura loca afferuntur, quibus probatur hanc vocem ſorbitionem per antonomaſiam quandam ſignificare cremorem ptiſanę eà ratione paratum, vt ſorbilis reddatur.

A

Quæ res cum ità ſe habeat, mirum certè non eſt, ſi Galeaus hoc loci hæreat, vt determinet, quid nomine attractoriæ ſorbitionis intelligendum ſit; nam inquit, hoc munus attrahendi conuenire medicamentis, non ſorbitionibus.

B

Valleſius tamē admiratur Galenum, qui fieri potuit, vt tantam capiat de obſcuritate Hippocratis admirationem hoc loci, cùm per ſorbitiones attractorias poſſimus etiam intelligere medicamenta ſub forma potus, quæ attrahendi facultatem habent?

C

Ingenioſa quidem videtur huius viri interpretatio, & Hippocraticæ menti conueniens; nam cùm in pręcedenti 17. textu dixiſſet Hippocrates non iudicari hunc cauſum, niſi adſit coxarum, vel dolor, vel pudendorum liuor, aut teſtis intumeſcat, ſignum videtur nobis tradere huiuſmodi cauſum per partium inferarum abſceſſum iudicari.

D

At cùm medicus debeat eſſe rectæ operantis naturæ miniſter, & obſeruator, hinc ad illius imitationem ſorbile aliquod propinare debet medicamentum, quod ad inteſtina ducat materiam, tanquam ad locum conuenientiorem, non quidem eo tempore, quo natura mouet, aut perfectè mouet, ſed vt aliàs dictum fuit, quandò vel imperfectè, aut nullo modo mouet.

E

Conuenientiora enim ſunt, & magis idonea ad aluum expurgandum, & affectus ventris inferioris curandos, quæ in forma potus propinantur medicamenta, quam quæ in ſolida offeruntur, quæ omnia etſi vera ſint, quia Galenus in commentar o ſcribit, ſi voluiſſet intelligere Hippocrates medicamentum aliquod attractorium, non vſus fuiſſet hac voce ſorbilis, quæ apud ipſum, & alios

Græ-

ad Græcos probatiores nihil aliud ſignificat, niſi ſorbitiones nutrientes, præſertim, quæ ex ptiſana fiunt. A

Ex quo etiam apparet ibi Hippocratem non de medicamentis, ſed de ſorbitionibus loquutum fuiſſe ad alimentum ſpectantibus, non ad potum, quia Galenus inter alia præcipuè probat pro potu in affectibus ex pituita factis oxymel in æſtate, vt ſupra dictum fuit, frigidum; in hyeme autem calidum. B

Nullus eſt ex expoſitoribus, qui hunc locum animaduertat, vno, vt dicebam Valleſio excepto: reſtat tamen adhuc dubium, quid ſibi velit hoc loci per ſorbitionem attractoriam, cùm nec ptiſana, nec oxymel attrahendi facultate polleant.

Sed cùm liber hic de acutis pro Hippocratis illegitimo habeatur, qui ſemper in obſcuris ſententijs oracula vtilliſsima proferre conſueuit, nihil mirum, ſi ab aliquo ex ſuis diſcipulis ſcripta fuerit hæc ſententia ſtudio obſcura, vt quemadmodum neque ab ipſo intellecta fuit, ſic neque ab alijs poſſet intelligi. C

Videmus enim aliquos homines manifeſtè gaudere dictionibus obſcuris, quamuis apertè agnoſcant virtutem D orationis eſſe perſpicuitatem; proclamentq; è contra vitium dictionis ſitum eſſe in obſcuritate.

Iam verò victus ratio eſſe debet optimi ſucci, facilis coctionis, & eiuſdem generis in omnibus, quemadmodum in cura quotidianæ à nobis dictum fuit.

DE CVRATIONE CAVSI illegitimi per pharmaciam, & chirurgiam.

PRo pharmacia verò ea etiam agenda veniunt, quæ in alijs pituitoſis febribus eſt dictum; priùs ſcilicet alterandus eſt humor cum ſyrupis præparantibus, deinde pituitam ſalſam præparatam educemus cum his, quæ facultatem habent eam educendi, vt ſatis à nobis dictum fuit.

Sic pro chirurgia ſi adſint ſcopi mittendi ſanguinis, mittatur; ſin minus, deſiſtendum à ſanguinis miſſione, vt ſatis, ſuperque fuit declaratum: & hæc de curatione cauſi, ſeu febris ardentis factæ à pituita ſalſa, nec non de omnibus febribus ad quotidianarum ſeriem attinentibus, & iam tempus eſt, vt ad quartanarum genus accedamus, de quibus noſter Auicennas poſt pituitoſas febres tractat.

DE FEBRIBVS MELANCHOLICIS.

DE FEBRE QVARTANA.

CAPVT DECIMVMNONVM.

QVemadmodum diximus tertianam appellatam eſſe, eò quòd tertio quoque die acceſſiones habeat, & quotidianam quoq; eam appellauimus, in qua ſingulis diebus notantur acceſſiones, ita & nunc febrem quartanam dicimus, quod quarto quoque die hominem inuadit.

De hac quidem primò definitiuè agendum eſt, vt inde ex definitione cognitionem exactam ipſius habeamus ac deniq; curationem faciliùs, & exactiùs proponere poſſimus.

Nec in præſenti diſputamus, an quartana febris poſſit omnes ætates, & omnes naturas indifferenter corripere, vt ſunt pueri, puellulæ, iuniores, qui habitus ſunt ſanguinei, aut pituitoſi, vel bilioſi; quia exiſtimamus omnia humana corpora conſtantia ex quatuor humoribus poſſe omne febrium genus pati, aliqua tamen reperiri magis ad quartanam ſuſcipiendam parata, pro diuerſitate ſcilicet humoris in corpore peccantis; eiuſdemque collectione, & dominio.

Quod ſi cupitis videre, quibus fundamentis probari poſſit omnes ætates corripi febre quartana, legatis Loubertum in libello de generatione quartanę inſcripto, vbi diffusè de hac re agit.

Hic animaduertendum, quod tum viri, tum mulieres, cum agnoſcunt à quartana ſe correptos ipſam negligunt,
C exiſtimantque non eſſe opus medico: nam ſi in ætate fuerint florente, putant hanc febrem ab omnibus alijs morbis imminentibus tutiores reddere ſolere; ſi verò ſenes extiterint quodammodo diſperationi ſuæ ſalutis ſeſe dantes parum, aut nihil medicorum conſilijs obſequuntur, qui propterea ad quartanarum curationem vix, aut raro conuocantur.

D Cum inſuper rarò contingant febres quartanę, fit vt diſcuſſio febrium ad hoc genus pertinentium vix à medicis pertractetur, aut conſideretur, cum tamen Galenus pluribus in locis de quartana febre agat, vt lib. 2. de criſibus cap. 5. lib. 1. ad Glauc. cap. 1. 7. de diff. feb. cap. 5. & pluribus alijs in locis: Paulus Aegineta lib. 2. cap. 22. & 23. Aetius lib. 5. cap. 81. & 84. Trallianus lib. 12.
E cap. 8. & alij.

Sed certè ſi vultis me verum fateri, Auicennas longè elegantiùs cæteris omnibus materiam hanc examinat, in qua quidem abſoluenda, omnes ſuperaſſe videtur, remque pluribus capitibus egit, ſed relictis antiquis illis medicis multos recentiores habemus, qui tra-

ctan

ſtantes hanc de quartana curationem afferunt multas obſeruationes, in quibus curarunt non modò iuuenes, ſed etiam ſeptuagenarios plures. Legatis Petrum Foreſtum lib. 3. de febribus intermittentibus obſeruatione 30. Hæc de nomine.

Quartana autem ſic definiri ſolet, febris eſt putrida ortum ducens à melancholia, ſeu ab humore melancholico putreſcente: vnde videtis conuenire cum omnibus putridis febribus; differt verò à cæteris ratione humoris putreſcentis, quia in hac tantùm putreſcit melancholicus ſuccus.

DE CAVSIS FEBRIS *quartanæ*.

Cauſarum aliæ ſunt præternaturales, aliæ non naturales tam neceſſariæ, quàm contingentes, aliæ tandem ſunt naturales, quæ ſunt diſpoſitiuæ: non naturales verò ſunt cauſæ efficientes; nam ab illis fiunt humores melancholici, qui adhuc in duplici ſtant differentia; cùm alij ſint immediata, & proxima cauſa; alij ſint cauſæ antecedentes: ſiquidem primi ordinis habentur humores melancholici putrefacti, ſecūdi verò ijdem humores melancholici nondum putrefacti, ſed qui parati ſunt, vt putreſcant, ſiue adhuc in venis ſint, ſiue extra venas.

Sed vt mentem authorum prædictorum perſpicuam habeatis, ac perfectè naturam huius febris comprehendatis, ſcire eſt opus melancholicum humorem eſſe in duplici diſcrimine; alium nempe naturalem, & alium præter naturam.

Rurſus naturalis eſt duplex, alter alimentalis, alter excrementitius. Alimentalis eſt ille, qui ex parte craſſiori à ventriculo per meſeraicas ad portam tranſuehitur, inde ad parenchyma iecoris. vbi ſimul cum alia parte ipſiuſmet chyli pro ſanguinis generatione in me- A lancholiam conuertitur, indeque cum ſanguine per venam, quam cauam appellant, transfertur per vniuerſum corpus, vt ex eo partes ſibi proportionatæ nutriri poſſint.

Excrementitius verò humor melancholicus ille eſt, qui poſtquam in hepate à calore naturali tranſmutatus eſt chylus in ſanguinem, ſecernitur à prædicto naturali, extraque iam celebrata B coctione expellitur ad venam, quam portam vocant, à lieniſque virtute attractoria per ramum portæ ſibi deſtinatum, tanquam per canalem attrahitur.

Deinde lien, vt aliàs vobis ſignificaui, huius humoris, qui eſt veluti fæx ſanguinis, puriorem, atque tenuiorem partē allicit, ex qua nutriri poſſit; quod C verò ſuperfluit in ventriculum alicuius vtilitatis gratia demandatur, & per ramulos quoſdam ad anum. Poteſt etiam eſſe, quod lien attrahat ſed tamen rectè non diſcernat, nec ſatis expellat: quare vt excrementum in venas meſeraicas regurgitet, euenit.

De hoc excrementitio humore melancholico loquitur Galenus 3. de locis affectis cap. 7. vbi dicebat humorem melancholicum ſecundùm ſubſtantiæ D varietatem non obſcuras habere differentias; nam alius eſt veluti fæx ſanguinis, admodum ſpiſſus, fœcibus vini non abſimilis, qui à facultate lienis attenuatur opem ferentibus arterijs multis, quę per corpus ipſus diſſeminantur.

Alius verò, quàm ſuperior eſt eſſentiæ multo tenuioris, qui vomentibus eum, atque olfacientibus videtur admodum acidus, quiq; terram fermentat, E atq; ampullas, quales in feruentibus iuſculis ſupernatare videmus, excitat.

Tertius, etiamſi in terram cadat, eam tamen minimè fermentat, niſi in maxima febre, in qua præaſſari magnopere contingit.

Humor verò melancholicus præter naturalis eſt quadruplex, pro vt materia,

tia, quæ aduri poteſt, in quadruplici differentia reponitur, vt Auicennas ait, lib. 4. fen prima cap. 1. & lib. 1. ſen. 1. cap. de humoribus oſtendit; nam alia eſt ſanguinea melancholia adufta alia biliosa, tertia pituitoſa, poſtrema eſt illa, quæ fit ex aduſtione melancholiæ naturalis.

Itaq; omnis melancholia præter naturam, appellatur adusta, quia ſanguis, bilis, pituita, & melancholia aduruntur, ita vt ex illis fiat cinis, vt ait Auicennas, hæcque eſt melancholia aduſta. Iam verò ſtante hac humoris melancholici diuiſione inquiritur, ex quanam ſpecie febris, de qua ſuſcepta eſt oratio, ortum ſuum ducit?

Fuerunt aliqui apud Auicennam exiſtimantes febrem quartanam non poſſe fieri à naturali melancholia, ducti quadam imaginatione, quod melancholia naturalis putreſcere nequeat, quos in præſenti redarguit Auicennas oſtendens, quod etſi melancholia propter ſuam frigidam, & ſiccam qualitatem ægrè admodum, atque difficulter putreſcat; tamen non eſt dicendum abſolutè, eam non poſſe putreſcere.

Quare ex Auicennæ opinione febris quartana generatur ex melancholia naturali, tam alimentali, quàm excrementitia; ex alimentali quidem cùm ipſius copia maior quam neceſſitas requirat, pro partium nutritione in corpore coacervatur, quæ cum tota à partibus trahi nequeat, progreſſu temporis tanta colligitur, vt eam calor naturalis euincere non poſſit, quod cùm ita ſe habeat, vt putreſcat, accidit, ideoque omninò dicendum eſt poſſe hanc alimentalem melancholiam febrem quartanam generare, idque colligitur etiam ex Galeno.

Ab excrementitia quoque generari quartanam clarius eſt, quam egeat probatione; nam hoc loci ab Auicenna ſcriptum eſt, & ab omnibus medicis receptum; cum enim iis animantibus

A datum ſit ex doctrina Galeni, & ipſiuſmet Auicennæ, vt expurget ab hepate huiuſmodi humorem melancholicum, (quamuis Ariſtoteles exiſtimet lienem eſſe tanquam iecur quoddam adulteratum, quod vagantes humores à ventriculo recipiat, eoſque concoquat) vbi male affectus eſt, ſiue ab intemperie, ſiue a mala compoſitione, aut eius ſubſtantia repleta, aut venis, tanquam

B ductibus ſuis obſtructis, procul omni dubio ab hoc ſuo munere deſiſtit.

Humor igitur melancholicus aſſuetus tractioni ipſius lienis, vbi non expurgatur, vt in venas meſeraicas regurgitet, & præcipuè in partes circumuicinas deponatur, neceſſe eſt, vt in meſenterium, & pancræas, à quo poſtea putrefactus quartanam producere eſt veriſimile.

C Apparet igitur febrem hanc ab humore naturali tam alimentali, quàm excrementitio poſſe fieri, continuam nempe ab alimentali, intermittentem ab excrementitia; quod autem à melancholico etiam humore præter naturam, quandoque producatur, clariſſimum eſt, tam apud Auicennam, quàm apud Galenum 2. de differentijs febrium cap. 5. & alibi.

D Apud Ioannem Coſtæum in 1. fen. cap. de humoribus poteritis facilè intelligere nullum eſſe inconueniens, ſi Auicennas aliquid ſcripſerit, quod Galenus non animaduertit; nam fieri non poteſt, vt ab vno indiuiduo omnia dignoſcantur, pluribuſque probat tantam ſymboleitatem eſſe inter pituitam, & melancholiam vt poſſibile ſit pituitam per aduſtionem degenerare in melan-

E cholicam.

Hoc eſt ita aduritur, vt ex ipſa fiat cinis per aduſtionem; ſed cum multæ ſint ſpecies & differentiæ pituitæ, non videtur poſſe omnem aduri; nam nec ex acida fieri poteſt melancholia, ſed fiet potiùs vitrea, quæ ſi valde craſſeſcit, fiet potiùs gypſea, quàm atra bilis.

Nec

Nec minus ex dulci fieri poteſt huiuſmodi atrabilarius humor: ſed ſi ex pituita fiat melancholia per aduſtionem, non poterit alia eſſe, quàm ſalſa, quæ ſua natura calida, & ſicca eſt, quod apparet in cauſo illegitimo, quem diximus fieri ex bile ſalſa, quod Capiuaccius confirmat, & Petrus Foreſtus, quod etiam ex 42. aphoriſm. 7. particulæ facilè comprobari poteſt, cum ait, quod vbi aduritur, amareſcit, & ex vlteriori aduſtione fit atra bilis.

Idque etiam certiſſimum argumentum nobis quotidiana experientia demonſtrat, pituitoſas ſæpè degenerare in febres erraticas, vel in quartanas nulla alia ratione, niſi quod ipſa aduritur, ac in atram bilem degenerat, ex qua febris quartana efficitur.

Quare Auicennæ ſententia digna eſt doctiſſimorum virorum aſſenſu, non reprehenſione, quidquid dicat Donatus ab Altomari, cum præcipuè nihil habeat quod contra Hippocratem ſit, aut Galenum.

Concludamus igitur immediatam, & proximam cauſam febris quartanæ eſſe humorem melancholicum naturalem, eo quo dictum eſt modo, ex qua humoris melancholici diuiſione, ſtatim ſequitur diuiſio febris in continuam, atque interpolatam, pro vt in venis, vt aliàs diximus, putreſcit, aut extra venas, licet continua rarò generatur.

Cæterùm interpolata duplex eſt; vera, & non vera, ſeu, vt aiunt, notha; ſeu legitima, & illegitima. Vera à naturali humore melancholico; non vera à prædictis humoribus ortum ducit, & ab huiuſmodi fiunt cauſis, quas præternaturam vocauimus, quæ & ipſæ prodeunt à cauſis non naturalibus, conſentientibus etiam naturalibus.

A cauſis non naturalibus igitur fiunt iſti humores, quos diximus eſſe præter naturales, cum aliquæ ſint, quæ ipſos generent, aliquę verò genitos, & collectos ad putredinem deducunt: priores ſunt

A aer, cibi, potus: quæ verò ad putredinem deducunt ſunt aliæ malè adminiſtratæ.

DE SIGNIS FEBRIS *quartanæ*.

ETſi multa ſint ſigna ab Auicenna, & alijs authoribus tradita, ea vt moris eſt, ad tria capita reducere tentabo, ad actiones læſas, ad excretiones,

B & tandem ad qualitates mutatas.

Primò quidem ab accidentibus, ſeu à ſymptomatibus in actione animali ſenſitiua, & motrice exordiamur, nempe à frigore, quod incipit in principio acceſſionis exiguè admodum; deinde paulatim augetur, & (vt inquit Galenus 2. de criſibus, vbi comparat acceſſionem tertianæ febris cum acceſſione quartanæ) tertianarios à principio rigor

C vehemens, ac pungens adoritur, vt audiuiſtis capite de tertiana; hoc ipſo à rigore quartanario differens, quoniam pungi videtur, ac vulnerari corpus; at in quartana febre vehementem frigefactionem percipiunt ægrotantes, qualis per gelu tempore hyberno ſentitur.

Deinde tertiana obſeſſus à principio vehementiſſimum rigorem percipit; è

D contra quartana non primo ſtatim die cum rigore inuadit vehementi, ſed progrediente febre, atque aucta, vnaque rigor augetur; ſenſuſque ægrotantibus adeſt, non quaſi pungantur, ſed refrigerantur, & veluti contundantur vſque ad oſſa, eamque laſſitudinem patiuntur, quam oſtocopiam Græci vocant, quaſi illis oſſa frangantur, imaginanturq; ſibi carnes confringi ſimul cum oſſibus.

E Auicennas addit, ipſos ita refrigerari, vt dentes ſtrideant, vel vt apertiùs dicatur, horrorem illum vehementem ſequi ſolet ingens ſtridor dentium.

Ratio huius horroris eſt, quia materia eſt craſſa, ac frigida, quæ, vt docet Galenus 2. de diff. feb. cap. 5. ſuccenditur paulatim, veluti lapis aliquis, aut re-

ſta,

ſta, aut os, aut aliquid huiuſmodi frigidum, & ſiccum, & terreſtre; hinc etiam eſt, quod acceſſio longior eſſe ſolet, quàm in tertiana; ſæpe enim viginti quatuor horas progreditur, venit autem ad perfectam, quam vocant, inſebricitationem.

Hoc ſanè non obſeruatur in quotidiana; rarò enim contingit veram reperiri in quotidianis inſebricitationem, cuius quidem ratio ex Galeno loco præcitato ſcribitur; nam inquit, vbi flamma aliqua in hoc humore fuerit accenſa, nihil fumidum, aut ſemicombuſtum in acceſſione relinquit, idcirco copioſiores ſunt euacuationes, quàm in pituita.

Hæc igitur ſunt ſymptomata propria febris quartanę quibus addatis & communia quædam, vt pandiculationem, totius corporis inæqualitatem quandam, quæ rigorem ipſum præcedere conſueuerunt.

Sed fortè dicet quis, cur eſt, quod paroxiſmi modò breuiores; modò longiores ſunt? eaſdem reſpondet Galenus cauſas eſſe, quas in alijs diximus, nempe multitudinem humoris, craſſitiem, robur virtutis, denique & corporis totius conſtitutionem, pro quorum diuerſitate contingit breuiorem, & longiorem eſſe acceſſionem; & hæc ſunt ſigna à ſymptomatibus actionis animalis deſumpta.

Quod ad ſubſtantialiter inhærentia ſpectat, calor, quia accenſus eſt in materia craſſa, & frigida, de ſe non emittit, vt ex Galeno dictum fuit, flammam, proinde non poteſt eſſe acris, & mordax, vt in tertiana; ſed quia humor eſt ſiccior, hinc eſt, quod etiam acredinem maiorem habet, quàm calor, qui in quotidianis percipitur.

Nam in illo fuit calor aſſimilatus calori accenſo in lignis viridibus, ex quo caloris modo fit ſuffumigatio quædam vaporoſa ad cutim, quo nomine calor percipitur abſque acredine ad manum,

A hic verò acris eſt calor, minus quàm in tertiana, longè tamen magis quàm in quotidiana.

Signa ab actionibus vitalibus læſis, primò ſunt petenda ab actione pulſifica, quæ pulchrè ab Auicenna, ſed elegantius à Galeno ſcripta ſunt 1. ad Glauconem cap. 6. quo in loco dicebat in principijs acceſſionum, quando adhuc rigent ægrotantes, pulſus eſſe tar-

B dos, & raros, & 2 de criſ. cap. 3. dicebat in quartanarum principijs videbitur tibi arteria alligata, atque ad interiora retracta, neque liberum habere aſcenſum.

Et ſubdit, quod in febribus quartanis in initio, quamuis ſit iuuenis ille, qui febrem patitur, talis eſt motus arteriæ, qualis in decrepitis contingit. Vnde Auicennas dicebat pulſus trahi-

C tur ad interiora, quaſi eſſet pulſus ſenis, & vt audiuiſtis capite de quotidiana, pulſus eſt omnibus modis minor in principio acceſſionum in quartanarijs, quàm in quotidianis.

Ratio non modò deſumenda, eſt ab humoris frigiditate, de qua ſuperiùs diximus ſatis, quia fortè non diſſimilis, nec minor frigiditas reperitur in humore pituitoſo, quàm in melancholico.

D Sed hoc eſſe exiſtimo ratione craſſitiei, & duritiei humoris inhibentis motum arteriarum, quo minus poſſint liberè dilatari, atque conſtringi: quare iure merito dicebat Galenus, arteriam veluti alligatam eſſe, & Auicennas ait, & ſi moueatur, diuerſificatur pulſus valdè propter craſſitudinem ſuperfluitatis.

In augmento verò, atque in conſiſtentia acceſſionis pulſus ſunt veloces,

E ac frequentes; inæqualitas tamen quædam manifeſta conſpicitur in dilatatione; hoc ſcilicet modo, quòd principium dilatationis arteriæ, atque finis ſunt velociores, quàm ſit ipſius medium; motus autem ſiſtoles eſt vehementis velocitatis, quòd multa ſit neceſſitas expurgationis fuliginum, & multò maior,

quàm

quàm ſit euentandi neceſſitas; inde eſt, quod contrarium contingit, atq; eueniat in tertiana, in qua maior eſt neceſſitas euentandi caliditatem, atque aerém attrahendi, quàm expellendi fœces.

Vnde Galenus 1. ad Glauc. cap. præcitato dicebat vnius motus inæqualitatem in febre quartana formam ſuam magis oſtendere, propterea quod inæqualitas, quæ communis eſt omnibus febribus in hac in vno motu arteriæ conſpicuè apparet; multò enim, inquit, principium, & finem velociorem, quàm medium comperies, in tertiana autem res minimè ita ſe habet; breuis enim in ipſa eſt velocitatis exceſſus, & in conſiſtentia præcipuè.

Quas conditiones cognoſcere docet Galenus 2. de criſibus cap. 4. per comparationem ad pulſus naturales, dicens, quod ſi quis agnoſcat pulſum naturalem ægrotantis; hoc eſt, antequam in febrem incidat, quod quamprimùm fuerit vocatus ad acceſſionis febris quartanæ principium, adnotabit in eo prædicta omnia illi ineſſe, & per conſequens diſtinguet in prima acceſſione quartanam febrem à cæteris.

Caput erat deſumptum ab exeuntibus, præſertim ab vrina, de qua Aetius lib. 3. cap. 83 vrinæ his in principio quidem albę, ac tenues, & aquoſæ, quod à Galeno ad verbum deſumpſit 2. de criſ. cap. 10. & hoc eſt propter materiæ percolatæ craſsitudinem; progrediente verò tempore pro ratione coloratiores fiunt, & ſubſedentiam habent craſſam.

Auicennas de vrina in febre quartana loquens, dicebat, vrina in quartana eſt ſimilium horarum in priuatione digeſtionis propter frigus materiæ, & craſſitudinem eius, niſi apud ſtatum bonum, intelligas vrinam eſſe ſimilem horis principij, & augmenti, quia in his temporibus eſt cruda, & tenuis; propterea quod humor faciens quartanam eſt craſſus, frigidus, & vix digeſtibilis, à

A quo his tēporibus nihil deſcendit ad renes, & veſicam, quo nomine tenuis admodum eſt, atq; cruda; mutatur autem poſt principium, quod humor melancholicus generatur ex humoribus diuerſis; tandem ad declinationem nigra apparet.

Sudores quoque exſuctiores fiunt poſt acceſſionis finem: vnde Auic. ait, ſudor in quartana eſt plurimus per comparationem ad phlegmaticam, & non multiplicatur per comparationem ad alias, intelligatis vos tertianas, & qui ſemper ſebris acceſsionem terminare conſueuerit. Galenus ad Glauc. vomitus biliofus (inquit) minimè expectandus; ſed aliquando ob cruditatem magis pituitoſus ſuccedit, vt lib. de typis cap. 4. ab eodem Galeno ſcriptum eſt.

C Quod ad qualitates mutatas attinet, color faciei ad plumbeum colorem, atquę liuidum eſt mutatus; ad hæc hypochondria, præſertim ſiniſtrum, animaduertenda ſunt, num ſcilicet lien intumeſcat, ac durus ſit: hæc ſunt ſigna, quæ à quinque capitibus ſunt accipienda.

Sunt modò & nonnulla, quæ à rebus extrinſecis accipiuntur, vt à Galeno
D tum 1. ad Glauc. cap. 6. tum 2. de criſibus cap. 4. ſcriptum eſt; ſiquidem tempus omne reſpiciendum, nempe ſi autumnus fuerit: vnde dicebat Hippocrates 3. aph. 21. & 22. æſtiuo tempore tertianas febres, autumno vero quartanas abundare.

Primò igitur, inquit Galenus, conſiderandum eſt medico, nunquid autumnus frigidam, & ſiccam, & inæqualem
E habuerit temperaturam, ex qua tunc ſperare poteris circuitus quartanarios in ipſo frequentiores eſſe, poſt hæc ſi regio ipſa talium ſebrium ſit ferax, ſi ægrotantis temperamentum ſit atri humoris particeps.

Cæterùm præter omnia hæc ad Archigenis coniecturam accedendum, ex qui-

quibus omnibus, ſi quis rectè ea perpendat, facilè cognoſcere poterit quartanam febrem, eamque à ceteris omnibus diſtinguere, etiam in prima acceſsione: vnde Gal. ait 2. de criſibus cap. 4. qui tertianam à quartana primo ſtatim die neſcit diſtinguere, neque omninò Medici meretur nomen: hæc ſunt ſigna, quæ febrem quartanam in vniuerſum demonſtrant.

A

Sunt modò quædam, quæ diſtinguunt veram à non vera, & illegitima. Omnia prædicta veram, & legitimam quartanam procul dubio nobis demonſtrant; quæ ſcilicet fit ab humore melancholico naturali, qui frigidus, & ſiccus eſt; et cum ex ſanguine adusto ex bile, ex pituita, & ex melancholia aduſta, febres quartanas fieri ab Auicenna dictum ſit, opus eſt etiam, vt ſigna, quibus eas cognoſcere valeatis, in medium afferamus.

B

C

Sed quoniam dictum fuit febrem fieri à naturali humore melancholico, qui eſt tanquam fæx ſanguinis, & eſt aut alimentalis aut excrementitius, cognoſcemus, fieri quartanam ex alimentali a rebus prædictis; nempe à totius corporis temperamento, ab autumnali tempore naturali, ab anteacta vita, quæ plurimum colligerit ſuccum melancholicum, ac ſi eo tempore videbitis vagari populariter febres quartanas.

D

Habebimus autem fieri ab excrementitio ſucco melancholico, quando lien percipitur tumefactus, atque durus, nullaque alia febris hanc præceſſerit.

Cæterùm febrem quartanam nothã, & illegitimam dignoſcimus, quando, vt inquit Galenus 2. de criſibus, iam aliæ præceſſerint febres, & præſertim erraticæ.

E

Sed in primis ab aduſta pituita, & in ſuccum atrum conuerſa quartanam generari certò habebimus, quando aliqua ex pituitoſis febribus prædictis eam præceſſerit.

Secundò à paroxiſmis, qui ſunt longiores, frigus magis in longum producitur, ſudorque parcus, & tardior.

Aetius lib. 5. cap 83. ſcribit hepar inflammatum eſſe, ægrotantes albicantes, & toto corpore tumidos videri, & vrinæ his ſunt valdè rubræ ſandaracam referentes, & ad contactum tumor in dextro hypochondrio occurrit.

Ab aduſto ſanguine eam gigni deprehendimus ex ſpecie febris, quæ erat antea, vt ſynocha; deinde quando ſanguinis dominij ſigna ſe produnt, vt quando rubra facies apparet, & adſint ſigna alia ſanguinis, quod confirmabimus ab ætate florenti, à tempore anni, & huiuſmodi, de quibus iam actum eſt ſuo loco.

Illa verò, quæ fit à bile, ſequitur biliosas febres; pulſus ſunt vehementiores in velocitate, atque frequentia, nec arteria videtur alligata, incipitque cum horrore, atq; frigore; adeſt ſitis ingens, ſudorque copioſus poſt acceſſionem, ita vt non ſecus atque tertiana terminetur per ſudorem, idque à forma, ideſt à corporis habitu, à tempore anni, & reliquis facilè medicus peritus agnoſcere poterit; hæc de ſignis.

DE FVTVRO EVENTV *febris quartanæ.*

Qvod ad prædictiones ſpectat, opus eſt, vt febrem quartanam diuidamus; nam vel continua, aut interpolata eſt; quæ enim efficitur à ſucco melancholico naturali, ſiue alimentali, ſiue excrementitio, dummodo nullus adſit tumor, aut antiquata quædam obſtructio in liene, omnium febrium ſecuriſsima eſt, ſed longiſsima.

De hac febre quartana loquitur Hippocrates 1. de morb. vulg. com. 3. tex. 4. quam etiam non modò ſecuriſsimam ſuapte natura eo in loco appellauit, verùm 6. epid. tex. 7. ſcriptum reliquit

liquit ad hunc modum, quartana laborantes, magno morbo non capiuntur; ſi priùs autem capiuntur, & ſuperuenit quartana, liberantur.

Vnde aphor. 70. lib. 5. habetur, à quartanis capti non admodum à conuulſionibus capiuntur; ſi verò capiantur, & quartana ſuperuenerit, liberantur, quod Cornelius Celſus Hippocrates latinus lib. 3. cap. 15. eleganti oratione, vt ſui moris eſt, confirmauit.

Febris autem quartanæ, quæ duritiem lienis ſequuntur, vt Aetius ſcribit, ſunt difficiles, & vt ait Gal. 1. epid. citato textu, non modò curatu difficiles, ſed lethales quia degenerant in hydropem, & tandem mortem accerſunt.

Sed quemadmodum quartanæ lienis tumorem durum ſequentes ſunt & difficiles curatu, & etiam læthales; ita multò magis illæ, quæ hepatis tenſionem, & vitium comitantur, de quibus Aetius loquens præcitato loco dicebat, eos magis difficulter ſpirare, quàm ſpleniticis; hoc eſt illi, qui ex ſplene malè affecto in quartanam incidunt, ſubtuſſiunt, & poſtremum in hydropem ineuitabilem labuntur.

Nam quemadmodum iecur eſt præcipuum magis viſcus; ita qui ex ipſius affectione prodeunt morbi, tum difficiliores, tum læthaliores eſſe ijs, qui à ſplene fiunt, maximè rationi eſt conſonum.

DE CVRATIONE FEBRIS quartanæ per victus rationem.

VVlgares exiſtimant inordinatam victus rationem longè præſtantiorem eſſe, quàm rectum regimen, quinimo non deſunt, dicentes exceſſum aliquem vel in potu vini generoſi, aut in crapulis cæteris remedijs eſſe efficacius, & præſentaneum auxilium.

Sed nos, qui medicinam profitemur rationalem, dicimus vulgares valde eſſe a ſenſu deceptos, cuius ſequentes
A blandimenta, non modò in curandis morbis, ſed in quamplurimis actionibus maximè à recto tramite aberrant, & in multa inconuenientia labuntur; quod ne vobis contingat, audiamus, quæ à clariſſimis medicis de huius febris curatione nobis ſcribuntur, & à Galeno præſertim, à quo præcepta vniuerſalia docemur memoria tenenda, lib. 1. ad Glauc. cap. 11. quæ omnia diffuſiſsimè
B ab Auicenna noſtro explicantur, & quæ per vos legere poteſtis.

Ego interim afferre vobis, ex ſcriptiſque eorum elicere enitar, quæ ad vniuerſalem huius febris curationem faciunt, & quid in ratione victus ſit obſeruandum, quid euitandum, quidque agendum veniat per pharmaciam, & tandem quid per chirurgiam. Exiſtimo enim aduerſus vulgi opinionem maxi-
C mam curationis partem poſitam eſſe in recta, & ordinata victus ratione, de qua primò agendum eſt, & præcipuè de illa, quæ cibum, & potum præſcribit, deinde de alijs, quæ faciunt ad iſtud caput.

Primò Galenus 1. ad Glauc. cap. 11. dicebat victum debere eſſe minimè flatuoſum, ſed optimi ſucci. Inter carnes non laudat aues, quæ degunt in locis
D paludoſis, ſed in montuoſis, quia optimi ſunt ſucci. faciliſque coctionis: etiam auiculæ, quæ in locis campeſtribus degunt, optimæ habentur, inter quas Auicennas præponit carnes alaudarum, & in principio multò magis carnes pullorum ex gallinis, quòd ſanguinem optimum generare ſint aptæ.

Inter piſces idem Galenus commendat illos, qui ſunt mollis carnis, nihilq;
E tenacitatis habeant, ſed facilis ſint coctionis.

Addit Galenus vtendum aliquando ſalſis piſciculis, & ſinapi, omneſque flatulentos cibos euitandos præcipit; quemadmodum legumina, inhibet etiam carnes ſuillas, & omnia edulia tenacia, & difficilis coctionis, tardumque exi-

exitum habentia, hoc eſt, quæ craſſa ſunt, & glutinoſa. A

Eſto panis optimus benè fermentatus, ex quo trito fieri poſſint fercula in iuſculo, cum quo ebullierint quædam ſimplicia, quæ humectandi facultatem habent; cum hac tamen animaduerſione, vt in die paroxiſmi ægri ab omni caueant alimento, quinimo Auicennas iubet ipſos ea die ieiunare, & re vera cum paroxiſmus duret per totum diem naturalem, non poteſt hora idonea reperiri ad ipſos nutriendum. B

Verùm cum his temporibus ægrotantes molles vt plurimum ſint, & quaſi effœminati, quàm pauciſſimi reperiuntur, qui velint, aut poſſint integrum diem naturalem abſque cibo præterire; ideo noſtris ægris poſſumus concedere, per ſex horas ante paroxiſmum, aut in ipſius declinatione, cibum aliquem ſorbilem, qui facilis diſtributionis, & coctionis ſit, quemadmodum iuſculum pulli conſumptum, aut modicum panis triti, vel cremorem ptiſanæ, aut amygdalatum cum ſaccharó, vel huiuſmodi quidpiam; in reliquis verò diebus carnem, vt dictum eſt, cum tamen in ſtatu magis ipſum attenuare debeamus, vt ex Galeno prædicto loco habetur. C

Sed vnum notatione dignum eſt, quod a Galeno traditum fuit 1. ad Glauc. cap. 11. & eſt quod inhibet cibos refrigerantes, & humectantes, quia in phraſi græca, ita ſcriptum eſt, τῶν τε ψυχόντων καὶ τῶν ὑγραινόντων ἐδεσμάτων hoc eſt, quia dixerat ſuperius arcendos eſſe ægrotantes a carnibus ſuillis. D

Simulque addit & euitanda ſunt edulia frigida, & humida: qui Galeni locus pluribus dubitandi præbuit occaſionem, & maximè Alexandro Tralliano, qui admiratur, qui fieri poſſit, vt Galenus concedat alimenta, quæ calefaciendi, & exiccandi facultatem habent? & certè cum dicat euitanda eſſe frigida, & humida, videtur concedere calida, & ſicca. E

Pro ſolutione, an dicendum ſit Galenum inhibuiſſe alimenta, quæ frigida ſunt, & humida, non quidem humida ſimpliciter, quia illa, quæ refrigerandi, & humectandi facultatem habent, humores non modò incraſſant, ſed caloris vires obtundunt; nam etſi humiditas per ſe in hoc caſu valeat, quia cauſæ aduerſatur, nihilominus adiuncta frigiditati ſummè nocere poteſt, proinde eam euitandam eſſe docet.

Hæc autem eſt, quæ in edulijs tenacibus, & quæ tardum exitum habent, reperitur, quæ à Galeno in hoc caſu inhibentur, quaſi velit nobis innuere, caueatis ab his alimentis, quæ tenaciora ſunt, & glutinoſa, tardum exitum habentia, & tandem ab omnibus frigidis, & humidis, qualia ſunt prædicta.

Quare hoc modo textum legentes tutabimur Galenum à crimine, quod ei Alexander impingit, quia dicimus aliud eſſe inhibere victus rationem frigidam, & humidam, & aliud inſtituere calidam, & ſiccam; Galenus inhibuit victum, vt audiviſtis, nec propterea inde concludendum eſt, quod vult Trallianus.

Nam Galenus proponit victum boni ſucci, & facilis coctionis, qui vbi habeat medicamentoſam qualitatem, ea non deber eſſe frigida, & humida, ſed calida, & humida; de ſiccitate autem ne verbum quidem habuit, iam enim omnibus in confeſſo eſt debere eam eſſe humidam; quia aduerſatur ſiccitati; & iam (vt ſupra dicebamus) inſtitutus eſt victus omnibus febricitantibus humidus.

Quare ſum huius opinionis, vt textus legatur, quemadmodum Græci præ dicti legunt, neque aliqua ratione propterea Galenus ab Alexandro reprehenditur.

Sed dicet quis, negari non poteſt, quin Galenus non proponat piſces ſalſos, atque ſinapi, & etiam piper; hæc

autem

autem calida, & ſicca ſunt: quare eiuſmodi inſtituit victus rationem? De diatrionpipereon nihil dico, quia fortè reſponderi poterit poſt ſtatum illud concedere ad humorem attenuandum, qui ſuapte natura eſt craſſus, ac flatus, qui plurimi generantur in ventriculo, atque inteſtinis, & præcipuè coctionis tempore, & iam expurgato corpore.

Vnde in textu inquit Galenus; & certis diebus medicamen, quod diatrionpipereon, & diaſpoliticum dicitur, eſt aſſumendum. Diapiper autem ſingulis diebus concedit; atq; de piſce, & ſinapi quid erit dicendum? Exiſtimo non ſemper, & pro cibo proponere Galenum ſalſum piſcem, atq; ſinapim, ſed potius pro irritamento quodam.

Hinc Celſus dicebat, à piſciculo quodam eſſe auſpicandum, nihil aliud intelligere vellens, niſi paruum piſciculum, qui ſale conditus eſt, vt illa ſalſedine aliquando excitetur appetitus, ita in hac febre vt plurimum ægrotantes habeant appetitum deiectum; proinde ad ipſius irritationem ſinapi, hoc eſt ſinapiſmum ex eo paratum, proponit, vt inde veluti incitamento quodam languefcens ventriculus ad cibum appetendum excitetur.

Piper autem concedit tanquam medicamentum, non vt alimentum; illudque ex aqua epotum proponit, quamobrem ex his, quæ obiecta ſunt, concludi minimè poteſt Galenum inſtituiſſe rationem victus calidam, & ſiccam; ſed potiùs calidam, & humidam: & hæc de cibo.

Potus autem debet eſſe vinum album, ac tenue, quod mediocriter calidum ſit. Iubet Auicennas cauendum eſſe in die paroxiſmi ab aqua.

De alijs rebus ad diætam ſpectantibus idem loquitur Galenus, ac præcipuè de motu, & quiete, ſomno, & vigilia, quæ moderata eſſe debent; nihilominus dies paroxiſmi eſſe oportet dies quietis, maximè quia ſæpè longa eſt acceſſio, & adeo vehemens, vt corpus laſſum relinquat, vt etiam intermedijs diebus ægrotus vix moueri poſſit.

In aliquibus à principio acceſſionis ita frigus vehemens eſſe ſolet, vt calor totus ad interna retractus videatur, ideo ſæpè loco exercitij frictiones ad brachia, cruraque ſunt facienda, vt dictum fuit in cura quotidianæ.

Cæterùm præter frictiones validas, quæ horroris tempore debent fieri, oportet, quando videris eum violentem eſſe, diuque perdurare, vt à principio paroxiſmi, quando iam oſcitatio incipit, ac corporis extenſio, dorſi ſpinam totam oleo aliquo reſoluente inungatis, quemadmodum eſt

Oleum chamæmelinum,
Anethinum,
Irinum,
Rutaceum,
Teſtinum,
Laurinum,
Nardinum.

Propterea poteritis parare decoctum huiuſmodi.

℞. vtriuſque pulegij,
Calamenthi,
Origani,
Chamædryos,
Caryophyllatæ,
Marrubij,
Menthæ,
Hyſſopi, ana manip. ſſ.
Foliorum lauri,
Aurantij,
Rutæ, ana manip. ſſ.
Florum chamæmeli,
meliloti,
Sambuci, ana pug. ſſ.
Sthæcados,
Roſmarini,
Saluiæ, ana pug. ſſ.

Fiat decoctio in æquis partibus aquæ & vini: fortè melius eſſet in fine coctionis addere vinum, ne ex ebullitione aceſcat. In huiuſmodi decoctione im-

mergantur ſpongiæ, atque ita imbibitæ applicentur partibus prædictis; facta tamen leui expreſſione.

In fine autem paroxiſmi iiſdem ſpongijs minùs tamen expreſſis vtendum eſt ad ſudores prouocandos, qui quò copioſiores fuerint, eò etiam febris magis declinabit, tardiuſque reuertetur futura acceſſio.

Dicebat etiam Galenus, quod ſi febris breuis ſit, nec admodum violenta, nihil nocebit, ſi in diebus quietis ad ſolita munia reuertatur æger.

Animi affectiones haud eſſe debent vehementes, ſed quæ potiùs ad hilaritatem ducant; ideo amicorum conſuetudines, cantus, ſoni, & huiuſmodi, quæ animum conciliant, & componunt, optima ſunt.

De aere autem nihil dico, quia clarum eſt eum oportere, vt cum prædictis rebus ad calidum, & humidum, ſed moderatè vergat.

Quod ad inanitionem ſpectat, aluus debet eſſe lubrica, quæ niſi ſuapte natura ſit, arte comparetur; vnde Galenus præcitato ad Glauc. loco, dicebat, ventrem, quantum poſſibile eſt, mollem facietis ijs, quæ vſitata ſunt; quæ an alimenta ſint, an verò medicamenta, an vtraque ſimul, nempe nutrimenta medicinalia, in præſenti non diſputo.

Multa dicuntur à ſcriptoribus, quæ tanquam inutilia interim prætermitto; nam ſatis eſt mihi Galeni mentem patefacere, quæ eſt, vt curetis in hac febre aluum mollem reddere, ſi talis ſponte non ſit. Sunt qui exiſtimant poſſe vſurpari lenientia quædam medicamenta, de quibus paulò poſt.

Hoc vnum aduertite Galenum dicere, quod ſi aluus non fuerit mollis, oportet ad clyſteres manum inijcere, primò ad lenes, deinde ad paulò acriores; ſed quia alias ſatis vobis ſignificaui, apertéque demonſtraui, quæ ſint formulæ clyſterum mollium, venio ad paulò acriores, quorum iſtud ſit exemplar.

A ℞. Foliorum maluæ,
Althææ,
Mercurialis, ana manip. j.
Florum chamæmeli,
Fumariæ, ana pug. j.
Folliculorum ſenæ vnc. ß.
Furfuris in linteo alligati, manip. ß.
Agarici albiſſimi, drach. ij.

Cum ſale, quantum ſufficit, & vitello oui fiat clyſter, qui repetendus erit al-
B ternis diebus, aut quando opus fuerit: & hæc ſunt, quæ ad diætam ſpectant ex Galeno, & Auicenna.

DE CVRATIONE FEBRIS *quartanæ per pharmaciam.*

DE curatione per pharmaciam, & per chirurgiam tractat etiam Galenus, prædicto capite ad Glauc.
C vbi in primis verbis ipſius capitis, ſcribit, non oportere febrem quartanam ruditer in principijs tractare, ſed blàdè, & molliter, nullumque fortè medicamentum exhibèdum eſſe, imo, & nullam validam euacuationem tentandam, & meritò quidem, quia materia craſſa eſt, tenaxque, inepta motui.

Proinde antequam ad medicamenta deueniamus, opus eſt primùm prępara-
D re materiam, cum tamen ſciam, aliquos præclarioris nominis, & famæ, quartanarios curare medicamentis quibuſdam ventrem ſoluentibus, vt eſt

Caſſia,
Manna,
Diacatholicon.

Et huiuſmodi, quæ cum lenitiua ſint, neq; tranſcendant meſeraicarum regionem, ad educendos humores in inteſti-
E nis exiſtentes, atque in prædictis venis, non ſunt præter rationem, ac equidem exiſtimo, ſi habuiſſent eiuſmodi præſidia Hippocrates, & Galenus, quod illis à principio vſi fuiſſent; ſed quemadmodum lenitiua prędicta laudo, aut ſaltem non vitupero; ita è contra ea, quæ minoratiua ab illis appellantur, mihi à prin-

principio non ſatisfaciunt, vt aliàs intellexiſtis.

De hac igitur materia Galenus ad hunc loquitur modum; atſi coctionis morbi indicia apparuerint, tunc purgare oportet iis, quæ humores atros exinaniendi vim habent; non ſemel tantùm, ſed ſæpiùs, ſi fuerit neceſſarium, ex quibus apparet non eſſe expediens vti medicamentis educentibus per ſeceſſum, niſi concocta materia.

Vnde Auicennas in hoc capite dicebat, quod quamuis Medicus nimis audax, quàm par ſit, à principio vſus fuerit medicamento educente melancholicum humorem, liberaueritque ægrotum à febre quartana, non tamen imitandus eſt; quia à ratione recta is aberrauit; vellens (niſi ego fallor) Raſim notare, qui 10. ad Altimanſ. viſus eſt concedere medicamentum validum à principio.

Cum igitur ex Galeni, & Auicennæ decreto determinatum ſit apertè in hac febre non eſſe purgantibus medicamentis agendum, iam quid facto opus ſit, videndum eſt.

Primò quidem febris tempora ſunt reſpicienda, quandoquidem in principio, & augmento, vno modo medicamentis tum alterantibus, quàm educentibus procedere conuenit, & alio modo in ſtatu, vt idemmet Galenus loco præcitato docet. Intentiones tamen curatiuæ ab iiſdem ſuggeruntur indicationibus; nam indicatio in hac febre curanda eadem quidem eſt, ac in omnibus aliis febribus, quia & in ipſa adeſt indicans curatorium, & præſeruatorium; ſed ex communi medicorum conſenſu magis videtur vrgere præſeruatorium indicans, quòd tam à cauſa deſumptum eſt, quàm ab effectu.

Vnde eſt, quod medicamenta, quæ alterantia proponuntur à medicis, debent eſſe calida, & humida, quia humorem reſpiciunt, qui frigidus, & ſiccus eſt; ſed quamuis magis vrgeat cauſa, quàm

A febris; nihilominus ipſa febris non eſt ſpernenda, ideo viſuri ſumus, ne humorem alterantes, ac præparantes augeamus febrem, quare ſemper expedit, vt vtrumque reſpiciamus in omni tempore ipſius febris.

Curatio igitur in hunc modum debet inſtitui, primò in præparatione, & alteratione melancholici humoris idoneis medicamentis tam in principio, & augmento, quàm in ſtatu conuenientibus.

B

Secundò in eductione ipſius tam per ſeceſſum, quàm per vrinam, & per vomitum.

Tertiò ſtudendum eſt corroborationi viſcerum, tam per interna, quàm per externa medicamenta.

Iam verò ad humorem præparandum in principio, & augmento, talis ſyrupus erit opportunus, qui conſtet ex frigidis, calidis, & humidis. Refrigerantes ſunt

C

Syr. de lactuca,
Portulaca.
Temperati ſunt.
Syr. de bugloſſo,
Borraginis.
Paulò calidiores ſunt.
Syr. de duabus radicibus,
Quinque, & huiuſmodi.

D

Syrupus de fumaria eſt optimus, quemadmodum, & ſyrupus de epithymo. Poſſumus igitur hoc ſyrupo præparare materiam a principio.

℞. Syr. de fumaria,
Duabus radicibus,
Lactucæ, ana vnc. ß.
Aquarum borraginis,
Bugloſſi, ana vnc. ij. miſce.

E

Alter ad idem.

℞. Syr. de bugloſſo,
Borraginis, ana vnc. j.
Aquarum fumiterræ,
Borraginis, ana vnc. iſ.
miſce.

Et offeratur in aurora. In die verò paroxiſmi per quatuor horas ante acceſſio-

coctionem ſyrupis præparabitis materiam ad ſui euacuationem. Quando ſigna coctionis apparuerint medicamento vtendum eſt ad ipſam educendam, & quia in hac febre pro coctione materiæ multum temporis ſpatium requiritur; ideo non poſſumus integram expectare totius materiæ coctionem: quare ſignis coctionis exiſtentibus educatis materiæ illam portionem, quæ iam cocta eſt hoc medicamento.

℞. Rad. bugloſſi,
Petroſel. ana drach. ij.
Polypodij querc. vnc. ß.
Contundantur, & adde
Fol. Meliſſæ,
Borraginis, ana manip. ß.
Florum cord. ana pug. ß.
Bulliant ſecundùm artem in aqua, quantum ſufficit.

℞. huius decocti, vnc. iiij.
Infunde.
Fol. ſenæ or. drach. ij.
Rhab drach. j.
Per decem horas, facta expreſſione diſſolue.
Syr. ad melancholiam,
Roſati, ana vnc. ij.
Conf. hamech.
Diaſenæ ſol. ana drach. j.
Fiat potio breuis, quæ ægrotanti in aurora offeratur.

Poſt hanc primam eo medicamentum factam euacuationem melius eſt duabus, aut tribus diebus intermittere ſyrupos, atque quodammodo quieſcere. Iubearis tamen, vt per horas ante prandium duas, aut tres aſſumat potum hunc.

℞ ſucci borraginis depurati drach. ß.
Sacchari albiſſimi, vnc. ß.
Miſce, & patienti detur tepidus; vel cum modico vini albi parum diluatur; Mirificè quidem proderit ad melancholicum ſuccum humectandum, & eſt Benedicti Victorij medicamentum in vſum deductum.

Sed quia in hac febre d u vires paAgaare aduerſus morbum debent, opus eſt quam maximè conſeruationi illarum ſtudere; ideo mihi ſummopere probatur, vt cum alimentum ægrotantes probè non accipiunt, vt huiuſmodi exhibeatur conditum reſtaurans.

℞. Conſeruæ rad. bugloſſi, vnc. ij.
Florum borraginis,
Violarum, ana vnc. j.
Capill. veneris,
B Florũ geniſtæ, ana vnc. ß.
Carnis cucurbitæ ſaccharo conditæ, drach. iij.
Pulueris diamarg. frigidi, drach. j. ß.
Corticis citrij conditi, drach. ij.
Sacchari albiſſimi, quantum ſufficit, fiat conditum auro duplici coopertum; vel cum ſyrupo de pomis fiat opiata, huius doſis ſiat drach. ij. deinde aquæ ſuperbibatur.

C Verum cùm (vt dictum fuit ſupra) morbus longus ſit, nec vni purgationi, nec duabus cedere poſſit, dicebat Galenus oportet, quandoque ſæpè medicamentum purgans repetere, quamobrem expedit etiam, materiam paulatim præparare, atque alterare, vt ſine moleſtia quando eſt opus, educi poſſit. Propono igitur vobis alium ſyrupum ad præparationem ipſius.

D ℞. Syr. de epithymo,
Thymo.
Lupulis,
Endiuia, ana vnc. ß.
Aquarum lupulorum;
Borraginis,
Cichorij, ana vnc. j.
Miſce: hoc ſyrupo vtendum eſt, quouſque coctionis ſigna rurſus appareant; deinde his pilulis expurgetur.

E ℞. Pil. de lapide lazuli,
Indarum,
Aggregat. ana ſcrup. ij.
Sunt, qui tempore paroxiſmi curant, vt corpus medicamento expurgetur, quod mihi nunquam probari potuit ob rationes iam ſuo loco aſſignatas.

Nec probò eos, qui eadem paroxiſmi

ibi die per horas ſex ante paroxiſmum medicamentum exhibeat, inter quos eſt Amatus Luſitanus cent. 8. ad ſcholium, dicentes materiam eſſe in motu, proinde fieri poſſe maiorem eius, & prę ſtantiorem è corpore eductionem.

A

Sed mea quidem opinione longè ſecurius eſt medicamentum præbere in die quietiori, cùm natura poteſt opem ferre medicamento, quia dum adeſt paroxiſmus, intenta eſt expulſioni cauſæ morbificæ, nec poteſt impedita aliunde medicamento opitulari, quod vt operetur, debet à calore noſtro in actum reduci.

B

Quando igitur materia fuerit, vt dictum eſt præparata, iam ſigna coctionis euidentiora apparebunt, & tunc temporis vti ijs, quæ facultatem habent ducendi per vrinam, de quibus ſatis egimus, dum ſermo eſſet de curatione quotidianæ, quemadmodum ſunt decocta, ſeu apozemata ex radicibus quinque communibus, nempe

C

Petroſelini,
Apij,
Ruſci,
Aſparagi, &
Graminis.

Et huiuſmodi, vt ſunt etiam radix.

Fœniculi,
Rubeæ maioris.

D

Ex quibus poteſtis etiam ad libitum ſyrupos artificiales parare, vel vti ſyrupis prædictis vrinam educentibus: vbi verò opus ſit denuò corpus repurgare, vel repetendum eſt vnum ex prædictis medicamentis, aut aliud ſimile componendum.

E

Sed propono vobis opiatam, quæ poſt repetitas euacuationes erit maximæ efficaciæ, cuius doſis poteſt offerri ſingulo mane ante prandium; hæc autem hunc in modum componitur.

℞. conſeruæ florum ſaluiæ, vnc. j,
Sthæcados, vnc. ß.
Cichorij,
Conſeruæ florum capillorum veneris ana vnc. ij.
Diarrhodon abbatis, drach. ß.
Specierum diamarg. frig. drach. j.
Cum ſyrupo byzantino, quantum ſufficit, fiat opiata.

Vel ſic.

℞. pul. diarrhon. abbatis, ſcrup. ij.
Diamarg. frig. ſcrup. j.
Sacchari alb. diſſoluti in aqua bettonicæ, vnc. iij.
Fiat electuarium in tabellis ad pondus drach. ij.

In ſtatu Galenus ſolummodò victum extenuabat; medicamenta autem quando opus erat expurgatione, minus valida exporrigebat; deinde vtebatur etiam theriaca. Admonemus interim medicos, vt non niſi concocta materia euacuentur, ne ex vna quotidiana duplicem faciamus, aut medicum illum imitemur, qui ex intempeſtiuo theriacę vſu ex triplici quartana febrem continuam concitauit, quæ ad mortem miſerè hominem perduxit.

Vſus igitur theriacæ eſſe debet concocta iam materia. Doſis ipſius prę ſcribatur ad drach. j. vel ex aqua, aut iuſculo aliquo ſuperbibito: præſidio hoc reliquiæ humoris melancholici auferri poterunt, ventriculuſque corroborari.

Benedictus Victorius plura proponit experimenta, quibus ſe ſæpius febrem quartanam iugulaſſe ait, inter quæ vnicum vobis propono, & eſt iſtud. (At ſi vultis multorum antidotorum copiam habere, recurratis ad Alexandrum Trallianum lib. 12. cap. 8.)

℞. ſucci abſynthij, drach. ij.
Theriacæ magnæ, drach. j.
Vini albi generoſi, vnc. ij.
Aegrotanti per tres horas ante paroxiſmum offeratur.

Vel

℞. cor leporis, ita præparatum, vt pulmo vulpis præparari ſolet, poſtea diuidatur in tres partes æquales, cum vino

detur

detur tribus vicibus, & quarta die paroxiſmus prorſus euaneſcet, Monauius in epiſtol. ad Scholzium lib. 2. Io. Schenkius 6. de febr. obſeruatione 494.

Hæc ſunt, quæ per pharmaciam valent ad pugnandum aduerſus quartanam febrem, quæ dum fiunt, non ſunt omittenda medicamenta exteriora pro ventriculi corroboratione, atque etiam cordis.

At pro ventriculi corroboratione ad quotidianæ curationem recurrendum eſt. Pro corde verò epithemata valent, quæ ipſum refocillare poſſunt, quemadmodum iſtud eſt.

℞. Aquarum maluæ,
Borraginis,
Roſarum, ana lib. j.
Pul. diamarg. frigidi, drach. ij.
Lætificantis Raſis, drach. j.
Moſchi,
Ambræ, ana ſcrup. ſſ.
Vini generoſi optimi, vnc. ij.
Aceti, vnc. j.
Fiat epithema.

Tempore autem quietis optimum erit ipſi ægrotanti hunc ſacculum ſupra cordis regionem applicare.

℞. Florum bugloſſi,
Borraginis,
Nymphæ, ana drach. ij.
Diamarg. frigidi, vnc. ſſ.
Sem. citrij mundi, drach. j.
Camphuræ, ſcrup. ſſ.

Raſuræ panni coccinei, quantum ſufficit ad excipiendum, includantur in linteo, & fiat ſacculus ad cordis formam.

Sed quoniam in hac febre quartana, vt plurimùm lien tumefieri conſueuit; ideo opus eſt habere quædam medicamenta in promptu, quæ exteriùs admota poſſint ipſum deobſtruere, duritiemque, quantum fieri poteſt, reſoluere, quemadmodum eſt inunctio ex oleo irino & de capparibus.

Poteſt etiam parari fotus ex decoctione chamæpytios, chamædryos, ex

A ruta, dauco, tamarice, & ſimilibus in aqua, & vino decoctis, mox cum ſpongijs madefactis in ipſa decoctione regionem lienis fouere, atque prædictis oleis inungere oportet.

Vel

℞. Ol. amygd. amararum,
Capparum,
Tamaricis, ana vnc. j.
Miſce, & vnge.

B Vel

℞. Pul. abſynthij,
Amygd. amararum,
Dauci, ana drach. ij.
Specierum diambræ,
Aromat. roſ. ana drach. iij.
Florum roſmarini,
Borraginis,
Bugloſſi, ana pug. j.
Fiat ſacculus.

C Sunt modò & frictiones, de quibus iam ſatis dictum eſt. Secundo eſt balneum aquæ dulcis, quod à Galeno non reprobatur, præcipuè in fine, facta humoris coctione, tum ad euacuandum humorem à centro ad circumferentiam, tum ad emollienda viſcera, atque eundem met humorem.

Verùm Galenus 1. ad Glauc. capite citato dicebat, quod ſi poſſent ægrotan-

D tes à balneo abſtinere, & eſſe ſolis frictionibus contenti, ſatiùs eſſet: quare in hoc caſu balneum non admodum laudatur, quamuis nec reprobetur.

Alexander Trallianus proponit quædam medicamenta, quæ collo geſtata, virtute quadam, qua pollent, febrem quartanam fugant, inter quæ laudat ſcarabeum fuluo linteolo exceptum, & collo alligatum.

E Secundò lacertam viridem.

Tertiò vngues ægri ſectas pedum, digitorumq, & linteo exceptos.

Quartò proponit pilos ex gena hirci extractos, atque collo appenſos, quos mirificè ait febrē quartanā propellere.

Rondeletius, & ipſe deſcribit quoddam medicamentum, quod manuum car-

pis

pls illigatum quartanam mirum in modum fugat: eſt autem illud.

℞. Foliorum ſambuci,
Saluiæ,
Pedis columbini,
Rutæ, ana manip. ß.

Salis, & vini parũ, omnia ſimul trita, carpis admoueto ante acceſſionem. Paracelſus ait, ſi inſcio ægro teſta incluſum araneum ad quartum vſque diem è collo geſtandum detur, ſanat quartanam. Fernelius de abditis rerum cauſis inquit: viuens aranea glandis teſtis incluſa, colloq; ſubnixa, quartanas depellit. Petrus Bayrus ait aranea in corio ligata, ac collo appenſa curat quartanam. Hæc à Schenkio collecta ſunt lib. 6. de febribus in ſuis obſeruationibus.

Sed propono vobis etiam illud, quo vſus non ſum, ſed habui à fide dignis vſurpatum feliciſſimo cum ſucceſſu. Id autem eſt membrana illa, quæ in interna ſuperficie corticis nucis iuglandis reperitur: ſed opus eſt eam viridem, atque adhuc humore madidam è cortice ſeparare; deinde veluti ex ea faſcia trium digitorum latam attingere, ex qua vtriuſque manus brachiale amplectitur, manu vnaquaque diuiſa, ita vt faſcia tum videatur brachiale.

Melior corticis pars illa eſt, quæ ad codicem propè terram eſt: & hæc ſunt medicamenta, quę dicuntur operari occulta qualitate, & omnia alia, quæ huic febri competunt, quorum vbi maiorem cupitis ſyluam, petatis Aetium, & Alexandrum Trallianum, quare ſatis dicta ſint de curatione, quæ per pharmaceuticum inſtrumentum obſeruari debet.

DE CVRATIONE FEBRIS quartanæ per chirurgiam.

Pro chirurgia facienda Gal. iubet, quando ſanguis melancholicus ſuperabundat vehementer, vt ſanguis ex brachio mittatur. Quare vbi adeſt

A plethoria, debet mitti ſanguis: conſulit tamen in principio, vt ſemper hæc febris leuiter tractetur, ſiue per ſanguinis miſſionem, ſiue per pharmacum purgans, niſi quando adeſt vehemens plethoria.

Addit vnum, quod aliàs examini ſubiecimus, de quo Galenus 3. de locis affectis cap. 7. nempe capite de melancholia, & eſt, quod aperiamus venam,
B intueamurque exeuntem ſanguinem, qui vel niger, & craſſus fluit, vel flauus.

Si primo modo, vt mittamus quantũ ſatis eſt; ſecundo modo, vt compeſcamus eundem; ſed rarò contingit ſanguinem flauum eſſe in melancholico habitu, qui nutritus ſit cibis melancholicis, & qui autumnali tempore quartana corripiatur, quia autumnus eſt me-
C lancholiæ ferax, & pater; ideo huiuſmodi experimentum, vt aliàs demonſtraui, vix locum habere in hoc caſu poteſt.

Sed quidquid ſit, quando indicans ſanguinis mittendi adeſt, & permittens ſemper, & in quocunque tempore ad ſanguinis miſſionem properandum eſt; ſed ex quo loco mittendus ſit, nempe ex quo brachio, non ita determinatum
D videtur; primò quia Galenus omnium præceptor 1. ad Glauc. 11. ſcribit ex ſiniſtro brachio ſanguinem eſſe extrahendum.

Aetius verò videtur velle, vt ex dextero brachio extrahatur ſanguis; ſed ſoluitur etiam hic nodus ab Aetio, facta hac conſideratione; nam alij ſunt, quibus ex affectione hepatis quartana euenit; alijs verò ex vitio lienis. Si primo
E modo opus eſt ex dextero brachio mittere ſanguinem; ſi ſecundo modo ex liene; tunc enim fiet & euacuatio, & à parte affecta reuulſio, ſeruata nempe oppoſitione, & rectitudine vaſorum vtriuſque lateris.

Vnde Galenus in fine capitis 16. libelli de curandi ratione per ſanguinis

miſſionem dicebat tam perſpicuum, celereque remedium eſſe cauſam, vt & qui patiuntur febrem, & familiares ipſorum ſæpè numero obſtupeſcant.

Quo ad venam ſpectat ſecandam, Auicennas proponit iecorariam tantùm Galenus vel iecorariam, aut communem; cum enim is loco præcitato ſcripſerit tres venas in cubito reperiri, à quibus ſanguis communiter emittitur, nempe interna, externa, & media; quando partes ſub collo affectæ ſunt, melius inquit, eſt mittere ſanguinem ex interna, quæ apud Auicennam eſt baſilica; ſin partes ſuperiores afficiantur, ſatius eſt, vt ab externa, quæ cephalica appellatur, ſanguis extraharur.

Communis verò, ſeu media, quæ Auicennæ eſt nigra, ab vtroque loco euacuat, quod quidem veriſſimum eſt; ſed quoniam venæ omnes à caua ortum ducunt, tanquam riuuli quidam à magno amne; non videtur tantam eſſe diuerſitatis rationem, proinde in hoc caſu, quando poteſt ſeruari illa exacta conſideratio, fiat; at vbi vel communis, vel cephalica ſint magis apparentes, quàm baſilica, exiſtimarem nullum ſequi inconueniens, ſi hæc ipſa ſecetur; quia ſanguis, qui in caua eſt contentus, emitti debet, ſiue per vnam, ſiue per alteram venam.

Cæterum non haberem pro inconueniente in plethoria ſanguinis melancholici, primò mittere ſanguinem ex dextero brachio; quia hepar eſt ſanguinis officina, à quo quidem è directo eſt euacuandum, deinde tumido, aut obſtructo exiſtente liene, ad ſiniſtrum brachium me conferrem dertiandi cauſa ab ipſo liene.

Et hæc eſt doctrina, quam iam aliàs vobis demonſtraui conſonam eſſe Galeni, & Auicennæ decretis: cæterùm in hoc caſu probatur mihi ſanguinis miſſio ex ſaluatella ſiniſtri lateris, quam Benedictus Victorius in ſua empirica proponit, quòd & ipſa conſenſum cum

A venis cauæ, quæ ad ſiniſtrum latus ſunt, habeat.

Nam anatome nullum commercium oſtendit eſſe inter cauæ venas cum venis lienis; ſiquidem venæ ipſius ortum ſuum ducunt à tertio ramo venæ portę; hoc autem à concauo iecinoris exoritur; vena autem caua à gibboſa ſuperficie eius enaſcitur, quare nullus eſt perſpicuus meatus, qui ab vna magna vena in
B alteram ſanguinem ipſum deducat.

Nihilominus frequētiſſimè obſeruatum eſt hanc ſectionem huius venæ in manu ſiniſtra magnopere contuliſſe, cauſamque huius rei ſæpè excogitans eandem eſſe putaui, quæ eſt in excretionibus à medicamentis factis.

Nam ad inteſtina venæ meſeraicæ materiam deducunt; illæ non niſi à por-
C ta trahere poſſunt; porta autem à ſuis ramulis, qui diſſeminati ſunt per iecinoris concauam partem; illi autem à ramulis magnæ venæ, quæ in gibba parte eſt, trahunt, & ſic ſucceſſiuè ab omnibus venis totius corporis, vt tandem quæ in vena caua ſunt, deducantur ad inteſtina.

Ita quoque ſecta ſaluatella, quæ in ſiniſtra manu reperitur, contingit ſan-
D guinem à liene euacuari, aut ſaltem eum, qui in ſuo magno ramo ad manum confluxit; ille, qui verò eſt in porta, ſequitur, & primus omnium ille, qui ſtat in ramo lienis; tum quia eſt omnium maximus, multum in ſe ſanguinem continens, tum quia propinquus eſt iecori, quod inanitum per ſectionem venę, trahit à porta, & à propinquioribus venis, & ab iis, in quibus copia continetur.
E Addatis quod præter ſucceſſionem vacui, natura ab hac ſanguinis melancholici copia oppreſſa à vena ſaluatella in alias propellit, & hinc eſt, quod fit ſanguinis ibi præter naturam contenti per ſectionem eius venæ euacuatio, atque conſequenter iuuamentum ſubſequitur.

Sed

Sed dicet quis, cur magis per ſectionem ſaluatellæ ſequitur euacuatio ſanguinis melancholici, quàm per aliam? Hoc eſſe, inquam ratione occulti cuiuſdam naturæ modi; non enim eadem nota ſunt nobis, & naturæ. Tot ſunt effectus naturæ, quorum veram cauſam ignoramus, quot fortè ſunt eorum, quos apertè ſcimus, alioquin eadem eſſent, & nota nobis, & naturæ, neque aliquod rarum, & abditum per ſe ipſa haberet natura.

Sed præter hanc ſectionem venæ ſaluatellæ proponit Benedictus Victorius aliam, nempe eam, quæ ad rectum inteſtinum terminatur, a qua quidem hæmorrhoides venæ ortum ducunt. Et meritò quidem iuuare poteſt huiuſmodi apertio, quia relicta illa quæſtione, vtrum venæ hæmorrhoidales à venæ cauæ ramulis proficiſcantur, omnibus anatomicis in confeſſo eſt, huiuſmodi venas à ramo venæ, quæ ad lienem fertur, ortum ſuum ducere.

Vbi verò lien per venam prædictam à iecore traxerit atrum, & fœculentum humorem, ex ipſius tenuiori parte, vt dictum eſt, nutritur, vnde ipſum primò retinet, alterat, comminuit mediante calore, atque motu arteriarum, quæ quamplurimæ ſunt, & craſſæ, per ipſius ſubſtantiam diſtributæ.

Et hæc eſt ratio, cur lien tam paruum viſcus tot, & tam magnas habeat arterias, longè maiores, quàm ſint in hepate, viſcere omnium maximo; nam ſatis fuit hepati tot arterias habere, quot ſufficerent ad caloris ſui ſymmetriam ſeruandam.

At lieni tot neceſſariæ ſunt arteriæ, & magnæ, vt ſuo calore opem ferant alterationi, comminutioni, atque in tenuem ſanguinem tranſmutationi, ex quo lien nutriri poſſit, & ſuo motu dilatationis, & conſtrictionis expurgare fuligines, caloremque euentando ſeruare.

Facta igitur huius humoris tranſmutatione, quod ſuperfluum eſt, in venam prædictam mirabili quodam naturæ inſtituto deponitur. Duæ quidem venæ ab illa prodeunt, vna, quæ ad ventriculi membranas eſt diſtributa, altera verò, quæ deorſum per meſenterium ad rectum fertur inteſtinum, quæ ſæpè in hæmorrhoides terminatur.

A Per priorem, vnam partem prædicti excrementi ad meliorem coctionem, vt

B inquit Galenus (non vt aiunt Arabes, ad excitandum appetitum) in ventriculum transfundit; per alteram autem venam eiuſdem excrementi reliquias ad ſeceſſum propellit, vbi igitur adeſt in liene, vt vena hæc aperiatur, proponit, vniuerſalibus, vt dictum eſt, præſuppoſitis.

C Et hæc dicta ſatis ſint de curatione febris quartanæ per omne medicum inſtrumentum, quibus omnibus ſic determinatis, ac declaratis, ſatis ni fallor, exactum, atque elaboratum habuiſtis febrium putridarum omnium tractatum, in quo quidem intellexiſtis tot eſſe differentias earum, quot ſunt humores in corpore putreſcentes, quarum quaſdam diximus eſſe continuas, quaſdam intermittentes, nonnullas ex vnico humore, alias ex pluribus fieri.

D Continuas eſſe in duplici diſcrimine iam dictum eſt; alias, quę nullam habent remiſſionem, ſed ſemper eodem modo procedunt, ſiue augendo, ſiue diminuendo, vel eodem incedunt tenore, quarum nomina repetere eſt ſuperuacaneum, cum ſciam vos eadem ad memoriam tenere.

Itidem audiuiſtis aliquas continuas

E propriè ita dictas fuiſſe, quarum vna à bile putreſcente, alia à pituita, poſtrema à melancholia ortum ſuum ducit; prior dicitur tertiana, ſecunda quotidiana, tertia quartana, & ad has tres ſimplicium febrium differentias reducuntur, reſpectu materiæ, quas intermittentes, & interpolatas vocamus.

Vnde, quemadmodum datur tertiana con-

continua, datur, & tertiana intermittens, quod etiam de alijs duabus eſt intelligendum, quamobrem tres erunt continuæ febres propriè dictæ, & tres interpolatæ, vttandem omnium febrium putridarum œconomia ad ſex differentias redacta ſit, quæ ſimplices appellantur.

A Ad has quidem tanquam ad genera, & ad materiam compoſitæ omnes rediguntur; de quibus agendum, & breuibus quidem ſi prius inquiſiuero nonnihil de febribus quintanis, ſextanis, ſeptimanis, & nonanis. Sed de his iam pertractare aggredior.

DE QVINTANA, SEXTANA, SEPTIMANA, ET NONANA FEBRE.

CAPVT VIGESIMVM.

IN quacunque materia pertractanda in primis quæſitum, an ſit ſupponere oportet, quod vbi clarum eſt, ad quæſitum quid ſit, & propter quid, qui rerum cauſas indagare tentant, ſe accingunt, & ab rei definitione exordiuntur, quæ eiuſdem eſſentiam declarat.

In propoſita de febribus huiuſmodi materia expedit nobis, antequam inquiramus, quid illæ ſint, vt videamus, an in rerum natura reperiantur.

Cauſa dubitationis eſt, quia de ipſarum eſſentia non habemus veram rationem, neque curationem, cùm autem ad rei alicuius inuentionem, ratione vtamur, atque experientia, nullo pacto videtur dari eiuſmodi febres.

Ratio prima ab humoribus deſumenda eſt, ſecunda à Galeni, & Hippocratis authoritate; tertia à veriſimilitudine quadam.

Et quamuis prolixè ſatis diſputet Auicennas de huiuſmodi febribus, oſtendens eas in natura febrium dari poſſe, adeo tamen rarò eueniunt, vt ſcripſerit Galenus 1. de diff. feb. cap. 5. ſe nunquam obſeruaſſe aliquem febrium ordinem præter tres prædictos.

C Et lib. 1. epid. comment. 3. tex. 2. idem affirmat, vbi dicit rem hanc explorandam eſſe experientia, non ratione; nam vbi quis in arte medica exercitatus à prima ætate, vſque ad ſenectutem obſeruauerit non ſemel, ſed bis, aut ter, perſuaderi facilè poterit huiuſmodi dari febrium circuitus.

At ſi nullam vnquam ſimilem inſpexerit febrem in toto vitæ circuitu, D poterit cum Diocle aduerſus Hippocratem ratione diſputare, qui primus fuit, qui haſce febres ſcriptis animaduertit, de quo loquens Galenus lib. 1. ſect. 2. tex. 7. de morb. vulg. dicebat, quod quemadmodum Hippocrates libro præſagiorum omnem abſoluit de diebus decretorijs, & de circuitibus diſputationem, ita nuſquam de quintanis, vel ſeptimanis, vel nonanis meminit, E non modò in præſagijs, ſed ne in aphoriſmis quidem.

Cùm enim his in locis de ſtatu, ac iudicio aliarum febrium tractauerit, potuiſſet etiam de huiuſmodi febribus agere, at cum nihil determinatè de ijs ibi tradiderit Hippocrates, dubitat Galenus, an ipſæ dari poſſint, & an ipſemet

mec

met Hippocrates re vera obſeruauerit.

Ex altera verò parte non deſunt præter Auicennam grauiſſimi medici ſcribentes ſe animaduertiſſe huiuſmodi circuitus febrium, inter quos eſt Gentilis ſuper expoſitionem cap. propoſiti, vbi ſcribit ſe vidiſſe quintanam, & ſextanam.

Ioannes Herculanus ſe mulierem quandam illuſtriſſimam à quintana curaſſe prodidit.

Thomas à Veiga lib. 2. de diff. feb. cap. 4. ait ſe vidiſſe tum nonanam, tum ſeptimanam.

Amatus Luſitanus cent. 7. curatione 75. octanam in iuuene curauit.

Franciſcus Valleſius lib. controuerſiarum 5. cap. 15. ſe quoque octanam obſeruaſſe teſtatur.

Petrus Foreſtus lib. 2. de feb. inter. obſer. 4. ſcribit ſe vidiſſe quintanam in muliercula quadam pituitoſi habitus, quæ quartanam vbi paſſa fuiſſet, in quintanam deinde febrem incidit.

Ex quibus cùm iam appareat obſeruationem diligentem factam fuiſſe, & ab alijs etiam, quos ne nimius ſim, taceo, ſatisfactum eſt præcepto à Galeno tradito, nempe oportere medicum in operibus exercitatum rectè animaduertere, atque in praxi obſeruare, num circuitus huiuſmodi dentur, quos vbi re vera aduertat, concludendum eſt dari.

At non modò facta fuit ab vno obſeruatio, ſed à multis, & doctiſſimis quidem medicis, quos quidem Galenus ſi audiuiſſet, ſtatim admiſſa hac diligenti obſeruatione confeſſus fuiſſet cum Hipp. huius rei veritatem, neq; permiſiſſet alijs amplius cum Diocle aduerſus Hippocratem diſputare, cum iam ratio ab experientia ſit victa, neque ipſa tamen aliqua in re rationi repugnet.

Et quamuis Galenus eas non animaduerterit, nõ propterea ſequitur eas dari non poſſe, quia cum (eodem conA ſentiente Galeno) vita ſit breuis, ars longa, non poſſunt omnia vni indiuiduo occurrere, quia fortè ſuis temporibus non eueniunt, quæ poſtea in alio tempore frequenter accidunt.

Vnde Hippocratem, qui diu vixit, multaq; loca, & regiones peragrauit, mirum eſſe non debet vidiſſe quædam, quæ ab alijs medicis poſtea, vel nunquam, vel rarò obſeruata ſunt, vt in B exemplo, Hippocrates ſcribit ſe capita quædam vidiſſe, in quibus deſunt ſuturæ; nam etſi capita ita conſtituta ſint, vt habeant ſuturas tres effingentes literam Ϊ græcè; nihilominus quædam obſeruauit, quibus vna deficit, ſiue anterior, ſiue poſterior; alia verò eſſe quibus tum anterior, tum poſterior aboletur; nemo tamen eſt, quem ego viderim, qui ſcribat ſe vidiſſe talia capita; imo C verò ne Galenuſmet aduertit.

Quapropter dicendum eſt Hippocratem cæteris in animaduertendo diligentiorem fuiſſe, aut quòd ſuo æuo nonnulla contigerint, quę alijs temporibus nunquam euenire, aut ſaltem non eſſe animaduerſa conſueuerant.

Cæterùm febres iſtæ, de quibus eſt ſermo, à quibuſdam, ſed rarò, & per longa tempora fuerunt inſpectæ, quia D non deſunt, vt audiuiſtis. qui dicant ſe eas obſeruaſſe, quæ Galeni temporibus non euenerunt, & ſi euenerunt, non fuit datum Galeno, vt ipſas videre potuiſſet.

Citra igitur Galeni iniuriam cum Auicenna concludimus dari huiuſmodi febres tales circuitus habentes, vt dicebamus.

Sed ſtatim quiſpiam dubitabit, ſi dan E tur huiuſmodi circuitus, fatendum erit etiam, aut dari alium humorem à prædictis, vel ſaltem non eſſe rectè determinatum ab eorum putredinis proprietate, & natura prædictos circuitus, nempè quotidianos, tertianos, & quartanarios?

Nam quod tale eſt ex ſui natura, ſem per

per erit tale; ſi enim ſtatuatur, quod pituita putreſcens ſuapte natura faciat quotidianum circuitum, bilis tertianum, & melancholia quartanum, nullus horum putrefactus poterit quintanam, ſextanam, vel ſeptanam, & ſic de ſingulis, efficere?

Cui reſpondemus non valere conſequentiam, quia ab vno ex prædictis humoribus tales fiunt circuitus, nempe à melancholia, recteque à nobis determinatum eſt ab humoris putreſcentis natura fieri circuitus regulares, tertianarios videlicet, quotidianarios, & quartanarios.

Ad argumentũ, vbi dicitur, quod tale eſt, &c. reſpondeas, vt aliquid tale ſemper faciat ſuum effectum, debet eſſe vndique inſtructum, ſed humor melancholicus, quamuis ſit putrefactus, non tamén eodem ſe habet modo, quemadmodum ſe habebat, quando faciebat quartanum inſultum; ſiquidem eſt longè minoris quantitatis; nam vt ſequatur effectus, vna cum ſubſtantia requiritur debita quantitas, quæ ipſa facit ad naturam rei.

Vnde Galenus lib. 3. de ſimpl. med. facult. 23. rem hanc ab ipſo igne, & à deleterijs medicamentis ſatis dilucidè probabat; quandoquidem deleterium medicamentum, quamuis habeat interficiendi virtutem, niſi aſſumptum ſit in ſufficienti quantitate, nihil operabitur; idque ex ignis ſcintilla minima confirmatur; nam ipſa eamdem cum toto igne habet naturam, cum tamen non habet ſufficientem quantitatem, vrere non poteſt.

Ad hoc igitur, vt humor melancholicus putreſcens circuitum quartanarium faciat, requiritur debita ipſius quantitas, quæ vbi ſufficiens non fuerit, non ſequitur effectus ille motus quartanarij; ſed vel quintanus, aut alius pro maiori, aut minori quantitate.

A Sed rurſus inſtabis, cur magis ex humore melancholico, quàm ex alijs humoribus fiant huiuſmodi circuitus? Ratio eſt, quia humor hic craſſus eſt, difficiliſque, & durus ad mouendum, ac diſcutiendum; alij verò humores cùm in pauca quantitate ſint, à caliditate diſſipantur.

Deinde poſſunt ambo in aliud genus humoris ob longam aduſtionem tranſ-

B mutari, nempe (vt audiuiſtis capite de quartana) in melancholiam; quare ex his, vt ſic, non poſſunt fieri circuitus prædicti; ſed quando mutantur in atram bilẽ, quæ ſemper fiunt à melancholia.

Addatis, quòd humor melancholicus talis eſt ſuapte natura, vt nequeat in alium humorem conuerti: quare concludatis tales circuitus fieri à melancholia putreſcente, quæ minoris ſit

C quantitatis, quàm in quartana, & pro maiori, aut minori ipſius quantitate, modò vna, modò alia ſit ſpecies febrium putridarum.

Sed de hac materia non eſt, vt longiùs diſputemus, cùm rarò eueniant, ita vt proprijs circuitibus inter ſe diſtinctæ ſint, inter quas Hippocrates ſcripſit deterrimam eſſe quintanam 3. in 1. epid. comm. 9. reliquæ verò omnes ſunt lon-

D giſſimæ, quemadmodum ex prædictis authoribus colligere licet.

Ex his habetis cauſam omnium harum eſſe melancholiam putreſcentem quidem, ſed ſecundùm ipſius maiorem, & minorem quantitatem.

Curatio ipſarum per omne medicinę inſtrumentum eadem prorſus eſt, quę capite de curatione quartanæ eſt dictum: & hæc de febribus quintanis, ſex-

E tanis, & quæ ad hoc genus pertinent, poſt quarum tractationem nobis viſum eſt agere de febre hemitritæo, vt quæ febris eſt compoſita, merito ſubnectenda febribus ſimplicibus, de quibus hactenus.

DE

DE FEBRIBVS COMPOSITIS IN GENERE.

CAPVT VIGESIMVM PRIMVM.

IN tractandis febribus compoſitis, quamuis non ſeruamus ordinem Auicennæ, eius tamen ſectabimur doctrinam; nam ille poſt febres hecticas tractat de febribus peſtilentibus, & de affectibus ad eas ſpectantibus, quę quidem non differunt a putridis, niſi per excellentem quendam gradum, ſeu exceſſum putredinis; aut (vt nonnulli aiunt) venenoſitate quadam, qua pollent. Nunc nos decreuimus de febribus compoſitis agere, vt totam habeatis tractationem febrium tum ſimplicium, tum compoſitarum putridarum, vt quæ frequentiſſimè eueniunt; quibus declaratis ſperare licet, forè vt poſſitis curare omnes, & quaſcunq; febres.

Auicennas igitur tractat de febribus compoſitis lib. 4. fen. 1. tract. 4. cap. 12. Galenus lib. 2. de criſibus cap. 7. quo in loco eſt animaduertendum Galenum appellare febres compoſitas eas, quas ſymptomaticas vocamus.

Vnde inquit idem lib. 2. de diff. feb. cap. 8. ex febribus compoſitis quædam ſunt cum aliqua membrorum paſſione; quædam verò ſine membrorum paſſione; priores ſunt febres, quas ſymptomata appellant, quia ſequuntur alicuius membri inflammationem, quas conſiderans Laurentius Ioubertus lib. 2. medicinæ practicæ cap. 16. dicebat eas non eſſe febres compoſitas, vt arbitratus eſt Galenus. Sed ſi quis legerit cap. 7. lib. 2. de criſibus, videbit facilè eum non dixiſſe febres ſymptomaticas eſſe actu compoſitas quia Ioubertus ait eſſe compoſitas quoties ex duabus, aut pluribus inflammationibus fiunt.

Parcat itaq; mihi Ioubertus, non eſt huius loci mentem is aſſecutus, quandoquidem inquit Galenus, dupli-
B citer genus febris compoſitum conſtituitur, aliud quod ſymptomaticum eſt, aliud non ſymptomaticum, & ſubiungit, in vtroque hoc genere contingit adeſſe compoſitionem, vel per complicationem quandam, vel per confuſionem; quare hoc loco vult nobis oſtendere Galenus, quod febres, quæ ad compoſitionem veniunt, ſunt humorales putridæ, quarum aliquæ ſunt acciden-
C tia, quia ſequuntur partium inflammationem, aliquæ verò ſunt morbi propriè dictæ, quæ ad inuicem poſſunt vario modo componi, tam per complicationem, quam per confuſionem, quinimo in fine capitis oſtendit poſſe tam ſymptomaticas componi cum alijs febribus, quàm inter ſe. Febres præterea, quæ dicuntur morbi, poſſunt componi cum febribus ſymptomaticis.

D Quare Galenus noluit dicere febres ſymptomaticas in ſua eſſentia eſſe compoſitas, vt perperam Ioubertus eum dixiſſe cenſet, ſed voluit hoc capite oſtendere nobis poſſe eas componi tam inter ſe, quàm cum alijs febribus eſſentialibus, & quamuis poſſint febres genere differentes, hoc eſt ratione materiæ componi, vt pote hectica cum putrida, nihilominus maior difficultas eſt in com-
E poſitione febrium putridarum inter ſe; nam quædam ſunt, quæ, vt audiuiſtis, conueniunt inter ſe generis ratione, atque materiæ, in qua accenduntur, vt in exemplo febris tertiana continua conuenit ratione materię, & ratione generis, nempe continuitatis, cum tertiana intermittente; differt verò generis

ratione, etſi reſpectu materiæ conueniat.

Cùm igitur ab vnaquaque materia putreſcente, ſanguine excepto, poſſit fieri febris continua, atque intermittens, vt diximus, poſſunt & materiæ ratione, & genere continuitatis ad inuicem componi, vt continua vnius materiæ cum continua alterius materiæ; intermittens vnius materiæ cum intermittente alterius.

Rurſus continua cum intermittente tum ſuæ ipſius materiæ, tum alterius. & cum continua alterius materiæ: exemplum primæ diuiſionis, vt tertiana continua cum quotidiana continua: exemplum ſecūdę diuiſionis, vt febris tertiana, cum quotidiana, aut quartana: exemplum tertiæ diuiſionis, vt continua quotidiana cum intermittente tertiana, vel quartana, aut quotidiana intermittente.

Cæterùm intermittentes eiuſdem materiæ poſſunt componi, vt duæ, tres tertianæ, aut quartanæ, quæ frequenter eueniunt: vnde ſępè videmus duas, tres, & plures etiam tertianas, aut quartanas: quando igitur eiuſdem materiæ febres complicantur, etiamſi continua vna ſit, altera intermittens, nomen retinent à materia, vt tertiana continua cum intermittente, appellatur febris tertiana compoſita.

Sed quando humores inter ſe mixti ſunt, ita vt duarum febrium typum, & ordinem teneant, dicitur tunc febris compoſita ex vna, & altera febre, vt quotidiana, & quartana, & ſic de ſingulis.

Verùm quidem eſt, quod quando febris quotidiana continua cum febre tertiana admiſcetur, fit ſpecies quædam febris compoſitæ, quæ proprio nomine hemitritæus, ſeu ſemitertiana dicitur, de qua agemus, tanquam de vero aliarum compoſitarum exemplari; nam ex ipſius compoſitionis diſtinctione facilè cognoſcemus alias compoſitas.

A Huiuſmodi autem febrium compoſitiones, quemadmodùm docuit Galenus præcitato loco fiunt duobus modis, vnus eſt, qui à Græcis dicitur fieri per ἐπίπλοκην, hoc eſt per complicationem; alter verò per κρᾶσιν, id eſt per confuſionem. ἐπίπλοκη enim eſt, quando horis diuerſis compoſitæ febres inuadunt, ita vt vnaquæque ab altera diſtingui poſſit; per craſim verò componi, eſt
B quando hora eadem compoſitæ febres inuadunt, nec poſſunt ab inuicem diſtingui; ſimul enim tum incipiunt, tum deſinunt, vt ſit confuſio quædam.

Atque huiuſmodi febres, quæ per confuſionem componuntur, illæ ſunt, quæ eādem materiam habent, eiuſdemque ſunt generis, quæ (ſi verum fateri licet) magis ratione, quàm ſenſu digno-
C ſcuntur, vt exempli gratia, quæ in tertiano ſunt genere.

Ad hoc genus etiam quodammodo ſpectant febres illæ, quas ſpurias appellant, in hoc ab illis differentes, quod iſtę ſint compoſitæ, illæ verò minimè; ſed humores inter ſe confuſi ſunt, vt qui prædominetur alteri ad ſe trahat nomen, tum etiam maiorem partem curationis; & tales febres dicuntur ſpuriæ, ſeu nothæ, vt intellexiſtis.

D Et quod dictum eſt de febribus morbis, idem quoque dicendum eſt, vt de febribus ſymptomaticis; nam exempli gratia poſſunt duæ febres componi per complicationem, quarum vna prodeat ab inflammatione iecoris, alia à lienis phlegmone; vel vna ab eryſipelate, alia verò à phlegmone, vel ambæ à phlegmone, aut eryſipelate duarum partium inter ſe diſtinctarum, quæ poſ-
E ſunt vtroque modo componi.

Sed hæc tam diligens inquiſitio, etſi faciat ad quietem intellectus; non tamen variat medendi methodum à nobis iam traditam, quandoquidem eadem remedia requirunt duæ tertianæ, ac faciat vna, idem quotidianæ, & quartanæ; quamobrem ad artis dignitatem opti-

optimum eſt cognoſcere compoſitionem earum febrium exactam.

Sed præcipuè attendendum eſt, an ſint compoſitæ febres ex eadem materiæ, an verò ex diuerſa, & pro diuerſitate ipſius mutanda eſt curatiua methodus, cùm ab indicante hæc ipſa initium accipiat, quemadmodum in curatione de febribus ſimplicibus eſt dictum; nam A in illis diximus humorem eſſe reſpiciendum, ipſumque euacuandum, ac priùs alterandum; is autem erat, vel bilioſus, vel pituitoſus, vel melancholicus, aut mixtus, proque ſimplicitate, & compoſitione ipſius agendum eſt proprijs medicamentis; ſed vt rem habeatis magis dilucidam, ſatius eſt, vt ſequamur tractatum febris hemitritæi.

DE FEBRE HEMITRITAEO.

CAPVT VIGESIMVM SECVNDVM.

FEbris hæc à Græcis appellata fuit ἡμιτριταῖος, à noſtris verò ſemitertiana, quod nomen eiſi C à Græcis vſitatum ſit, Galenus tamen lib. 5. epidem. com. 3. tex. 5. admiratur, qui fieri potuit, vt Græci hanc tam ſæuam, & peſſimam febrem ſemitertianam appellauerint, quòd videtur abſque aliqua ratione factum.

Nam ſi reſpiciamus Hippocratem de illa tractantem, comperiemus ipſum, D nequaquam nomen iſtud comprobaſſe, quia dixit (in febre, quam ſemitertianam vocant) non ſimpliciter pronuntiauit (in ſemitertiana.) Succedit, quod nos appellare conſueuimus ea, quæ non ſunt perfectè, & abſolutè talia, nomine (ſemis) quemadmodum dicimus, ſemideum, ſemimortuum, ſemiuocalem, & huiuſmodi, quæ non habent perfectam deorum, aut viuorum, vel vocalium naturam. E

Febris autem hæc non ſolùm eſt febris integra, ſed eſt febris peſſima, quàm maximè lethalem eſſe dixit idem Hippocrates; quare in ſuo genere deberet appellari perfecta febris, non autem nomine ſemis indicari, quinimo dicebat Galenus hanc ipſam talem eſſe, quæ in ipſius natura tertianam includat.

Quare comparatione facta ad tertia- C nam, tertiana ipſa potius meretur, nomen ſemitertianæ: cum autem natura eius conſtet ex quotidiana, & tertiana febre videtur ea eſſe appellanda; tertiana, & quotidiana ſimul, aut nomen aliquod inueniendum, quod ipſius naturam declarare poſſit.

Sed primi nominum impoſitores non ſemper potuerunt ita nomina rebus adaptare, vt illis ex toto correſponde- D rent, quandoquidem nonnulla ad libitum appellarunt: vnde habetis 1. de interpretatione apud Ariſtotelem nomina eſſe ad placitum; conatur tamen Galenus demonſtrare non omninò præter rationem id nomen fuiſſe impoſitum illi febri, & hoc quatuor rationibus.

Prima ratio eſt, quia ſemitertiana aliquid habet commune cum tertiana, quod eſt inuadere tertio quoque die; E deinde cum febris tertiana ad integritatem veniat, ſemitertiana nunquam, ex quo deficit à natura tertianæ, hinc eſt, quod ſemitertiana eſt appellata, quia vnam ſolummodo partem habet tertianæ.

Secunda, quia caret acceſſione cum rigore eueniente.

Tertia ratio, quia hæc ipſa non finitur excretione.

Quarta, quod diem ſecundum non habeat integrum. Vnde Galenus 2. de diff. feb. 7. ſemitertianam hanc febrem appellatam fuiſſe ſcribit, quia conſtat ex quotidiana continua, & tertiana intermittente dimidiam partem ex dictis febribus retinens.

Sed inquiſitio hæc de nomine tam exacta, non videtur admodum medico neceſſaria; nam dum de vocis ſignificatione tam ſuperſtitioſè inquirit (ille præſertim, qui alios inſtituere ſuſcipit,) tempus ſuum, & diſcipulorum conterit; ſatis enim eſt, vt tantam habeat de nomine cognitionem, quanta requirit tractatio, vt agnoſcat diſcipulus præceptorem de tali, & tali nomine agere; nam ad cognoſcendos ægrotum morbos, atque ad præſagiendum futurum eorum euentum exacta nominum ratio nihil prorſus referre poteſt, vt eodem loco teſtatur Galenus.

Veniamus igitur ad eſſentiam, ex cuius cognitione habebimus ex natura rei deſumpta, quid facto opus ſit, hoc eſt, quid agendum; ex eo enim medicus ægroti, & ſuæ vtilitati quàm maximè conſulit.

Eſt igitur hemitritæus, ſeu ſemitertianæ febris horrifica continua compoſita ex duabus ſimplicibus, nempe ex tertiana, & quotidiana.

Dicimus eſſe febrem, vt demonſtremus non eſſe duas febres diſtinctas, ſed quod ſit ex prædictis febribus compoſita; ſed vt naturam huius febris perfectè agnoſcatis, ſcire eſt opus, quod materia pituitoſa, ex qua fit quotidiana, & bilioſa, ex qua tertiana generatur, poſſunt ad inuicem quatuor modis admiſceri, quemadmodum docet Galenus 2. de diff. feb. cap. 8.

Nam vel quotidiana continua admiſcetur cum tertiana continua, aut intermittens cùm intermittente; vel intermittens tertiana cum quotidiana con-
A tinua; vel è contra.

Vera, & legitima ſemitertiana non ex omnibus prædictis admixtionibus componitur, ſed ex poſtrema, nempe ex quotidiana continua, & tertiana interpolata; primò enim non poteſt fieri ex prima diuiſione, quia febris continua ex ſui ratione, vt aliàs intellexiſtis, nec horrorem, nec frigus habet. Hippocrates tamen Galeno dicente 2. epid.
B 23. has febres horrificas appellauit.

Neque ex ſecundo membro, hoc eſt ex duabus intermittentibus fieri poteſt, quia huiuſmodi febris continua eſt, duæ verò intermittentes continuam febrem efficere nequeunt; ſequitur igitur, ſi febris hæc horrifica eſt, & continua, vt ex intermittente, atque continua fiat, cùm neque vtraque con-
C tinua, neque vtraque intermittens eam generare poſſit.

Sed dicet quis, ſi ex duabus prædictis combinationibus non efficitur ſemitertiana febris, ſaltem fieri poterit ex tertiana continua, atque quotidiana intermittente? quia ex quotidiana horrorem accipiet, ex tertiana continuitatem, & reduplicationes ex mutua pugna pituitoſi, & bilioſi humoris: cum
D igitur habeat conditiones requiſitas ad ſemitertianam, ſequitur eam fieri poſſe ab hac tertia combinatione.

Obiectioni huic Galenus 2. de diff. feb. cap. 8. videtur ſatisfacere, penè concedens eam eſſe ſemitertianam, non tamen veram, vixque audet ipſam appellare ſemitertianam; cum tamen veram, & germanam ſemitertianam eam appellarit, quæ huic prorſus è directo
E opponitur, nempe quæ eſt compoſita ex quotidiana continua, & tertiana interpolata: quare confuſio humoris pituitoſi cum humore bilioſo facit veram, atque legitimam ſemitertianam.

Hæc autem duplex eſt, vna exquiſita; altera verò non exquiſita. Exquiſitus hemitritæus is eſt, in quo æqualis

portio

portio humoris pituitoſi, atque bilioſi, vt Galenus docet præcitato capite, reperitur.

Non exquiſitus hemitritæus rurſus eſt duplex; alter, in quo portio pituitæ ſuperat bilem; alter verò, in quo bilis dominium habet ſupra pituitam, qui & paruus hemitritæus vocatur.

Vera igitur febris ſemitertiana eſt febris continua compoſita ex quotidiana continua, & tertiana intermittente, cuius paroxiſmus eueniens vno die formā habet tertianæ, & quotidianæ; altero verò die habet ſolummodo formam quotidianæ febris; hæc eſt forma huius febris.

Sed notandum eſt, quod paroxiſmi prædicti non ſemper eodem modo procedunt, quandoquidem vel per complexionem, ſeu complicationem inuadunt, vel per confuſionem, vt 2. de diff. feb. cap. 7. ſcripſit Galenus.

Per complicationem quidem duobus modis; nam vel poſt receſſum vnius alter ſuccedit; quemadmodum apud Galenum videre eſt in eo caſu, quem proponit, in quo primò febris tertianæ acceſſio inuadit hora prima diei cum rigore, deinde ſucceſſiuè per augmentum ad ſtatum procedens, vſque ad declinationem properat, in qua iam ſigna ſudoris apparent indicia futuræ, & perfectæ declinationis, attamen ſtatim paroxiſmus quotidianæ ſuccedit.

Et huiuſmodi modus ab Auicenna in præſenti capite dicitur euenire per ſemitam coalternationis, & vicinitatis, quia paroxiſmi vtriuſque febris ſunt ad inuicem vicini.

Secundus modus per complicationem ab Auicenna fieri dicitur ſecundùm ſemitam introitus, & exitus, & eſt quando, antequam vnus paroxiſmus ceſſat, alter inuadit, quemadmodum apud Galenum in propoſito caſu illius adoleſcentis vnuſquiſque videre poteſt: & iſti ſunt duo modi per complicationem appellati.

A Modus autem per craſim, ſeu per confuſionem eſt, quando vno, & eodem tempore paroxiſmi vnius febris ſimul inuadunt, quem modum Auicennas appellat per ſemitam communitatis, & inuentionis. & hic certè modus eſt admodum difficilis ad cognoſcendum.

Et hæc eſt natura huius febris exactè deſcripta, de qua quidem multi multa dicunt, quia non modò diuiditur hemi-
B tritæus in legitimum, & non legitimū, ſed in purum, & non purum, in certiſſimum, & non certiſſimum; in maiorem, minorem, & medium.

Sed quia huiuſmodi conſiderationes neque ad cognitionem, nec minus ad curationem faciunt, ad ea, quæ maioris vtilitatis ſunt, deueniendum eſt, inter quæ vna eſt non negligenda difficultas, quæ verſatur circa naturæ ipſius
C hemitritæi veram cognitionem.

Nam dubitari poteſt, num ſit continua, an verò intermittens, quæ res ad prædictionem in primis eſt vtilis, quia cum ſuperius ex Hippocrate audiuerimus hanc febrem non modò lethalem, ſed maximè lethalem eſſe, habeamuſq; febres intermittentes quocunque modo intermiſerint eſſe ſalubres, iam hic apparebit contradictio non ſpernenda:
D quare videndum eſt, an re vera ſit continua, nec ne?

Sed veſtrum quiſpiam dicet adeo clarum eſſe apud Hippocratem lib. 1. epid. comm. 3. tex. 5. eam dici continuam, vt videatur omnis dubitatio præter rationem facta. Non me latet eo loci ab Hippocrate primo, & à Galeno in commentatio ſcriptum eſſe, eandem febrem inter continuas eſſe connumerandam.

B Sed dubitationem ingerit locus quidam Galeni libello de typis cap. 4. vbi ſcribit, quod ſemitertiana non ſemper eſt continua, verùm & intermittens: vnde ſubiungit ab Hippocrate eam connumeratam fuiſſe non modò inter morbos acutos, ſed etiam inter diuturnos, quāuis poſtea tam in 2. de criſ. cap. 9. quàm

in 2. de febr. ſemper ſcribat eandem eſſe continuam.

Vidit hanc difficultatem Hollerius lib. de febr. cap proprio, quam de medio tollit, dicens non ſemper eſſe continuam, ſed aliquando intermittentem.

Sed non placet huiuſmodi ſolutio, quia nuſquam apparet apud Galenum, vbi loquitur ex profeſſo de hac febre, quod dentur duæ ſpecies ſemitertianæ inter ſe differentes, ita vt vna contineatur in genere continuarum, alia verò inter intermittentes connumeretur, quia ſi in ſui natura includit ex neceſſitate quotidianam continuam, opus eſt etiam, vt ſemper ſit continua, non igitur poteſt eſſe aliquando continua, aliquando verò intermittens, vt Hollerio visum eſt.

Sed fortè dicet quis, ſolutionem huius quæſtionis haberi ex eodem Galeno 4. cap. libelli de typis, vbi facit hanc ſemitertianæ diuiſionem, dicens quod ſemitertiana alia eſt parua, alia media, alia magna.

Parua habet acceſſionem vigintiquatuor horarum, media trigintaſex, magna quadragintaocto horarum; hæc autem ſubiungit, eſt propinqua, item proxima febri continuæ. Quare videtur aſſerere, velle primam, & ſecundam eſſe intermittentem; magnam verò eſſe continuam, quia eſt proxima continuæ.

Sed qui legit attentè, videt Galenum diuiſionem hanc ex mente Agathini attuliſſe, quia ille dicebat, ſemitertianam referri ad tertianas extenſas, ac vbi ſeruat ſuam poſitionem, addebat magnam illam ſemitertianam non eſſe quidem continuam, quamuis ſit propinqua continuæ: vnde Galenus Agathinum, ait, voluiſſe ſemitertianam ita appellatam fuiſſe ob relationem ad tertianam; ideoque nec horis, nec interuallis poſſe caracterem ſemitertianæ deſignari.

Quare ſolutio prædicta non eſt ad mentem Galeni, niſi dicamus totum huius propoſiti diſcurſum eſſe ex Agathini ſententia arbitrantis ſemitertianam non eſſe continuam, ſed intermittentem febrem. An verò ſit dicendum verum eſſe febrem ſemitertianam continuam eſſe, & intermittentem?

A

Galenus 3. epidem. lib. 1. tex. 2. ſcripſit febres intermittentes eſſe in duplici diſcrimine, alias, quæ ad eundem, hoc eſt ad remiſſionem veniunt, & huiuſmodi febres propriè ſunt continuæ, quod nunquam ad integritatem declinent; alias eſſe, quæ & ad perfectam veniunt declinationem, & intermiſſionem, quam apyrexiam vocant: febris ſemitertiana eſt in primo ordine, non autem in ſecundo, quia nunquam intermittit. & hoc modo poterit ſeruari Galeni, & Hippocratis authoritas.

B

Concludimus igitur rectè dici in definitione hanc febrem eſſe continuam, ex qua habemus etiam ipſius cauſas eſſe materiam pituitoſam, & materiam bilioſam, quandoquidem pituitoſa putreſcit in venis, bilioſa verò extra vaſa; inde eſt, quod ratione pituitæ eſt continua, ratione vero bilis poteſt dici intermittens: & hæc de definitione, & cauſis.

C

DE SIGNIS HEMITRITAEI.

D

PRopero ad ſigna: cùm ſupra de bilioſis, ac pituitoſis febribus ageremus, diximus febrem tertianam inuadere cum ingenti, pungitiuo, & maximo rigore, quotidiana verò cũ partium extremarum frigore.

In hac febre dictum eſt admixtam eſſe quotidianam tertianæ febri, hinc etiam paroxiſmus, ſeu acceſſio vnius diei habebit ſigna vtriuſque febris, vel vt dictum fuit, per complexionem, qua vnitur. & ſuccedit alteri, ſiue à longè, quemadmodum apparet ex primo caſu à Galeno propoſito lib. 2. de diff. feb. cap. 7. in quo primò rigor inuaſit, in fine verò paroxiſmi iam quaſi inſtantibus ſudoribus, ſucceſſit frigiditas extre-

E

tremarum partium: aut quando acceſſiones propinquiores ſunt, quemadmodum videre eſt apud eundem Galenum præcitato capite.

Eſt autem, vt ipſemet Galenus docet animaduertendum, quod rigor non eſt tam vehemens, vt in tertiana, neque frigus tam intenſum, vt in quotidiana: vnde medium quoddam conſtituitur inter frigus, & rigorem, quem horrorem Galenus vocat: quare Hippocrates febrem hanc horrificam appellauit, in qua quidem fiunt reduplicationes quędam inter ſe materijs contrarijs pugnantibus, quandoquidem motus acceſſionis biliosæ materiæ retardatur à pituita; è contra verò pituita acceleratur à caliditate ipſius bilis, ita vt modò vnius, modò alterius humoris appareat inſultus, aut victoria.

Vnde quando exiſtimas motum tertianę ad ſtatum peruenire, vniuerſumq; corpus calefieri, ſtatim ſuccedit frigiditas, reuocato à materia pituitoſa putreſcente intus calore. Quare in vno die fiunt plures reduplicationes, quæ ſunt ſignum pathognomonicum huius febris; in alio verò die ſola quotidiana dominatur, hinc eſt, quod ſolummodo percipiunt ęgrotantes extremarum partium frigiditatem, & dies eſt minoris afflictionis.

Cæterùm admonet Auicennas, quod tertius dies eſt ſimilis primo, hoc eſt, quod in illo percipiunt ægrotantes prę dictas reduplicationes: quartus autem eſt ſimilis ſecundo, quod in illo ſolummodo percipiunt partium extremarum frigiditatem: & hæc ſunt ſigna febris ſemitertianæ exquiſitæ à paroxiſmis accepta.

Non exquiſitæ verò, præcipuè in qua bilis dominatur, acceſſiones magis horridæ ſunt, & quaſi rigoris naturam habentes, citius incaleſcunt ad augmentum, & ſtatum peruenientes, atque in declinatione: apparent cum aliquibus ſudoribus, vel aliquid bilis per vomi- A tum, & per ſeceſſum eijcitur.

E contra autem, quando pituitoſa materia dominatur, frigiditas extremarum partium intenſior eſt, & cum leuibus quibuſdam horroribus, tardiuſque acceſſio inualeſcit, aut tardè conſiſtit; nec ſtatim, nec magnum affert incendium, nihilque per vomitum, aut ſudorem, aut ſeceſſum ſecernitur.

Pulſus in exquiſita eſt minor, nec
B tam celer, ac frequens, quemadmodum in tertiana, ſed maior, aut velocior, & frequentior, quàm ſit in quotidiana, ſicut in præſenti capite docet Auicennas.

Vrinæ ſunt eodem authore tardæ digeſtionis, hoc eſt, quia hypoſtaſis in fundo matularum non videtur in principijs, niſi perfectè concocta materia.

De alijs excrementis, vt pote vomi-
C tu, atque egeſtione ſcribit Auicennas, quod ſunt mixta ex bilioſa, & pituitoſa materia, quod clarum adeo eſt, vt nullo egeat verborum apparatu, aut probatione.

DE FVTVRO EVENTV hemitritæi.

D DE prædictione pauca nobis ſunt dicenda, quia iam multoties diximus à magnitudine morbi, & à robore virium deſumi.

Si interitus ſequi debet, cùm febris hæc inter maximè acutos morbos connumeretur, vt ex Hippocrate ſuperius eſt dictum, citò mors expectanda eſt, ſi præcipuè langueat virtus.

Si verò virtus poteſt reſiſtere, via ſanationis longa omninò erit, quia fe-
E bris tertiana poteſt breui ſolui, at quotidiana eſt longæ, & difficillimæ curationis, & maximè continua, vt hæc ipſa ſupponitur.

Vnde Auicennas ſtatuit hemitritæum ad ſex menſes, & vltra extendi, & quod magis eſt, dicebat, eam eſſe de febribus magis interficientibus, quoniam

àm perducit ad hecticam, & morbos chronicos: & hæc de cauſis, ſignis, & prædictione.

DE CVRATIONE HEMItritæi.

IN curatione huius febris omnia inſtrumenta medica requiruntur, quę eò tendant, vt effectum, & cauſam reſpiciant efficientem.

Si rectè meminiſtis, quæ dicta fuerunt in curatione febris tertianæ, nos dixiſſe ſcitis in tertiana curationem magis ad febrem eſſe dirigendam, quàm ad cauſam; è contra in quotidiana ad cauſam magis, quàm ad febrem; vnde in hemitritæi exquiſiti curatione, cum A ſupponatur parem eſſe tertianam cum quotidiana, conſilium curantis non magis ad vnam, quàm ad aliam ſpectare eſt opus, vel viciſſim vtendum eſt vno, aut altero medicamento, aut ſimul, & ſemel ita admiſcenda omnia ſunt, vt vtriuſque vehementiam temperare poſſint.

Hæc autem fieri poſſunt tum per victus rationem, & per pharmaciam, tum B etiam per chirurgiam. De curatione harum febrium tractat Aetius lib. 5. cap. 81. Paulus AEgineta lib. 2. cap. 9. ac etiam recentiores proprijs locis. Et hæc interim vobis inſtruendis ſufficiant pro notione, & curatione febrium ex humoribus pendentium, deinceps ephemeras, hecticaſq; explicare conabimur.

DE

DE FEBRIBVS EPHEMERIS.

CAPVT VIGESIMVMTERTIVM.

SEd iam ad ſebres ephe-
meras enucleandas ac-
cedamus, de quibus in-
quiri debent cognitio
primùm, deinde cura-
tio.

Ad cognitionem pertinent præſen-
tia, præterita, & futura. Per præterita
intelligatis eſſentiam, differentias, cau-
ſas & ſigna: per præterita cauſas qui-
dem externas, ſed quæ iam præteriere
aliqua ſui veſtigia relinquentes: per fu-
tura denique ſignificatur euentus ipſa-
rum, tempus, & modus.

Ad primum ſpectat definitio, quę eſt
duplex, vna quid nominis; alia quid rei.
De nominali definitione clarum eſt a-
pud Authores ſebres has, ephemeras à
Græcis, à Latinis diarias fuiſſe appel-
latas, ſimilitudine quadam deſumpta
ab animalculo quodam, cuius meminit
Ariſtoteles 5. de hiſt. animalium cap.
19. appellauitque illud ἐφήμερον; vel à
planta quadam apud Dioſcoridem ſcri-
pta lib. 4. cap. 87. eiuſdem nominis, col-
chichon etiam dicta.

Similitudo verò in hoc poſita eſt,
quod ſicut ephemeron animal, vltra
vnum diem vita non fruitur; planta ve-
rò eodem die, quo deuoratur, interfi-
cit; ita hæc ipſa febris diem naturalem,
hoc eſt ſpatium vigintiquatuor hora-
rum non egreditur, quod ex ſpirituum,
quibus nititur natura dependet; hi enim
quemadmodum externam impreſſionē
facile recipiunt; ita etiam facilè amit-
tunt, & priſtinam naturam recuperant,
niſi forte id, quod ait Galenus 9. meth.
med cap. 1. 10. meth. cap. 2. accidat, aut
ſcilicet erratum aliquod committatur,
aut cauſa aliqua in corpore reperiatur,
quæ ſpirituum refrigerationem prohi-
beat, quatenus vel continuò exhalatio-
nem calidam, citra tamen putredinem,
C ad cor mittit, vt eſt glandularum inflam
matio.

Vel prohibet ſaltem ſpiritus inflam-
matos exhalare, ſicut eſt cutis ſtipatio
externa, tunc enim, vt dicebat Galenus,
nihil prohibet ad tertium vſque diem
protrahi, vltra verò nequaquam, quod
tamen quidam, referente Auicenna lib.
4. fen. 1. cap. 5. perperam fieri dicebant;
neque enim rationi conſonum eſt calo-
D rem extraneum, qualis eſt febris, poſſe
tot dierum ſpatio corpus obſidere ci-
tra, vel ſolidarum inflammationem,
quod accidit, dum ephemera in hecti-
cam mutatur; vel humorum putredi-
nem, vt vſuuenit, dum in putridam tran-
ſit; vel ſaltem ſanguinis ſolius inflam-
mationem, ſicut contingit, dum in ſyno-
cham ſine putredine mutatur: & hæc de
nomine.

E Quod ad eſſentialem definitionem
ſpectat, tres reperio: febris ephemeræ
definitiones; prima eſt nonnullorum di-
centium eam eſſe calorem præternatu-
ram accenſum in ſpiritibus, quæ ſanè
definitio vera quidem eſt, non tamen
declarat omnem naturam ephemera-
rum, quandoquidem auctore Galeno
lib.

lib. 9. meth. med. cap. 2. alia eſt febris, quæ eiuſdem naturæ eſt cum diaria, quod ſpectat ad durationem, & modum inuadendi, quamuis idem nomen minimè ſortita fuerit.

Iſtud diariæ nomen, hiſce febribus ob vocum penuriam fuit impoſitum, clarioris doctrinæ cauſa, non tamen de natura ipſarum eſt, vt ſpatium vnius diei minimè tranſcendant; nam cùm triplex ſit febrium genus, vt ſupra dictum eſt, nempe diariæ, humoralis putreſcentis, atq; hecticæ, ſi igitur datur aliqua febris, in qua nec humor putreſcat, nec ſolidæ partes affectæ ſint extranea caliditate, nec ſpiritus accenſi; opus ſanè erit, ipſam ſub diariarum definitione comprehendere, aut nouum genus febrium reperire, atqui Galenus maluit ipſam conſtituere ſub diariæ genere, quàm entia ſine neceſſitate augere, vt ex præcitato loco luce clarius apparet. Cum igitur definitio minimè amplectatur omnes diarias, non videtur in Galeni doctrina recipienda.

Secunda definitio deſcribitur à Capiuaccio lib. 6. de febribus, cap. 10. & eſt, quod febris ephemera ſit producta à ſpiritibus vitalibus præter naturam excalfactis: quæ eadem prorſus eſt cum ſupradicta, quia cum calor præter naturam accendatur in ſpiritibus, ſtatim febrem facit ephemeram, non tamen omnem, quia adeſt alia febris ephemera, quæ fit ex tenuiori ſanguinis parte, præter naturam accenſa, quæ etſi dicatur febris diaria cum additamento, tamen eſt diaria, cùm iſtud nomen non ſit eſſentiale febrium ephemerarum: quapropter & huiuſmodi definitio mihi peccare videtur, vt ſupra.

Tertia definitio eſt Vidij ſenioris lib. de febribus cap. 1. quod ephemera ſit calor innatus in corde mutatus ad igneam naturam, adeo vt lædat actiones, in ſe tamen retinens lenitatem. Cum alijs febribus hæc communicat, quod ſit calor accenſus in corde actio- A nes lædens; differt verò per contractam differentiam ex natura ipſius rei, quæ eſt huius caloris actiones lædentis lenitas quędam, qua aliæ carent febres.

Quare ratio formalis huius diarię febris non eſt, quod calor accendatur in ſpiritibus, ſed quod calor ipſius lenis ſit, ad differentiam aliarum, in quibus calor actis eſt, & mordax, quia calor etiam accenditur in tenuiori ſanguinis B parte præter putredinem.

Ideo ob tenuitatem materiæ, in qua accenditur, lenitatem quandam in ſe retinet, maiorem longè, quam vbi eſt accenſus in humoribus, aut ſolidis partibus; materia enim craſſa, & denſa maiorem, & acriorem recipit calorem; ligna enim ſalicis, vbi vruntur, quoniam minus ſunt denſa, minus acrem calorem pręſeferunt, quàm ligna ilicis, aut quer- C cus. Multitudo lignorum accenſa calorem edit multum, craſſitudo, & denſitas acrem.

Eadem quoq; ratio eſt noſtri corporis partium, quæ cum incenduntur, maiorem, vel minorem calorem præſeferunt pro multitudine, & paucitate, acriorem, vel leniorem pro craſſitudine, & tenuitate. Calor igitur, qui in ſpiritibus præter naturam accenditur, D poteſt eſſe multus, non tamen acris, quemadmodum vbi in tenuiori ſanguinis parte accenditur, ſed ſi in humoribus, aut partibus ſolidis incendatur, tunc, & multus, & longè acrior percipitur.

Sed quamuis diaria febris vnius diei, & plurium dierum videantur in genere caloris præter naturalis conuenire, quia in vtraq; calor lenis eſt; differunt tamen ſecundùm magis, & minus, E pro vt materia, in quibus calor accenditur, eſt diuerſa; nam in vera vocata ephemera ſpiritus vitales, qui ſunt omnium in noſtro corpore exiſtentium tenuiſſima corpora, accenduntur, in non vera autem ephemera, quæ ſynochus eſt dicta, ſanguinis tenuior pars accen-

accenditur, quæ tantò acriorem, & maiorem calorem præſefert, quantò ſubſtantia ipſius ſpiritibus vitalibus eſt craſſior.

Vnde dicebat Galenus 9. meth. med. cap. 2. & 3. quod differentia, qua conſtituitur illa diaria, quæ verſatur in calefacto ſanguine, ſpectat ad multitudinem vaporum, quæ cum caloris lenitate iungitur; cæterum longè copioſior ſentitur calor, vt paulò ſupra diximus; quare differentia, quo ad caloris lenitatem, eſt ſecundùm magis, & minus, quod capite de ſignis vberiùs declarabitur.

Sed cùm ex ſanguine accenſo duplex fieri poſſit differentia febris ſynochi appellatæ, pro vt ſanguis incaleſcit, abſq; quod putreſcat, & conſeruetur ſine putredine: ſynochos illa, in qua ſolùm tenuior ſanguinis pars incaleſcit ſine putrefactione, illa eſt, quæ reducitur ad diarias febres, & propriè appellatur ſynochos non putris, alia verò dicitur ſynochos putrida, de qua ſuo loco.

Et hæc eſt prærogatiua ſingularis, quæ inter alios humores habet ſanguis, quod incaleſcere poſſit, abſq; quod putreſcat, reliqui verò nequeunt, niſi putreſcant, febrem generare, ex quibus poteritis concludere febrem diariam eſſe duplicem, aliam veram re, & nomine, aliam verò minimè veram.

Vera eſt illa, quæ ſpatio vnius diei terminatur, non vera, quæ ad tres dies, & eo plus extenditur, quæ ſi conſiderentur ratione caloris, conuenire poſſunt in ſpecie, & ſub vna definitione comprehendi; ſi verò conſiderentur materiæ ratione, in qua calor accenditur, inter ſe ſunt differentes, quia in vna accenduntur ſpiritus, in altera humor.

DE CAVSIS FEBRIS *ephemeræ*,

A Omnia, quæ in corpore noſtro caliditatem inducunt, poſſunt eſſe cauſæ febris ephemeræ, excepta putredine, quæ omnia ad tria capita, vt ſupra audiuiſtis, ab Auicenna reducuntur, ad animum videlicet, corpus, & res exteriores.

B Nos autem facilioris doctrinæ cauſa ad duo reducimus, nempe ad ea, quę corpus noſtrum ſpectant, & ad illa, quæ extrinſecus in illud ruunt, proinde cauſæ illæ, quæ in febres diarias corpus noſtrum impellunt, aut externæ ſunt, quas procatarcticas appellant, aut ad noſtrum ſpectant corpus, quas Græci proigumenas vocant. προηγουμένη αἰτία, Celſus abditam cauſam, & in occulto

C poſitam appellat, diciturq; cauſa, cum ſit intra corpus, non tamen primò, per ſe, ſiue immediatè alicuius cauſa dicitur, ſed alia cauſa intercedente.

Quare dicimus, quod ephemerarum cauſæ aliæ ſunt primitiuæ, & exteriores; aliæ antecedentes: rurſus primitiuarum aliæ ſunt, quæ per ſe agunt, vt calor ſolis, aliæ verò per accidens, quemadmodum eſt frigus exterius, vt

D eſt aeris, balnei, aquæ frigidæ, quod interdum ab eo pori cutis claudantur, intuſq; retineantur exhalationes, inde calore adaucto febris, vel diaria, aut putrida efficitur, pro diuerſitate humoris peccantis, maioris, minoriſq; obſtructionis, vt Galenus eſt author lib. 8. meth. med. cap. 6.

Cæterum cauſarum primitiuarum, ſiue per ſe, ſiue per accidens calefaci-

E ant, aliæ ſunt, quæ exteriùs corpori noſtro occurrunt, vt calor ſiue ab igne, ſiue à ſole proficiſcatur, vel ab alia cauſa; aliæ à rebus, quæ intra corpus noſtrum aſſumuntur, vt ſunt cibi calidi, vel pharmaca.

Eorum verò, quæ ad noſtrum corpus referuntur, aliæ ſpectant ad animum, aliæ

aliæ propriè magis ad corpus, aut ad coniunctum attinent. Rurſus, quæ ad animum referuntur, ſunt ira, furor, triſtitia, cogitatio, gaudium, timor. Dicebat Galenus 1. de diff. febrium cap. 3. iram eſſe veluti feruorem quendam, ac vehementem motum iraſcibilis potentiæ, in cordis corpore ſitæ, cum quo feruore calefit interdum ſubſtantia ſpiritus, nonnunquam & ſanguis.

Quæ caliditas, ſi diſpoſitionem reperiet in corporibus calefaciendis, ita ita vt, & ipſam admittant, atque retineant, licet motus cordis ſedetur, in hiſce remanet, ac ſi ſpiritus illi fuerint, in quibus calor recipitur, efficietur ephemera febris; ſin humores humoralis.

Triſtitia quoq; febrem inducit, non quidem per feruorem, vt ira, ſed per motum, quare quæ poſſunt animæ potentias ita mouere, vt ſpiritus calefaciant, vt dictum fuit, febrem ephemeram inducunt, ſiue eueniat per ſpirituum ab intus ad extra agitationem, ſiue ab extra ad intus, dummodo motus talis ſit, vt præter naturam inducat calorem in ſpiritus.

Ad corpus verò attinent, euacuatio nimia, dolor ingens, syncopes, fames, ſitis (ſed quamuis ab Auicenna ſitis, & fames ſeiunctæ ab euacuatione conſtituantur, nihilominus ea propter ſunt febris ephemeræ cauſa, pro vt euacuationis minimæ rationem habent) obſtructio, ſeu oppilatio, nimia ingeſtorum cruditas, quam nauſeatiuam repletionem appellat, ad quam reducitur fæcum retentio, & chyli corruptio. Addit Auicennas aliam febrem factam ab aſperitate, & ſiccitate cutis, quam reducit ad leuem cutis oppilationem: poſtremo eſt tumor, ſeu apopema.

Ad res exteriores corpus noſtrum alterantes reducuntur tum ea, quæ nobiſcum neceſſariò cõuerſantur, quemadmodum calor eſt, atque frigus. Calor quidem ſolis, aut ignis calefacit aerem, qui calefactus nos calefacit, ex

A quo efficitur febris ephemera, quando ſpiritus accenduntur, aut (vt aiunt) accenſi ſunt.

Vnde Auicennas caput inſtituit de ephemera à caliditate, quæ, vt ſatis ſupra dictum fuit, caliditatem inducit per ſe primò: à frigiditate quoq; tum aeris, tum balnei efficitur febris, quia à frigiditate cutis pori adſtringuntur.

B Quemadmodum vbi quis aquam balnei cuiuſdam adſtringentis ingrediatur, vt contigit iuueni illo, cuius Galenus meminit lib. 8. meth. med. cap. 2. qui vbi ruri, ac balneo aſſuetus eſſet, ingreſſus eſt balneum aluminoſæ aquæ, quod Albulum appellabant, ſeu balnea Albula, ex quo facta fuit cutis ingens adſtrictio, inde exorta eſt ephemera febris.

C Demum fit febris ex vini nimium copioſa potione, deinde ex aſſumptione calidorum ciborum, & ex frequenti eorum vſu: alij addunt inter cauſas exteriores præter prædictas phlebotomiam, coitum nimium, quæ, mea opinione, in genere ad euacuationem reduci facilè poſſunt; & iſta ſunt omnia, ad quæ cauſæ omnes febrium ephemerarum reducuntur.

D Sed videtur difficultas quædam non negligenda; nam Gal. lib. 1. de diff. feb. cap. 7. ſcribit febrem omnem ephemeram prouenire à cauſa procatarctica, quod quidem verum non eſt, ſi per procatarcticam cauſam exteriorem intelligamus, quia idemmet Galenus lib. 8. meth. med. cap. 3 & 2. de criſibus cap. 13 ſcripſit fieri ab animi perturbationibus, vt ab ira, & huiuſmodi.

E Quas etiam ſi velimus ſub procatarctica cauſa comprehendere, quemadmodum, & ipſemet Galenus accipit eas lib. 8. meth. med. cap. 6. & 1. ad Glauc. cap. 2. aderit adhuc inſtantia de inflammatione, ſeu apoſtemate, glandularum, quæ neq; externa eſt, neq; procatarctica, quam ipſemet Galenus, & Auicen. palam fatetur febris diariæ cauſam eſſe.

Quod

Quod ſi hanc cauſam quis pro externa, aut procatarctica, eò quòd euidens ſit, ac ſenſibus noſtris pateat, accipere velir, obijcere poterit nobis adſtrictionem, & obſtructionem, à quibus in doctrina Galeni locis præcitatis febris ephemera ſæpè excitatur. Quæ ſanè cum nos lateant, non poſſunt ad procatarcticas, aut euidentes cauſas reduci.

Huic obiectioni dicimus, quod aliud eſt conſiderare obſtructionem, & adſtrictionem ratione ſui, & aliud eſt in relatione ad ſuas cauſas: ſi primo modo, vtrq; verum eſt non poſſe reduci ad euidentes, aut exteriores cauſas: ſi verò ſecundo modo, tunc dicimus, quoties fiunt à cauſis exterioribus, effici ephemeras, non tamen ſimpliciter, quia vbi corpora ſunt prauis humoribus referta, prohibeaturque aeris perſpiratio, generari poſſunt febres putridæ, vt ſuo loco videbimus.

Si verò calidæ complexionis, & ſiccæ hominem reperiant, febrem ephemeram accendunt, quemadmodum 8. meth. med. à Galeno rectè traditum fuit.

Concludamus igitur febrem ephemeram ortum, vel ſemper, vel vt plurimùm ducere à cauſa procatarctica, hoc eſt vel ab euidenti, aut exteriori. Modus autem, à quo ſpiritus huiuſmodi calefiunt, vt febrem accendant, diuerſus eſt, vt ſupra tetigimus; nam alia per ſe, vt quæ à calore, ac motu prodeunt, calefaciunt; alia per accidens, vt eſt frigus, obſtructio, adſtrictio, inanitio, & id genus, de quibus ſupra ſatis dictum fuit.

DE SIGNIS FEBRIS *ephemeræ.*

EX ſignis, quæ ephemeram febrem demonſtrant, quædam ſunt, quæ ipſam talem eſſe; alia verò quæ ipſam ab hac ſua natura degenerare, & in fe-
A brem alterius generis tranſmutari oſtendunt; alia denique ſunt, quæ cauſas, à quibus proficiſcuntur, demonſtrant: ſigna febrem demonſtrantia octo à Galeno traduntur 1. de diff. feb. cap. 7.

Primum, ac præcipuum ephemeræ indicium, ab ipſaq; inſeparabile eſt, vt fiat ab aliqua cauſa procatarctica, quod ſignum, quamuis inſeparabile ſit, non eſt tamen proprium, quia alijs febribus
B eſt commune.

Secundum non inſeparabile modò, ſed proprium, eſt coctio prima die in vrina. Eſt tamen notandum huiuſmodi ſignum non eſſe in omnibus ephemeris, quia cùm ab excretis deſumptum ſit, directè non oſtendit ephemeram, cùm non ſit humoralis, ſed ſolùm oſtendit non eſſe perturbationem in humoribus, quorum vrina, & contenta in ipſa
C affectione demonſtrant.

Ideo vt plurimùm hoc ſignum videtur verum eſſe; nam in febre à bubone, & vbi aderit humorum craſſorum copia, non ſemper in primo die concoctio apparet.

Sed fortè Gal. ſermo intelligendus eſt de vera febre ephemera, quia quæ à bubone fit, & ab obſtructione, non ſemper vera eſt ephemera, ſed tranſmuta-
D tur in aliam, nempe in humoralem.

Signum autem, quod omnium certiſſimum videtur, accipiendum quidem eſt ab excreto, hoc eſt à ſudore, quia ſemper terminatur acceſſio febris ephemeræ per ſudorem, qui fit ſimilis naturali, tam quantitatis, quàm qualitatis ratione, ita vt ſecundùm Gal. doctrinam 10. meth. med. certiſſimum febris ephemeræ indicium ſit declinatio cum
E ſudore.

Tertium deſumit Galenus ab actione vitali, hoc eſt pulſifica læſa, nempe à pulſatione arteriæ; nam pulſus ad magnitudinem, & celeritatem auctus eſt, ita vt frequentia à proportione deficiat ſecundùm exteriorem quietem, hoc eſt externa quies longior multo eſt, quàm pro

magnitudine aliarum pulſus partium; cum enim pulſus duplicem habeant, motum, conſtrictionis nempe, atq; dilatationis, opus eſt, vt habeant duas quietes ſibi proportionatas, ideo quies illa, quæ ſequitur dilatationem, dicitur exterior, quæ verò ſequitur conſtrictionem, dicitur interior: hic exterior eſt maior, quia quies eundem vſum præſtat, ac faciat ſuus motus, nempe dilatatio.

Quartum ſignum eſt à particulari actione, hoc eſt, à motione particulari ipſius pulſus deſumptum, nempe à ſiſtole, quæ nullo modo ad celeritatem tendit, & ſi contingat, vix percipi à ſenſu poteſt, quod à naturali motu vix, aut nihil mutatus ſit, ratio eſt, quia nulla eſt neceſſitas expellendi, aut mundificandi excrementa fuliginoſa, & potiſſimùm in vera diaria, è contra autem maximè ad velocitatem mutatus eſt pulſus in diaſtole ob ingentem euentandi neceſſitatem, quia in quibuſdam ephemeris, quæ ex adſtrictione cutis fiunt, aliquæ adſunt fuligines.

Quintum ex his ſignis, quod ſpectat ad ea, quæ eſſentialiter inhærent, proprium, & inſeparabile, eſt caloris lenitas, ac ſuauitas ad tactum, quæ tamen caliditas etiam alijs febribus conuenit, nempe peſtilentibus quibuſdam, aut malignis lypirijs. A qualitate mutata dici poteſt hoc ſignum eſſe acceptum.

Sextum, æqualis, atq; incompreſſus in caliditate aſcenſus, ac pulſibus ſimul, ita vt nulla inæqualitas in pulſu percipiatur, quæ eſt ſignum febris putridæ. Dicitur autem calor æqualis, quia non habet manifeſtam inæqualitatem, cum nullus calor fiens æqualis dici poſſit, non tamen proprium eſt, quia alijs febribus conuenit, nempe continentibus, & quibuſdam putridis, ac etiam tertianis exquiſitis, potiſſimùm in augumento, & ſtatu.

Hoc eſt dictu, quod febris diaria hominem inuadit ſine horrore, frigore,

A aut punctione per corpus, aut abſq; pulſus retractione, aut caloris ſubmerſione, aut pigritia, vel ſomno, neq; aliquis eſt motus materiæ ad extra ſupra membra ſenſibilia, quamuis in non vera ephemera debilia admodum hęc quandoque appareant, quæ ſunt febrium putridarũ ſigna, vt ſuo loco audiuiſtis, vnde Auicennas dicebat in ephemera nullum graue ſymptoma reperiri.

B Septimum ſignum ſubiungit Galenus, quod conſiſtente etiam febre adeſt mediocritas, hoc eſt, quia vt in principio febris diariæ nulla adeſt compreſſio, neq; in calore, neq; in pulſu, nullaq; percipitur inęqualitas, ita quoq; & in aſcenſu mediocritas quædam apparet, tam in pulſu, quàm in calore, quæ omnia, etſi ſint alijs febribus communia, poſſunt vocari quodammodo

C propria ipſarum diariarium, non quod ſolis diarijs inſint, ſed quod illis inſint potiſſimùm præ omnibus alijs febribus.

Poſtremum ſignum tandem Galenus affert deſumptum ab excretis, nempe à ſudore, & eſt, quod quando declinat ephemera, ſecum habeat madorem, ac ſudorem, atq; integra febris fiat ceſſatio: vnde, & primo ad Glauconem

D cap. 2. dicebat plurimis earum febrium, humidi quidam vapores, & quibuſdam etiam ſudores optimi apparent, aut omninò quidam plurimus veluti vapor ex intimo corporis exit.

Dubitatur, vnde ſit, quòd ephemera cum ſudore terminetur, cum ſpiritus tantummodo affecti ſint? Alij dicunt congelari in cute ſpiritus, & in aquam conuerti; alij dicunt eos ſecum humo-

E res aliquos, qui exire priùs non poterant, ducere, qui in cute in aquam conuertunt; alij exiſtimant in humoribus fieri perturbationem, ex qua humores aliqui commouentur, ſimulq; cum ſpiritibus exeunt.

Sed omnes decipiuntur, quia ſudores ſunt ex eadem materia, ac eſt vrina,

huius

huius autem in venis eſt ſemper non parua portio, quæ ſimul cum ſpiritibus educta ad cutem ſudorem facit.

Hæc ſunt, quæ à Gal. de ſignis ephemerarum in vniuerſum dicuntur loco præcitato, 1. verò ad Glauconem mea quidem opinione, intimiùs loquens de harum febrium cognitione, quatenus ad curationem referuntur, dicebat, eum, qui curaturus eſſet febres ephemeras, oportere ipſarum cognitionem primùm à maximis petere, deinde verò ab alijs, vt ne minimum aliquod pro viribus omittamus; nam vt magis, vel minus credamus ei indicationi, quę fit ex maximis, neceſſe eſt, vt minimorum fiat adiunctio.

In omnibus autem febricitantibus ſigna maxima in pulſibus, atque vrinis conſiſtunt, hiſce tamen addere oportet, quæcumq; circa faciem apparere ſcripſit Hipp. 1. progn. deinde accubitum, atq; reſpirationem, deniq; excreta, quæ per omnes partes eijciuntur, tam per ſuperna, quàm inferna, quæ ſanè omnia non modò in grauioribus febribus animaduertenda ſunt, ſed etiam in omnibus.

Quę vbi perbellè in hac ſpecie febris animaduerſa fuerint, interrogandus eſt æger circa cauſas prętergreſſas, quarum ſi vna adfuerit cum prædictis ſignis, argumentum certiſſimum habebimus febrem eſſe ephemeram, indeq; certiores reddemur, ſi cum ſudore, aut madore febris ad infebricitationem peruenerit.

Hæc ſunt omnia, circa quæ verſandum nobis eſt, vt in prima acceſſione dignoſcamus febrem ephemeram, quia multum refert à principio ipſam ab alijs febribus diſtinctè agnouiſſe; nam aliam victus requirunt rationem ab illis febribus, in quibus adſunt prædicta ſigna communia in principio, aut in vigore.

Galenus prima die conſueta ſua diligentia in prima viſitatione eas cogno-

A ſcebat: hæc de omnibus ſignis in vniuerſum, veniamus ad particularia, deinde ad ea, quæ oſtendunt febrem ephemeram in aliud febris genus tranſmutari.

Et primò de illis dicamus, quæ ad animi affectiones ſpectant; nam aliæ ſunt, in quibus ſpiritus vitales à corde ad alias corporis partes transferuntur, alię quę è contra ab extimis ad intimas
B cordis cauitates, & potiſſimùm ad ſiniſtram refugiunt: hæ omnes febres ephemeræ in hoc conueniunt, quod cauſæ iam prætergreſſæ ſunt, nec vllam permanentiam in corpore habent, aut ſaltem rarò contingit cauſam permanere.

Primò adeſt febris ex triſtitia, furore, atq; cogitatione, quæ vel adhuc præſentes ſunt, vel iam præteriere. Si
C primò modo huiuſmodi paſſiones abſq; pulſu ſunt petendæ; nam ſi iam ceſſauerint, parum (inquit Galenus) ex pulſibus indicij habere poterimus, quapropter ex alijs earum cognitio eſt inueſtiganda.

Si igitur, vt ſupra nobis à Galenò traditũ fuit, à maximis cognitio eſt petenda, pulſus examinandus erit, qui in omnibus huiuſmodi febribus frequens
D erit ex parte dilatationis, non autem ex parte conſtrictionis; inſpicienda etiam eſt vrina, quam omnibus ſic febrientibus Galenus ſcribit eſſe ruſam.

Quoad reliqua verò, ſi calorem conſpiciemus, paulò acriorem eſſe videbimus in febre facta à triſtitia; at in ira, ac furore è diuerſo calor acutus eſt magis quo ad quantitatem, ita vt percipiatur caloris multitudo.

E At vbi ex cogitatione facta ſit febris, opus eſt à facie, atque oculis eam expiſcari; nam aderit extenuatio quædam faciei, & corporis, ſed tamen longè magis conſpicua apparebit in triſtitia, quàm in illa, quæ fit à cura, aut graui cogitatione: cæterùm in oculis inſueta quædam cauitas, necnon faciei deco-

laratio

loratio percipitur; magis tamen conſpicuum in triſtitia, quàm in cogitatione.

Notat Auicennas in febre, quæ ex cogitatione prouenit, quod facies magis ad citrinum vergit, quàm vbi ex triſtitia: inſuper animaduertit in pulſu differentiam, & eſt, quòd in febre ex triſtitia paulò eleuatior ſit pulſus, & aliquo modo debilis, at in ea, quæ fit ex cogitatione, ſit quaſi ſemper æqualis.

Si ex ira fit, pulſus eſt plenus, craſſus, ac frequens, color faciei, & oculorũ ad rubedinẽ vergit, & eò magis vbi nullus cum ira adfuerit timor, quia tunc cum rubedine pallor quidem aderit.

Vbi febris contingat ex ſuperflua vigilia, diſtinguitur à forma palloris, vt notat Galenus, cum in ipſis febrientibus adſit facies ſubtumens, & oculorum motus manifeſtus, quia palpebras vix attollunt: cæterùm adeſt humiditas quædam in palpebris, è contra autem ijs, qui ex contriſtatione, aut cogitationibus febriunt, palpebræ exiccatæ ſunt: notat Auicennas in pulſu debilitatem quandam reperiri.

Addit idem Auicennas febrem ex gaudio, atque timore, quarum illa eadem habet ſigna, quæ reperiuntur in ira, niſi quod oculi hilaritatem quandam præſeferunt; in timore ſunt eadem, ac in triſtitia: de hiſce febribus Galenus nec 1. ad Glauc. cap. 2. nec 2. de criſibus cap. 13. quidquam loquitur, quamuis progrediatur tradere ea, quæ faciunt ad dignotionem febrium ephemerarum.

Et hæc ſunt ſigna earum febrium, quæ ab animi affectionibus euenire conſueuerunt; ad eas nunc propero, quæ ad corporis affectiones referuntur, de quibus loquitur Galenus præcitatis locis, & primò de illis, quæ ex laſſitudine fiunt, quas dignoſcendas eſſe à toto corporis habitu, nec non ex acceſſionis modo, tandem & à pulſu præcipit.

A Primò quidem tota eorum cutis ſicca eſſe conſueuit magis, quàm in reliquis febribus, hi autem, qui ex laſſitudine febrem patiuntur, vel nimium defatigati ſunt, vel mediocriter: ac vtroq; modo febrem habeant, vſq; ad vigoris tempus cutis eorum ſicca remanet, in fine verò conſiſtentiæ, qui mediocriter defatigati fuerunt, percipiunt ex intimo corpore humidos quoſdam, aut

B calidos vapores exire; ijs verò, qui multùm defatigati fuerint, ſiccitas ſemper perſeuerat, & eo maximè vbi vel refrigerati ſint, vel à ſole nimium calefacti.

Quod ad pulſum attinet, non vtriſq; eodem modo ſe habet; nam in ſummè defatigatis paruus eſt, in alijs magnus.

Si febris ab adſtrictione euenerit,

C tunc locis præcitatis ſigna affert Galenus, quæ à tactu petenda ſunt, quandoquidem percipitur ariditas quædam exterior ad tactum, & magis, quàm in defatigatis; deinde caliditas eodem tactu percipitur, ea ratione inſurgens, vt ad primum manus contactum mitis, & blanda percipiatur, acris deinceps ſi tactus manus perſeueret.

Secundò à corporis habitu, quia ni-

D hil prorſus concidit, nec oculi excauantur, aut facies à ſuo ſtatu naturali mouetur, imò potius tumida videtur, & quaſi adaucta, oculi magis humidi, quàm antea eſſent, videntur: cæterùm pulſus non ſunt parui, vt in triſtitia, & huiuſmodi ſupradictis febribus: vrinæ verò minimè ruſæ.

Febris ex apoſtemate tandem affer-

E tur, quæ ſuis notis deprehenditur, vt ſcribit Galenus, hoc eſt, ex pulſu, calore, atq; vrina, necnon à facie; pulſus enim maximi ſunt, frequentes, ac veloces: poſt febris conſiſtentiam vapor quidam mitis, calidus, omni vacans acrimonia exit, multus calor ineſt, minimè acris, ſed ſuauis, vrinæ ſubalbidæ ſunt, & facies rubicunda, ac tumens.

De

De febre verò ex obſtructione, ſeu oppilatione hiſce in locis Gal. ne verbum quidem facit, at lib.8. meth.med. & 9. eiuſdem cap.4. huius meminis facta, niſi fallor, conſideratione obſtructionis, quæ vel parua, aut magna eſt.

A

Rurſus parua, vel eſt in poris cutis, aut internis canalibus, ſi primo modo, hoc eſt in cute fiat, à ſorde obſtruente ephemera prodit, quemadmodum etiam vbi aliqui humores, internos canales leuiter obſtruunt, quia vbi à multitudine ipſorum obſtructio fiat, alia ſpecies febris efficitur.

B

Huiuſmodi igitur febris notionem, deſumere oportet à pulſu, quia eſt paruus, ac frequens, vrina colorata: ab acceſſionis quoq; modo dignoſci poteſt, quia longioris durationis eſt, vt inquit Auicennas, ſi præſertim declinet ſine euacuatione, cum aliquali tamen humectatione.

C

Aliæ autem, quæ ex cauſis diuerſis fiunt, dignoſcendæ veniunt. Referunt ægrotãtes prętergreſſam fuiſſe, ſiue cibi nimiam ſatietatẽ, vel ebrietatem, aut è contra famem, vel ſitim, vel præfuit intenſus quidam dolor; nam vbi febris hominem inuaſerit, eo quo dictum fuit modo, deinde ceſſet per ſpatium viginti-quatuor horarum, nec amplius ſubſequatur alia acceſſio, iam febrem ephemeram fuiſſe ab vna ex prædictis cauſis eſt ſatendum.

D

Sed quoniam cauſarum aliæ ſunt, quæ adhuc remanent, quæ etſi ab ægrotante referantur, poſſunt etiam quibuſdam indicijs haberi, quemadmodũ eſt dolor, nimia ſatietas, aut ebrietas, fames, ac ſitis, vel a iuuantibus, ac nocentibus & ſi nimia ſatietas fuerit, ſtatim inedia, ſi ebrietas, abſtinentia, & balneum poſt declinationem, ſi famis prodeſſit cibus, & ſic de alijs.

E

Quamuis, & pulſus aliquod indicium faciat; nam in inedia, ſiti, & alijs inanitionibus eſt paruus, atq; debilis, in vini autem nimia potione redditur magnus, vehemens, & creber, verum non eſt alicuius durationis, quemadmodum Gal. lib. de pulſibus ad tyrones, cap.10. docuit.

Nimia ſatietas dignoſcitur ex ructibus acidis, ex vrina, quæ ad cruditatem vergit: accipitur quoq; & magis ex rebus præteritis, præſertim ab ijs, quæ æger interrogatus reſpondet; nam huiuſmodi cauſa eſt præſens, & circa eam examinandus eſt. Quod attinet ad mutatas qualitates faciei, nonnunquam in ea, & faucibus apparet extumeſcentia quædamcum grauitate palpebrarum, vt ſcribit Auicennas.

Febris verò, quæ ex dolore prouenit, adeo manifeſta eſt, vt neminem poſſit latere, quia dolor ex his cauſis eſt, quæ nõ recedunt, ſed dum febrem facit, præſens eſt, vt dolor dentis, auris, vel iuncturarum, aut huiuſmodi: & hæc ſunt ſigna earum febrium, quæ ex corporis affectionibus eueniunt.

Quæ verò à rebus prodeunt exterioribus, & ipſæ non difficili negotio apertæ fiunt; nam vbi quis ad ſolem, aut ignem diu deambulauerit, incidatque in febrem, vt dictum eſt, abſq; rigore, frigore, & alijs ſymptomatibus, poterimus facilè iudicare à calore incidiſſe in febrẽ, ſi potiſſimùm reſpexerimus omnia, quæ ab excretis, à qualitatibus mutatis, ab actionibus læſis, & à bona, vel mala tolerantia ſupra petenda eſſe docuit Galenus.

Idem quoque de vino, & de cæteris, quæ intus aſſumi conſueuerunt, dicendum eſt, quæ ea diligentia examini ſunt ſubijcienda, vt dignoſcamus febrem ephemeram ab illis enatam.

Notat Auicennas c.42. quod quemadmodum febris ephemera, quæ fit ex ſole, vt plurimùm contingit, quia ſpiritus animales accenduntur, ita quoque, & illa, quæ ex balneo calido fit, euenit cordi, ac ſpiritibus vitalibus.

Illa autem quæ ex cibis, ac potibus pro-

producta eſt, fit, ſeu accenditur in ſpiritibus naturalibus, quia primò acceditur caliditas in hepate, quæ deinde cordi communicata ex accenſione ſpirituum fit febris ephemera.

Ex hoc quidem Auicennæ loco ſuſpicari quidam facilè poſſet, cum non detur ſpiritus naturalis, quod huiuſmodi febris ſit ſynochus, accenſa in ſpiritibus naturalibus, hoc eſt in tenuiori ſanguinis parte citra aliquam putredinem.

Sed fortè Auicennas hoc loci voluit dari ſpiritum naturalem, ex cuius accenſione ſtatim cordi impatiatur caliditas accendens ſpiritus vitales, inde fiat febris.

Sed quamuis prædictæ febres à pulſu, & ab vrinis tanquam à maximis ſignis dignoſci poſſint, meliùs tamen, ac perfectiùs cognoſcuntur ex declinatione, quæ cum ſudore, aut madore euenit nullo prauo ſymptomate concomitãte, & quia poſt hanc acceſſionem nulla alia ſequitur.

Cæterùm cum ephemeræ febres ſua ſponte euaneſcant, & dum tales ſunt, nullam curationis rationem quærant ægrotantes, non eſt, vt tam diligentem de illis faciamus inquiſitionem, quia ſæpè antequam dignoſcantur, iam ſponte curatæ ſunt.

Magis itaque, laborandum videtur, vt cognoſcamus, quid de illis futurum, an ſcilicet in aliam febrem degenerent, nempe aut ſynochum, vel putridam aliquam, vel in hecticam; ſcripſit namque Gal. huiuſmodi febres migrare in aliud febris genus, tum 1. de diff. feb. tum 9. meth. med. cap. 1. tam medici, quàm ægrotantis, atq; aſſiſtentium culpa, vt igitur eam perfectè dignoſcamus, an ſcilicet terminatura ſit in ſimplicem febrem ephemeram, an verò in aliud febris genus, ita nobis ex Galeni, & Auicennæ conſilio agendum venit.

A *DE FVTVRO EVENTV febris ephemeræ.*

Omnis euentus ephemeræ, vt talis eſt, ſemper bonus expectandus venit, cùm mitis ſit, nec vlla ſymptomata ſecum adiuncta habeat, termineturq; ſpatio vigintiquatuor horarum, cum ſudore, aut, vt inquit Auicennas, cum humoroſitate, ita vt homo ad

B conſueta reuerti poſſit munera.

Quod ſanè perpetuum eſt, niſi aliquis ſuccedat error, aut alius præter naturam ſequatur affectus: poteſt autem error naſci, ex parte medici, aut ægrotantis, vel aſſiſtentium, vbi corpus importunè refrigeretur, aut inedia nimia crucietur.

Nam ſi quis refrigerantia applicet, priuſquam calidi vapores expirauerint,

C fieri poterit, vt retenti non modò calefaciant ſanguinem, verum etiam, & putridum reddant, quo nomine ſynochus non putris fit, quam ephemeram ſupra ex Gal. appellauimus, vel putridarum quædam ſpecies, de quibus ſuo loco.

Inedia autem vbi corpus calidum, atq; ſiccum, & bilioſum fuerit, æſtiuo tempore ſub ſimili temporis conſtitutione efficit, vt diaria conuertatur in

D hecticam, vt Galenus 8. meth. med. cap. 2. & hoc faciliùs euenit, ſi febris facta ſit ab æſtu, labore, vel ab animi moleſtia, nec non à nimia vigilia.

Quid autem prædicendum ſit, quando diaria in aliquam ex prædictis febribus mutata fuerit, intelligetis ſuo loco.

Febris diaria ſecura eſt, dummodo nõ tranſmutetur in aliam morbi naturam, quæ cum conuerti poſſit, videndum

E eſt in quoſnam morbos tranſmutari poterit, quę nam huius tranſmutationis ſit cauſa, & qua ratione cognoſci valeat futura tranſmutatio.

Quod igitur attinet ad euentum huius febris, cum ipſa terminari debeat ſpatio diei vnius naturalis, neq; homo perfectè liberetur, ſed producatur decli-

clinatio, tunc cauſæ ſunt rectè examinandæ.

Nam ſi fiat à cauſa præſenti, & adhuc præſeuerat, vt obſtructio, vel adſtrictio, vel inflammatio, facillimo negotio prædicere poterimus poſſe ipſam tranſmutari in febrem putridam, ad quam quidem cum fuerit tranſmutata, non amplius ſpectat ad ephemeram, ſed, vel ad putridam, aut hecticam, de quibus agemus, dum ſermo ad eas peruenerit.

Auicennas addit, quod quando ad ſynocham non putrem tranſmutatur, à facie mutata ad inflammationem cognoſcetur, & maiorem caliditatem totum corpus concipit, quando verò ad febres putridas, tunc apparet horripilatio, diuerſitas in pulſu, adeſt vehementia ſymptomatum, atque caliditas mordicatiua, vt plurimum verò in vrinis non videtur digeſtio, quamuis in aliquibus remaneat.

Et hæc ſunt, quæ de ſignis diagnoſticis: atq; prognoſticis febris diariæ vobis addiſcenda, atque memoriæ mandanda veniunt: propero ad curationem.

DE CVRATIONE FEBRIS *ephemeræ*.

QVamuis medici non conuocentur ab infirmis patientibus febres diarias, quia antequam deliberent eos accerſiri, febris per ſe euaneſcit; nihilominus non erit inutile docere curandi modum, quo antiqui vtebantur, qui etſi ſcripſerint morbos omnes triplici medicinæ inſtrumento è corpore profligari, in hac tamen febre curanda ab inſtituto hoc quam maximè recedunt.

Si quidem cùm ipſa nihil aliud offendat, quàm ſpiritus, nullaq; adſit cacochymiæ, aut plethoræ ſuſpitio, ſanguinis miſſionem, & pharmaciam omninò negligunt, eam ſcilicet, quę reſpicit humores alterandos, aut extra educendos è corpore, ac ſatis illis fuit ſola diæta,

A ac localibus quibuſdam præſidijs vti ad huiuſmodi febrem è corpore propellendam.

Primùm itaque docebimus vniuerſim, quam victus rationem præſcribebant; deinde & quibus localibus vtebantur. In primis tota huius febris curatio poſita eſt in ſola alteratione, atq; in mutatione caloris, ſeu in extinctione febrilis caliditatis, quæ tamen non de-

B bet extingui, niſi facta hac conſideratione, quòd febris ephemera, vel cauſam permanentem habet, vel prætergreſſam.

Si primo modo, videndum eſt, quænam adſit cauſa, an inflammatio, aut obſtructio, vel adſtrictio, aut nauſeatiua repletio, ſiue à vino, ſiue à cibi copia, & cruditate fuerit, an verò iam cauſa deſierit, reliqueritq; caliditatem, aut

C ſiccitatem ſimul cum illa; nam primo modo incipere opus eſt ab ablatione cauſæ, nempe à tumore, obſtructione, & alijs, de quibus quidem auferendis tractabimus paulò inferius particulariter.

Cibus igitur omnibus ephemeris competens debet eſſet euchymus, & facilis coctionis, & diſtributionis, quia etſi, vt inquit Auicennas, febris ephe-

D mera ſit leuis, nihilominus ægrotans non poteſt fieri, quin habeat aliquo modo digeſtionem læſam.

Cæterùm mutatur ſæpè cibus, vnde contingit ipſum medicamentoſam qualitatem adiunctam habere, quæ pro diuerſitate indicantium conſueuit mutari, vt pulchrè Galenus 8. meth. med. cap. 9. declarauit, quandoquidem indicationem non modò à febre in cibandis

E febrientibus febre ephemera, verùm ab intemperie corporis, à victus ratione, aut conſuetudine comparata deſumere debemus; ac illa indicatio, quæ à febre deſumpta eſt, indicat victus rationem humidam, frigidamque eſſe debere.

At cum id, quod eſt ſecundùm natu-

Fff ram,

ram, necnon quod longa conſuetudine acquiſitum eſt, debeat conſeruari, non omnibus poterit eadem victus ratio inſtitui; vnde dicebat Hipp. oportere omnes febrientes, & eos qui tali victu aſſueti ſunt, necnon pueros humido victu nutriri, itaque & ætati, & conſuetudini aliquid condonandum eſt, ratione quarum ſæpè variamus regimen victus.

Quapropter iubet Galenus loco præcitato inſpiciendum eſſe, quando omnes indicationes ſecum conſentiant, & quando inter ſe diſſentiant; nam omnibus conſentientibus vnam prorſus victus ſpeciem conſtituemus; at vbi ipſæ inter ſe diſſideant, quæ valentiores, ac plures ſunt, ea ratione præferemus, vt victus ſpecies, quam hæ præſcribunt, cæteris omnibus præferatur, ea tamen lege, vt contrariorum ratio minimè offendatur.

Sed opus eſt medicum in indicationibus diſtinguendis maximè exercitatum eſſe, ac natura prudentem, quo vniuſcuiuſq; indicationis poteſtate diligenter conſiderata, omnibuſq; inter ſe collatis, vnam victus idonei ſummam quæ laboranti ſit commoda, comparet.

Quam rem, vt pulchrè intelligatis, non grauabor exemplo Galenico illuſtrare. Sint duo in eadem nati regione temperata, qui in alienis locis febre capiantur, quorum vnus in frigida, & humida ſit regione, alter in calida, & ſicca, ſint etiam inter ſe diuerſo tum temperamento, tum conſuetudine, tum ætate, & ſi ita lubet, ſint adhuc ſub diuerſo anni tempore, ac cæli ſtatu, ægrotentq; ea conditione, vt qui eſt natura calidus, & ſiccus, eaq; ſimili victus ratione fuerit aſſuetus, ac iuuenis, hyeme ægrotet, & in frigida, humidaq; cœli regione, ſimilique ſtatu cœli.

Alter humidus, & frigidus, ſimili victus ratione conſuetus, tumq; ætate ſit

A puer, ſed in æſtate, in calida, ſiccaque regione, ac cœli cõſtitutione tali ęgrotet: non eadem ſimpliciter victus ratio vtrique competit ægroto.

Nam quamuis febris ratione conueniant, quę victum humidum, & frigidum requirit, in alijs nullam conuenientiam habent, quibus rectè, & vt artis medicæ eſt, nutriantur.

In primis ſcire eſt opus, quod illa B indicatio, quæ ſumitur à conſuetudine, ſemper eſt ſimilium, quo ad ſcilicet homines ægrotant.

Secundò indicationes deſumptæ à regione, anni tempore, & ſtatu cœli, quæ temperata, ac ſecundùm naturam ſunt, ſemper ſimilium præſidiorum, ſiue homines non ægrotent, ſiue ægrotent, eſſe debent.

At indicationes ab anni tempore, C ſtatu cœli, regione, quæ intemperata ſint, contrariorum omninò ſunt.

Indicationes autẽ ab ætate, & natura deſumptæ, non ſimpliciter accipiuntur, ſed limitata conſuetudine.

Cæterùm in indicationibus contrarijs accommodandis nihil eſt, quod tam diligenter expendere conueniat, quàm magnitudinem ipſam, quæ Galeno authore 8 meth. med. cap. 9. 3. de ſanita- D te tuenda cap. 9. duplex eſt; vna, quæ ex indicantium dignitatibus, hoc eſt robore virium, ſeu morbi vehementia, eſt accepta; altera verò, quæ ab indicantium propria eſſentia accipitur. Et hæc ſecunda magnitudo ex natura quidem indicantium deſumitur, quoties conferuntur cum aliquo mediocri, aut ſecundùm naturam ſeſe habente.

Stantibus igitur his videamus, qua E diuerſitate in prædictis ægrotis inſtituendus ſit victus, cum febris indicet refrigerandum, ac humectandum eſſe, at ipſius indicantis ratione conueniunt, & longè in reliquis diffetunt; nam in illo, qui in regione eſt frigida, temperamento calido, natura, & conſuetudine tali, victus non debet eſſe tam frigidus, & hu-

humidus, quia ſi ea, quæ ſecundùm naturam ſunt, veniunt conſeruanda, opus eſt, vt natura, & temperamentum conſeruetur, quare huiuſmodi contraindicant ipſi febri.

At hyems, frigida cœli conſtitutio, & regio ſimilis, in qua ſupponitur ægrotare, ſi ſecundùm naturam ſint, neceſſe eſt, vt victus ratio hiſce proportionata ſit, nempe frigida, & humida, aut ſaltem frigida. ſi verò ſe habeant præter naturam, contraria illis victus ratio eſt adhibenda, videte igitur quomodo indicationum ratio ſit habenda.

At ſi è contra, indicantia ſibi inuicem repugnent, tunc oportet magnitudinem, hoc eſt dignitatem reſpicere, quæ in hoc caſu eſt febris, quare dignitatis cauſa ad ſe trahit omnem victus rationem, quæ illi ſit contraria.

Sed vbi omnia indicantia ſimul conſpirent, facilis eſt inſtitutio rationis victus, quia & febris, & natura, & conſuetudo, & ætas, & regio, & reliqua indicant humectandum, ac refrigerandum eſſe, quod quidem magis faciendum eſt, vbi vtraq; magnitudo prędicta concurrit.

At vbi contraria inter ſe ſint indicantia, dignitas illa eſt, quæ contrarias indicationes obumbrat, atq; vincit, quæ vel parua vel magna eſt, ſi primo modo cum alijs indicantibus eſt comparanda, quæ vbi non vincit, media victus ratio eſt eligenda inter refrigerantia, humectantia, calefacientia, atq; exiccantia.

Sin altera indicatio ſuperet, tantum recedere à temperamento, & medio victu oportet, quantum ea, quæ pollent, ſua contraria ſuperant.

Ex his igitur notum ſit victus rationem non modò cauſarũ, à quibus febris ephemera ſit, ratione eſſe variandam, ſed propter indicantia, quæ ſæpè cum hominis natura complicantur, de quibus indicationibus ſermonem habuimus, vbi de putridis febribus loquuti ſu-

A mus. hæc ſint in vniuerſum de victus ratione dicta, quæ vtilia eſſe vobis poterunt in omni victus regimine inſtituendo.

Sed quoniam dictum eſt præcipuam curationem huius febris eſſe victus ordinationem, necnon, & localia, quæ ratione cauſarum febris ephemeræ interſe variantur, ideo melius eſt, vt videamus, quomodo vnaquæq; febris pro-

B poſita hoc inſtrumento ſit ex antiquorum mente tractanda.

Cùm igitur victus regimen ſit præcipuum, & quaſi ſolum medicinæ inſtrumentum, quo diariæ febres curantur, illudq; contingat variari temperamentorum ratione, vt paulò ante audiuiſtis, Galenus videtur omnes haſce febres reducere ad duas temperies in vniuerſum, nempe ad calidas, & ſiccas, & ad

C calidas, & humidas,

Priores facillimo negotio incurrunt in has febres cuiuſcunq; modi, hoc eſt ab omni cauſa prodeuntes; minus verò patiuntur naturæ calidæ, & humidæ, ideo etiam victus rationem ad duo capita redigere videtur; nam in prioribus reprehendit medicos illos, qui ad tertium vſq; diem inedia cruciabant ægrotantes, qui non modò ab inedia, dum

D febriunt, periclitantur, verùm quando ſanitate proba fruuntur: qui verò ſunt calidæ, & humidæ naturæ, faciliùs inediam tolerare poſſunt: hæc a Galeno lib. 8. meth. med. pluribus cap. à 2. vſq; ad 7. habentur.

At ſicuti conueniunt febricitantes febre ephemera ſicca, atque calida intemperie præditi, quod per inediam maximè lædantur, ita eadem ſunt ratio-

E ne cibandi; nam bonitas ſucci cibis ineſſe debet, & quod non exiguum boni in ſe habeant, ſed totum ſit vtile, aut maiori ex parte.

Olera enim quædam ſunt, quæ modicum ſucci boni continent, reliquum verò in excrementum vertitur, vt ſunt maluæ, braſſicę, betę, ac lactucę, quæ

dicuntur boni ſucci, quod exiguam copiam generent alimenti.

Quæ verò bonum ſuccū habent, eorū ſubſtantia conuertitur in bonum alimentum, paucíq; excrementi ſunt; nam in illis plurimum adeſt, quod nutrit, minimum, quod ſit inutile; priora non conueniunt.

Ideo febricitantes huiuſmodi ſunt nutriendi ex ptiſanæ ſucco, ad vnguem coĉto, quod & refrigerare, ac humeĉtare non modò valet, ſed ſitim extinguere, nec halituoſum, vel ſiccum, aut humidum retinet excrementum.

Hæc igitur alimenti ſpecies tam integra, quàm ipſius ſuccus ephemera febre laborantibus maximè competit: ſuccus quoq; alicæ, ſeu alioa, panis tritus cum iuſculo pullorum, oua recentia, carnes veruecis, vitulinæ, piſces quoq; ſaxatiles molli carne præditi.

Mulſa etiam competit, de qua videamus, quid eius nomine ſit intelligendum, & quomodo fiat. Mulſa eſt potionis quædam ſpecies ex aqua, & melle faĉta, quæ alio nomine à Græcis hydromel, & à Latinis aqua mellis vocata eſt.

Duobus modis præparatur, vt apud Meſuem videre eſt lib. 1. traĉt. de ſyrupis, vno modo cum aqua, & melle ſimpliciter; alio modo addentes res aromaticas, vt caryophylli, cinnamomum, macis, & huiuſmodi: modus eſt, vt pro ſingula parte mellis optimi accipiantur aquæ partes oĉto, bulliat, ac continuò deſpumetur, deinde cum panno lineo pulchrè coletur.

Non vnicam habet facultatem, quouis modo paretur; nam diſcutiendi, abſtergendi vim habet, atque calefaciendi, nihilominus non deſunt, qui eam concedant febribus ephemeris, quod probè nutriat, deinde expulſionibus tam halituoſis, quàm humidis, ac ſiccis fauet, halituoſas excretiones Gal. intelligit eas, quæ per cutim fiunt, humidas per vrinam, ſiccas verò per ſeceſſum.

A Cum igitur hiſce excretionibus opituletur, atque nutriat, ſunt, qui vt dixi, eam concedunt febrientibus febre ephemera, cum tamen Gal. lib. 8. meth. med. cap. 2. comparans ipſam cum ptiſana ſcribat eam valere quidem pro nutritione, non tamen eſſe tantæ perfeĉtionis, quemadmodum ptiſana, quia ſitim non extinguit, ac deinde in

B bilem facilè conuertitur, præſertim in illis, qui bilioſæ ſunt naturæ.

Quare dicendum eſt ipſam in hac febre minimè eſſe concedendam, quamuis ex coĉtione varias acquirat facultates; nam ex leui coĉtione virtutem acquirit flatus mouendi in ventriculo, aluum excitat, & minus nutrit; è contra quæ maiori coquitur tempore, magis flatus diſcutit, minus ventrem

C mouet.

In febre igitur hac ſi concedatur mulſa, ea exhiberi poterit, quæ minus coĉta ſit, quod ſitim extinguere valeat: ſi vultis me verum fateri, huiuſmodi medicamentum, aut alimentum in hac febre locum habere minimè videtur, quia ſi poſt perfeĉtam declinationem nutrimus ægrotantem, atque cognoſcamus febrem amplius non eſſe reuerſuram,

D melius eſt vberiùs nutrire, ac alimentis ſupradiĉtis vti, adeo vt minimum ipſorum in excrementum vertatur, medicamentoſamq; facultatem habeant.

Sed aduerſus hanc determinationem de cibis, & qualitate ipſorum eſt inſtantia non ſpernenda, primò quidem, quia Galenus lib. 8. meth. med. cap. 2. ſcribit expediens eſſe nutrire tales homines cibis medicamentoſam qualitatem

E habentibus, & quod magis eſt, videtur contraria afferere; nam dixerat eligendos eſſe cibos, qui ſint plurimi alimenti, hoc eſt, quod vtilis plurimum contineant.

At vbi determinat de ſubſtantia ipſorum alimentorum, inquit non oportere eos eſſe plurimi alimenti; quia co-

coctiones omnes ſunt debiles, potiſſimùm tertia, vnde maius eſſet detrimentum ex huiuſmodi cibis, quàm iuuamentum.

Ad primam dicendum eſt Galenum renuere medicamentoſas qualitates ſenſu perceptibiles, quales ſunt in oleribus prædictis, concedit verò cibos habentes qualitates medicamentoſas quidem, ſed exiguas, & vix perceptibiles, quales illæ ſunt, quæ in ptiſana, in ouis, carnibus pullorum, & huiuſmodi habentur.

Ad ſecundam dubitationem, dicendum eſt concedere Gal. cibos optimè nutrientes, ſed ab immoderata eorum quantitate eſſe abſtinendum, quia à partibus debilitatis nō poſſet fieri perfecta coctio, quare huiuſmodi alimentū, quando exuberat, non caret vitio ob prædictam rationem.

Hæc igitur alimenta competunt febribus ab ira, triſtitia, vigilia, curis, & alijs, quæ ab animi affectionibus fiunt. In ijs ſomnus conciliandus venit, & à motu ægri arcendi ſunt, quare quieſcere illis eſt opus: at cogimur quandoq; eos in principio acceſſionis cibare, vt ſuo audiuiſtis loco, ne in putridam febrem incidant.

At in cura regulari cauendum eſt, ne cibi afferantur in principio, augmento, aut ſtatu, ſed in declinatione. & quoniam illi, qui ſunt calidæ, & ſiccæ complexionis, inediam ferre nequeunt, hinc eſt, quod ſępè cogimur in principio declinationis cibum offerre, eſſet tamen melius poſt perfectum declinationem: in cura autē coacta in principio & quocumq; alio tempore cogimur cibare tales febrientes.

Pro potu Galenus omnibus vinum concedit, album, ſubſtantia tenue, quod non modo coctioni opem ferat, ſed ſudores promoueat, at vberius ijs, qui ob curas, vigilias, ac mœrores in febrem inciderunt.

Vinum offerendum cenſet, vt repa-

A rentur plurimi ſpiritus, quorum iam magna copia fuit exhauſta. Arcendos tamen eos eſſe iubet à potu vini, quibus caput dolet, quemadmodum etiam illi, qui adhuc ſunt in furore, atq; excandeſcentia, ſi quidem non niſi tranſacta vehementi illa animi affectione vinum concedendum eſt.

Qui verò ex affectione corporis, vt potè ex laſſitudine, obſtructione, vel

B adſtrictione pororum cutis, ac canalium in febrem eciderunt, vel etiam ex bubone, eadem ratione ſunt curandi, hoc eſt per contraria.

Verùm quoniam omnes iſtæ febres ſunt cæteris magis periculoſæ, ne in febrem putridam, aut hecticam degenerent, ideo in illis tradendis paulò immorandum eſt, & primò quidem venio ad febrem ex labore, ſeu laſſitudine

C factam.

DE FEBRE EPHEMERA ex laſſitudine.

Laſſitudo eſt cauſa immediata febris, quæ à nimio prouenit labore, calefactis videlicet muſculis, atque articulis, caliditateq; cordi communicata; eaque duplex eſt, vna, quæ laſſitu-

D do ſpontanea dicitur, à qua materia affuſa in muſculis, & partibus neruoſis, varij fiunt morbi; altera verò fit à labore: ſermo nunc eſt de laſſitudine hac poſteriori, non autem de priori.

Quod verò ſpectat ad ipſius eſſentiam, eſt febris ephemera à cæteris omnibus differens ſolius cauſæ ratione. Modus, à quo fit, iam dictus eſt, quando videlicet labor inmoderatus fuerit, ita

E vt calefaciat articulos, ac muſculos, quorum calefactio cordi ita communicatur, vt fiat febris.

Signa deſumuntur ab ęgrotante, qui fatetur ſe fuiſſe venatum, vel aliquod aliud violentum feciſſe exercitium: ſecundò id per nos ipſos coniectura quadam conſequimur rationali; vt quando audi-

audimus in articulis percipere inſuetam caliditatem, aut dolorem, videmuſque ſubitam totius corporis factam ſiccitatem, quæ ex nimio motu reſolutis ſpiritibus exoritur.

Auicennas addit tuſſim ſiccam, quæ efficitur propter conſenſum pulmonum cum partibus ex nimio labore exiccatis, nempe ratione diaphragmatis.

Poteſt quoq; & medicus his ſignis addere pulſum, qui paruus ſit, & ad duB ritiem aliquo modo declinans; nam quemadmodum pulſus moderati laboris, atq; exercitij validus eſt, ac mollis; è contra verò in nimio labore ſe habet, nempe paruus, languidus, & ac durus eſt.

Tandem vrina nobis aliquid demonſtrat, quæ eodem Auicenna flaua eſt, ſeu citrina, & tenuis, tum quia ex motu C accenditur, tum quia ex craſſarum humiditatum reſolutione talis redditur: his ſignis febris ex labore deprehendi poterit.

DE CVRATIONE FEBRIS *ephemeræ ex laſſitudine.*

Ratio curationis eſt poſita in cibis, qui (vt ſupra dictum eſt) eſſe debēt facilis coctionis, optimi ſucD ci, nonnihil humectandi, ac refrigerandi facultatem habentes, in quibus Auicennas proponit oua recentia ſorbilia, galliculorum teſtes; at opus eſt animaduertere, ne ex illis ſint, qui veneri indulſerint, ita vt Auicennas velit alimenta eſſe plurimi alimenti. Quod tamen videtur aduerſari ijs; quæ à Galeno habentur 3. de val. tuenda, vbi inſtituens victum laſſitudine affectis, ſcribit minuE endum eſſe cibum, quare in laſſitudine non eſt, vt cibis tam perfectè nutientibus vtamur.

An dicendum ſit Galenum reſpicere ſpontaneam laſſitudinem, & Auicennam eam conſiderare, quę fit ex labore? de qua idem Galenus loquens, & de

A febre ab ipſa proueniente inquit 8. methodi med. cap. 3. opus eſſe alimentis benè nutrientibus, & pauci excrementi vti.

Sed aliquam facit difficultatem, quod Auicennas eſt eiuſdem opinionis cum Galeno in hoc, quod vult alimentum eſſe optimi ſucci, & pauciſſimi excrementi, nihilominus concedit fructus humidos, qui pauci ſunt alimenti, & B multarum ſuperfluitatum.

An dicendū ſit cibos reſpicere pro reſtauratione humidi ex motu cōſumpti, atq; ex præſente febrili caliditate? fructus verò concedi ad ſiccitatem exteriorem partium irrorandam, atq; calorem temperandum, vnde Iſaac in aureo illo de febribus tractatu concedit poma, & mala granata?

De potu dictum ſupra fuit in omniC bus ephemeris vinum concedi debere ob rationes prædictas. Auicennas in præſenti caſu vinum quidem, ſed multa aqua lymphatum exhibet non omnibus, ſed ijs qui vino aſſueti ſunt; non aſſuetis verò vult accipiendum eſſe aliquod iulapium.

Sed dicet quis, Aliabbas in hoc caſu vinum concedit, verùm qui attente legit, videbit idem docere, quod AuiD cennas; nam lib. 3. ſuæ practicæ cap. 4. conſiderat ęgrotantiū temperaturas, reſpectu quarum vinum alterat; quapropter vbi febriens fuerit frigidæ, & humidæ complexionis, vinum concedit, ſi illi iam aſſuetus fuerit; ſi è contra fuerit calidæ complexionis, vinum multa aqua lymphatur, quare non poſſum ſatis mirari Gentilem, qui contradictionem hanc notat, quæ nullus eſt conſideraE tionis.

Quod ad medicamenta localia ſpectat, indicatio eſt, vt humectetur illud, quod iam in articulis, & toto corporis habitu exteriori exiccatum eſt, necnon, & id, quod eſt induratum, emolliatur, proinde proponit Auicennas oleū violatum, tamquam huic indicationi ſatiſfaci-

faciendæ omnium præſtantiſſimum, incum quo non modò totum corpus inungendum, verùm & caput, collum, dorſum larga profuſione irrorandum. Aliabbas probat etiam oleum nenupharinum, Galenus verò laudat oleum oliuarum ſimplex.

Trallianus lib. 12. cap. 1. vt ſui moris eſt, Gal. reprehendit, quòd oleum ſolummodo proponat; nam illi aquam admiſcere debebat ad maiorem humectationem, vnde eſt, quod Ariſtot. 5. probl. 6. ſcribit oleum aquæ admixtum magis laſſitudinem, quàm oleum ſimplex tollere: ſolutio eſt, quia Galenus ante vnctionem propoſuit balneum.

Sed vnum notandum, quod oportet primò ægrotantem balneum aquæ dulcis ingredi, quod ſanè antiquorum erat præſtantiſſimum, & maximè vſitatum remedium: de balneo autem paulò fuſius loquemur in fine curationis harum febrium ephemerarum; & hæc eſt cura, quæ debetur febri ex laſſitudine.

DE FEBRE EPHEMERA ex prohib ta tranſpiratione.

DE hac febre peculiariter loquitur Galenus lib. 8. meth. med. cap. 2. & cap. 4. quæ non modò eget victus ratione, & localibus, vt de medio tollatur, verùm etiam videtur indigere chirurgia, nempe ſanguinis miſſione, & pharmacia.

Primò igitur de hac febre ſcire oporret, quod ſtipatio, ſeu anguſtia eſt, quando excretiones illæ, quas ſupra ex Galeno halituoſas appellauimus, minimè expurgari queunt: quod contingit duobus modis, vel quia venæ occluſæ ſunt, aut pori cutis; ſi primo modo, euenit vel ratione canalium venarum, vel orificiorum ſi canalium occaſione contin-[illegible] appellatur obſtructio, ſi reſpectu [illegible] .um dicitur conniuentia, ſi verò cutis culpa, appellatur denſitas.

A Qui canales ſunt in duplici differentia; alij valdè exigui, & vix conſpicui, ad cutiſq; extimam ſuperficiem tendentes; alij verò paulò maiores, & minimè cutem attingẽtes, priores vbi obſtruantur, faciunt febrem ephemeram, alij vero putridam.

Sed dicet quis huiuſmodi diuiſio in canales, & orificia venarum, nec non porotum cutis videtur ſuperflua, quia Galenus lib. 1. de diff. feb. cap. 3. loquens de conſtipatione tamquam de B cauſa febris, inquit, cum contingit conſtringi terminum exteriorem, aut obſtrui penitiorum partium meatus, fiunt primũ ex conſtrictione ephemeræ, & ex obſtructione putridæ.

Quare cum cutis ſit exterior, venæ verò intra, ſequitur ſolam cutis adſtrictionem eam eſſe, quæ conniuentiam C patitur, venæ obſtructionem, quare orificia venarum in hoc caſu nullius videntur eſſe conſiderationis.

An dicendum ſit, & poros cutis, & vaſorum orificia exteriùs eſſe, venarum verò canales interiùs.

At quomodocũq; res ſe habeat, quoties effluuium prædictarum excretionum prohibetur, adſtipationem refertur, ſiue obſtructio fuerit, ſiue adD ſtrictio, ſi tamen velimus appellare obſtructionem eam, quæ fit in canalibus venarum, in orificijs verò conniuentiam, in poris cutis denſitatem, adſtrictionemue, nihil doctrinæ officiet.

Sed quoniam febres, quas ab affectionibus corporis prouenire diximus, multi ſunt momenti, difficilis cognitionis, ac curationis difficillimæ, quia non ſemper ſpatio vigintiquatuor E horarum terminantur, vnde conſueuerunt ſæpè ad tres dies, & vltra produci, & quod maximum eſt, in febrem putridam, aut hecticam degenerare, ideo decreui de ijs ampliorem ſermonem facere, eumq, ex Galeni, & Auicennæ ſinu, quantum fieri per me poterit, haurire, ac methodum noſtram conſuetam ſer-

ſeruantes à definitione exordiemur, & ad alia capita ad curationem vſq; progrediemur.

Verùm quantum ad definitionem ſpectat, nihil vltra ea, quæ de definitione ephemeræ ſimpliciter tradidimus, dicere poſſumus, niſi quod ab alijs differat cauſæ ratione, quæ eſt ſtipatio, cuius Auicennas ſex cauſas affert.

Prima eſt cutis denſitas naturalis, quando pori ipſius ſunt denſi, adeo vt non permittant efflluuium halituoſę materiæ, ſed huiuſmodi denſitas, ſi eſſet naturalis, homines ſemper febrirent, quare non videtur dari poſſe, aut rarò.

Secunda eſt accidentalis, quæ ex ſordibus non rectè ablutis, atq; expurgatis contingit, in illis præſertim, qui balneis vti conſueuerunt.

Tertia, ex multitudine alimentorum euenit.

Quarta, frigiditatis ratione.

Quinta, propter contactum balnei cuiuſdam, aut rei ſimilis adſtringentis.

Poſtrema propter ſolis aduſtionem.

Sed de hac poſtrema ſuo loco tractabimus: vide Gal. lib. 1. de diff. feb. cap. 11. Ab huiuſmodi igitur cauſis pori cutis, canaliculi venarum, necnon & orificia occluduntur.

Sed notandum, quod Auicennas ſcribit non modò venarum oſcula, & cauitates occludi, verùm villos, atq; curſus. Sunt qui dicant voluiſſe Auicennam per villos venarum intelligere paruas, ac capillares venas.

Quæ expoſitio, etſi ingenioſa ſit, nihilominus venæ exiguę contineri videntur ſub meatibus venarum, quia tam exiguæ venę, quàm magnæ ſuos meatus habent.

An dicendum ſit per villos intelligi debere fibras, per quas earum ſubſtantia texitur; nam omnis ſubſtantia partium ſimilarium conſtat ex carne, membrana, ac fibris? huiuſmodi igitur fibræ à materia repleti poſſunt, quemadmodum contingit in alijs ſubſtantijs, quæ occluduntur ab extranea materia, vt in fibris muſculorum apparet.

A

Quid modò per curſus venarum intelligere oporteat, certè non videtur admodum clarum, an dicendum ſit eſſe ſpatium illud, quod eſt inter venas, & arterias? quia vbi concurrit aliqua materia intra hoc ſpatium fieri poteſt, vt & venæ, & arteriæ comprimantur, ea ratione, vt nequeant halituoſæ excretiones purgari.

B

An verò exiſtimandum ſit per curſus voluiſſe intelligere meatus illos, quibus venæ, & arteriæ ad inuicem ſibi communicant materias? nam quod venæ, & arteriæ habeant communes quaſdam vias, per quas vna ab alia materiam recipit, præter quotidianam experienriam, qua obſeruamus ſanguinem ab arterijs euacuari per venas, & è contra. eſt etiam Galeni locupletiſſimum teſtimonium pluribus in locis.

C

Sed potiſſimùm in eo, lib. quem aduerſus Eraſiſtratum ſcripſit de curandi ratione per ſanguinis miſſionem cap. 3. & 4. quo in loco Eraſiſtratus dicebat ſanguinem à venis effluere, inde fieri inflammationem, per inediam tandem euacuatis venis ſanguinem in venas ab arterijs recurrere; nam Galenus quamuis non admittat modum generationis inflammationis, admittit tamen viam hanc, vt conſpicuam.

D

Sed quomodocumq; res ſe habeat, ſat eſt fieri ſtipationem in venis, ac cute, ex qua retinentur ſuperflua, hinc aggregatur vapor plurimus, vt ait Auicennas, qui caliditatem augens ſpiritus calefacit, & febrem excitat ephemeram, ſi ſpiritibus tantùm communicatur inflammatio.

E

At ſi caliditas non modò ſpiritibus, ſed ſanguini communicatur, ſynocham famoſam, hoc eſt, minimè putrem efficit, ac ſi inde etiam ad alios humores, & putridam febrem producit: numquam tamen poterit talis febris in he-

ſticam permutari.

Sed fortè dicet quis, à quibus fit ſtipario? cui Auicennas, & Galenus ſatisfaciunt dicentes ab humorum copia, & qualitate fieri, nempe vel ex craſſitie, aut viſcoſitate ſi venæ ea ratione replentur, vt ex toto obſtruantur, verùm non modò humores ſunt cauſa, ſed & alia, quorum nonnulla ad externas, alia ad internas cauſas referri poſſunt.

Externarum cauſarum, quæ denſitatem efficere poſſunt, aliæ per primas qualitates id efficiunt, vt eſt frigus, & ignis, ſed alia, & alia ratione; nam frigus condenſando, calidum verò exiccando: atque inter cauſas refrigerantes, non modò aerem connumerare poſſumus, ſed aquam frigidam, medicamentum frigidum: inter verò calefacientes, ſeu exiccantes ſolem feruentem, immoderatum exercitium, frictionem duram, ac ſiccam: aliæ per ſecundas, vt quæ adſtrictione procedunt, quemadmodum balneum aquæ aluminoſæ: cæterùm adeſt medicamentum aliquod adſtringens.

Internæ autem cauſæ ſunt humores, vel multi, vel craſſi, vel lenti: hæ ſunt omnes obſtructionis cauſæ tam internæ, quàm externæ, quarum meminit Auicennas.

Sed quamuis cauſæ prædictæ faciant oppilationem, Galenus tamen reducit eam ad magis, ac minus; nam inquit vel parua eſt, vel magna, ſi parua facit ephemeram vnius diei, ſi magna ephemeram quidem facit, quæ diem neceſſariò pertranſit, & (vt inquit Auicennas) ad tertium diem ſe extendit, & fiunt plures paroxiſmi.

Nam ſi magna fuerit obſtructio, corpuſq; ſanguine ſit refertum, fit illa febris ephemeræ ſpecies, quæ ſynochos imputris appellatur, vnicam habens acceſſionem: ſi verò corpus non fuerit ſanguine refertum, fit febris habens paroxiſmos, qui tandiu ſapiunt naturam febris ephemeræ, quo vſque vi obſtru-

A ctionis non ſuboritur putredo, ea autem generata, tranſcendit tunc febris limites ephemeræ, & ad putridæ naturam accedit.

DE SIGNIS FEBRIS ephemeræ ex prohibita tranſpiratione.

B Signa alia ſunt, quæ febrem ab alijs diſtinguunt, alia, quæ oſtendunt cauſas inter ſe diſtinctas oppilationis. Auicennas igitur cap. 25. tria affert ſigna demonſtrantia febrem ephemeram eſſe ex oppilatione.

Primum, quando nulla præcedente cauſa exteriori febris apparet. Secundum eſt, quando declinatio in longum protenditur. Tertium, quando fine aliqua ſudoris, aut madoris euacuatio-

C ne videtur terminari.

Signa, quæ oſtendunt à repletione fieri, ſunt rubedo faciei, tumor in omnibus venis corporis, & alia plenitudinis ſigna: oſtendunt è contra non fieri ex multitudine, ſed ex humorum qualitate, quando nullum adeſt ex prędictis ſignis.

Iam verò cum oppilatio alia ſit parua, alia magna, cognoſcimus paruam

D eſſe ex pulſu ipſo; nam ſi magna, pulſus eſt paruus, vt pote à multitudine obſtructus; ſi parua, pulſus non erit paruus, verùm non procul à naturali, quamuis magna obſtructio cognoſcatur ex modo declinationis, quæ prolongatur, quia vbi parua eſt, ſtatim declinat, & cum ſudore.

Galenus dicebat, quod vbi obſtructio, ob quam ægrotantes febriunt, fuerit

E mediocris, in qua etiam vitioſus eſt ſuccus, in primo die, atq; etiam in ſecundi aliqua parte, nullum aderit in pulſu ſignum putredinis, nec in vrinis cruditatis; vbi verò protrahitur declinatio, nec pro ratione, quemadmodum poſt ſummum vigorem fecerat declinante, ſuſpectus eſt affectus.

Ggg Sed

Sed quoniam dictum eſt ſtipationem fieri ex venarum oppilatione; necnon, & cutis pororum adſtrictione, inquiret fortaſſe quiſpiam, an dignoſci poſſit, quando febris fit à cutis adſtrictione, & à venarum obſtructione?

Cui dicendum eſt iiſdem notis prorſus cognoſci, quibus obſtructionem magnam à parua diſtingui diximus; nam vbi fit à cutis ſtipatione, cauſa exterior præceſſit, febriſque declinat ſpatio vigintiquatuor horarum, & cum ſudore, aut madore aliquo totius corporis.

Quando verò fit ab obſtructione venarum cum aliqua exteriori cauſa, quæ præcedere potuit, adeſt cauſa interna: hæc declinat longiori tempore, & abſq; aliqua ſudoris, aut madoris ſenſibili euacuatione.

Quamuis Auicennas viſus ſi clariora attuliſſe ſigna hanc demonſtrantia, nempe ſitim, inflammationem continuam, quo nomine cenſuit ipſe eſſe difficilis cognitionis, propter eam, quam habet cum putridis febribus ſimilitudinem, quia à medico poſſet accipi pro putrida.

Attamen non excedit limites ephemeræ, licet fiant plures paroxiſmi, quia vt ſupra tactum fuit, non eſt tanta oppilatio, vt omnis prohibeatur euaporatio; nam poſſunt ſpiritus vna cum vaporibus inflammatis reſolui, & ſic ad tempus ephemera ceſſare.

Deinde noui regenerantur ſpiritus, qui à vaporibus ab oppilatione detentis, atq; calefactis inflammantur, igniunturque, & noua generatur febris ephemera, hocq; modo procedere poteſt, quouſq; ablata fuerit obſtructio, aut febris mutata ſit in putridam febrem.

Cæterùm aliud affert Auicennas ſignum oppilationem demonſtrans, quod a lotio mutato deſumit, & eſt, quando illud medium eſt inter igneum, & rubrum.

Gentilis hoc loci notat vrinam poſſe dici mediam inter igneam, & rubram, quia iſtud (inter) demonſtrat adeſſe debere aliud extremum, vel etiam inter citrinam, & rubram, vel quod Auicennas voluit demonſtrare vrinam in hac febre magis eſſe igneam, quàm in alijs ephemeris, vt ſit hic dictu, vrina eſt aliquo modo ignea, ſcilicet accenſa: hæc de ſignis; venio ad prognoſtica.

DE FVTVRO EVENTV *febris ephemeræ ex prohibita tranſpiratione.*

Scribit Galenus 8. meth. med. cap. 4. hanc febrem degenerare in ſynocham, vel in febrem putridam; nam vt ſupra dictum fuit, ſi corpus ſanguine fuerit repletum, poterit, niſi rectè curetur, in ſynocham non putrem migrare, atqui ſi corpus fuerit prauis refertum humoribus, diu perſeuerante obſtructione, transmutabitur in aliquam ex putridis: quapropter huiuſmodi febris minimè negligenda venit.

DE CVRATIONE FEBRIS *ephemeræ ex prohibita tranſpiratione per victus rationem.*

Tota ratio curationis huius febris eſt, inquit Galenus, vt tranſpiret halituoſa materia, quare vbi ob obſtructionem venarum contingat, alimenta, & medicamenta attenuandi facultatem habeant, & præſertim medicamenta.

Sed videamus, quæ ſpecies victus rationis inſtituenda veniat, quæ eſſe debet boni ſucci, facilis coctionis, nec multum nutriens, ſi adſit plenitudo, ac ſi adſit humorum craſſities, oportet, vt habeat nonnihil aperientis.

Auicennas proponit ptiſanam cum ſaccharo, quia abſterſoriam aliquam facultatem habet.

De victus verò ratione tam in plenitudine, quàm in mala humorum quali-

tate profuſius audietis ſuo loco, ſat ſit nunc intentiones habere vniuerſales.

DE CVRATIONE FEBRIS *ephemeræ ex prohibita tranſpirations per Chirurgiam.*

VEnio ad alia inſtrumenta, & potiſſimùm ad chirurgiam, de qua loquitur Auicennas, & Galenus 8. methodi med. cap.4. Sed multi, & grauiſſimi quidem authores inter ſe diſcrepant quid de hac re ſenſerit Galenus; deinde videtur quædam controuerſia inter Galenum, & Auicennam, quæ alicuius eſt momenti.

Nam Galenus prædicto loco ſcribit mittendum eſſe ſanguinem, quamuis nulla adſint plenitudinis ſigna; è contra verò Auicennæ capite præcitato, contraria eſt ſententia, nempe eſſe mittendum ſanguinem, vbi adſit plenitudo, minimè verò, vbi non adſit.

Tota huius inter neotericos digladiationis cauſa verſatur circa maiorem difficultatem, quæ eſt, an liceat ſanguinem mittere in cacochymia; nam alij affirmant, negant alij, de qua quidem ſuo loco exactè, quantum licebit, Deo dante, videbimus.

Cauſa digladiationis huius à Galeno accepta eſt, cum in hoc capite 4. ſcribat ſanguinem mittendum eſſe, etiamſi nullum adſit plenitudinis ſignum, circa quod Gal. dictum ſunt opiniones variæ; nam alij dicunt id iuſſiſſe, vt tollatur cacochymia, quæ eſt in venis, qua euacuata faciliùs, exterius medicamenta localia, atq; tutius applicari poterunt; nam medicamenta, quæ foris admouentur, ſunt abſterſoria, nempe calidæ, & ſiccæ naturæ, ac tenuium partium à profundis partibus ad cutem trahentia materiam in venis exiſtentem, quæ vbi per ſanguinis miſſionem fuerit euacuata, nullum aderit, vt trahatur, periculum, deinde liber erit aditus humorum cutem obſtruentium, præſtat igitur ſan-A guinem mittere, vt euacuetur cacochymia.

Quod ad præſentem Galeni locum ſpectat, qui eſt 4. cap. 8. meth. medendi, Alexander Maſſarias, qui ſuſtinet in cacochymia mittendum ſanguinem, in ſuo quodam libro, quem inſcripſit additamentum apologeticum diſput. 10. lib. 6. cap. 13. &c. vltimo, tum quoque, & lib. 7. diſputatione 11. ſcribit apertè B in corpore cacochymo debere ſanguinem mitti.

Quia præſtat vitioſi ſucci maiore parte emiſſa, ad obſtructiones detergendas accedere, & vt humoribus obſtruentibus iter liberum pateat, & ijs, quæ extrinſecus admouentur attractio tuta ſit, vtiliſſimum fore corpus inaniſſe.

Ex aduerſo verò doctiſſimus Augenius C contrarium tuetur, nempe ſanguinem non eſſe mittendum, niſi in ſanguinis vitio, quod quantitate, vel motu peccet, & lib. 6 ſuæ diſputationis de ſanguinis miſſione, ſcribit non eſſe mittendum ſanguinem niſi præſente plenitudine.

Ad Gal. reſpondet duobus modis: ſed notate, quod adhuc viri iſti diſcrepant in dilucidanda intentione Galeni, D quia cum dixerit obſtructionem eſſe triplicem, paruam, magnam, ac mediocrem, Augenius dicit Gal. loqui de curatione, quæ debetur febri diariæ ex magna obſtructione, negat Maſſarias, ſed Gal. loqui ait de diaria facta à mediocri, & parua, ſed quæ neglecta ſit, cùm in aliam naturam febris degenerare, ingens adſit periculum.

Quo ſtante ſatisfacere contendit Au E genius per fiduciariam reprobationem, & per inſtantiam.

Per fiduciariam quidem reprobationem, quia cap. 6. 7. & 8. dato inquit quod Gal. textus nullam labem habeat, quando ſcribit mittendum eſſe ſanguinem, etſi non adſint ſigna plenitudinis, duplex eſt plenitudo, alia in actu, &

quæ iam facit obſtructionem; alia quæ futura eſt, vnde mittendus ſanguis eſt nullo exiſtente prioris plenituidinis ſigno.

Per inſtantiam verò, quia dicit deprauatum eſſe textum, quem exiſtimat legendum eſſe, vt Alexander Trallianus legit lib. 12. cap. 1. ſuæ praxis, & Aetius tetrabibli ſecundo lib. 1. cap. 69. nempe etiamſi ſigna plenitudinis adſint, quia in textu ſcriptum eſt deprauatè; etiamſi ſigna non adſint.

Hoc enim modo nulla aderit difficultas, quia ſenſus erit mittendum eſſe ſanguinem exiſtentibus ſignis plenitudinis, ita Trallianus, ac Aetius locum hunc legunt.

Huiuſmodi interpretatio non eſt Alexandri, nec ſtare poteſt; nam Galenus loquens de puero, & ſene negat ſanguinis miſſionem, at inter has ætates, vbi virium robur adſit, mittendum ſanguinem eſſe ſcribit, etiam ſi non adſint plenitudinis ſigna: ſed ſi vellem vobis omnia referre, quæ à doctiſſimis viris in hunc locum afferuntur, nō ſufficerent viginti lectiones: poteſtis per vos ipſos videre diſceptationem.

Sed vt de re hac difficili breuioribus, quo ad fieri poteſt, agam, ſcire debetis alios eſſe, qui dicunt, quoties magnitudo morbi adeſt, ætas florens, & virium robur, mittendum eſſe ſanguinem, cum autem obſtructio ingens adfuerit, imminet periculum magni morbi, ideo mittendus eſt ſanguis.

Alij diuidunt ſanguinis miſſionem in refrigeratoriam (quæ debetur febribus ardentibus quemadmodum videre eſt apud Gal. lib. de curandi ratione per ſanguinis miſſionem) in euacuatiuam, in reuulſiuam, in eradicatiuam, & tandem in euentatiuam, quæ omnes à varijs indicantibus indicantur.

De euentatiua dicunt Gal. loquutum fuiſſe in præſenti 4. cap. quia ea obſtructiones tolluntur, quòd humores, qui liberam tranſpirationem non habebant,

A euentantur, atq; tranſpirant, quo nomine & obſtructiones à calore, & medicamentis facilè tolli poſſunt.

Alij dicunt Galenum loquutum fuiſſe de illa ſanguinis miſſione, quæ reuulſioria eſt, quia curauit auferri humorum affluxum ad curem, quo retracto faciliùs poterit medicamentis obſtructio euinci.

Eſt demum Capiuaccij opinio dicen-
B tis duplicem eſſe plenitudinem, vna eſt reſpectu totius corporis, altera reſpectu extimarum partium, quæ obſtructione laborant; ſi primo modo, adſunt ſigna plenitudinis, tum quo ad vaſa, tum quo ad vires, ſi ſecundo modo, nulla adſunt plenitudinis ſigna.

Galenus igitur dum tractat de miſſione ſanguinis, ait nullis ſignis exiſtentibus, id eſt illius plenitudinis, quæ
C facit obſtructionem, in qua, etſi nulla appareant ſigna, eſt tamen deueniendum ad ſanguinis miſſionem.

Sed ſi tranſpiratio eſt prohibita à materia replente venas, procul dubio adeſt plenitudo partialis, vnde non video, quomodo Galenus dicere poſſit, quod non adſint ſigna huius particularis plenitudinis.

Auicennas verò ad vtramq; reſpici-
D ens plenitudinem, & primò ad illam corporis totius, dixit eſſe mittendum ſanguinem, & quod magis eſt, (vt ait Capiuaccius) propoſuit etiam pharmacum purgans.

Sanguinis quidem miſſio conuenit multitudinis culpa, pharmacum verò ratione repletionis humorum, & hoc eſt, quod Auicennas voluit, quando dixit multitudo, & copia humorum; per
E multitudinē enim intellexit plethoram, per copiam humorum cacochymiam.

Secundò loco ad plenitudinem partium obſtructarum reſpiciens idem Auicennas conceſſit quidem phlebotomiam, & pharmacum, ſed non ſuperfluam, quia inquit Capiuaccius in obſtructione à viſciditate, & craſſitie hu-

mo

morum non conuenit ſanguinis tanta copia, quanta in plenitudine totius corporis.

Auicennas apertè ſcribit, quod ſi obſtructio fuerit ex craſſis humoribus, non egemus multa ſanguinis miſſione; inquit enim non egemus ſuperflua phlebotomia, neq; euacuatione exuberante.

Hæ ſunt in hac materia omnium opiniones, quæ ſi vultis me verùm fateri, inter ſe nihil, aut parum, & verbotenus diſcrepant; nam reduci poteſt omnis indicatio ſanguinis mittendi per ſe ad ſanguinis vitium, quod duobus modis eſſe poteſt; vel in quantitate, aut in motu: hæc eſt doctrina, quam iam aliàs à me intellexiſtis à Gal. ſuum ducere fundamentum.

Rurſus ſi ſanguis peccat quantitate, vel eſt ſolus, vel cum omnibus humoribus ſimul, aut cum aliquo horum: ſi primo modo, appellatur plethora, ſeu ſimpliciter plenitudo: ſi ſecundò modo, dicitur plenitudo non vera; ſi tertio, vocatur plenitudo illegitima, & non vera, quæ potiùs ſapit naturam cacochymiæ, de quibus fuſiùs ſuo loco.

Stante igitur hac vera, & Galenica doctrina, dico, quod prædictæ omnes opiniones rediguntur ad hæc duo præcipua capita; nam magnitudo morbi cum virtutis robore in ætate florenti nihil aliud ſignificat, quàm plenitudinem, quoties morbus prodeat ab interna cauſa.

Indicans enim ſanguinis miſſionem vnum eſt per ſe; alia verò ſunt ſigna ſuæ ipſius exiſtentiæ, id autem eſt plenitudo magna; nam omnis plenitudo non indicat ſanguinis miſſionem, ſed euacuationem, magna nempe plenitudo magnam euacuationem, hæc verò non fit niſi per venæ ſectionem, quare plenitudo indicat ſectionem venæ, tamquam huius auxilij materiam.

Vbi igitur magna eſt plenitudo, facit magnum morbum, aut facturа eſt, ac vbi

A ipſa eſt, ſtatim & robur virium adeſſe contingit; quia huiuſmodi prærogatiua eſt conditio neceſſaria ſequens bonum habitum, in quo fit vera plenitudo, quæ conditio appellatur permittens, quando adeſt; & non permittens, quando non adeſt, ſed hanc non adeſſe in plenitudine eſt impoſſibile.

AEtas verò florens eſt quid contingens, ſed neceſſarium, quia plenitudo

B eſſe non poteſt in pueris, aut ſenibus, quia pueri non vtuntur ea victus ratione, vt ipſam facere poſſint, ob inordinatam victus rationem, qua vtuntur; declinantes autẽ à florente ætate ſibi ipſis cauent, nec tantum comedunt, ac faciant, qui ſunt in proba iuuentute.

Quare mirum non eſt, ſi vbi adeſt magnus morbus, ætas florens, & virium robur, mittendus ſit ſanguis; nam caco-

C chymia rarò in florente ætate, & rariùs cum virium robore reperiri poteſt.

Vnde, qui dicit à magnitudine morbi cum virium robore in florente ætate ſumendam eſſe indicationem, idem prorſus dicet, ac illi, qui à plenitudine, pro vt habet rationem vehementis indicantis, ſumendam eſſe indicationem ſcribunt.

Igitur, etſi plura verborum hinc in-

D de, vltro citroq; ſint allata, ſi res intimiùs inſpiciatur, apparet vnam, & eandem rem dicere, ſed ſub alijs verbis.

Ad huiuſmodi determinationem reducuntur, & aliæ ſpecies ſanguinis mittendi, vt euacuatiua, atq; eradicatiua; nam vtraq; ſanguinem euacuat ſecundùm magis, & minus: & euentatiua eſt prorſus & ipſa euacuatiua, quia vbi ſanguis, & humores euentari neque-

E unt, id contingit ratione multitudinis ſuffocantis, vel quia ab ipſis humoribus plures halituoſæ excretiones eleuantur.

Quæ excretiones, vbi exitum per cutem tentant, eamq; obſtructam reperiunt, ſimulq; & venas, quæ ad cutem ſunt oppilatas, vt reuertantur intus eue

unt,

nit, quare & huiuſmodi euentatiua phlebotomia ad multitudinem humorum reducitur.

Aliud verò caput mittendi ſanguinis deſumptum eſt à motu ipſius ſanguinis, quomodocumq; ſeſe habentis, ſiue adſit plethoria, ſiue non adſit; nam vbi in aliquam partem fluit & ex fluxione magnus fiat, aut fieri poſſit morbus, efficitur reuulſiua ſanguinis miſſio.

Cæterũ miſſio ſanguinis refrigeratoria ſequitur per accidens ad prædictas euacuationes; nam ſiue euacuandi, ſiue reuellendi cauſa mittatur ſanguis, ſemper fit refrigeratio.

Quapropter concludendum eſſe ex prædictis exiſtimo, quamcunque ſanguinis miſſionem, vel ob multitudinem, aut motũ ſanguinis fieri, quibus ad hunc ſtantibus modum, dico poſſe mitti ſanguinem in huiuſmodi febre, ſiue adſint ſigna plenitudinis, ſiue non adſint.

Primo modo, vt minuatur quantitas ſanguinis, atq; humorum, vt inde exonerata natura, quod relinquitur, poſſit faciliùs tum concoqui, tum alterari, atq; expelli; adeo enim repletæ ſunt venæ, vt calor quaſi ſuffocatus nequeat materiam expellere infeſtantem, nec medicamentorum vires ad actum reducere; euacuata igitur copia pulchrè omnia ſuccedunt.

Secundo modo ſanguinem mittimus, vbi non adſint ſigna plenitudinis, vt ſcilicet impediamus motum ſanguinis ruentis in cutem, & extremas venas; nam vt inquit Galenus, periculum eſt, ne quæ ab interno ſurſum feruntur, aliquid ſecum rapiant, quod ſi craſsius, atque tenax erit, obſtructionem planè germinabit, fuliginoſa etiam excremen ta ſuccorum, quæ tranſpirant, ſuccis qui ſunt in venis imminutis, pauciora reſtabunt, inde etiam minores reddentur obſtructiones, & calor febrilis remittetur.

Galenus hoc loci loquitur de ſanguinis miſsione reuulſiua, quæ in picro A colis, in quibus repletionis ſigna non adſunt, fieri debet, & hoc eſt etiam, quod Augenius voluiſſe videtur, poſtquam omnium aliorum opiniones refellerit, quando inquit mittendum ſanguinem, vt inhibeatur futura plenitudo, etſi præſentis nulla adſint ſigna.

Nam ſi ſucci craſsi, & lenti à magnis ad paruas venas, & ad cutem moueantur, non poſſunt facere obſtructionem, B niſi multi ſint, vt igitur multitudo ipſorum inhibeatur ferri ad cutem, & par uas venas, dicit mittendum eſſe ſanguinem.

Quod ſanè idem Maſſarias ſentire videtur, quia ex ſanguinis miſsione detrahentur ſucci, quibus detractis, fuligines ad cutem non amplius, aut in minore quantitate ferri poterunt.

Sed nunc non determino, an in cacochymia ſit mittendus ſanguis, vt C talis eſt: audieris meam opinionem ſuo loco, ſolùm dico, qnod ſanguis, & alij humores in venis exiſtentes, vbi ad aliquam mouentur partem, cuius gratia magnus morbus fieri poſsit, reuellendi ſunt, dummodo ſanguinis copiam adiunctam habeant, quæ induat rationem cauſæ præcipuæ, aut comitantis: hæc ſit huius difficultatis determina- D tio.

Venio ad contradictionem inter Galenum, & Auicennam. Dicebam Capiuaccium ita ſoluiſſe nodum hunc, quod diuiſerit plenitudinem in vniuerſalem totius corporis, & particularem, nempe partium illarum extremarum, in quibus adeſt obſtructio: vniuerſalemq; diuidebat in plenitudinem quo ad vaſa, & quo ad vires, dicebatque in hac E vniuerſali plenitudine adeſſe ſigna, in particulari verò minimè.

Ideo Auicennas tam in vniuerſali, quàm in particulari voluit non modò ſanguinem mittendum eſſe, ſed etiam purgationem faciendam, at cum quadam differentia, quia in vniuerſali multam copiam ſanguinis, in particulari

lari verò longè minorem eſſe àuferendam.

Galenus verò voluit ſanguinis euacuationem eſſe faciendam in vniuerſali plethoria totius corporis, etſi nulla adfuerint ſigna particularis replerionis.

Sed omittamus nunc Auicennæ opinionē, quæ (vt Capiuaccius refert) vera eſt, veniamus ad Gal. quem ait idem Capiuaccius voluiſſe in febre ephemera ex obſtructione mittendum eſſe ſanguinem, vbi adſit plenitudo totius corporis, nullis ſignis plethoriæ particularis exiſtentibus.

Quod quidem aduerſus Gal. ſuppoſitum videtur; nam lib. 8. meth. vbi à 2. cap. vſq; ad 7. excluſiuè loquitur de diarijs in corporibus picrocholis, quæ ſunt calidæ, & ſiccæ complexionis, in quibus potius cacochymia, quàm plenitudo reperitur, & in cap. 4. vbi expreſſè agit de illa, quæ fit ex obſtructione, videtur afferre, eas notas, quibus medicus cognoſcere poteſt eam fieri ab obſtructione.

Cùm autem obſtructio non poſſit fieri, niſi venæ ſint oppilatæ, atque cutis meatus, hinc profectò eſt, quod vbi adeſt obſtructio, etiam ſi facta ſit à craſſitie, & lentore humorum, niſi multitudine tanti ſint, vt repleant, non poterit fieri obſtructio, quare obſtructio erit ſemper ſignum particularis replerionis, ex quo certè probare nequeo viri huius ſolutionem, cum etiam plenitudinis particularis adſit ſignum, nempe obſtructio.

Non igitur verum eſt Gal. voluiſſe id, quod Auicennas, videlicet mittendum eſſe ſanguinem gratia repletionis vniuerſalis, cum loquatur de picrocholis, in quibus nulla adeſt plenitudo, nec dictum ipſius, vbi inquit etiamſi plenitudinis ſigna non adſint, intelligendum eſt de particulari illa plenitudine, quam ſupponit Capiuaccius, ſed referendum eſt ad plenitudinem vniuerſalem.

A Iubet enim Gal. eſſe deueniendum ad ſanguinis miſſionem, quamuis nulla adſit plenitudo, intelligaris vos reuulſionis gratia, quemadmodum ſupra eſt declaratum.

Nullaque eſt inter ipſum, & Auicennam contradictio, quia Auicennæ ſermo eſt de omnibus complexionibus, cum quibus adeſt plenitudo.

B Ac Galenus videtur ſupponere ex dictis idem, quod Auicennas, quia quando dicit, nullis ſignis plenitudinis exiſtentibus, mittendus eſt ſanguis, ergo vbi adeſt plenitudo id magis agendum, eiuſq; ſermo contractus eſt ſolùm ad calidæ, & ſiccæ complexionis homines.

Auicennæ verò magis vniuerſaliter de omnibus loquens ſcribit mittendum eſſe ſanguinē ratione vtriuſq; in ſanguine peccati: quare nulla adeſt contra-C dictio: & hæc ſunt, quæ ad curationem ſpectant per ſanguinis miſſionem in hac febre.

DE CVRATIONE FEBRIS ephemeræ ex prohibita tranſpiratione per Pharmaciam.

PRopero ad eam, quæ competit illi per pharmaciam, cuius vna pars D verſatur circa antecedentem cauſam, altera circa coniunctam. Prior adhuc duplex eſt, vna, quæ humorem alterabilem reſpicit, altera, quæ iam præparatum extra ducit.

Quod ad alterantia medicamenta attinet, ſcribit Galenus immediatè poſt ſanguinis miſsionem ad ea eſſe properandum, quæ extergendi, ac attenuandi facultate polleant, quæ ab Auicenna E declarantur non debere eſſe admodum calida, ratione febris contraindicantis; nam cum febris ſit calida, indicat ſui refrigerantia.

Hæc verò non poſſunt eſſe talia, cùm abſtergentia ſint, quæ ſuapte natura ſunt calida, & tenuium partium, inter quæ à Galeno proponitur oxymel, mulſa,

ſa, apomel, necnon, & ſaccharum.

Apomel medium quoddam eſt inter oxymel, & mulſam; nam apomel eſt calidius oxymelle, minus calidum, quàm ſit mulſa. Sed notate, quod cum apomel fiat ex aqua, & fauis mellis, vt videre poteſtis apud Ioannem Gorræum referentem omnes modos, quibus antiquitas faciebat apomel tum ex Gal. tum ex Aetij ſententia, aliquando erit oxymel calidius apomelle.

Nam ſi oxymel fiat ex plurimo melle, & exigua aqua, apomel autem è contra ex multa aqua, & exiguo cremore fauorum mellis, tunc oxymel erit calidius apomelle.

Idem quoq; de mulſa eſt dicendum, quia licet fiat ex modico mellis, & copioſa aqua, erit frigidior: ſed ſeruata proportione apomel eſt medium inter oxymel, & mulſam.

Placet igitur in hoc caſu oxymel, quod poteſt parari, ita vt ſit temperatum, & maximè conueniens in præſenti affectione, cuius doſis erit pro vnica vice ad ſex, aut octo tertias, quia ſi febris non terminatur vnica acceſſione, poteſt repeti eadem doſis.

Sed adeſt ſcrupulus in oxymelite exhibendo; nam hoc loci admiratur Trallianus lib. 2. cap. 1. Gal. quod oxymel probauerit in naturis calidis, & ſiccis, quæ ſiccas materias congeſſerunt, quarum ratione facta ſit obſtructio, vi exuſtionis ſiccæ materiæ; nam in his oxymel craſſam illam materiam magis ſiccat, illud autem, quod vi ſiccitatis craſſeſcit, à ſiccitate magis craſſum redditur.

Quod quidem ſe ſemel in vno calidi, & ſicci temperamenti probaſſe ait, cui cum oxymel ad vrinam prouocandam propinaſſet, retentionem potius fecit, ideo concludit tantummodo exhiberi illud oportere frigido, & humido temperamento, & pituitoſo præditis, in quibus cruditatis collecta ſunt, atq; viſcoſa excrementa.

A Sed Alexander fortè non animaduertit locum, in quo Galenus tradit quatuor modos conficiendi oxymel, 4. de ſanitate tuenda cap. 6. vbi docet illud, quod habet maiorem portionem mellis, competere humidis, & viſcoſis excrementis, ac frigida, & humida temperie præditis, quòd abſtergendi facultatem habeat maiorem.

Si verò dilutius fiat, dupliceturque

B aquæ doſis, fiet oxymel, quod attenuandi, refrigerandi, & humectandi facultatem habebit, quare hoc poterimus vti in materia craſſa exiccata; alio verò in glutinoſa, quare nihil Alexander aduerſus Gal. obtinuit.

Auicennas, vt huic intentioni ſatisfaciat, proponit ſyrupum acetoſum vſque ad illum, qui eſt cum ſeminibus, & aqua endiuiæ, necnon aqua fœniculi;

C pro iunioribus igitur poteſtis parare in materia craſſa, & viſcida huiuſmodi potionem.

℞. oxymel. ſimpl. vnc. ij.

Aquæ hordei cum apio, vnc. iij. aut iv.

In aduſta, & exiccata materia.

℞. oxymel. mitioris, vel ſyr. acetoſi ſimplicis, vnc. ij.

Aquæ hordei, vnc. iv.

D Quod ad medicamentum purgans ſpectat, nihil dicemus in præſenti: ſed de omnibus audietis in tractatu de febribus putridis, quia in febre ephemera rarò, aut numquam ſoluentia medicamenta ſunt in vſu.

Iam verò localia medicamenta debent eſſe detergentia, attenuantia, & euacuantia, vt poros cutis non modò liberare poſſint ab infarctu, verum etiam

E venas obſtructas deobſtruere, quæ à Galeno in tres claſſes, ſeu ordines diuiduntur.

Primi ordinis ſunt farina erui, hordei, fabarum, mulſa aquoſa: in ſecundo cenſu iris, panacis radix, & ariſtolochia, & mulſa, quæ ex mediocri ſit mixtura, & eo magis, quæ meraciſſima eſt,

eſt, hæc autem fit, quoties melli exigua aquæ portio fuerit admixta, vt liquatum mel exiguos meatus facilè ingredi poſſit.

In tertio ordine adeſt nitrum, ſpuma nitri, quæ aphronitrum dicitur, mel puriſſimum, atq; ſapo: poteſtis hiſce medicamentis ad libitum parare abſterſiuum aliquod, atque vniuerſum corpus inungere.

B Sed vnum animaduerſione dignum eſt, quod Galenus iubet ægrotantem tertio die eſſe balneandum, quoties minimum febris ſuperſit, aut ex toto fuerit declinata, nullumq; appareat in pulſu ſignum putredinis, aut in vrina cruditatis.

Sed antequam balneum ingrediatur, inungatur aliquo olio, hic eſt modus ab antiquis ſeruatus, qui noſtra ætate amplius non eſt in vſu. De balneo autem C paulò poſt audietis, quomodo eo vtebatur Gal. & antiqui.

Nunc ſatis eſt dixiſſe de huiuſmodi febre ab obſtructione facta, quæ ſi à ſola cutis adſtrictione prouenerit, quemadmodum de illo iuuene Romano ſcribit Galenus, qui ob Albula balnea in febrem inciderat, cutis pori ſolummodo obſtruuntur.

D Legatis cap. 12, lib. 8. vbi videbitis Galenum ſola victus ratione, atq: balneo aduerſus opinionem diatritariorum medicorum à febre ſpatio trium dierum iuuenem liberaſſe, in quo etiam videbitis ipſummet Gal. egregiè hoſce medicos irriſiſſe. Auicennas admonet poſt balneum non eſſe cibandum ęgrum, nec vinum ei tribuendum, niſi ſecurus fuerit à paroxiſmo.

E Tempeſtiuum eſt, vt ad febrem aliam, quæ ex cruditate, atq; ex bubone enaſcitur, orationem transferamus, de qua Galenus loquitur cap. 5. & 6.

A

DE FEBRE EPHEMERA ex cruditate.

AVicennas noſter lib. 4. fen. 1. tr. 1. cap. 34. febrem ex cruditate appellat ex nauſeatiua ſatietate, de cuius quidem definitione non eſt, vt quidquam dicamus, cum ſit febris ephemera, quæ cum omnibus alijs conuenit differens tantùm cauſæ ratione, quæ vt ait Galenus lib. 8. meth. med. cap. 5. eſt cruditas, à qua quidem docente Auicenna eleuantur vapores mali, ſeu nidorolenti, à quibus accenditur caliditas, vnde ſpiritus inflammantur, quare præſens efficitur febris, & eo magis in corporibus calidis, & ſiccis, meatuſq; adſtrictos ſeu anguſtos habentibus.

Sed pro intelligentia naturæ huius febris opus eſt, vt videamus, quid nomine cruditatis ſubaudiendũ veniat; ſecundò in quanam corporis noſtri parte fiat; & tandem quam cauſam habeat efficientem.

Ad primum dicimus cruditatem, ſeu (vt ait Auicennas) nauſeatiuam ſatietatem eſſe ſymptoma quoddam virtutis alteratricis ventriculi, quo non modò coctio, quæ eſt ipſius actio, diminuitur, ſed etiam vitiatur, quia in alienam qualitatem degenerat, quàm pro vera nutritione oporteat.

DE CAVSIS FEBRIS ephemeræ à cruditate.

HViuſmodi autem corruptio contingit, aut à caliditate nimia, vel à frigiditate: ſi à caliditate exiſtimo eſſe eam ſpeciem cruditatis, cuius Ariſtoteles meminit 4. meteororum, quam ipſe ſuo idiomate [Greek] vocauit, in qua cibi conuertuntur in deprauatum ſuccum, à quo eleuantur vapores calidi, ſed ſecundùm magis, & minus, praui, prout materia eſt varia, & ſecundùm magis, aut minus aduritur; nam ex aduſta materia nidoroſi exhalant va-

pores, ex terreſtriori aduſta fuligo quçdam, vbi verò materia ex aquea, & terrea magis fuerit admiſta, fumus eleuatur.

Ab huiuſmodi igitur materia aduſta, ſi magis aquea ſit, nidor, vt dixi, euaporat, ſed quomodocumq; id ſit, quoties à caliditate torretur materia in ventriculo, fiunt prædicti vapores, à quibus; vt dictum eſt, febris generatur.

Si verò à frigiditate, tunc exurgunt flatus quidam, ac vapores acidi, à quibus ſecundùm Gal. ſententiam præcitato loco, & Auicennæ numquam, aut rarò excitari poteſt febris, quia huiuſmodi affectio videtur eſſe βραδυπεψία, quç eſt alteratio in ventriculo vix, & longo tempore facta, à qua quidem febris ephemera fieri nequit, vt in fine prædicti capitis Galenus admonet. Auicennas idem affirmat lib. 4. fen. 1. tr. 1. cap. 34. fit igitur ephemera ex nidoroſis, aut fuliginoſis, vel fumoſis exhalationibus.

Sed audio ingenioſum mihi ſtatim obijcientem Alexandrum Trallianum, qui lib. 12. cap. 1. loquens de huiuſmodi febre ſcribit ex acidis vaporibus febrem fieri, cum autem huiuſmodi aciditas, non modò proueniat ex frigiditate, verùm etiam ex caliditate, ſi non concedamus poſſe fieri febrem à vaporibus acidis à frigiditate eleuatis, non tamen inficias ire poterimus, quin fiat ab illis acidis vaporibus, qui à caliditate excitantur.

Sed acidum vaporem fieri à frigiditate nulla eſt inter authores controuerſia; fieri autem à caliditate ſolus Trallianus comprobare nititur, exemplo deſumpto tum à vino, tum à frumento, quæ in domicilijs calidis aceſcunt, non ſecus atq; in frigidis.

Sed maximè mea quidem opinione deceptus eſt Alexander, quia aciditas ſemper prouenit à frigiditate, tamquam à cauſa immediata; nam calor domicilij, aut aeris ambientis agens in calorem

A innatum vini ad ſe totum illum rapit, quod à caliditate deſtitutum, vt aceſcat, neceſſe eſt; idem quoq; & de grano dicendum, quare aciditas ſemper proficiſcitur à frigiditate, nunquam verò à caliditate.

Quod quidem ſi animaduertiſſet Trallianus, non tam facilis fuiſſet Galeni doctrinæ criminator; nam etſi videatis ſæpè illum appellare diuinum,
B nihilominus quando poteſt acrier inuehit.

Dicamus igitur cum Galeno ab acidis vaporibus febrem ephemeram fieri minimè poſſe, erit idcirco cruditas actio deprauata ipſius ventriculi, vnde nidoroſus, aut fumoſus vapor à materia eleuatur, quæ eſt in ventriculo, & ab ea, quæ deorſum à ventriculo delabitur, nempe in inteſtina tenuiora,
C aut craſſa.

Gignitur autem à facultate ventriculi læſa, vel à quodam errore exteriori, primò quando facultas ventriculi alteratiua ab immoderata caliditate eſt læſa, cui ſæpè adiuncta ſit ſiccitas; error mox externus contingit, aut ciborum nimis calidorum ratione, aut portionis alicuius bilis exiſtentis in ventriculo.

D Pro igitur maiori, ac minori copia materiæ corruptæ, & in ventriculo contentæ maior, minorue fit febris.

DE SIGNIS FEBRIS *ephemeræ ex cruditate.*

Signa huius febris ſunt communia cum omnibus alijs ephemeris. Cauſa autem deſumi poteſt à vapori-
E bus à ventriculo ſurſum ad os euolantibus, & à ructibus, qui nidorem quendam præſeferunt inſtar piſcium, aut carnium ſemiuſtorum.

Deinde, & ab vrina, quæ non ex toto ſimilis aliarum, quæ in febribus ephemeris apparent, nempè ſanis ſimilis, ſed ab ijs parum recedit, quia dum hæc

hæc cruditas in ventriculo gignitur, A fieri non poteſt, quin vtrinq; materia aliquam labem recipiat, ideoque nequit eſſe concocta: vnde dicebat Auic. eam eſſe rubram, pullumq; magnum, & velocem.

Auicennas notat, quod huiuſmodi cruditates fiunt in his, qui poſt ſatietatem nauſeatiuam vtuntur exercitio, ac motu violento, vel in ſole ambulant, præcipuè ſi dolorem circa aliquod viſcus habeant. B

Aetius lib. 5. cap. 8. ſcribit, ſi hæc febris cum alui fluxu fuerit, minus malum, ſi abſq; aluifluxu maius eſſe malum.

Sed quoniam ab intemperie calida ventriculi, à cibis calidis, & à bile fieri poteſt, intemperies ex ſiti, & caliditate, citra amaritudinem apparebit; ſuccus biliofus cognoſcitur ex amaritudine in ore, & quadam in ventriculo grauitate, à cibis calidis, & ex anteacta victus ratione. C

DE FVTVRO EVENTV febris ephemeræ ex cruditate.

QVod ſpectat ad prædictiones, Gal. hanc febrem diuidit in duas differentias, pro vt à duobus ſymptomatibus frequenter conſociari conſueuit, quæ inter ſe ſunt contraria, nam D vel fluida eſt aluus, vel compacta, & adſtricta, ideo alia ratione curatur illa, quę cum alui fluxu eſt; alio modo cum aluus eſt adſtricta, quemadmodum Auicennas in proprio capite oſtendit.

Idemmet Auic. ſcribit, quod quando mutantur ructus ad ſanitatem, ſignum eſt futuræ ſanitatis, hoc eſt dictu cum ructus, qui erant nidoroſi, mutentur E ad bonam, & naturalem qualitatem, indicium eſt ſanitatis; ſignificat enim iam materiam, à qua nidores eleuabantur, eſſe iam mutatam, & euictam à calore innato.

Huiuſmodi febris quandoq; more aliarum terminatur, ſæpè ad tertium diem pertingit. Auicenas ſcribit peruenire ad quatuor periodos, nonnunquam etiam ad ſeptem, cum tamen ſano pulſu, pro vt ſcilicet cruditas auferatur, & denuo renouatur: ſed huiuſmodi febris non recurrit, hoc eſt, non fit ex eadem materia, quæ eſt in ventriculo, ſed ex noua, quæ corrumpitur.

DE CVRATIONE FEBRIS ephemeræ ex cruditate per victus rationem.

DE curatione ipſius pulchrè Auicennas, & longè melius Galenus, à quo omnes deſumpſerunt, pertractat, & primò quo ad victus rationem, cibus debet eſſe cum alijs communis. Auicennas proponit cucurbitam cum agreſta, & etiam cum amygdalis. Gal. cui etiam conſentit Auicennas, conſiderat, vtrum aluus fluat, vel non: ſi fluat, præter conditiones cibo conuenientes, addit aliquid, quod adſtrictionis nonnihil habeat.

Quare iubebat polentam exhiberi: erat autem apud ipſum polenta, vt 1. de alim. facult. c. ij. declarauit, cibus factus ex farina hordei frixi; ſecundò exhibebat panem quendam ex modico aceti factum, quem oxylepem appellabant.

Sed hoc loci notandum eſt conſueuiſſe antiquos panem cum aceto conficere, & vbi adfuiſſet dyſenteria, maiorem aceti copiam poni in pane inbebant, in leuiori fluxu minorem.

Cæterùm in leuiori fluxu alui contenti erant polentam cum calida aqua diluere, vbi verò intenſior fuiſſet, tunc vel ſucco mali punici, aut pyrorum, vel etiam cotoneorum polentam, hoc eſt farinam hordei diſſoluebant, quam alphiton, & mazam, ſeu mazā appellauit Hipp. eandemq; ex decoctis prædictarum rerum præparabant, iucundioremque guſtui reddebant.

Vbi vero fluxus ceſſaſſet, alicam con-

cedebat ptiſanæ in modum præparatam, quæ vel modicum haberet aceti, aut etiam ſine ipſo fuiſſet: deinde proponit galliculorum teſtes, ſaxatiles piſces, fructus adſtringentes cum pane, & abſq; pane, & ea cum eo præcipuè conueniunt, quando aluus fluit.

Tandem conſiderans Gal. quod huiuſmodi ægrotantes ſæpè appetitu priuantur, ita vt & cibos auerſentur, proponit medicamentum ex ſucco cotoniorum, cuius doſis ſit ad vnum, vel ad duo cochlearia ad ſummum, in defectu cuius vult accipiendum eſſe illud, quod ex ſubſtantia ipſorum conficitur diacydonium appellatum.

Et iſtud eſt medicamentoſus cibus, quia habet corroborandi facultatem, & in alimentum conuertitur; hæc igitur eſt viuendi ratio apud Galenum ſcripta, quæ ab omnibus authoribus recipitur. Exiſtimo tamen ego pauciſſimos curaſſe huiuſmodi febres.

Vt curandus ſit alui fluxus, & quot ſint eius ſpecies aliàs intelligetis, vbi etiam examinabimus, an acetum adſtringendi facultatem habeat, & vtrum magis in cibis, quàm in medicamentis id præſtare valeat, an ſcilicet per ſe ipſum, vel admixtum quia ſua partium tenuitate virtutem aliarum rerum citò ad inteſtina ducit?

Sed quamuis victus ratio prædicta maximè conueniat, nihilominus adhibenda eſt cum illa limitatione, quam admonet Auicennas, nempe explorandum id, quod à corpore exit, an ſit corruptum, quia ſi tale fuerit, non eſt reſtringendum.

Quare in hoc præſertim caſu animaduertere licet, ne humores in ſtomacho corrupti adſtringantur, vbi verò quod euacuatur, non amplius corruptum fuerit, adſtringentibus eſt vtendum, tum prædictis, tum paulò inferius dicendis, vbi de localibus fuerit ſermo: hoc igitur ſit regimen viuendi in ephemera ex cruditate cum fluxu alui.

A Si verò adſtricta ſit aluus, opus eſt diligenter ventrem inferiorem manibus contrectare, vt cognoſcatis, in qua parte cibus retineatur, exploratoque (vt ſupra diximus) loco, in quo retineatur, tunc ipſum euacuare primùm oportet; deinde ægrotantem nutrire prædicto modo, rebuſq; propoſitis, exceptis rebus adſtringentibus.

B Pro potu Galenus, etſi ſupra dixiſſet cap. 3. in ephemeris febribus conuenire vinum, in hac tamen febre de ipſo ne verbum habet, quemadmodum etiam neq; Auicennas, fortè quia exiſtimarunt in materia calida vinum non conuenire, vnde idem Auicennas iubet offerendam eſſe aquam hordei, vel aquam fructuum.

C Alexander Trallianus ſcribit nullum poſſe præſtantius remedium reperiri, quando cibus in ventriculo potiſſimùm ex nidoroſis vaporibus fuerit ſuſpenſus, ipſa aqua, quòd humores eluere, abſtergere, & ad inferiorem ventrem propellere valeat; deinde diſtributioni fauere, ac tandem ſpiritibus accenſis, & exiccatis opitulari, meatuſque lenire poſſit: hæc de victus ratione.

D
DE CVRATIONE FEBRIS *ephemera ex cruditate per Chirurgiam.*

De chirurgia Galenus nihil, nec alius ex Græcis, quem ego viderim, ſcripſit. Auicennas verò capite 35. tract. 1. fen. 1. proponit ſanguinis miſſionem, verùm ſi ſano modo verba Auicennę intelligantur, videbimus non abſolutè iuſſiſſe ſanguinis miſſionem, E ſed ſolummodo dixiſſe in fine febris poſt declinationem paroxiſmi; hæc ſunt illius verba, & iter quidem ad phlebotomiam eſt, vt non fiat in ea, donec declinet; tunc enim fiat.

Hoc eſt, quando febris perfectè declinat, tunc mittendus eſt ſanguis, ſi adſit indicans ſanguinis mittendi, nempe

co-

copia ſanguinis, quæ habeat rationem vel præcipui, vel concomitantis indicantis, ſed cum hac animaduerſione, vt non mittatur ſanguis, vbi adſit aluï fluxus.

Sed declinatio vno horum modorum eſſe poteſt; vel enim perfectè, vt ſupradictum fuit, declinata eſt; vel ita declinat, vt ipſius prorogetur declinatio, ita vt ſit ſuſpitio, ne in humoralem ſebrem degenerare poſſit; in hoc enim caſu mittendus eſt ſanguis.

Nam vbi cruditates ſint in ventriculo, aut inteſtinis, periculum eſſet, ne ſucceſſiuè, vt 4. de ſanitate tuenda ſcribit Galenus in venas ſectione venæ inanitas ad ſe materiam crudam traherent, ſecutaq; obſtructione afficeretur, ac venæ omnes, quæ ſunt in ipſius concauo, quæ multæ ſunt, atq; exiguæ. hæc igitur de chirurgia.

DE CVRATIONE FEBRIS *ephimera ex cruditate per Pharmaciam.*

QVod ad pharmaciam ſpectat, cum ſupra dictũ ſit in huiuſmodi febre aluum, vel ſolutam, aut adſtrictam eſſe, indicatio ſumitur à materia, quæ vel exit, vel non: ſi exit, non eſt, vt adſtringamus, niſi corrupta materia fuerit euacuata, vt ſupra diximus: at ſi non fluat, ſed retineatur, tunc vel remanet in ventriculo, vel in aliquo ex inteſtinis.

Si primo modo Auicennas vomitoria laudat, quibus per ſuperius os ventriculi poſſit materia euacuari, leui quodam vomitiuo, vt eſt iuſculum aliquod cum modico oxymellis. Aëtius iubet multam aquam tepidam eſſe, vt bibatur, concedendam, vt ex ea fiat vomitus; ſi verò vomitus difficilis ſit, aut materia extra ventriculum exierit, ſitque in inteſtino aliquo, medicamento euacuante vtendum eſt, quo materia intus contenta extra per ſeceſſum educatur.

A Vnde Gal. 1. de alim. facult. dicebat in cruditatibus deiectionem excrementorum eſſe vnicum remedium, proinde ad id reſpiciens Auic. affert vomitoria, & medicamentum aliquod ex lenitiuis, aut clyſteres, vel glandes, pro diuerſitate ſcilicet loci, in quo continetur materia; nam ſi in ventriculo per vomitoria, ſi in aliquo ex tenuioribus inteſtinis per medicamentum leniens, ſin materia in craſſorum aliquo, modò clyſtere, B modò balano vtendum venit.

Galenus autem medicamenta euacuantia non proponit, quia rarò contingit, quin materia huiuſmodi calida non euacuatur irritando facultatem expultricem ventriculi, & inteſtinorum: ſed de huiuſmodi medicamentis ſuo loco fuſius loquemur, hoc vnum interim addentes in tali caſu nobis ſummo- C pere placere lenientia medicamenta, ſi præſertim materia ſin ventriculo, aut tenuiori inteſtino contineatur.

At quidem materia hæc non modò ſua multitudine retinetur, aut ventriculi culpa, vel inteſtinorum, ſed flatuum ratione eam ſuſpendentium, ſi igitur in ventriculo flatuum, aut vaporum nidoroſorum ratione in ventriculo ſuſpendatur, Galenus laudat, quod quando D eſt in ventriculo, exhibeatur illud medicamentum ex tribus piperibus compoſitum, quod diatrionpipereon vocatur, quod idem probat Auicennas, ex quo quidem diſſolutis vaporibus, ac flatibus deorſum cibus corruptus concidit.

Maximè hic Gal. admiratur Trallianus, quod non modò diatrionpipereon concedat, ſed quod extra ventriculum E admoueat purpuram nardino olio, abſynthio, & maſtiche imbutam.

Reſponderi poteſt aliud eſſe conſiderare aquam pro potu, & aliud pro medicamentis: Trallianus dum aquam laudat, id eſt vt potus concedatur, ſed vbi ſermo eſt de tanta vaporum copia, quæ ipſum alimentum ſuſpendant, vt

incidantur, ac diſſipentur, & ad inteſtina protrudantur. Galenus, & Auicennas concedunt diatrionpipereon, quia maius affert iuuamentum, quàm nocumentum ratione febris, neque Gal. purpuram concedit, niſi poſt euacuatam materiam ad ventriculi corroborationem.

Sed fortè dicet quiſpiam, quomodò cum Alexandro conciliabitur Galenus, quia ille dixit nullum præſtantius remedium eſſe aqua, vt deorſum materia à ventriculo propellatur ſimul cum nidoroſis vaporibus?

An dicendum ſit aquam conuenire quoties à ventriculi, aut iecoris intemperie calida proueniunt huiuſmodi vapores?

Quando verò ex corruptione materiæ eleuantur, eamq; ſuſpendunt, tunc diſcutientia ſunt optima, quia reſpectu diuerſorum non eſt inconueniens duo contraria medicamenta præſenti affectui conuenire poſſe.

At quando materia in inteſtinis, & potiſſimùm in craſſioribus ſit retenta, clyſteres flatum reſpicientes, & diſſipantes conueniunt, quemadmodum illi ſunt, quos proponit Galenus factos ex oleo, in quo ruta, aut ſemina, quæ flatum diſcutiant, fuerint incocta, vt ſemina apij cumini, marathri, ſinonis, & huiuſmodi.

Atqui ſi in recto inteſtino retenta ſit materia, vel in colo non procul à recto, poſſumus vti glandibus eandem facultatem habentibus, cum melle nempe, puluere cumini, vel apij, aut aniſorum, vel ſimilium, quæ flatum diſcutiendi habent virtutem: iſti ſunt clyſteres, & glandes, quando materia retinetur.

At vbi hæc ipſa fluat, doloremq; excitet, Galenus proponit oleum quidem, in quo ſit aliqua portio pinguedinis gallinæ liquata, vel caprilla, quarum defectu ceram elotam accipit, vt ijs ſcilicet tollatur morſus, quem infert humor

A calidus putrefactus: fenum anſerinum quoq; probat Galenus.

Si verò nullum ex his adfuerit ſymptoma, hoc eſt nec flatus, nec morſus, vult clyſterem faciendum eſſe ex melle, aqua, & modico olei: & hæc ſunt quæ attinent ad interna præſidia.

Localia autem medicamenta, & ipſa vel fluxum alui, aut adſtrictionem reſpiciunt; nam de medicamentis internis

B ad fluxum ſpectantibus nihil à Galeno, & Auicenna proponitur, vno excepto medicamento, quod Auicennas laudat, nempe trochiſcos ex camphora ſine rhabarbaro.

Iubet Galenus, quando iam ceſſauit fluxio corruptorum humorum, vt ventriculus corroboretur, applicanda eſſe topica remedia, vt oleum eſt, in quo abſynthium fuerit decoctum, necnon &

C oleum nardinum purpuræ marinæ admixtum: eſt autem purpura materia quædam, quæ ex attritu conchyliæ piſcis prodit, quam optimam tyriam appellat, eò quòd ex Tyrio afferatur.

An modò oleum iſtud, in quo decoctum fuerit abſynthium præſtantius ſit oleo de abſynthio? Gal. hoc loci vult abſynthium eſſe tingendum in aqua feruenti.

D Poſſet etiam coccus, quem grana tinctorum appellant, loco purpuræ ſupponi, quod habeat facultatem ventriculum corroborandi, necnon ipſum modicè adſtringendi. Cæterum huiuſmodi vnguenta applicanda, & penicillo liganda eſſe iubet: aliud etiam proponit, quo feliciſſimo cum ſucceſſu vti ſoleo, & iſtud eſt

℞. Olei nardini,

E Ceræ, ana vnc. j.

Aloes,

Maſtiches, ana drach. j.

Liquefiat cera cum oleo, deinde ab igni auferatur, atque puluertes intus injciatur, eoq; inungatur totus venter inferior.

Vel ſic

℞. olei

℞. olei nardini,
Cotoniorum, ana vnc. j.
Aloes,
Thuris,
Maſtiches,
Granarum tinctorum ſubt. pul. ana drach. ſſ. miſce, & cum cera, quantum ſufficit, fiat vnguentum.

Pro nobilioribus addere poteſtis maſchi parum, vt

℞. olei nardini, vnc. ij.
Pul. granorum tinctorum, drach. ij.
Ambræ,
Moſchi, ana gra. ij.
Cum cera alba, quantum ſufficit, fiat vnguentum.

Sunt etiam, & pretioſa vnguenta, quæ ſpicata, ac foliata antiqui appellabant, & componebantur ex moſcho ſcilicet, ambra, ac ſimilibus.

Et hæc eſt curatio localis, quæ competit fluxui, vbi verò nullus adſit fluxus, ſed contenta in aliqua parte materia reperiatur, poſtquam euacuata fuerit, corroborandæ ſunt partes prædictis localibus, quòd habeant aliquam adſtringendi facultatem: oleum mellinum in hoc caſu ab Auicenna probatur, & oleum maſtichinum: iſtud etiam vnguentum valet ad ventriculum corroborandum.

℞. olei nardini,
Maſtichini, ana vnc. j.
Purpuræ,
Granorum tinct. ſ. p. ana drach. j.
Ambræ, ſcrup. ſſ.
Miſce, & cum cera, quantum ſufficit, fiat linimentum: & hæc eſt tota huius febris ad mentem Gal. & Auicennæ curatio.

Verùm de balneo nihil dictum eſt, quod non modò apud antiquos in frequenti erat vſu, ſed & in maxima veneratione, quare in hoc caſu, vbi per alui fluorem corrupta materia exiuiſſet, in balneum ponebant ægrum, dum eſſet in declinatione, deinde ipſum nutriebant, atqui ſi virtus aliquo modo debi-

A lis apparuiſſet, tunc omiſſo balneo ęgrotantem nutriebant.

Sin oportuiſſet per clyſterem aluum ducere, tunc conſiderabant, an planè acceſſio ceſſaſſet in prima die; ſecunda enim die in balneum hominem immittebant, ſi tamen ex toto deſijſſet febris, nihil amplius moliebantur; ſin adhuc tertio die febrijſſet, ſed videretur leuis febris, ipſum adhuc lauabant.

B At vbi ſuſpicio fuiſſet, quod in aliam naturã febris degeneraſſet, tunc omiſſo balneo, alia propinabant, & generoſa remedia: & hæc pro præſenti febre ſatis ſint dicta.

DE FEBRE EPHEMERA *ex bubone, ſeu ex apoſtemate.*

C Scire in primis debetis nomine bubonis intelligendum in Gal. doctrina glandulas illas, quæ ad inguina ſunt à Græcis boubona appellata, vnde Galenus appellat lib. 1. ad glauc. cap. 2. bubones illas inflammationes, quæ prædictis glandulis eueniunt.

Hoc verò loci, vt apud eundem Gal. videre eſt lib. 1. de diff. feb. cap. 5. per bubonem opus eſt, vt intelligatis non modò inflammationem, hoc eſt, tumo-
D rem à ſanguine factum, verùm ſimpliciter omnem tumorem calidum; at ſecundùm Auicennæ opinionem non modò inguinum inflammationem, ſed etiam omnium glandularum, quarum aliæ ſunt ſub maxilla inferiori, & poſt aures, quæ cerebri emunctoria appellantur, aliæ ad alas, quæ cordis emunctoria, & tandem aliæ ad inguina, quæ hepatis emunctoria dicuntur.

E Huiuſmodi igitur glandulæ ſi intumeſcant tumore calido, vel phlegmonoſo, aut eryſipelatoſo, aut ex vtraque mixto, poteſt oriri febris ephemera, quam Galenus ex bubone, Auicennas autem ex apoſtemate fieri dixit.

Sed quoniam ab huiuſmodi tumoribus ſolet fieri febris putrida, Galenus lib.

lib. 1. cap. 5. prædicto, & Auicen. 36. cap. ſcribunt, quod ephemera fit, quando ſolummodo caliditas ſucceſſiuè per partes ipſi cordi communicatur, quando verò ſimul cum caliditate fuligines in cor feruntur, tunc efficitur febris putrida, & tunc eſt, quando inflammatio ad ſuppurationem conuertitur, à principio verò fit febris ephemera.

Sed facit difficultatem, quod ab Auicenna hoc loci ſcribitur, nempe febres illæ, quæ apoſtemata ſe quuntur, quoties ab antecedenti cauſa fiunt, ſunt putridæ, quemadmodum illæ, quæ fiunt, vel à repletione, aut ab oppilatione. Deinde ſubiungit, & febres quidem ſequentes ea, vt plurimùm ſunt ephemeræ, & ſi non ſunt ephemeræ, ſunt malæ.

Qui locus ambiguus eſt, ita vt circa ipſum interpretandum non omnes conueniant, quia Gentilis diligentiſſimus Auicennæ expoſitor in tam pauca, & breui oratione notat contradictionem indiſſolubilem, quæ eſt, quod dixit Auicennas febres, quæ ſequuntur apoſtemata extrinſeca præcedente repletione, aut obſtructione eſſe febres putridas: paulò verò poſt dixit abſolutè, febres ſequentes apoſtemata extrinſeca, eſſe vt plurimùm ephemeras.

Capiuaccius verò inquit lib. 6. de feb. cap. 16. Auicennæ ſermonem inſtitutum eſſe in hunc modum, apoſtemata tempore febris, vel præcedunt febrem, vel ipſam ſequuntur; ſi apoſtemata præcedant, febres ephemeræ vt plurimum oriuntur; atqui ſi apoſtemata ſequantur, febres huiuſmodi ſunt putridæ.

Sed ſi rectè, neq; oſcitanter legamus Auicennę verba, intuebimur doctrinam eſſe veram, neq; aliqua contradictione implicitam, ſemperque loqui de febribus ſequentibus apoſtemata, quarum aliquæ ſunt putridæ, aliæ ephemeræ, & aliæ etiam malignæ.

Cum enim dixiſſet Auicennas modum generationis febrium putridarum

A ſequentium apoſtemata, necnon modum ephemerarum, id eſt, quando fit febris putrida ex apoſtemate communicari caliditatem cordi, per fuligines ab ipſo apoſtemate eleuatas, quando autẽ fit ephemera, ſolam caliditatẽ per cõtinuitatem cordi communicari, affert differentiam vtriuſq; apoſtematis.

B Nam apoſtema, quod ephemera ſequitur, ortum ducit ab aliqua cauſa primitiua, aut prætergreſſa, quemadmodum eſt vlcus, aut dolor, vel ſcabies, vel percuſſio; vnde dicebat paulò inferius febres ſequentes ea apoſtemata facta à cauſis prædictis, vt plurimum eſſe ephemeras. An modò febres malignæ has eaſdem cauſas ſequantur, diligentiùs ſuo ſcrutabimur loco.

C Illud verò apoſtema, quod febris ſequitur putrida, habet cauſam antecedentem, nempe putredinem intus reconditam, quæ ad partes tranſmittitur exteriores, à quibus apoſtema fit, & ab hoc aliquando ephemera oritur, quare huiuſmodi apoſtemata videntur fieri per tranſmiſſionem, vt ſit altera differentia, ab ea, quæ fit per attractionem, quamuis ambæ fiant per expulſionem.

D Sed fortè dicet quiſpiam Auicennam exemplificare de vlcere, & ſcabie, quæ ſunt in corpore, & non poſſunt dici cauſæ primitiuę, ſed antecedentes, ſequitur igitur non ſolùm apoſtemata, quæ ſequuntur febres putridæ, ſed etiam illa, quæ ſequuntur ephemeræ, fieri à cauſis antecedentibus, cum vlcera ſint cauſæ, quæ antecedunt apoſtemata?

E Dicendum, vt ſupra admonuimus, quod cauſę procatarcticæ aliæ ſunt exteriores, aliæ quæ prægreſſæ, vel manifeſtæ dicuntur; febres ephemeræ ſequuntur, & exteriores, & manifeſtas cauſas, quia apoſtemata, à quibus prodeunt, vel ab exterioribus cauſis prodeunt, vel ſaltem à manifeſtis,

At apoſtemata, quæ ſequuntur febres putridę, nullam habent manifeſtam cauſam,

cauſam, ex quibus igitur poterit vnuſquiſque veſtrum cognoſcere Auicennam ſibi conſtare, nec loqui de febribus illis, ad quas ſequuntur apoſtemata, vt voluit Capiuaccius, ſed de febribus ſequentibus ipſa, quarum quędam ſunt putridæ, quædam ephemeræ, vt intellexiſtis.

De malignis verò, ac peſtilentibus febribus ſuo videbimus loco. Cupio, vt videatis locum hunc, & attentè legatis, vt poſſitis iudicare, an noſtra hæc expoſitio correſpondeat textui. Febris igitur ephemera ſequitur tumorem inflammatorium glandularum prodeuntem a cauſa manifeſta.

DE SIGNIS FEBRIS *ephemeræ ex bubone, ſeu apoſtemate.*

AVicennas deſumit ſigna ab excretis, & ab actione pulſus læſa: ab excretis quidem, ac primò à ſudoribus, quia inquit ſuccedere humectationem, quæ fit, ſcilicet per totum corpus, vel à ſudore, aut à multa vaporum copia.

Deinde ab vrina, quam albam, & aquoſam eſſe dicit, quia ad apoſtemata, & vlcera, quæ apoſtematum ſunt cauſa ſuccedit humorum defluxus.

Ab actione læſa; quia pulſus eſt velox, & frequens ob multam ſpirituum caliditatem, atque etiam repletionem.

DE FVTVRO EVENTV *febris ephemeræ ex bubone, ſeu apoſtemate.*

DE prædictione ſi rectè intueamur, quæ ab Hippocrate dicta ſunt, 4. aphor. 55. videbimus febrem hanc eſſe facilis curationis, quia dixit omnes febres ex bubonibus, ephemera excepta, malas eſſe. Si quis igitur decenter ipſam curauerit, facilè poterit aſſequi

A intentum, dummodo ex parte ægrotantis non fiat peccatum; ad quam quidem oppugnandam opus erit omni medicinæ vti inſtrumento.

DE CVRATIONE FEBRIS *ephemeræ ex bubone, ſeu apoſtemate.*

B QVemadmodum Galenus victus illam rationem, quam antiqui illi diatritarij medici inſtituebant, irridet, ita è contra curandum eſt, vt regimen proportionatum inſtituamus præcauentes, ne in aliud febris genus incidat.

Vnde Auicennas repletionem, quæ in corpore eſſe conſueuit, reſpiciens ſcribit attenuandum eſſe victum, neq; vnquam cibare oportere ægrotantem,

C niſi tranſacta acceſſione, opus tamen eſt inſpicere cauſam, à qua bubo fiat, quæ ſi tenuis ſit, & calida materia, opus eſt eadem victus regula vti, ac ſupra de alia febre ex repletione dictum fuit, refrigerante nimirum, & humectante.

De potu ſcribit Galenus 2. ad Glauc. cap. 3. eos arcendos eſſe à vino, quo vſq; tumor fuerit curatus.

D

DE CVRATIONE FEBRIS *ephemeræ ex bubone, ſeu apoſtemate per Chirurgiam, & Pharmaciam.*

IVbet Auicennas in hac febre mittendum eſſe ſanguinem, quod ſanè fieri poteſt duplici de cauſa, tum vt euacuetur ſangnis, tum quoque, vt prohibeatur ferri in partem bubone aſ-

E fectam.

Ad medicamenta quoque accedendum eſſe præcipit Auicennas, vt materia euacuetur, quæ vel eſt in toto corpore quantitate, & qualitate peccans, vel eſt in parte affecta, quapropter medicamenta interna humorem peccantem reſpicientia propinanda eſſent,

quoties humor quantitate ſua adaugeretur, nec poſſet alia via diſſipari.

Notate tamen, quod copia non intelligitur humoris, ſed humoris peccantis, quia, vt aliàs etiam demonſtraui, medicamentum purgans inſtituitur ratione humoris; à qualitate enim eius indicatur ſpecies medicamenti, à quantitate euacuatio. Quæ medicamenta apta ſint educere omnes humores, & quod vnum quodq; facultatem habeat proprium humorem extra corpus educendi, in Miſcellaneis abundè egimus.

Quod modò attinet ad localia medicamenta, eſt notandum, humorem facientem tumorē, vel eſſe adhuc in fluxu, vel iam fluxiſſe: ſi primo modo requirit medicamenta, quæ ſiſtant humoris impetum, ad quam quidem intentionem reſpiciens Auicennas proponit medicamenta non modò virtute refrigerantia, verùm quæ actu ſint talia, quinimo & niue refrigerata.

Vbi verò fluxerit materia, tunc vel reſoluenda eſt, vel ſuppuranda, ſi partim fluat, partim fluxa ſit, admiſcenda veniunt medicamenta reprimentia cum reſoluentibus, ita vt modò reprimentia vincant, modò reſoluentia, pro vt maior copia ſit fluentis, vel fluxi humoris, quemadmodum declaraui, vbi ſermo eſſet de phrenitide.

Et quamuis Galenus ſcribat 8. meth. med. cap. 6. eos, qui febre ephemera ex bubone febricitant, minimè medicos conſulere, niſi vt vel buboni, aut vlceri medeantur, quaſi quod prima, & præcipua ratio curandi tumori debeatur, nunc tamen inſtitutum noſtrum non eſt loqui de tumoris curatione.

De balneo tam in his febribus vſitato Auicennas ne verbum quidem habet, Galenus autem ſobriè admodum de ipſo loquitur, niſi quod dixerit medicos poſt curationem bubonis iubere ægrotantes lauari, ſed noſtris temporibus vſus balneorum abolitus eſt præſertim in huiuſmodi malis, & præcipuè in

A his partibus: & hæc de febre ex bubone.

Me confero ad febrem ephemeram ex ſolis ardore, quæ curanda eſt ſuis contrarijs. cibis ſcilicet humectantibus, ac refrigerantibus, deinde transeundum ad localia, nempe ad balneum, & inunctiones per totum corpus ex oleo factas, & capiti, quod potiſſimùm à ſolis ardore patitur, ex roſaceo, aut vio-

B laceo, aut omphacino applicandas.

Aliæ verò febres ex affectu corporis ea ratione ſunt curandæ per ſua contraria, vt illæ, quæ ex ſiti, fame, inedia fiunt, quemadmodum illæ, quæ ex animi fiunt affectu, in quibus reſpicere oportet febrem, vt febris eſt, & conſequenter refrigerare, & humectare, quæ eſt indicatio à natura rei deſumpta.

C Hæc quidem ratio curandi antiquis fuit admodum familiaris, ſecundùm quorum regulam poteritis, quemadmodum in curatione prædictarum febrium dixi, omnem inſtituere curationem; exiſtimo enim ſatis vobis vtile eſſe, habuiſſe exemplar curationis quatuor prædictarum febrium, quæ ephemeræ periculoſæ ſunt reſpectu cauſarum, ac affectus ratione omnes eodem modo cu-

D randæ.

Sed quoniam pollicitus ſum vobis declarare, quid nomine balnei antiqui intelligerent, & quomodo eo ipſo vterentur, ſcire debetis balneum appellaſſe antiquos ſimpliciter id, quod ex aqua dulci conſtabat, alia verò balnea cum additamento vocabant, vt ſalſa, vel alterius cuiuſdam qualitatis.

E Balnei ex Gal. 8. meth. med. cap. 2. & lib. 10. cap. 10. plures erant partes; prima erat mora in aere calido, ſecunda lauatio in aqua calida, tertia lauatio in frigida, quarta erat ſudor, qui vel frictione, aut vnctione excitabatur.

Aer calidus facultatem habet calefaciendi ſimul, atq; madefaciendi, hinc foramina cutis adſtricta relaxat, humores

res concretus liquat, vt facilè per cutis poros educantur, ſi quis tamen in eo diutiùs immoretur, exiccatur.

Aqua verò calida, ſiue frigida etiam fuerit, madefaciendi vim in primis obtinet, ſi tamen calida adhibeatur tamdiu calefacit, quamdiu ipſius conſeruatur caliditas, vt Auerroes ſcribit lib. 6. collect. cap. 1. nam temporis progreſſu vaporibus calidis expiratis in ſuam reuertitur naturam, & refrigerat.

At aqua, quæ moderatè calida eſt, calefactos refrigerat, refrigeratos calefacit, frigida verò refrigerat corpus, calidum intus innatum repellit, hinc vires confirmat, verùm poros cutis denſat, hinc tranſpiratum prohibet.

Quarta verò corpus citra noxam refrigerationis per ſudores euacuat, & inunctio ante lauationem confert ad madefaciendum, poſt verò lauationem ad exhauriendum corpus, in lauatione autem vtrumq; præſtat. qua natura balnei conſiderata omnibus in confeſſo eſſe facilè poterit, non omnibus febribus ephemeris ſimpliciter balneum eſſe vtile.

Nam cauſæ febris ephemeræ poteſt eſſe inimicum, quia in obſtructione non A conuenit, vt ſuo loco intellexiſtis, quare cùm balneum febris ratione valeat, ratione cauſarum poterit eſſe vtile, & minimè, quemadmodum vnicuique diſcurrenti notum eſſe exiſtimo ex prædictis.

Sed de ephemeris potiſſimùm pertractauimus, pro vt ſpectant complexiones calidas, & ſiccas, quas oſtendimus ex Galeno febribus hiſce maximè B diſpoſitas eſſe, verùm ſi Galenum conſulamus eodem 8. meth. med. cap. 7. videbimus poſſe etiam calido, humidoq; temperamento homines incurrere in diariam febrem, ſed tamen minus promptè, quia ad febres putridas hos pronos eſſe obſeruamus.

Hi verò, qui calidæ, & humidæ ſunt temperaturæ, vbi incidant in febres diarias, poterunt faciliùs perferre illam C rationem viuendi diatritariam, quam qui calidioris, & ſiccioris naturæ ſunt: & hinc eſt, quod ob periculum, quod imminet, ne huiuſmodi febris degeneret in hecticam, aut putridam, Galenus voluit medicos maximè oculatos eſſe.

His ſic explanatis hecticæ nos manent, quarum tractationem deinceps aggrediemur.

DE FEBRIBVS HECTICIS.

CAPVT VIGESIMVMQVARTVM.

SVperius, dum ſermo eſſet de febribus in vniuerſum, diximus tot eſſe earum differentias, quot ſunt ſubiecta apta ad caliditatem extraneam recipiendam in corpore; ea autem tria eſſe ex Hippocrate docuimus, nimirum,

Continentia

Contenta, &

Impetum facientia.

Per continentia apud Galenum eſſe intelligendas noſtri corporis partes ſolidas apertè vidimus.

Per contenta humores.

Per impetum denique facientia ſpiritus.

Cùm igitur tria ſubiecta accenſioni idonea ſint, totidem febrium differentias in genere collegimus; atqui de duabus hucuſque tractauimus, nempe de ephemeris, quæ ſunt illæ, quæ in ſpiritibus accenduntur; atque de putridis, quæ in humoribus ſuum fundamentum habent, qui cùm inter ſe diuerſi ſint, dum accenduntur, febrium putridarum faciunt diuerſas differentias, quas quidem omnes ſigillatim, compendioſè, & (ni fallor) accuratè ſuo loco examinauimus.

In præſenti hecticas febres allaturi exordiemur à nomine, inde ad definitionem perueniemus. Sed quoniam non vnica reperitur febris hectica, videbimus, quot ipſius differentiæ ſint ſtatuendæ, & vnde accipiantur; cauſas deinde, ſigna, prognoſtica, & vltimo loco curationem breui aperire tentabimus.

Quod ad nomen attinet, ſi Galeno credimus lib. 1. de diff. feb. cap. 9. dictum eſt ἀπὸ τῆς ἕξεως; hoc eſt ab habitu, eò quòd, quemadmodum habitus eſt
C qualitas difficilè à corpore mobilis; ita quoque ἑκτικὴ febris, quam vocant noſtri habitualem, quia totum corporis habitum occupat.

Quod ad ipſius eſſentiam ſpectat, eſt calor accenſus in partibus ſolidis corporis, & vt ait Capiuaccius, eſt febris producta à primaria accenſione ſolidorum cordis abſque veneноſitate; hanc
D particulam addit Capiuaccius, quia exiſtimat febrem peſtilentialem eſſe accenſam in ſolidis cordis partibus, ſed cum venenoſa qualitate, quod ſuo loco indagabitur.

Vt autem definitionem prædictam intelligatis, atque etiam colligere valeatis ipſius omnes differentias, paulò altiùs repetenda eſt lectio. Noſtri corporis partes ſolidæ continuò diſſipantur, cùm ab eis ſemper aliquid defluat,
E quod eget perpetua reſtauratione, at non poteſt id aliunde, quàm per alimentum reſtaurari, quod eſt ſanguis, vt aliàs audiuiſtis.

Verùm quoniam in corpore noſtro, vt dicebat Hippocr. in libro de alimentis, & confirmauit Galenus lib. 1. de facult. nat. cap. 11. triplex reperitur

tur alimentum; nempe verè alimentum, quod eſt veluti alimentum, & quod futurum eſt alimentum, ſanguis, dum contentus eſt in venis, eſt futurum partium alimentum; deinde propinquum fit, & quaſi alimentum; tandem euadit alimentum verè.

Quando dicimus ſanguinem, opus eſt intelligere omnium humorum maſſam, vbi igitur in iecore formam propriam ſanguinis eſt adeptus, ad magnam venam ab expultrice iecoris propellitur, ab hac ad minores venas, & ab illis ad capillares, à quibus mediante earum attractione attrahitur, & ab alteratrice alteratur, & iam ſanguinis naturam paulatim exit.

Ab illis autem propulſus per ſolidas partes roris in modum ſpargitur, & proximum alimentum ipſarum euadit, & tandem fit propriè, & verum alimentum, & eſt quando iam adhæſit partibus, ac ſimile illis, non quidem ſubſtantia, quia iam eſſet pars, ſed qualitatibus efficitur; antea enim erat veluti alimentum, quemadmodum vbi erat in venis, erat futurum alimentum; hac ſtante determinatione.

Auicennas noſter 1. primi, cum ageret de humoribus, quatuor adduxit ſpecies humiditatum.

Primam eſſe dixit in regione venarum capillarium, & eſſe ſanguinis portionem, eamque innominatam vocauit.

Secundam eam eſſe voluit, quæ à ſanguine fit, dum à venis exiens per ſolidarum partium ſuperficiem extenditur, eamque rorem appellauit, quòd roris, vt dictum eſt, in modum ſit ſparſa.

Tertia eſt nutrimentum, quod adhæret partibus, ſimileque illis redditum eſt, quo ad qualitates, & dicitur cambium.

Quartam humiditatem eam eſſe appellat, quæ à primordijs noſtræ generationis ſingulas partes ſeruat, conti-

A nuas autem coniungit, & gluten quibuſdam dicitur.

Hic Auicennas non diſſentit ab Hippocrate, & Galeno, quinimo eorum mentem clariorem reddere videtur; nam tertiam humiditatem, quam illi verè nutrimentum appellant, ipſæ vocauit cambium, & re vera eſt alimentum, etſi nondum in ſubſtantiam ſit transmutatum; quam verò ſecundo loco poſu-

B it, & rorem dixit, Hippocrates, & Galenus quaſi alimentum vocant, quod à vero alimento parum diſtet.

De prima autem humiditate, quamuis conuenire non videantur, parum tamen diſcrepant; Auicennas enim primam humiditatem in venarum capillarium extremitate collocauit; Galenus verò futurum alimentum eum ſanguinem appellauit, qui in venis reperi-

C tur, ſed ſi illud ſanguinis, qudo in venis magnis eſt, futurum alimentum deberet appellari, non diſſimili ratione, & ille qui ad extremas eſt venas, imò magis, quia futurum quidem eſt alimentum, & propinquius prædicto.

De quarta verò humiditate omnes conueniunt, quia per eandem intelligunt innatum, aut vt aiunt humidum radicale, qua poſita Auicennæ deter-

D minatione, opus eſt videre, an febris, de qua agitur, accenſa ſit in his humiditatibus, an verò in partibus, quarum gratia huiuſmodi humiditates ſunt factæ.

Auicennas exiſtimat priorem illam humiditatem, quam diximus manere in venarum extremitate, nihil facere ad præſentem conſiderationem, ſed potiùs referri ad humorales febres; nam vbi

E putreſcat, facit aliquam ex putridis febribus, de quibus ſatis.

Reliquas verò tres humiditates, nempe rorem, cambium, & glutem, ſeu vt vocant humidum radicale, & vt ait Hippocrates, proximum alimentum, verum alimentum, & innatum humidum, facere ad præſentem conſiderationem certum

tum eſt, nempe quod ex harum ſiccitate tres etiam fiant febris hecticæ ſpecies, eo ordine ſe habentes, vt illa, quæ accenſa eſt in minus neceſſaria humiditate, ſit minoris periculi, faciliotiſque curationis. & eſt illa, quam idemmet Auicennas dicebat eſſe difficilis cognitionis, & facilis curationis.

Quæ verò in cambio, aut in vero alimento partium eſt accenſa, longè eſt maioris periculi, quia eo conſumpto, partes facilè contabeſcunt.

Tandem omnium periculoſior ea eſt, quæ conſumit humidum innatum, & quam idem Auicennas appellauit facilis cognitionis, & difficilis curationis, & adeo quidem, vt ad impoſſibilitatem ſit propinqua, itaq; febris hecticæ ſubiectum diſponit, atq; diuidit, vt inde triplicem differentiam ipſius nobis pulchrè inſinuet.

Quamuis Galenus lib. 10. meth. med. cap. vlt. vt Coſtæus notat ad caput primum tractatus tertij primæ fen quarti libri, alia methodo, & via videatur differentias febris hecticę venari; nã febres hecticas eas appellauit, quæ in partibus ſolidis accenſæ ſunt, & quarum ratione opponūtur hecticę febres humoralibus.

Partes autem, eodem authore Galeno, quæcunque illæ ſint, ex triplici ſubſtantia conſtant; nimirum ex ſubſtantia carnoſa, fibroſa, & humiditate naturali.

Membranoſam, & fibroſam ſubſtantiam fundamentum eſſe ſtatuit; carnoſam verò eam eſſe, quæ prædictas partes inueſtiat: cæterum humiditatem, ex qua partes nutriuntur addit; quo poſito, inquit Coſtæus, vbi propriam humiditatem, qua partes nutriuntur, præſertim illam, quæ in corde eſt, febris depaſcit, tunc facit vel primum hecticæ gradum, aut primam differentiam.

Vbi verò carnoſum genus, quod circa membranoſum, & fibroſum genus eſt, inuaſerit, ſecundus eſt gradus

A hecticæ, ſcilicet maraſmodes, vbi tandem membranoſas, & fibroſas partes depopulatur, tertiam ſpeciem hecticæ febris eſſe putat Galenus, quam tabem nominauit.

Sed paulò poſt audietis ſententiam ipſius ita intelligendam eſſe, quemadmodum in pręſenti capite interpretatus eſt nobis Princeps noſter, quod oſten- B dam, ſi priùs in medium attulero, quæ à Galeno habentur lib. 1. de diff. feb. cap. 9. quo in loco exiſtimat prædictus Coſtæus, Galenum in ſtatuendis differentijs hecticarum febrium aliam methodum, & aliam, ac diuerſam inſtituiſſe viam ab ea, quæ in 10. meth. med. prædicto nobis oſtenditur, quem tamen arbitror valdè hallucinatum fuiſſe, vnamq; & eandem rem declaraſſe, ſub C varijs tamen verbis.

Audiamus igitur, quid dicat lib. de diff. feb. ſcribit Coſtæus, Galenum omnes febris hecticæ differentias in natiuum humorem referre, nihilque loquutum fuiſſe de carnoſa, aut fibroſa, vel membranoſa ſubſtantia; verba Galeni ſunt hæc.

Cum enim naturalis cordis temperies primùm euerti incœperit, natiua hu- D miditas, neque protinus abolita eſt, neque virtus plurimùm laborat; ſed primò fit veluti quædam efferueſcentia humiditatis, quo in tempore facillimum eſt huiuſmodi febrem ſanare, tanquam nihil adhuc virtute perpeſſa.

Deinceps autem conſumptio quædam efferueſcentiam ſequitur, hacque in longum protracta ipſæ ſimilares particulæ, quæ ſunt veluti cordis elemen- E ta, ſicciores redduntur, atque inopia alimenti tenuiores, ac tantùm virtus laborat, quantùm ſiccitas, atque caliditas in ipſo corde inualuerit, quando earum altera exuperans virtutem imbecilliorem reddere potuit, huiuſmodi febris iam quodammodo ad vtramque partem declinat, ac medium obtinet

locum

locum inter eam tabidam febrem, quæ penitus curam non admittit, atque illam, quam paulò ante diximus, quæ facillimè in principio curari poteſt.

Inquit Coſtæus hic Galenum per natiuam humiditatem, ex qua nutriuntur partes, intelligere cambium, quod dum effetueſcit, facit primam ſpeciem febris hecticæ; dum conſumitur, facit ſecundum gradum; dum ex totoconſumptum eſt, tertium gradum, ſeu tertiam hecticæ febris differentiam producit, nulla facta mentione de partibus prædictis, de quibus 10. meth. med. dixerat.

Hic paulò nobis immorandum eſt, atque circa id elaborandum, vt exequamur, quod polliciti ſumus, nempe Galenum declararemus, atq; quodammodo interpretemur, quæ in lib. de feb. & quæ in methodo medendi dixerat.

Equidem exiſtimo deceptum fuiſſe Coſtæum ab hoc nomine σαρξ, ideſt, caro; nam eſt nomen æquiuocum; quia prædicatur de tribus carnis generibus, quæ ſunt in corpore noſtro.

Primò quidem ſignificat carnem illam propriè ab omnibus medicis appellatam, quæ inter fibras muſculorum reperitur, de qua 1. fractur. comm. 1. tex. 12. ſcribit Hippocrates ob ſui copiam in muſculis, carnem quodammodo muſculum eſſe appellandum; reperitur etiam in alijs locis huiuſmodi caro ſimplex, vt in gingiuis, radicibus vnguium, & etiam glande penis, quam carnem Teophraſtus fibris arborum ineſſe ſcribit.

Secundum genus carnis eſt prorſus innominatum, longè à priori diuerſum, in omnibuſque corporis noſtri partibus ſitum, de quo 10. meth. med. loquens Galenus illud nobis exemplo à venæ tunica deſumpto deſcribit; nam inquit; vena vnicam habet tunicam, & ipſam tenuem admodum, in ea licet fibras inuenire multas, quæ ſint araneoſis quibuſdam interſitis contextæ, quibus v-

A triſque ipſa propria venæ ſubſtantia adnaſcitur.

Tertium carnis genus in omnibus viſceribus inuenitur, ab Eraſiſtrato verò παρέγχυμα vocatur, hoc eſt affuſio. Tria hęc carnis genera, quemadmodum in nomine conueniunt; ita quoque ſunt partes corporis noſtri viuentes, quia & ipſæ nutriuntur.

Verùm quidem differunt ratione tum

B materiæ, à qua generantur, & nutriuntur, tum etiam ratione finis, in quem ſunt deſtinatæ.

Primò quidem ratione materiæ generationis differunt, quia primum carnis genus ex ſanguine generatur, vt 3. lib. meth. med. cap. 3. Galenus ſcripſit, ex eodemque ſanguine nutritur; nam carnoſæ partes ex ſanguine nutriuntur.

C Finis ipſius eſt multiplex, vt 1. de vſu part. cap. 13. & 12. à Galeno ſcriptum eſt, facta enim eſt ad conſeruationem, ad propugnaculum, & ad tegumentum aliarum partium.

Aliæ carnes quædam ex ſemine, aliæ ex ſanguine, & ſemine fiunt: vnde Galenus 1. de ſemine cap. 7. & 8. dicebat quod parenchymata, quæ habent ſubrubrum colorem, facta ſunt ex ſanguine

D menſtruo, atque ex ſemine; quæ verò album colorem præſeferunt à ſolo ſemine ortum ducunt; hepatis, lienis caro à ſemine, & ſanguine ortum ducit; at ventriculi, cerebri, & aliarum partium caro ab ipſo ſemine. Finis etiam quammaximè diuerſus, vt aliàs demonſtraui.

Caro autem aliarum omnium partium, vt venæ, ortum ducit à primordio

E generationis à ſemine ſimul cum fibroſa, & membranoſa: finis ipſius eſt partes prædictas ſimul agglutinatas ſeruare, quæ quandiu nutritur, conſeruatur in ſuo ſtatu naturali; & vbi ſemel fuerit conſumpta, nunquam poteſt regenerari; ac reliqua pars ruit, ac fibræ exiccantur.

Et

Et hæc eſt illa caro, quæ propriè appellata fuit ab Auicenna, & Galeno humidum innatum, ſeu humiditas radicalis, ad quam quidem nutriendam neceſſariò ſanguis debet conuerti in rotidam ſubſtantiam; deinde in cambium, quod eſt alimentum nondum ſimile in ſubſtantia, ſed qualitatibus commutatum, quod vbi tranſmutetur in humidum illud radicale, iam euadit corporis pars viuens.

Ad nutriendas autem partes carnoſas primi generis, non eſt opus, vt ſanguis aliquam accipiat in partibus alrerationem, ſed ſufficit illa alteratio, quam Auicennas appellauit primam humiditatem.

Carnes verò, quæ ex ſanguine, & ſemine fiunt, egent maiori alteratione, ideo ex rore nutriuntur, quia vbi ſanguis extra venas fuerit per omnes partes diſperſus, attrahitur ab vnaquaque ſecundùm ſui exigentiam; ita enim comparatum natura eſt, vt partes ab hac maſſa, non ſecus trahant, ſibi proportionatum alimentum, ac faciant partes plantarum ab ipſa terra.

Stante igitur hac diuiſione, habemus nomine carnis id ſignificaſſe Galenum lib. 10. meth. med, quod 1. de diff. febr. intellexit per natiuam humiditatem; per carnem hoc loci Galenus accepit illam humiditatem naturalem, de qua loquutus eſt 1. de diff. febr.

Quare ſi vt ſupra ex Auicennæ ſententia fuit demonſtratum, prædicatur in genere de omnibus humiditatibus naturalibus, quæ tres præcipuè ſunt, videlicet

Ros,
Cambium, &
Gluten, ſeu humidum radicale.

Magis tamen propriè de humido radicali, hoc eſt de glutine prædicatur; hæcque tres habet prærogatiuas, vt ſit multa, profunda, glutinoſa, & ſubiectum caloris innati.

Has autem tres humiditates Hippo-A crates intellexit, vt ſupra dictum eſt, quando inquit alimentum aliud eſſe, quod dicitur

Futurum alimentum,
Aliud quaſi alimentum,
Et aliud alimentum.

Sed per primum ſignificauit ſanguinē; per ſecundū rorem, per tertium cambium. Quando igitur 10. meth. med. ſcribit Galenus primum gradum febris he-B cticæ eſſe cum humiditas partium corporis & præſertim cordis nutriens conſumitur ex caliditate præter naturam, id eſt tunc fieri primum gradum febris hecticæ.

Sed cum humiditas ſit duplex, qua nutriuntur partes, vna ex toto conſumpta altera verò quæ incipit, nempe ros conſumptus eſt, ſed cambium incipit, & eſt illa cordis conſtitutio, de qua C primo de diff. febrium dicitur, *in qua temperies cordis euerti incipit*; quia conſumpta illa priori humiditate, quæ ſuppeditabat materiam cambio, tunc cordis temperies mutatur, quia ſiccius efficitur per illius conſumptionem; quoniam verò hæc ipſa à calore extraneo eſt conſumpta, hinc eſt, quod *fit in* ſecunda humiditate veluti *quædam efferueſcentia*, ex qua nondum tamen D iſta humiditas protinus eſt abolita.

Et hinc eſt, quod, vt inquit Galenus, virtus non admodum laborat, quia cor à ſtatu, & temperie ſua naturali parum receſſit, ita vt prima ſpecies, ſeu differentia, ſeu gradus febris hecticæ ſit, quando iam conſumpta eſt prima humiditas, id eſt ros efferueſcente iam ſecunda, nēpe cambium; nam in vnaquaq; ſpecie adeſt plurima latitudo diſpoſi-E tionis ſecundùm magis, & minus.

Vltimus terminus primi gradus eſt, quando tota prima humiditas conſumpta eſt, cum ſecundæ efferueſcentia, ſecundus verò gradus eſt, quando caro conſumitur, vt ait 10. meth. medendi.

Poſtremus eſt, quando à calore diſſipan-

ſipantur fibroſę, & membranoſę partes, quod lib. de diff. febr. ad hunc modum declarauit; nam conſumptio primæ humiditatis cum efferueſcentia ſecundæ humiditatis eſt vltimus terminus primæ hecticæ differentiæ, quæ facillimo negotio poteſt curari, quod virtus cordis nondum aliquid mali perpeſſa ſit.

Subiungit deinceps, conſumptio efferueſcentiam ſequitur, his verbis, nihil aliud innuere, mea quidem ſententia, volens, niſi ſecundum gradum; nam conſumptio illa vlterius progrediens, vel conſumit ſecundam humiditatem ſimul cum tertia ex toto, vel vſq; ad aliquem terminum.

Si primo modo, tunc cordis particulæ, quæ ſunt veluti elementa cordis, ſicciores redduntur, atque alimenti inopia tenuiores, & tunc cordis virtus imbecilla redditur, tum caloris, tum etiam ſiccitatis ratione, & huiuſmodi eſt illa tertia differentia hecticæ, quam in partibus ſolidis dicebat Galenus 10. meth. med. eſſe affixam.

Non quidem intendebat eo loci nobis perſuadere Galenus, quod in partibus prædictis accenſus ſit calor, ſed quod ſit accenſus in parte illa glutinoſa, nempe in humido radicali, quod continuitatem partium prædictarum conſeruat, ſecundùm cuius conſumptionem partes exiccantur magis, & minus.

In hac materia poteſt accendi ignis, & in eo permanere diù, quia dum vna pars illius aduritur, & conſumitur, aliqua portio reſtauratur; deinde conſumitur ab extranea caliditate; partes autem ſolidæ accenſæ non conſumerentur, ſed adurerentur, neque amplius eſſent partes, & ad earum aduſtionem totum animal adureretur.

Quare accendi caliditatem extraneam in partibus ſolidis dupliciter contingit; nam vel accenditur in neruoſa, & membranoſa ſubſtantia eas conſumens, & adurens; vel accenditur in

A quarta illa humiditate, quam humidum ipſarum partium radicale, & carnem ipſarum, qua conſeruantur, appellauimus.

Primo modo nullus eſt, qui id dicat, nec Galenus ipſe, quia, vt oſtendimus, febris non poſſet diù durare, quia conſumerentur à caliditate extranea partes, & vrerentur breui tempore, quæ aduſtæ nequeunt regenerari, nec re-

B ſtaurari; hinc eſt, quod homo, qui partes ad hunc modum accenſas habet, breuiſſimo viueret tempore; obſeruamus tamen illos, qui tabe laborant, diu, & per annos viuere.

Quare cùm dicimus calorem accenſum eſſe in partibus ſolidis, non affirmamus eſſe accenſum formaliter in fibris, & membranoſis, ſed in parte illa carnoſa, quæ ſi parum conſumitur, fit

C illa illa ſecunda ſpecies, quæ media eſt inter primam, & tertiam, vt ait Galenus.

De hac eadem intellexit idemmet Galenus lib. 10. meth. med. quando dixit accenſam eſſe caliditatem in carnoſa parte, quæ conſumitur quidem, ſed non tamen adeo intenſè, vt inde ſequatur partium cordis illa ſiccitas, de qua idem dicebat lib. citato de fe-

D bribus, tunc euenire, quando carnoſa illa pars intenſè admodum conſumitur; qua conſumpta ex neceſſitate euenit, vt partes, quæ ſunt veluti cordis elementa exiccentur, quam deinde calefactionem, & exiccationem ſequitur virtutis illa debilitas, ac languor.

Itaque per natiuā humiditatem poſſumus intelligere, non modò voluiſſe Galenum ſubaudiri cambium ſolum,

E ſed rorem, cambium, & humidum radicale, quod cum ſit pars illa, quam vulgares propriè pulpam appellant, meritò partem carnoſam eſſe diximus.

Proinde febris hectica in hunc ſe habet modum, vt in prima ſpecie calor accendatur in rorida illa humiditate, ſecundùmque magis, & minus adſinę

Kkk di-

diuerſæ differentiæ.

Vltimus terminus eſt conſumptio ipſius, & cambij excandeſcentia, cuius conſumptio accipiens differentias ſecundùm magis, & minus facit diuerſas febris ſpecies, vltimuſque terminus eſt excandeſcentia, necnon vſq; ad quendam terminum conſumptio humidi radicalis; & hæc eſt ſecunda ſpecies, ſeu differentia febris hecticæ.

Poſtrema verò eſt, quando idem humidum adeo conſumitur, vt partes ſummè exiccentur, & tunc fit febris illa, quæ eſt facilis cognitionis, & difficilis curationis, ex quibus iam patere arbitror, Galenum vtrobique vnam, & eandem habere ſententiam, pulchrè ab Auicenna noſtro expoſitam, & dilucidiſſimo exemplo declaratam in hoc capite primo.

Nam oleum in lucerna declarat primam humiditatem: item oleum in lychnio lucernę affuſum ſecundam ſignat humiditatem: tertiam verò refert illa humiditas, quæ partes lychnij ſimul continuitate conſeruat, qua re tradita definitionem propoſitam declaremus.

Dicimus igitur febrem hecticam eſſe calorem præter naturam accenſum, vt oſtendamus accenſionis ratione conuenire cum omnibus alijs febribus: addimus differentiam à ſubiecto, vt à cæteris omnibus alijs dirimamus, nempe partes ſolidas accenſas eſſe.

Sed quoniã ex partibus ſolidis quædam ſunt, quæ à primordio ſuæ generationis ſoliditatem immutabilem, & terminatiuam acquiſiuerunt; quædam verò ſunt ſolidæ per comparationem, & per vlteriorem caloris naturalis actionem duriores, & ſolidiores fiunt, ſciendum, quod in primis calor præter naturam non accenditur formaliter, ſed conſecutiuè, vt iam audiuiſtis, vnde Galenus 10. meth. med. dicebat: nefas eſt huiuſmodi ſingularum partium fibras à malignis febribus colliquari, ſi-

A cut carnes, quoniam animal, priuſquam hæ prorſus ſint exiccatæ, obibit; in ſecundis autem accenditur.

Iſtæ autem ſunt humiditates naturales, ex quarum diuerſitate accenſionis caloris plures generantur gradus, vt ait Galenus, ſeu differentiæ, vt nonnulli dixerunt. Primi gradus febres dicuntur hecticæ facilis curationis, & difficilis cognitionis; ſecundi gradus febres

B Galenus præcitato loco appellauit maraſmodes, quia in ijs cambium non modò conſumitur, ſed etiam pars carnoſa, pinguedo carnis, & aliarum mollium partium.

Quam rem vt percipiatis, reuocate ad memoriam, quod quando ſermonem haberemus de ſedimento farinoſo in vrinis, diximus partes quaſcunq; noſtri corporis tam pingues, quàm car-

C neas habere duplicem partem, vnam recentem, alteram antiquam, ſeu veterem, quarum pars tenuior liquatur in febribus colliquatiuis, in alijs verò pars durior.

In febribus maraſmodes appellatis colliquantur quidem partes pinguedinis, ſed recentes, quæ nihil aliud ſunt, quàm pars cambij conuerſa in humidum radicale; quæ pars carnea dici po-

D teſt, vt à Galeno lib. 2. prognoſt. tex. 78. dicitur, per cuius vlteriorem conſumptionem efficitur vltimus gradus febris hecticæ, quæ tabes nominatur, hoc eſt humidi radicalis perfecta conſumptio, quæ cum paulatim fiat, hinc eſt, quòd febris diù perduret, tum quia etiam ex alimento aliquid ipſius de nouo reſtauratur: & hęc eſt, quę maraſmos appellatur à Græcis.

E Dicimus igitur accenſum eſſe calorem extraneum in partibus ſolidis ſecundo modo intellectis, vt differentiam oſtendamus à ſubiecto febrium putridarum, quorum ſubiectum eſt fluidum, quia ſunt humores; iſtæ verò humiditates ſunt partes corporis ſolidæ ſecundùm magis, & minus, proque varia ſoliditate

deinde contingit varios fieri febris gradus, aut differentias, vt audiuiſtis.

3. Capiuaccius, vt dicebam, ponit in ſua definitione partes cordis ſolidas prima accenſione eſſe labefactatas, quæ conditio vix intelligitur; nam vel intelligit per primam accenſionem, quod primò accendantur ſolidæ partes, & eſt falſum; quia ſæpè, vt audietis, febris hectica ſequitur ſpirituum, & humorum accenſionem, vnde non erit prima.

Si verò per primam accenſionem intelligit primariam, hoc eſt principalem accenſionem, quemadmodum ipſe innuere videtur, eſt loquendi improprius modus, quia non ſupponimus febrem eſſe compoſitam, ſed ſimplicem; ita vt dicendum ſit prima accenſione, hoc eſt principali, cordis partes eſſe accenſas, quaſi adſit alia accenſio, quæ in aliquo loco ſit minus principalis; ſat enim eſt ad naturam rei declarandam, vt dicamus partes ſolidas accenſas eſſe, hoc eſt, non eſſe in fieri, ſed in calefacto eſſe.

Poſtrema conditio de veneno ſitate eſt & ea præter rationem allata, quia cum dicimus ſimplicem febrem hecticam, declaramus etiam nullam habere aliam complicationem morborum, aut ſymptomatum.

Maneat igitur ſtabilis, & firma febris hecticæ tradita definitio, quæ eſt febris accenſa in partibus corporis ſolidis, cuius ſunt tres gradus, aut differentiæ, vt hactenus diximus, quibus explicatis iam cauſas oportet venari.

DE CAVSIS FEBRIS hecticæ.

NOn deſunt Authores, qui velint reperiri cauſam continentem in febribus hecticis, quam etiam coniunctam appellant, dicuntq; eſſe illam habilitatem, quæ reperitur in humiditatibus prædictis, hoc eſt ariditatem ſeu

A tenuitatem cum quadam acuitate: ſed quidem febris hectica caliditatem habet in facto eſſe, id verò, quod factum eſt, nullam habet cauſam, quia materia totam accepit formalitatem, & tota iam eſt accenſa, nec habet aliquam partem, in qua non ſit accenſus calor, quemadmodum febris eſt putrida.

Itaque relicta hac inquiſitione deueniendum eſt ad cauſas febrem hanc efficientes, nec animus eſt nunc diſputare,
B an febris hectica poſſit fieri à principio, nulla alia præcedente cauſa, quia ſequimur Galenum & Auicennam.

Galenus lib 10 meth. med. loquens de illis, quibus inedia eſt noxia, dicebat hāc eſſe valdè infeſtam corporibus calidis, & ſiccis, ijs verò, qui in calida, & ſicca æſtate febre laborant, quæ ex
C vſtione, aut labore immodico, vel vigilijs, aut comprehenſis animi pathematibus ſit contracta, non ſimpliciter noxiam eſſe dicebat, ſed vt quidquam aliud pernitioſum.

Reddenſque huius rei rationem inquit, quia ex ea in febres ardentes incidunt, inde niſi moriantur in hecticas, atque ab his in maraſmum, vel protinus & ab initio ardentibus præteritis in hecticas. Ex hoc tamen loco non
D poſſumus concludere, quod ab initio, vt nonnulli notant, febres hecticæ hominem apprehendere poſſint, vt Valleſius adnotare videtur; nam Galenus ſcribit, ab initio quidem, præteritis ſcilicet ardentibus febribus, hoc eſt dictu, poſt ardentium febrium reſolutionem, quaſi velit, quod ex inedia primò fiant febres ardentes, quibus præteritis, niſi offeratur victus, ex inedia immediatè
E poſſit fieri febris hectica.

Sed præter inediam, alia ſunt, quæ poſſunt ab initio febrem generare hecticam, nulla alia præcedente febre, quemadmodum de illa muliere ſcribit Galenus, quam agnouit quarto die hectica febre febricitaſſe, quam calidam, & ſiccam eſſe naturæ fortè comprehēdit.

Vnde ait ſe ſæpiùs adnotaſſe, poſſe à principio calidos, & ſiccos complexione febre hectica corripi, nulla alia præcedente febre.

Quare concludimus cum Galeno, & Auicenna poſſe à principio febrem hecticam, non ſecus atque alias febres, homines inuadere, quod in 1. de diff. feb. cap. 8. videre vnuſquiſque poteſt; & 3. de præſag. ex pulſibus cap. 8.

Duo tamen ſunt, quæ faciunt difficultatem; vnum eſt, quia ratio videtur oppoſitum perſuadere.

Deinde adeſt Galenus, qui lib. 2. de criſibus cap. 11. in fine, loquens de febribus hecticis ait: nulla enim earum in primis diebus, ſed in progreſſu temporis fit: ratio eſt, quia, quæ tenuiora ſunt, faciliùs poſſunt inflammari, quàm craſſiora; ſed ſpiritus ſunt tenuiores, quàm ſint partes ſolidæ, aut ſecundæ humiditates, ergo poſſunt faciliùs inflammari, quàm partes iam dictæ; accedente igitur cauſa inflammante, & calefaciente, rationabile eſt, vt primùm accendantur ſpiritus.

Vnde Galenus libello de inæquali intemperie, non aliorſum dicit, ſpiritus ad alterandum maximè promptos eſſe, niſi vt demonſtret, cum inflammatur membrum aliquod, neceſſarium eſſe ante ſuccos, & ſolidas ſubſtantias ſpirituum inflammari. Quare ad hoc vt fiat putrida præcedit ſpirituum inflammatio; multo magis antequam fiat hectica febris: quare febris hectica fieri non poteſt, niſi poſt aliquam febrem, aut diariam, vel ardentem.

Sed ne multum temporis conteratur, dicimus poſſe febrem hecticam fieri in principio, nulla febre præcedente, & poſt aliquam ex prædictis febribus.

Verùm primum caſum dico non inuoluere repugnantiam, quamuis dicat difficultatem; quare rarò admodum contingit, ac perpauci ſunt, qui dicunt ſe vidiſſe huiuſmodi febres, & ratio eſt

A propter diſpoſitionem; nam agens non agit niſi in materia diſpoſita.

Siquidem fieri poteſt aliquando, vt humiditates prædictæ ſint magis diſpoſitæ, quàm ſint ſpiritus, hinc accenduntur, illæſis permanentibus ſpiritibus; quod quidem non poteſt meliùs declarari, quàm Algazeli exemplo, vbi dicit fulgur liquefeciſſe inſtrumenta ferrea cuiuſdam chirurgi illæſa prorſus remanente theca, in qua erant.

B Ob variam itaque diſpoſitionem, & cauſam agentem contingit febrem excitari in ſolidis partibus, nequaquam in ſpiritibus; ſed id rariſſimum eſt; frequentius tamen accenduntur ſpiritus.

Ad Galenum dicimus, quod ipſius ſententia ita intelligenda eſt; nulla febris hectica in primis diebus euenit,

C niſi à cauſa exteriori; vnde dicimus poſſe febrem hecticam fieri à cauſa extranea, nulla præcedente ex diarijs febribus, aut humoralibus.

Cauſæ igitur procatarcticæ, aut exteriores ſunt quæcunque calefaciendi corpus vehementem habent facultatem contangendo ipſum, quemadmodum calor ſolis continuus, aqua balnei

D calidi, adhæſio potentis ignis, comeſtio aſſidua rerum calidarum, & exiccantium, ſicuti ſunt cibi rebus calefacientibus conditi, vt pipere, caryophyllis, vini generoſi nimius potus, & huiuſmodi, quæ vim calefaciendi habent.

Tandem omnia, quæ extrinſecùs in corpus obueniunt, & calefaciendi, atque exiccandi nimiam facultatem habent, poſſunt febrem hecticam producere.

E Cauſæ autem, quæ antecedunt, ſunt febres, vel ephemeræ, vel ardentes, quia ingentem calefaciendi poteſtatem habent vniuerſum corpus, vbi igitur diù in corpus noſtrum morantur, corporiſque adſit prędicta diſpoſitio, facilè producunt febres hecticas.

Sed cùm dictum ſit tres eſſe gradus,

aut

aut differentias febris hecticæ, prima à cauſis procatarcticis euenire poteſt: ſecunda ſpecies nonniſi à cauſis internis, nempe à febribus prædictis, præſertim à febribus ardentibus perperam curatis: Auicennas ait ab apoſtemate cuiuſdam partis poſſe generari febres hecticas.

Cæterùm ſcribit ſequi nimiam aquæ potus abſtinentiam; vel quia medici negligunt vti epithematibus circa thoracem, quando ipſius partes, præſertim inflammatæ ſunt, qui igitur illis non ſuccurrit, eſt in cauſa, vt ſequantur febres hecticæ. Sed inquiſitione hic non vacat, an magis fiat hectica febris ex iecoris, & ventriculi inflammatione, an ex pulmonum.

At tertia illa ſpecies, quam febrem, ſeu maraſmum appellauimus, non modò ſequi cõſueuit prædictas febres, ſed multarum partium læſiones, quemadmodum cordis in primis, vt ait Auicennas; nam intemperatum ad caliditatem, & ſiccitatem facit hanc hecticæ ſpeciem, quod clariùs Galenus expreſſit 9. cap.2. de diff. febr. hancque diſpoſitionem ipſi cordi ex aliqua vehementi cauſa exteriori euenire ſcribit; vt ex vehementi triſtitia.

Cæterùm cùm huiuſmodi febris tabida euenire nunquam poſſit, niſi cor, vt dictum eſt, exiccetur, atque calefiat, idque patiatur, vt inquit Gal. à pluribus partibus inflammatione affectis; hinc eſt, quod dicimus à pluribus partibus euenire hanc febrem, vt potè ab hepate, à ventriculo, & ab omnibus præcipuis viſceribus, diuturnis inflammationibus affectis, adiuncta præcipuè totius corporis, ſed cordis præcipuè ſiccitate.

Galenus ſcribit ſe vidiſſe tabem ex diuturna coli inflammatione, ex ventriculi, veſicæ, ac renum ſimili affectione: necnon ex dyſenteria, aut leuitate inteſtinorum, hoc eſt ex diarrhæa, poteſt fieri hæc tabida febris, quando hi-

A ſce inteſtinorum morbis apparentibus adfuerit febricula quædam in corpore.

Tandem euenire poteſt ex inflammatione pulmonum, ac diaphragmatis, & etiam alijs thoracis partibus; vnde conſueuit ſequi phthiſim; ex inflammatione partium prædictarum, atque ex nimia in dyſenteria, & diarrhæa euacuatione, inducta nimia ſiccitate in

B partibus præcipuis corporis, ſed in corde maximè, vnde hectica febris.

Galenus 10. meth. med. cap.8. ſcribit poſſe febrem maraſmodem fieri à diaphragmate, ſed rarò euenire. Qui hac febre corripiuntur, antequam perfecta fiat ipſa febris, intereunt, hoc eſt pulmonum vlcera, atque thoracis empyemata: hæcque ſunt cauſæ prædictarum febrium.

C

DE SIGNIS FEBRIVM *hecticarum.*

Signa huius febris à quinque fontibus deſumuntur, quemadmodum etiam dictum à nobis fuit de alijs febribus, nempe ab actionibus læſis, à corporis, & faciei qualitatibus mutatis, à ſubſtantialiter inhærentibus, à ſympto-

D matibus, & præſertim à proprijs, ac tandem ab excretis.

Quod ad actionem attinet, nos non conſideramus niſi actionem pulſificam arteriæ, de qua quidem Auicennas dicebat, quod pulſus eſt minutus, durus, frequens, debilis; proprium enim harum febrium eſt, quod arteria ſit dura ob nimiam ſiccitatem: eſt etiam pulſus languidus propter alimenti inopiam,

E quia corpus ſufficienter, & decenter non nutritur: vnde Galenus dicebat 2. de diff. febr. debilitas ſiquidem vehementer ſequitur cordis intemperiem; duritiem verò eius ſiccitatem; ſi adeſſet alimentum cordi ſufficiens, nec debilis, nec durus ſequeretur pulſus.

Quod ad qualitates mutatas ſpectat,

nan

non loquor nunc de qualitate, quæ fa-
cit ad eſſentlaliter inhærentia, ſed in-
telligo de qualitatibus ſecundis, præ-
cipuè de duritie, & mollitie; nam cutis
apparet magis, quàm antea eſſet, ſicca,
& quoniam huiuſmodi febres, quando
à cauſa eueniunt exteriori, ab omnibus
dignoſcuntur, non eſt, vt de illis multum
loquamur; cumque ſæpius ſequi con-
ſueuerint febres ephemeras, ideo Gale-
nus 1. lib. de diff. feb. cap. 9. citato, &
Auicennas in præſenti 1. cap. 3. tracta-
tus, ſcribit eam ſolam non eſſe admo-
dum difficilis cognitionis, vt quando
cum altera complicatur.

Huius igitur habetur cognitio in
hunc modum, ſi quis in febrem ephe-
meram à cauſa exteriori inciderit, nec
ipſa poſt duodecim horas declinare
incæperit, febriſque ad ſequentem di-
em extendatur, neque ad quietem de-
clinet, neque magis inualeſcens aridi-
tatem tamen maiorem in corpore re-
præſentet, iam inquit Galenus oporte-
re febrem hecticam fieri.

A febre autem ardente fieri hac ra-
tione cognoſcitur, vt quando æger
vſque ad tertium diem ſine cibo per-
manſerit, dum tertianæ acceſſionis ho-
ras ſuſpectas præterierit, nihilque con-
ſideratione dignum priori acceſſerit fe-
bri, aut fuerit diminutum; ſed quidem
primæ febris quædam exiguæ reliquiæ
tantummodo procedant, atque perma-
neant cum ariditate corporis, & cali-
ditate, quæ primo tactu mitis, in pro-
greſſu verò temporis acris, & mordax
manui offeratur, iam febrem hecticam
eſſe omninò cogitandum.

Vt tandem qualitates afferam
ſecundas, quæ ad tactum ſpectant,
humiditas cutis, ſeu mollities in ſicci-
tatem, & ariditatem conuerſa eſt.
Quamuis Galenus ſcribat 1. de diff.
feb. ſine ſiccitate ſæpiùs hecticas fe-
bres conſiſtere, cum non tranſmutan-
tur ad tabem, quod multis contigiſſe
ſcribit, in magna quadam peſtilentia.

A Quod ſpectat ad eſſentialiter inhæ-
rentia, caliditas ex impoſitione manus
medici ad carpum percipitur mitis; de-
inde inſurgit, ac quaſi palmam manus
mordicat, & vt ſcribit Auicen. in prin-
cipio, dum tangitur, eſt magis ſuauis,
& cum remanet ſuper eam manus hora
vna, apparet cum fortitudine, & mordi-
catione, & non ceſſat augmentari.

Cæterùm notat idem Auicennas ca-
B lidiorem reperiri locum eum, qui ſum-
mitatibus digitorum tangitur circa
arteriæ, & venæ tactæ regionem. Hic
conſueuerunt nonnulli quæſtionem agi
tare, an maior ſit caliditas ad tactum in
febribus ſynochis, an in febribus hecti-
cis?

Sed ne conteratur tempus, poteſtis
reſpondere calorem eſſe maiorem in-
tenſiuè, vt plurimum in hecticis, in ſy-
C nochis verò extenſiuè; at in hecticis fe-
bribus multitudo caloris non obſtat
manus tactui; hinc eſt, quod à principio
mitis apparet; quia à vaporibus ſur-
ſum elatis non effertur; ſed tempo-
ris progreſſu magis percipitur, quod in
ſolidiori materia ſit accenſus.

Calidiores ſimul, atque ſicciores in
hac febre percipiuntur arteriæ ob cor-
dis caliditatem, & ſiccam intemperiem,
D quæ continuitate quadam percipitur in
ipſis arterijs, quod non ita fieri contin-
git, vbi caliditas per vapores eſt dela-
ta. Huiuſmodi febres hecticæ in pri-
ma, & ſecunda ſpecie euenire conſueue-
runt poſt febres acutas, quæ non fue-
runt, vt decet, curatæ, vbi præſertim
frigidæ aquæ potu indigerent, quæ
à medico negata fuit, & quando nul-
lum cataplaſma refrigerans partibus
E thoracis applicatum fuerit, vt 1. de
diff. feb. à Galeno eſt animaduer-
ſum.

Quod igitur ab eſſentialiter inhæren
tibus habemus, caliditas huius fe-
bris eſt mitis ad tactum in principio, in
progreſſu temporis acris, & mor-
dax, quæ vt appareat, dicit Auicennas,
opor-

quod oportet, vt manus per horam brachio adhibeatur.

Tandem loca arteriarum ſunt calidiora, quàm reliquæ partes; Galenus lib.de diff.feb.1.ſcribit communiſſimum eſſe in omnibus febribus hecticis, quod puſillæ, ac ſemper à principio vſque ad extremum finem ſint æquales; proprium autem ijs, qui tabi ſunt affines, eſt ſiccitas: hæc ſunt ſigna ab eſſentialibus deſumpta.

Venio ad quartum caput à ſymptomatibus acceptum, inter quę primum, & ſolum ſymptoma à Galeno propoſitum, & ab omnibus obſeruatum, atque nemine diſcrepante receptum, eſt annotatio incompreſſa, quæ per aliquod temporis ſpatium ab aſſumpto cibo febrientibus ſuperuenit: de qua loquens Galenus dicebat omnibus hecticis febribus eſſe proprium, & inſeparabile ſignum, lib.1.de diff.feb.cap.9.

Sed dicet iunior, & vix in medicina initiatus, quid intelligere debeo per annotationem incompreſſam? Hanc rem pulchrè docet Galenus præcitato loco, dicens nihil aliud eſſe incompreſſam annotationem, quàm alterationem quandam in calore, atque pulſu factam; ita vt & ipſe calor adauctus videatur, pulſuſque maior, atque velocior factus ſit; ſed huiuſmodi commutatio, ſeu alteratio ſuccedit abſque partium extremarum frigiditate, horrore, atque frigore, aut oſcitatione, vel dormitatione, vel pigritia, nullaque tandem percipitur inæqualitas in calore, aut in pulſu.

Eſt itaque alteratio quædam ſimilis ei, quæ ex cibo aſſumpto contingit, in qua calor, & pulſus quodammodo adauctus videtur; & huiuſmodi ſymptoma illud eſt, quod facit febres hecticas diſtinctas eſſe ab omnibus alijs febribus.

Sed rurſus audio ingenioſum mihi obijcientem, ſi verum eſt incompreſſam annotationem eam eſſe, quam ex Ga-
A leno deſcripſiſti, non erit verum eam eſſe ſolis febribus hecticis ſignum proprium, quia eandem ſæpè obſeruamus in febribus continuis, præſertim in ardentibus, & ſynochis à ſanguine, & bile factis; vnde Galenus dicebat, ſit quidem, & aliquando in quibuſdam alijs febribus incompreſſus acceſſus.

Reſpondeo quemadmodum ipſemet Galenus reſpondet, quod incompreſſa
B annotatio duobus modis conſideratur; vel quando ſemper per vnam, vel duas horas ab aſſumpto cibo contingit; vel quando indifferenter, in alijs etiam temporibus euenit. Primo modo eſt ſemper proprium ſymptoma febris hecticæ, quia illi ſoli, & ſemper competit.

Secundo modo poteſt eſſe commune quibuſdam alijs febribus, præſertim
C continuis acutis, vt audiuiſtis, quia in iſtis febribus præter aſſumptum cibum huiuſmodi incompreſſi introitus fiunt; quamuis etiam fieri poſſint, & poſt aſſumptum cibum in omnibus alijs febribus.

Verùm res contrario modo ſe habet in febribus hecticis, quia nunquam ante cibum aſſumptum tales incompreſſæ annotationes fiunt (ſed eſt vna febris
D continua, non ſecus atque ſynochæ, quæ ſunt ſemper eiuſdem tenoris) in alijs verò febribus annotationes incompreſſæ contingunt, quando in principio acceſſionis cibum aſſumunt; in hecticis verò poſt cibum aſſumptum; quamuis etiam differat ratione annotationis, quia in febribus continuis veræ fiunt incompreſſæ annotationes; in hecticis fit veluti quædam annotatio,
E aut conſtitutio ſimilis annotationi incompreſſæ.

Quare concludimus febres continuas acutas in omni tempore habere poſſe incompreſſas annotationes; hecticas nunquam, niſi ab aſſumpto cibo, vt diximus; nec vera eſt annotatio, ſed conſtitutio ſimilis annotationi, qualis eue-

nire conſueuit ab aſſumpto cibo, in qua percipitur frequentia pulſus, & velocitas adaucta ſimul cum aliquali auctione caloris, & pulſus.

Quod quidem ſi vultis rectè agnoſcere, ſequenti die obſeruare, poteritis num ab aſſumpto cibo reuertatur noua afflictatio, quæ ſi contingat, iam clarum eſt hecticam eſſe; nec faciatis, quemadmodum ignari, qui exiſtimantes eſſe acceſſionem veram, volunt victum eſſe differendum, quos Auicennas iure reprehendit.

Si verò quiſpiam dubitet, poterit vel anteponere cibum, hoc eſt iubere, vt ægrotus ſpatio duarum, aut trium horarum aſſumat alimentum ante tempus ſibi conſuetum; tunc enim videbit poſt ipſius aſſumptionem per horam, aut duas apparere prædictam afflictationem, ex quo in ſententiam facilè deueniet febrem hecticam proprium hoc, & inſeparabile ſignum habere, quod ab incompreſſa quadam annotatione corripiatur poſt aſſumptum cibum.

In hoc quidem ſigno omnes medici conueniunt, quod ſit pathognomonicum, quamuis tamen alij dicant in prima ſpecie non apparere, ſed in duabus poſtremis, magis verò in tabida febre; cum tamen velit Galenus in omnibus ſpeciebus contingere, quamuis obſcuriùs in prima, manifeſtiùs, & dilucidiùs in tertia, ſed quemadmodum conueniunt in effectu, nempe in quæſito ſi eſt, ita diſcrepant Auerroes, & Galenus in cauſa reddenda.

Galenus enim inquit id euenire partibus ſolidis per affuſionem alimenti, quod calci contingit ex aſperſione aquæ gelidæ; nam ipſa, vt apparet ſenſui, euaporat, atque ita caleſit, vt ſi quis eo tempore manu tangat, facilè ſe aduri percipiat.

Auerroes verò ſcribit hanc Galeni ſententiam eſſe veluti cantilenam quandam, & rationem accidentalem; & ipſe exiſtimat hunc effectum prouenire à

A nimia partium caliditate, à qua alimentum, quod debet conuerti in partium ſubſtantiam, caleſit, quo calefacto augetur calidiras totius corporis, hinc percipitur annotatio illa incompreſſa.

Sed parcat Auerroes, magis rationi conſona videtur cantilena Galeni, quam ſolidus eius diſcurſus; nam conuenit cum Galeno in hoc, quod huiuſ-
B modi ſymptoma prodeat ab alimento, differt ab eo, quia exiſtimat hanc caliditatem prouenire ex appoſitione alimenti ad partes ſolidas, cum Galenus ex ſola irroratione accidere velit.

Nam exemplum, quod de calce affert, ſolummodo ab eo allatum eſt, vt denotet nobis effectum ſimilem, quoad caliditatem, quæ quodammodo excitatur in calce ex irroratione aquæ geli-
C dæ; ſiue fiat per concentrationem, deinde per extraductionem, non ſecus atque obſeruamus euenire nobis in ſummo æſtu ex immerſione manus in aquam gelidam, à qua manu remota percipimus maiorem, quàm antea caliditatem; ſiue alio modo, nempe per eductionem partium calidarum à calce, quamuis ſit magis rationabilis prima, quàm ſecunda ratio.

D In hoc igitur valet exemplum Galeni, non tamen ſequitur euenire partibus per alimenti irrorationem, quod calci ob materiæ diuerſitatem, circa quam multa eſſent dicenda, quæ ſtudio prætermitto, cùm non faciant ad intelligentiam propoſitæ difficultatis.

Cùm verò effectus hic ſequatur ſpatio vnius, aut duarum, aut trium hora-
E rum ad ſummum, fieri non poteſt, vt ab alimento calefacto, & conuerſo eueniat; quia cum partes omnes ex ſanguine debeant nutriri, antequam ſanguis fiat, opus eſt mutari alimentum primò in chylum, deinde in ſanguinem, mox in rorem, & cambium, ac denique in gluten, quod eſt humidum ſubſtantificum, vt intellexiſtis, vnde multo plus tem-

temporis requiritur ad tres illas coctiones peragendas, quàm vnius, vel duarum, aut trium horarum ſpatio.

Non igitur effectus hic poteſt fieri ab alimento tranſmutato, vt voluiſſe videtur Auerroes; ſed id euenit ab alimento quidem, vt voluit Galenus, irrorato, ac diffuſo per ſolidas partes, præcipuè per gluten, quod eſt veluti anima aliarum partium, nempe membranoſæ, atque fibroſæ. Quamquam non ab omni maſſa alimenti, quæ continetur in ventriculo id euenire poſſit, quia in tam breui ſpatio fieri non poteſt, vt ſit tranſmutata, ſed ab aliqua ipſius parte; ideſt magis vaporoſa, & humida.

Modus autem eſt huiuſmodi. Omnibus noſtri corporis partibus, docente Galeno 3. de naturalibus facultatibus cap. 13. & 14. & alibi, hoc ineſt, vt vbi inanitæ, atque exiccatæ ſunt, trahant à circumuicinis partibus, & ab illis, in quibus materia reperitur.

Cum igitur partes fibroſæ, & membranoſæ omnium partium in huiuſmodi febribus ſint exiccatæ, & veluti ſuo humido radicali deſtitutæ, vt hoc aliquam reſtaurationem capiat, trahunt ad ſe à ventriculo ſtatim iniectum alimentum, à quo magis tenuis, & vaporoſa ſequitur portio, quæ ſparſa in partem carnoſam, & alias attingens carum excitat nimiam caliditatem, à qua ita calefacta vapores mittit calidos, à quibus eleuatis contigit fieri huiuſmodi annotationem incompreſſam; ex quo diſcurſu cognoſcetis facilè noſtrum Galenum rem hanc multò meliùs percepiſſe ipſo Auerroe.

Sed properemus ad alia ſigna, & præcipuè ad ea, quæ febrem tabidam ab alijs diſtinguũt, de quibus ſeparatim Galenus, & Auicennas agunt, ac primùm videamus, an ab vltimo capite propoſito, nempe ab excretis, maximè ab vrina quam tantopere medici exaggerant, poſſit aliquod ſignum haberi.

A Nam vt capite de ſignis febrium putridarum in vniuerſum eſt dictum, duo ſunt maxima febrium ſigna: vnum à pulſibus; aliud ab vrinis acceptum. Inter febres hecticæ quoque reponuntur: quare & Auicennas capite de ſignis febris hecticæ, ſcribit conſiderare oportet vrinam, & quædam propria ſigna, vt ſunt vnctuoſitates.

Addatis, quod nonnulli dixerunt vri-
B nam generari in ventriculo, quare ſequitur, quod ad cognoſcendas affectiones ventriculi, & partium naturalium maximè faciant vrinæ; ſed in huiuſmodi febribus afficiuntur variæ totius corporis partes, vnde ſequitur, quod vrinatum conſideratio etiam in talibus febribus conferat.

Sed ne multum immoretur, dicimus quod in febribus hecticis, vt tales ſunt,
C parum conferat vrinæ conſideratio, quia morbus non eſt in venoſo genere, ſed in partibus ſolidis, ideo nullum proprium, aut pathognomonicum ſignum vrinæ afferre poſſunt, niſi per accidens, quatenus febribus talibus aliqua alia affectio, vel iecoris, aut ventriculi, vel alterius partis inſeruientis coctioni eſt illis adiuncta, vnde propoſitio Galeni 2. de criſibus, intelligenda eſt de om-
D nibus febribus putridis, non autem de hecticis.

Sed ad Auicennam qui ſcribit vnctuoſitates inueniri in vrinis, dicendum eſſe exiſtimamus huiuſmodi ſymptoma eſſe commune cum f. bribus colliquatiuis, ideo per accidens illis febribus contingit, quibus tabes eſt coniuncta, aut totius corporis colliquatio, quæ febribus hecticis, vt hecticæ ſunt, non eue-
E nit, quia hæ febres ijs ſolummodo contingunt, qui calidæ, & ſiccæ ſunt naturæ, à quibus nihil, aut parum colliquatur.

Vnde Galenus 10. meth. med. cap. 11. dicebat in caldiſſimis febribus, ſi carnes molles cum adipis copia fuerint, eas ſenſim liquari; ſin ſine adipe,

& ſiccæ ſint, in febres maraſmodes incidunt; de quibus etiam loquens ad differentiam colliquatiuarum febrium, dicebat, quod in colliquatiuis illa carnis portio colliquatur, & in ventrem defluit; ſi verò colliquatur in maraſmode portio colliquata vaporis vice digeritur.

Idcirco vrina colliquationem ſignificat, quia ſequi ſolet quandoque haſce febres: quare de ratione febris hecticæ, vt talis eſt, nullam, aut pauciſſimam recipit pro ſui curatione, aut cognitione ab vrinis vtilitatem.

Non eſt tamen, vt deſiſtamus ab ipſarum contemplatione, quia ex illis notitiam habebimus, quomodo ſeſe habeat venarum genus, & iecur circa alimenti concoctionem, quamuis nihil febribus conferre poſſit.

Sed antequam ſigna expediamus, videamus, quomodo Galenus, & Auicennas hecticas febres, ſeu maraſmos ab alijs febribus diſtinguant. Verùm quidem apud Galenum habentur maraſmi duæ ſignificationes: vna ſecundùm naturam, & eſt extrema ſenectus, ſeu quæ decrepitæ ætati euenire ſolet natiuo calore extincto, quæ nihil aliud eſt, quàm mors, quæ ſine dolore aliquo, ſed ſecundùm naturam ex ſiccitate contingit.

Eſt ſecunda ſignificatio præter naturam, quam Galenus ex Philippo appellat ex ægritudine ſenectutem, in quam non ſolùm ſenes, ſed etiam pueri ſæpè incidunt, & huiuſmodi appellatur tabes, quæ eſt morbus particularis, de quo ſuo loco egimus, ſimul cum alijs thoracis affectibus. Venio ad febrem tertiæ ſpeciei, cuius Galenus affert hæc ſigna.

Primò quidem iubet, 1. de diff. febr. cap. 9. vt inſpiciatur facies, in qua obſeruat vitalis coloris florem eſſe extinctum, ſquallorem in tota cute faciei adeſſe, præcipuè circa frontem, quæ ex ſiccitate admodum dureſcit, & circumtenſa eſt, vbi etiam reſidet conſtitutio,

A qualis eſſe ſolet ijs, qui toto die, ſub ſolis ardore, & in itinere puluerulento ſteterint. Oculi concaui ſunt, & veluti foueis quibuſdam reconditi; oſſium eminentiæ, quibus cohærent, & palpebræ, eleuatæ conſpiciuntur: ſordes ſiccæ in oculis apparent, ſæpiùs palpebras ægrimouent dormitantium in modum; eſt potiùs vigilandi impotentia; carnes circa tempora contabuere, ita

B vt hæc ipſa omninò collapſa ſint.

Eſt in ſumma facies hecticorum ei ſimilis, quam Hippocrates 1. prognoſticorum deſcribit, & vt vno concludam verbo, in toto corpore nihil apparet, niſi cutis, & oſſa; ita vt ſi totum ventrem denudatum conſpexeris, comperies nullum adeſſe ventris veſtigium; neque in ipſo aliquod contineri viſcus, adeo corpus emaciatum eſt. Cutis tota

C non modò exiccata, ſed arida eſt, adeo vt quaſi manui referat dolorem, ſi eam tangere volueris.

Circa pulſum animaduertit Galenus eum eſſe durum, & tenuem, & debilem; Auicennas verò ſcribit eſſe inſtar caudæ muris: vngues ex Auicennæ opinione ſummè creſcunt, incuruanturque, pili etiam augentur, apparentque in capite pediculi: & hæc de ſignis ma-

D raſmi.

DE FVTVRO EVENTV febris hecticæ.

IN prognoſticis huius febris non poſſumus tam liberè euentum eundem in omnibus proferre; nam vt aliàs dictum eſt, oportet virium robur, atque magnitudinem morbi ad inuicem

E comparare, proque diuerſitate ipſorum, diuerſum etiam euentum pronunciare.

Sed triplex eſt ſpecies huius febris; quarum prima rorem conſumit, quam Galenus dixit eſſe facilis cognitionis, & Auicennas ſcripſit eſſe difficilis cognitionis, & facilis curationis; Galenus enim

enim exiſtimauit peritis, & maximè exercitatis medicis eſſe facilis cognitionis, præſertim quando ea ſequitur aliquam ex febribus ephemeris, aut ardentibus.

Auicennas verò dixit eſſe difficilis cognitionis inexercitatis, præcipuè, quando à cauſa exteriori euenit; eſt tamen facilis curationis; quia virtus adhuc valens eſt; nec ipſa eſt magnus morbus. Quæ verò ſequitur febres ardentes malè curatas, eſt difficilis curationis. Tandem febris hectica confirmata nullam recipit curationem; ſed de illis, quę curationem recipiunt, agendum eſt.

DE CVRATIONE FEBRIS *hecticæ per victus rationem.*

IN curanda febre hectica medici conſilium dirigi debet ad effectum, nempe ad indicans curatorium; quia, cùm dictum ſit cauſam nullam adeſſe antecedentem, neque etiam adeſt indicans præſeruatorium, cum febris tota ſit in facto eſſe; vnde in curatione huius febris duo tantummodo ſunt reſpicienda, illiſque omnis opera medici adhibenda, hoc eſt curare febrem, oportet atq; virtutem, quæ diù pugnare debet, conſeruare.

Sed primò in hoc caſu videtur ex Galeni conſilio febri attendendum eſſe, quæ cùm ſit paſſio calida, & ſicca, humectantibus, ac refrigerantibus vtendum venit; ſed non tamen ita primò, vt negligamus virtutem; quare omnia medici inſtrumenta talia eſſe debent, vt ſatisfaciant duabus hiſce intentionibus: quibus quidem, vt opem feramus, diæta, atque pharmacia opus eſt, non autem chirurgia.

Duæ igitur ſunt indicationes; vna deſumitur à morbo, altera à virtute: morbus indicat, vt tollatur per ſua contraria; facultas, vt conſeruetur per ſimilia: morbus eſt calidus, & ſiccus, ideo A eget refrigerantibus, & humectantibus.

Verùm non ſine diligenti animaduerſione hiſce intentionibus ſatisfaciendum eſt; nam dicebat Galenus præcitato capite refrigerationem fieri per efficaciſſimam qualitatem, & conſequenter breuiſſimo tempore, & proinde periculoſam eſſe; è contra autem ſiccitas per ea tollitur, quæ humectandi facul- B tatem habent, quorum tardæ ſunt operationes, ideoq; longiori tempore ad ſuam peragendam operationem eſt opus, & longè minus periculis expoſita ſunt.

Examinemus igitur in primis ea, quæ ad diætam ſpectant; deinde ſigillatim ad pharmaciam tranſibimus. Inter ea, quæ ad diætam attinent, ſolus cibus, & potus, vt talis eſt, virtutem C reſpicit: at quatenus eſt adiunctus qualitati medicamentoſæ, non modò virtutem, ſed & morbum mitigat; vnde tum ad diætam, tum ad pharmaciam ſpectare poteſt.

In primis igitur, cùm aer nobis occurrat, primò de ipſo agendum eſt, quem aliàs diximus poſſe habere rationem tum auxilij, tum cauſæ facientis morbum. Si primo modo conſidere- D tur, in hoc caſu à Galeno admonemur, vt in eo cognoſcendo diligentiam adhibeamus, quia vel frigidus, & humidus eſt moderatè, vel frigidiſſimus.

Atqui ſi frigidiſſimus ſit, poteſt habere rationem auxilij, & cauſæ lædentis; auxilij quidem, quia attractus per tracheam in pulmones, calorem cordis immoderatum refrigerare poterit.

Cauſæ quidem lædentis, quia exte- E rius admotus ægrum quoque extrinſecus tangit, ipſiuſque cutem denſat; atque effluxum prohibet eorum, quæ continuò exire ſolent, putridorum præſertim, quæ retenta, vt ſuo loco intellexiſtis, febrem putridam efficere conſueuerunt; nam quod aer poſſit per aſperam arteriam in pulmones, inde

ad cor ferri, manifeſtiſſimum eſt; at quod per cutim ipſius qualitas, aut ſubſtantia in cor deferatur, quod frigiditas denſandi facultatem habeat, non ita clarum eſt.

Sed dicet quiſpiam ingenioſus, quid hoc in caſu mihi agendum eſt, vt poſſim ſatisfacere vtrique difficultati, quando contingit aerem eſſe frigidiſſimum.

Dico, quod curare opus eſt, vt æger tum in lecto tegatur optimis ſtragulis, tum extra lectum idoneis pannis veſtiatur, & quamuis non poſſit medicus intentum hoc modo habere; ſciat tamē longè maius eſſe iuuamentum ex aere attracto per pulmones, quàm ſit nocumentum ex ipſius aeris contactu: debet igitur medicus eſſe diligens, vt omnibus ſuccurrat, quantum fieri poteſt, ſemperq; mentem adhibeat ad id, quod magis iuuat, aut magis nocet, vt inde quid facto opus ſit, determinare valeat.

Hoc igitur modo nobis præcipit Galenus, vt diſcurramus circa aerem, qui certè in hoc caſu non minimam partem curationis habet; ſed quemadmodum ſolers eſſe medicus debet, atque oculatus in aere reſpiciendo, quando concurrit, vt materia auxilij, ita multò magis quando habet rationem cauſæ lædentis, & fouentis morbum.

Nam ſi nimium calidus, & ſiccus eſt, vt euenit tempore æſtiuo, præcipuè ſub diebus canicularibus, debet omni induſtria ab hac intemperie remoueri cum his, quæ refrigerandi virtutem habent, atque humectandi; inter quæ conclauia domus ſubterranea optima ſunt, quæ vbi parata non habentur, docet Galenus, vt aeris remoueatur exceſſiua illa caliditas fontibus arte factis, in cubiculoque pulchrè concinnatis; tuncque non ſolùm aer refrigerabitur, ſed etiam habebitis veluti ſomnifetum paratum, quia murmur illud ſolet ſomnum conciliare.

A Deinde aquam multam per pauimenta tum irrorare oportet, tum etiam folia roſarum, vitium, earundemque capreolos, ſummitates rubi, ramos lentiſci, vel aliarum ſtirpium refrigerantium; rami præterea arundinum viridium ſunt patientibus applicandi, ac ſæpè omnes renouandi, ex quibus fiet remotio caliditatis aeris à cubiculo.

B In motu, & quiete; ſomno, & vigilia moderatè procedendum, ac cauendum, ne quid nimis. Videtur tamen Celſus in huiuſmodi febriculis præponere nauigationem, & vectionem; ſed huiuſmodi exercitium etiam moderatum admodum eſſe debet, & quando in longius tales febres protrahuntur, vnde magis refrigerandum, & humectandum, motuſq; calefacit, atque exiccat, tunc etiam moderatè fiat, quia excrementorum expulſioni fauet, & ſopitum, ac
C quaſi emortuum, calorem in viſceribus excitat, atque reuiuiſcere facit.

Animi affectiones vehementer ad iram, aut melancholiam ducentes ſunt prorſus euitandæ. Auicennas dicebat, vt cuſtodiatur æger ab eo, quod facit iraſci, & contriſtari, & quod *facit ipſum* anguſtiari, & fame, & ſiti longa.

D Circa inanitionem, & repletionem, curandum eſt, ne in inteſtinis contenta excrementa nimium exiccata retineantur, proinde eadem cum remollientibus, clyſteribus extra ventrem ducenda. Cæterùm vtendum ſæpè clyſteribus renutritiuis dictis, vt pote iuſculo pullorum, aut gallinarum factis, vitellis ouorum, ſaccharo rubro, & huiuſmodi, quia optimè ſatisfaciunt præ-
E dictæ intentioni, ſimulque nonnihil nutriendi facultatem habent.

Benedictus Victorius huiuſmodi vtebatur clyſtere, vt

℞. Iuris pullæ paruæ benè carnoſæ, vnc. 10. bulliant in eo

Sem. papaueris,

Florum nymphææ,

Flo-

Fol. violarum.
Lactucæ, ana manip. j.
Deinde coletur, colaturæ adde
Olei violati, vnc. iij.
Sacchari albiſſimi, vnc. iſ.
Mellis violati, vnc. j.
Salis communis drach. ij. ſſ.
Vitellorum ouorum, num. j.
Fiat clyſter.

Quod ad cibum ſpectat, debet eſſe humidus magis in hac febre, quàm in alijs; ideo Galenus 10. methodi medendi cap. 11. proponit duplex alimentum, nempe ſuccum, ſeu, vt aiunt, cremorem ptiſanæ actu frigidum; deinde alicam cremore ptiſanæ conditam; ſed quod magis eſt ex exiguo porri, anetho, ſale, oleo, & aceto cremorem ptiſanæ eſſe præparandum iubet in aqua, in qua parum prædictarum rerum ebullierit.

Hæc autem præparatio duobus modis fieri poteſt; primo modo, vt decoquantur res prædictæ, porrū, anethum, ſal, atque oleum, quouſque anethum, & porrum fiat cocta; deinde abiectis porro, & anetho decoquatur hordeum vſque ad perfectam coctionem, ex quo ſuccus extrahatur, deinde cum iuſculo pulli diluatur.

Vel poteſt parari ſecundo modo ſic: prius bulliat hordeum excoriatum probè dilutum, atque expurgatum ad perfectam vſque decoctionem, exprimatur ſuccus, qui ex decoctione facta cum prædictis rebus diluatur, atque potabilis reddatur, ferculumque ipſius exporrigatur ægroto.

Sed progrediamur vlterius, proponit idem Galenus, & Alexander Trallianus panem in offulas diuiſum, atque in gelidam aquam immerſum, quē cum modico ſacchari, & cinnamomi ſupra inſperſo ægrotanti concedunt. Fercula panis triti in iuſculo pullorum gallinarum cocta; oua cum eodem iuſculo diſſoluta optima ſunt, ſi præſertim cum carnibus ebullierint ſimplicia quędam,

A quæ humectare, ac refrigerare poſſunt; vt eſt lactuca, quam Alexander proponit, borrago,
Endiuia.
Portulaca,
Malua,
Bugloſſum, &
Omnia ſpinachia.

Quæ facultate prædicta pollent. Panis in hoc caſu ex optimo frumento factus eſſe debet.

B Carnes conceduntur pullorum, vitulinæ, hœdinæ, agni, caprillæ, ſuillæ aliquando, vt aliàs à me audiuiſtis, vbi præcipuè humectandum, refrigerandum, atque nutriendum eſt, vt contingit in huiuſmodi febribus, ex vſu eſt.

Piſces, quod ſuccum frigidum, & humidum habent, præcipuè, qui in ſaxis degunt, valdè proſunt; nec contemnendi ſunt illi, qui viſcoſum ſuccum

C procreant, vt ſunt anguillæ fluuiatiles, ſi aqua clara, & limpida fuerit, ex qua nutriri conſueuerunt.

Intertestacea cancri fluuiatiles commendantur. De cancris loquitur Matthiolus lib. 2. cap. 50. quos quidem ex iure decoctos, non modò hecticis, ſed tabe emaciatis maximè vtiles eſſe ſcribit.

D Verùm cancri ſunt in duplici differentia; alij, qui à Græcis καρκῖνοι propriè dicuntur, corpore rotundi, quos Itali grancillos vocant; alij dicuntur ἀστακοὶ, quorum corpora ſunt oblonga, à Latinis gammari appellantur. Priores magis commendantur, & ſunt illi, de quibus loquitur Galenus lib. 11. de ſimpl. med. facult. quorum cinere gentianæ admiſto ſimul cum thure, ſed adusto,

E vtebatur Aſcrion empiricus apud Galenum in morſibus canis rabidi. Idemq; eſt medicamentum, quod Dioſcorides ad tabidos maximè valere affirmat: horum igitur cancrorum pulpa, ſeu caro ſpoliata ſuo tegumento, eſt valdè mollis, & guſtui iucunda.

Attaci verò carnem paulò duriorem ha-

habent; ideo mihi in hoc caſu non ita commendantur. Audietis etiam paulò infra, vbi ſermo erit de medicamentis, quòd ex ſubſtantia horum cancrorum componitur ſyrupus ad hecticos. Teſtudinum quoque caro tanquam remedium ſingulare ab omnibus ſcriptoribus celebratur.

Verùm huiuſmodi teſtudines ſunt in duplici differentia, aliæ nemorales, quę ſcilicet in nemoribus degunt; aliæ verò aqueæ: longè præſtantiores ſunt priores, quia non habent tantam humiditatem excrementitiam; aqueæ etiam valent, ſed curandum eſt, vt tandiu viuæ conſeruentur, quouſq; excrementitiam illam deponant humiditatem.

Cæterùm ranarum coxę ab aliquibus præferuntur, earumque ius, ſi præſertim ebullitæ ſint cum gallina, & capone.

Benedictus Victorius vult huiuſmodi carnes in lacte eſſe coquendas. Proponit idem in ſua empirica lib.2.cap. de hectica cibum huiuſmodi.

℞. pulpas duorum caponum carnoſorum, & non pinguium, infundantur in lacte vaccino per noctem, & diem, deinde optimè caro contundatur cum aqua ſeminum communium frigidorum, cui miſce.

Farinæ hordei, p. ſ.

Lactis amygd. dulcium, vnc. j.

Emulſionis ſeminum papaueris, drach. ij.

Sacchari quantum ſufficit, fiat condimentum.

Proponit etiam caudas gammarorum in lacte vaccino infuſas per horas ſex; deinde coquantur in lacte amygdalarum dulcium, emulſionis ſeminum papaueris albi, & ſeminum communium frigidorum, ana vnc. j. & cum ſaccharo quantum ſufficit, fiat ferculum cremoris ptiſanæ in modum.

Non deſunt, qui cochlearum offerunt carnem, & ius; ſed exiſtimo cochleas copiam melancholici humoris

A generare. Proinde ſi quiſpiam illis vti vellet, curet, vt ſimul cum eis bulliat aliquid, quod craſſam ſubſtantiam attenuare poſſit, quemadmodum eſt fœniculum. Iſtæ ſunt carnes omnes, quibus pro alendis huiuſmodi ęgrotis vtendum eſt.

Fructus dulces, frigidi, & humidi non reprobantur, vt pepones, quamuis acida, inter quæ poma granata enumerant, B non excludant, nec quoque pyra, quæ tenera ſint, minuſq; adſtringere valeāt; nec pruna dulcia, ceraſa tam recentia, quàm cum ſaccharo condita. Sed quia his vtimur ad refrigerādum, opus eſt, vt alios præcedant cibos, ne ex admiſtione corrumpantur: alij omnes fructus ſunt euitandi, illi præcipuè quorum ſubſtantia eſt oleaginoſa, propter rationes à me vobis alias adductas.

C Scire etiam debetis, quod non omnibus indifferenter hectica febre affectis cibis eiuſdem ſubſtantiæ vti nobis liceat, quandoquidem alijs liquidiora, alijs ſolidiora conueniunt; nam vbi opus eſt, citius nutrire, & humectare, humidioribus actu, ſeu ſorbilibus vtendum erit, quando videlicet virtus partium attractrix eſt languida; at vbi hæc benè valeat, tam citò non cogimur cibum D offerre, hoc eſt, quando tardius nutrire poſſumus, virtute prædicta nullam labem patiente, exhibere poterimus ſolidiora: hæc de cibis.

Circa potum, aqua hordei optima eſt, ac vinum oligophorum. Auicennas commendat potum aquæ gelidæ copioſum, quando intus nulla ſit in viſceribus læſio. Trallianus aquam concedit etiam veſtigio inflammationis exiſtente, E ſi præcipuè hectica ſequatur febrem ardentem. Idem Alexander vinum offert; ſed ijs, quorum virtus non admodum valet: aqua præterea, in qua coriandri ebulliti fuerint, ſummè commendatur.

De vſu autem lactis paulò infra loquemur, quia etſi præbeatur tanquam po-

potus quidam, non tamen, vt potus conceditur, ſed veluti medicamentum: hæc de diæta; properemus ad pharmaciam.

DE CVRATIONE FEBRIS hectica per Pharmaciam.

DIximus febrem hanc ad ſui extinctionem requirere pharmaciam, non tamen omnem, ſed eam, quæ alterare conſueuit, tam interiùs aſſumptam, quàm exteriùs adhibitam; illa enim, quæ humores à corpore educit, nunquam, aut raró vſurpatur, niſi quando alia febris, vel aliquis morbus hecticæ complicatur; vel quando ab inteſtinis, ac prima regione venarum excrementa educere volumus; tunc enim lenitiuis quibuſdam exhibitis, ſed debilibus vtimur. Quare ratione febris, vt talis eſt, non oportet, vt medicamenta educentia humores exhibeamus.

Primò igitur dicamus de medicamentis alterantibus interiùs aſſumendis, dicturi poſtea de exterioribus. Medicamenta, non ſecus atque alimenta prædicta refrigerandi, & humectandi facultatem habere opus eſt, ideo

Syrupus violatus,

Nenupharinus,

De endiuia ſimplex.

Cum aqua hordei, vel aqua prunorum cum paſſulis, aut cum iure pullorum, aut ſimilium poſſunt exhiberi ſummo mane.

Iulapium quoque violatum in hoc caſu quam maximè valet.

Sed inter alios ſyrupos mihi magis placet ille, qui ex teſtudinibus componitur iuxta deſcriptionem Nicolai, non Guainerij.

Huius ſingulo mane per horas duas ante prandium ſumat æger, vnc.ij. ſuperbibat, vnc.ij. vel iij. aqua hordei.

Præ cæteris omnibus lac eſt ex vſu, quod tamen non eſt concedendum, niſi

A priùs à fœcibus mundentur inteſtina clyſteribus prædictis, aut liniente aliquo leui: non eſt tamen, vt ſigna coctionis expectemus in huiuſmodi febribus, quia ſyrupi ſolummodo conceduntur refrigerationis, & humectationis gratia.

Sed quoniam lac efficaciùs agit, ideo Galenus 10. meth. med. cap. 9. primum locum illi præſcribit. Cum autem plu-

B ra ſint lactis genera, proponit nobis lac aſininum, cuius doſis ſit pro prima vice ad cyathum, nempe, vt exiſtimo, ad quatuor, vel quinque vncias, quemadmodum omnes practicantes communiter faciunt: ſi primò quidem experimentum fecerint, num in ventriculo corrumpatur, nec ne?

Si non corrumpitur, ex Galeni præcepto doſis augetur ad ſex vncias, plus

C minuſue, & ita progrediuntur ſingulo manè illud exhibentes, quouſque ſanatus ſit æger. Atqui ſi corrumpitur, tentant ipſum corrigere cum melle, aut ſaccharo, ſi præſertim acidum reddatur; ſi verò aſſatur, temperant ipſum modico aquæ.

Sed fortè audio obijcientem mihi, quomodo ego potero cognoſcere lac ipſum corrumpi in ventriculo? Gale-

D nus docet id diſcerni poſſe ab arteria, cuius motus, inquit, eſt reſpiciendus, & rectè animaduertendus, antequam lac exhibeatur; ſi enim corruptum eſt, pulſus tales fiunt, quales conſueuerunt in ventriculi affectione, nempe parui, atq; debiles: vbi autem non corrumpatur, pulſus redduntur maiores, & velociores.

Cæterùm lac ad acidum conuerſum

E eſſe ex ructibus acetoſis dignoſcitur; è contra autem aſſatum ex quadam caliditate percipitur, quæ ventriculum infeſtat.

Vbi igitur non corrũpitur, ſenſim doſis augenda eſt, pro varia natura illius, qui ipſum bibit. Doſis communis non excedit vnc. vj. poteſt tamen ad libram con-

concedi, pro robore videlicet virtutis, & pro varia ægrotantis tolerantia.

Sed inquiret quis, cur Galenus proponat lac ſolummodo aſininum? an quia exiſtimet ipſum inter lactis genera primum obtinere locum? quod ſi ita eſt, videtur illi aduerſari Trallianus, qui præcitato cap. primum locum tribuit lacti humano, ſecundum aſinino, & quod magis eſt ſcribit caprillum eſſe in medio ipſorum; quaſi quod lac caprillum ex illa parte, qua appropinquat lacti humano, debeat præponi lacti aſinino.

Sed huiuſmodi dubitatio nulla eſt, quia lac poteſt conſiderari, vt eſt alimentum, & vt eſt medicamentum. Si lac primò modo accipiatur, tunc primum obtinet locum, quia craſſius eſt, & magis temperatum, quàm ſit aſininum. Si ſecundo modo conſideretur, tunc lac aſininum eſt magis frigidum, & magis ſeroſum; quare vt medicamentum primum obtinet locum in hoc caſu; nam præ cęteris maiorem refrigerandi facultatem habet.

Vnde Alexander conſiderans lac humanum, vt eſt alimentum, ſcribit primas habere partes; deinde ſequitur bubulum, tertiò caprillum, quod ex vna parte magis nutrit, quàm faciat aſininum, ideo huius rationis occaſione facilè præponitur aſinino; ſed ſi conſideretur, vt medicamentum eſt, poſtponitur eidem.

Dicamus itaque in genere medicamenti aſininum primum locum habere, ſequitur caprillum; deinde humanum, & bubulum: lac autem ouillum eſt, vt inquit Dioſcorides, dulce, craſſum, & præpingue; inde eſt, quod maiorem vim alendi habeat, quàm aſininum, aut caprillum.

Non loquor nunc de equino, aut bubalino, vel alijs, quia non ſunt in vſu, nec tanquam medicamenta, nec tanquam nutrimenta.

Concludamus igitur in febribus hecticis, vſum lactis eſſe optimum, & præſentaneum medicamentum, quod debeat exhiberi quatuor horarum ſpatio ante prandium, cauentes interim ne ægrotantes dormiant.

Volo tamen vos admonere, quod lac officit dentibus. ideo curate, vt ſtatim ab aſſumpto lacte ægrotantes os vino abluant. Cæterùm ſimul cum lacte, quod ſingulo mane accipi debet, ſunt nonnulla alia, quæ poſſunt, & debent concedi ægrotantibus, quæ eandem cum lacte habent facultatem, quorum drach. j. poteſt accipi ante eius exhibitionem; deinde ſtatim ſuperbibere lactis cyathum, vel à prandio quacunq; diei hora concedi, eſt autem tale conditum.

℞. conſeruæ violarum,
Nenupharis,
Portulacæ, ana *vnc. j.*
Amyli,
Tragacanthi, ana vnc. j.
Miſce, & cum modico ſacchari albi fiat conditum.

Aliud ad idem.

℞. emulſionis papaueri albi,
ſem. comm. frigid. ana vnc. ij.
Succi lactucæ depurati,
Endiuiæ,
Scariolæ, ana vnc. ß.
Ponantur ad ignem lentum, & cum ſaccharo albiſſimo, quantum ſufficit, fiat mixtura.

Hæc ſunt, quæ pro febre hectica curanda fieri oportet per pharmaciam intus ſuſcipiendam. Sunt modò medicamenta exteriùs admouenda, de quibus agens Galenus 10. meth. med. cap. 9. dicebat ea eſſe debere refrigerantia, & humectantia, ſed cum quadam partium tenuitate.

Quamuis deinde exiſtimet, aut nulla, aut pauciſſima dari medicamenta tenuium partium, quæ non habeant aliquid caliditatis, quod ab aceti exemplo demonſtrat, quod inter frigida

da medicamenta tenuiſſimarũ eſt partium, nihilominus partes habet aliquas calidas, præterea exiccandi facultatem obtinet; quamuis ad imaginationem videatur humidum.

Hinc eſt, quod vbi refrigerare, atque humectare volumus, non vtimur ſolo aceto, ſed aquæ admixto: quamobrem in hoc affectu nullam, aut pauciſſimam adſtringendi facultatem habere debent medicaměta: vnde Auicennas dicebat; ſtipticitas enim cum hoc, quod ipſa facit accidere de exiccatione, prohibet virtutem medicinæ profundari.

Quocirca quamuis opus ſit, talia medicamenta, quæ exteriùs applicantur, carere omni adſtrictione, omnique excedenti calida qualitate; nihilominus vt compoſita ſint, eſt neceſſe, & quo ad baſim ipſorum debent eſſe frigida, & humida, quæque cum ingredi, atque intus permeare nequeant, requiritur vehiculum, quo ipſorum virtus poſſit penetrare; quemadmodum apud Galenum diuulgatiſſimum eſt axioma. Quare Auicennas id contemplatus, dicebat oportere ea eſſe aromatica.

Inter alia medicamenta, quæ ex vſu quam maximè eſſe conſueuerunt, eſt aquæ dulcis balneum, vel ſimplex, vel cum ſimplicium aliquorum decoctione.

Sed quomodocunque fiat animaduertendum eſt, ne nimium aqua calefiat, ſed ſatis eſt, vt temperata ſit, ne virtutem diſſoluere poſſit. Si commodo veſtro fieri poterit, efficite balneum cum media parte lactis vaccini, aut caprilli, vel ſaltem cum tertia parte ipſius. Vidi huiuſmodi balnea curaſſe non modò hecticos, ſed etiam tabidos.

Cæterùm poſſunt in aqua vna parte ebullire ſimplicia, quæ refrigerandi facultatem habeant, vt ſunt

Malua,
Lactuca,

A Endiuia,
Folia nenupharis.

Et huiuſmodi; nec opus hoc loci eſt vehiculo, quia caliditas actualis intus virtutem balnei ducit.

Cauendum eſt, dum intus in balneo ſunt ægrotantes, ne ſudent; immo Auicennas prohibet omnem occaſionem, quæ calorem in corpore inducere poſſit; vnde ſi ægrotantes poſſent frigidam B aquam perferre, longè melius ea eſſet, quemadmodum Auicennas docuit.

Multa Galenus, & Auicennas de balneis dicunt, quæ ad præſentem caſum minimè faciunt; at Galenus facit tres balnei partes, quemadmodum eo vtebantur Romani in delicijs.

Prima pars erat calida, & ſicca: ſecunda calida, & humida: tertia frigida, & humida: ad has tres balnei partes C addit ſudorum excitationem, ſeu eorundem abſterſionem. Qui plura quidem de balneis antiquorum ſcire deſiderat, legat pulcherrimum librum de arte gymnaſtica Mercurialis lib. 1. cap. 10.

De his autem non eſt tempus, vt agatur, niſi quantum ad præſentem faciunt conſiderationem, quia prima pars balnei, de qua loquitur Galenus 10. meth. D med. cap. 10. erat cubiculum calidum, in quo primo nudi ingrediebantur homines, vt ibi manentes ſordes corporis inciperent emolliri, atque poti cutis relaxari.

Secunda pars erat cupium, aut ſemicupium, in quo aqua calida continebatur, in quam ingrediebantur illi, qui lauari optabant; in hac ſecunda balnei parte humectantur quidem corpora, E ſed calefiunt.

Tertia erat cubiculum frigidum, in quod exeuntes à lauacro calido introibant, vbi recreabantur homines, virtuſq; validior reddebatur.

In quarta autem parte dicebat Galenus ægrotantes adhuc ſudare, non obſtante frigiditate, à tertia petacta.

Sed nolo tempus conterere in enucleandis partibus hiſce balnei illius temporis; nam cùm ſit intentum docere vos, qua ratione noſtris temporibus fiant balnea, ego dicerem, eſſe opus habere vas aliquod, in quo aqua repida infundatur; deinde vt æger per ſpatium dimidiæ horæ intus maneat.

Equidem multoties curaui, vt quando iam ægri eſſent in balneo, vt eò duceretur aſina, qua emuncta illis offerretur lactis cyathus: quanquam non me lateret interim, voluiſſe Galenum ægrotantes hoſce ab aqua frigida magis iuuari, quod quidem placet, ſi ægrotantes perferre poſſint eiuſmodi potionem.

Verùm adhuc mihi magis arridet aqua tepida; nam ſi Galenus, vt ſupra de aere audiuiſtis, timebat aerem frigidum, quod poſſet in cute facere adſtrictionem, & per conſequens inhibere tranſpirationem conſuetam, multò magis aqua frigida, quæ id efficere poteſt, eſſet timenda; quamobrem non eſt, vt tutum lauacrum frigidum habeamus, ſed potiùs temperatum præparare oportet.

At ne amplius conteratur temporis, dicimus balneum aquę dulcis eſſe optimum remedium, in cubiculo ægri paratum ea ratione, vt propè lectum ſit, ac deinde à balneo ſine defatigatione poſſit ad lectum redire, qui vbi collocatus fuerit pannis nitidis, ac temperatis abſtergatur, fiantque frictiones leues, & tandem alia applicentur medicamenta localia, quemadmodum ſunt

Oleum amygdalarum dulcium
Violarum,
Nenupharinum.

Cæterùm nonnulli laudant ſummè, epithemata quædam facta ex hordei decocto, & quatuor ſeminum frigidorum ad lib. vnam.

Olei violati, vnc. iij.

Miſce, & fiat vnctio in ſpina; modicè enim relaxandus eſt thorax, atque refrigerandus, vt inde reſpiratio commodè fiat.

A

Galenus proponit vnguentum factum ex roſaceo, atque cera, ita vt doſis olei ſit quadrupla ad ceræ doſim; ſimul coquantur in duplici vaſe, deinde vbi totum refrigeratum fuerit, admiſceatur illi modicum aquæ frigidæ in mortario.

B

Benedictus Victorius balneum quoddam arte factum proponit, quod in hunc præparat modum.

℞. gallinas deplumatas, quæ pingues ſint, eaſq; euiſcerar, num. iij.
Capita caſtratorum pinguium, numero ij.
Fol. violarię,
Lactucæ,
Endiuiæ, ana manip. j.
Florum nenupharis, manip. ij.
Capitum papaueris albi, num. xx.

C

Facit ebullire omnia in aquæ fontis puriſſimæ lib 200. vſq, ad conſumptionem carnium, nempe gallinarum, & capitum caſtratorum, deinceps colare facit, & carnes ab aqua ſeparare. Aquam poſtea accipit, atque in vas ſibi præparatum inijcere facit, in quam repidam ingredi iubet ægrotantem, *ibique* per horam permanere.

D

Hoc eſt balneum à clariſſimo hoc viro nobis propoſitum, in quod antequam ægrotus ingrediatur, nonnulla obſeruat peragenda, & alia poſt egreſſum à balneo.

Ante ingreſſum ſunt leues quædam frictiones, vt rarefiant cutis pori, quò facilius balnei virtus ad corporis penitiora permeare poſſit.

E

At poſt egreſſum iubet, vt totum corpus inungatur oleo oliuarum maturarum, aut violaceo.

Sed, vt vno concludam verbo curationem vniuerſalem, præſentaneam, & fortè ſolam, eſto vſus frequentiſſimus cremoris ptiſanæ, lactis, atque balnei aquæ dulcis, tum etiam lactis cum aqua.

Omne

Omne lac in hoc caſu iuuare poteſt, humanum, aſininum, caprinum, ouinum quoque, atque bubulum; & hæc eſt cura hecticorum, quæ magis ad diætam attinet, quàm ad pharmaciam.

DE CVRATIONE MARASMI.

QVod modò ad maraſmum ſpectat, iiſdem auxilijs magis diæteuticum inſtrumentum reſpicientibus poterit curari; in hoc tamen differt, quia in hectica ſupponitur caliditas, & ſiccitas, in maraſmo contra frigiditas coniuncta ſiccitati, ideo adminiſtrari debeat ea, quæ calida ſunt, atque humida.

Vnde, vt breuiter hoc loco perſtringam ipſius curationem, erit nutritio bona, & humectatio: nutritio quidem, quæ optimi ſit ſucci, & bonæ coctionis, vt ſunt carnes

Caponum,
Perdicum,
Vituli lactantis.
Phaſianorum,
Attagenum.
Cuniculi iuuenis.

Hœdorum, & ſimiles. Placet quoq; vt ſæpè in die ægrotantes potent fercula iuris ex prædictis carnibus, & quia in his humidum radicale ferè totum eſt conſumptum; ideo ſuæ reſtaurationi ſummè, & maximopere ſtudendum eſt.

Practicantes clariores, inter quos Benedictus Victorius non infimum obtinet locum, proponunt clyſteres, quos appellant nutrientes, ſeu reſumptiuos, quorum exemplar tale eſſe poterit.

℞. Iuris caponis benè pinguis, vel alterius animalis boni nutrimenti, lib. j.
Vitellorum ouorum, num ij.
Sacchari albiſſimi, vnc. j. ſſ.

Miſce; materiam hanc in colum inteſtinum per rectum iniectam attrahunt meſeraicæ, ipſamque tranſporta-

A bunt ad iecur vſque. Nonnulli ſolis hiſce clyſteribus fuerunt à maraſmo liberati.

Cæterùm pro potu, quæ habet rationem medicamenti, & nutrimenti, eſt huiuſmodi compoſitio.

℞. aquæ paruæ pullæ, lib. j.
Carnis teſtudinis, vnc. j. ſſ.
Carnis cochlearum, vnc. ſſ.
Amygd. dulcium, vnc. ij.
B Santal. omnium, drach. ij.

Terantur omnia diligenter, & commiſta ponantur in phiala vitrea ad clambicum, & fiet aqua non modò grata guſtui, ſed quæ tollit ſitim, & reſtaurat vires.

Reſtaurantia.

℞. carnis caponum, vnc. ij.
Teſtudinis,
Cochlearum, ana drach. ij.
C Piſtaciorum,
Nucleorum pini, ana drach. v.
Santal. omnium, drach. j. ſſ.
Fol. roſarum, drach. ſſ.

Contundantur omnia ſimul cum modico iuris, fiat paſta ad formam eclegmatis.

Vel

℞. lactis caprini, vel vaccini, lib. j.
Vitellor. ouorum, num. iij.
D Vini albi dulcis, vnc. iv.

Miſce, & benè ad inuicem agitentur, & ad lentum ignem coquantur, permiſcendo, ne oua denſentur, & ſummo mane totum ægroto maraſmatico vnica vice exhibeatur.

Pro balneo, ſi tanta copia haberi poterit, nullum præſtantius lacte ipſo vaccino comperietur, in quo per horam maneat æger, vel cum aqua dulci, &
E lacte balneum componatur modicè calidum; vel paretur ex iuſculis confectis ex

Gallinis,
Vitulis,
Veruecibus.

Optimè coctis, quia intus poros cutis penetrans, poterit aliquo modo e-

tiam ægrotantes nutrire.

Sed huiuſmodi balnea ſunt pro ditioribus. Tandem frequens horum balneorum vſus, lactiſque exuctio ex mammis formoſæ, & benè complexionatæ iuuenis, aut vaccæ iuuencæ poterit curare maraſmum; qui vbi hiſce non cedat medicamentis, dicatis caſum eſſe deploratum, & hæc de hecticis, & ma-

A raſmo. Plura de hac materia diximus, quando ſermo fuit de tabe, quia ferè eadem eſt curatio tabidorum, & maraſmorum.

Atquę hic ſiſtat cuiuſuis generis febrium tractatio, & per conſequens totius Medicinę Practicę ſit finis, pro vt ea in publicis gymnaſijs agitari hac tempeſtate ſolet.

METHODVS CONSVLTANDI.

Qvi fuerit in Medicæ facultatis Praxi omninò verſatus, optimeq; inſtructus, ita vt cuiuſuis morbi tum generationis, tum curationis modum peritiſſimè calleat, is ni etiam ad ægrotantes vocatus coram alijs Medicinæ profeſſoribus circa quodcunque ad morborum notitiam, & expulſionem attinens ſe diſcurrere ex arte demonſtret, nonquam docti artificis exiſtimationem ſibi acquirere apud omnes poterit. At quia noſtrum in Praxi candidatum cupimus magna cum laude Medicinā exercere, methodum collegiandi vltimo loco deſcribēdam aſſumimus, vt poſſit ſcientifica ratione cū alijs Doctoribus, quando dabitur occaſio, de ſingulis morbi curationem reſpicientibus pertractare. Erit itaque eiuſmodi diſcuſſio veluti totius praxis complementum, atq; ideo vobis, vt neceſſaria, ita etiam vtilis, ac iucunda.

Iam verò medicinam longam artem eſſe Hipp. in aphoriſmorum initio nobis ſcriptum reliquit: quæ doctiſſimi hominis ſententia infallibilem veritatem habere res ipſa nobis manifeſtiſſimè demonſtrat, ſi quidem in ea addiſcenda opus eſt multarum, variarum, ac penè infinitarum rerum cognitione, quæ nonniſi longiſſimo tempore, ac ferè indicibili labore haberi poſſunt.

In primis principia, & demoſtrationes à Philoſophiæ naturalis penu haurienda veniunt; huius enim concluſiones ſunt Medicinæ principia; vbi nam- B que definit Philoſophus, ibi incipit Medicus: deinde rerum nonnaturalium, naturalium, & præternaturalium contemplationem aggreditur, quæ nonniſi longis meditationibus acquiritur.

Inter alias res nonnaturales dignoſcendas longiſſima eſt aeris, & alimentorum cognitio. Inter naturales compoſitionis totius corporis, ſuarumque partium notitia (quæ per anatomen C habetur) longiſſima, & difficillima eſt, vt totum hominem requirat; ad perfectum enim medicum faciendum huiuſmodi contemplatio, & actio neceſſaria eſt.

Pulſuum quoque notitia perquam difficilis, & longa eſt, quæ cum plures habeat partes, in ſola ſyſtoles cognitione teſtatur Gal. ſe viginti annos conſumpſiſſe.

D Ad res præternaturales quantum temporis ſpacium requiritur, ad morborum, ſcilicet, ſuarum cauſarum, & ſymptomatum notionem acquirendam? Quanto temporis ſpatio opus eſt in medicamentorum tam ſimplicium, quàm compoſitorum cognitione; in eorundem recta compoſitione, & adminiſtratione?

Quid de librorum, & authorum co- E pia dicam, qui non modò antiquorum ſententias variè, ac ferè contrario modo interpretantur tantas, & tam varias difficultates proponentes, & diſſoluentes, vt in vita vnius hominis perquam longiſſima non modò integrè legi, ſed vix eorum opiniones audiri poſsint? à quibus omnibus medicina non ſolùm

locu-

locupletatur, ampliatur, ſed longiſſima ad diſcendum redditur.

Hiſce prçterea ſi conſultationes medicas tam copioſè ab authoribus, licet pauciſſimis, ſcriptas, modumq; vel collegiandi methodum addiderimus, medicinam non modò longam, vt Hipp. dixit, habebimus, ſed quaſi infinitam. Ad quam quidem addiſcendam omni ingenio, labore, atq; induſtria, atq; ſine intermiſſione iuuenes ſtudioſiſſimi incumbere debeat.

Sed quia ars collegiandi præcipua, ſeu ſola eſt, vt dicebam inter alias medicinæ partes, quæ medicos doctos ab indoctis diſtinguere poteſt, de ea in præſenti agere decreui, vt vobis gratum facerem, quam ſanè quatuor capitibus perſtringam.

In primo oſtendam, quàm neceſſaria ſit: quam deinde vtilitatem afferat tam medicis, quàm ægrotis: tertiò afferam ipſius definitionem, ex qua etiam facilè dignoſcetis ſubiectum, circa quod verſatur: quartò ordinem ſeruandum in ipſius exercitatione aperire conabor.

DE NECESSITATE ARTIS collegiandi.

NEceſſitas huius conſultationis deſumpta eſt à materia medica, qua omnes medici in curandis ægrotis vtuntur, ac eadem quidem eſt, quam omnes tam docti, quàm indocti medici in cura ſuorum infirmorum ad vſum reuocant. Hipp. enim 1. acut. tex. 12. & Gal. in comm. dicebat, quod materijs iiſdem ad victus rationem facientibus tam boni, quàm mali medici vtuntur, ob id quiſnam melior ſit, idiotæ nequeunt cognoſcere, vt pote haud quaquam diſcernunt, quinam tempeſtiuè, & debito modo præſidiorum materias ægris adminiſtrent, & qui nam citra hæc.

Medici igitur omnes panem, carnes, A fructus, olera, aliaq; ſuis ægrotis concedunt, modò vinum pro potu, modò aquam ſimplicem, modò medicatam, in qua ſcilicet aliqua ebullierint alterantia propinantes. Mittunt quoque ſanguinem è venis, nonnunquam per cucurbitulas, quandoq; per hirudines: purgant etiam medicamentis tam ſub forma potus, ſeu boli, quàm pilularum: vtuntur omnes localibus præſidijs, & B intus aſſumptis (vt dicunt) ad corroborandum.

Quæ omnia idiotæ reſpicientes neſciunt diſtinguere inter peritos, & imperitos medicos: & quod magis eſt, obſeruant nullum eſſe medicum, in cuius manu non ſanentur, aut moriantur ægrotantes. Neq; ſciunt agnoſcere, quis nam vel diligentia medici ſanatus fuerit, vel eiuſdem culpa perierit: quin C imò aliquando medico inexperto, & indocto tantam fidem præſtant, vt exiſtiment non poſſe alia via ſanari, niſi illius medici opera.

Cùm igitur ab operatione medica non poſſint ab idiotis medici boni à malis diſtingui, opus eſt dari aliquam actionem medicam, qua à viris *doctis*, & eruditis cognoſcantur; hæc autem nulla alia eſſe poteſt magis apta, quàm D conſultatio medica, ſi quidem contingit ſæpè, vt fiat coram doctis, & eruditis viris, qui cum à ſcientificis medicis audiant non eſſe ſatis materias medicamentorum, & alimentorum concedere ægris, ſed oportere reſpicere opportunitatem, & tempus offerendi, quantitatem, & qualitatem, modumque etiam, dum rationes, demoſtrationes, & authoritates afferuntur, tunc facilè pe E ritos medicos ab imperitis diſtinguunt.

Quamobrem meritò dicimus conſultationem medicam ad diſtinguendos medicos doctos, & eruditos ab ignaris neceſſariam eſſe.

Secundò cum conſultationes fiant de rebus illis, quæ vt plurimùm eueniunt,

unt incerta tamen ſunt, quomodo euadant, & in quibus indeterminatio exiſtat, docente Ariſtotele 3. moral. Nicomachiorum cap. 3. In medicina autem hæc ſunt, quæ ducunt ad ſanitatem; nam medicus non conſultat de fine, nempe de ſanitate, ſed de medijs ad ipſam conſequendam, ſi non adeſt, etſi adeſt, ad conſeruandam.

Verùm media ad ſanitatem ducentia ſunt remedia, aut vocata auxilia, quæ vt plurimùm prodeſſe conſueuerunt. Poſſunt tamen eſſe incerta, neq; effectum optatum inducere, multis de cauſis, potiſſimùm ob indiuiduorum proprietates, morborumque conditiones, quæ quandoque multiplices ſunt, graues, obſcuræ, confuſæ, nouæ, quandoque etiam monſtruoſæ. Quare ob morborum multiplicitatem, grauitatem, vel obſcuritatem, aut nouitatem, vel etiam difficultatem conſultores cõuocantur, quia ex Ariſt. loco citato ad magnas res conſultores adhibemus nobis ipſis diffidentes, quaſi ſufficere ad diſcernendum ſoli nequeamus.

At certè magna non modò res eſt, ſed maxima, magnus, ac vehemens morbus, ac nouus, vt ſunt febres malignæ, & inter eas illæ, quæ vocantur tritæophyæ, vel pleuriticus morbus, lethargus, phrenitis, aliuſq; ſimilis. Certe vnuſquiſq, peritus medicus in huiuſmodi caſibus conſultores habere procul omni dubio cupit, tum vt opem à ſocijs accipiat, & conſilium, tum etiam vt ſi pereat æger, teſtimonium habeat ſuæ operationis.

Sed in morbo nouo quis non cupit conſulentes? noſtri etiam temporibus obſeruati ſunt morbi aliqui noui, qui medicorum mentem, atq; diſcurſum ita confuderunt, vt vix auderent manus ſuis ægrotantibus adhibere, vt erat ſudor ille Anglicus, & ante ipſum morbus Gallicus, aut febris, quam purpuram vocat Io. Coyterus, aut ſcorbutus, de quo Hieronymus Reuſnetus integrum

A ſcripſit librum. Huiuſmodi eſt morbus, qui capillis capitis contingit, in quo adeo impenſe complicantur, vt nulla poſſint ratione diuelli, inde plica fuit appellatus, de quo Hercules Saxonia pulchrè, & eleganter ſcripſit, in quo ſi quis tam audax ſit, vt capillos ita inuolutos ſecet, comperiet ſtatim poſt ipſorum ſectionem, ægrotantes quaſi ſubitanea morte interire.

B Quis inquam in huiuſmodi curandis morbis ſibi ipſi ita confidere velit, quin ad conſilium alios medicos conuocari permittat? quid? nonne indiuidui proprietates curationem tam difficilem, & medicorum inuentionem tam arduam, & obſcuram reddunt, vt Gal. faſſus ſit quandoq; (ſi eas ad vnguem cognoſcere potuiſſet) ſibi ipſi perſuadere poſſe facilè ſe eſſe Aeſculapio ſimilem?

C Cum igitur conſultationes medicæ verſentur circa mediorum ad conſequendam ſanitatem, electionem, hæc autem ob rationes dictas ſæpè inuentione ſint obſcura, ideo conſultatio neneceſſaria eſt ad veram eorum inuentionem, & adminiſtrationem.

DE VTILITATE ARTIS *collegiandi*.

D NOn minorem affert vtilitatem tã medicis ipſis, quàm ægrotis hęc medica conſultatio, quia ab ipſius exercitatione rem omnem verbis ad mediorum inuentionem, quibus ſanitas acquiri poteſt, rectè explicare addiſcunt, omniumq; agendorum rationem appoſitè enarrare ſciunt, propriamque ſententiam in ægroti beneficium opportunis rationibus firmatam adducũt,
E ita vt & collegis, & aſſidentibus, & ipſiſmet ægrotis perſuadebunt; ſi præſertim nihil, quod ad rem faciat, prętermiſerint, nihil ſuperflui afferentes; ſed omnia egregiè, & vt decet, perluſtrent, ſine confuſione cuncta rationibus, authoritatibus, & experimentis confirmantes.

Quot

Quot enim ſunt, qui licet mediocriter in operibus medicis exercitati vbi in conſpectum aliorum proferenda eſt ſententia, vix quid dicant, ſciunt? alij ſanè verbis plurimis vtuntur, ſed omnia tam confuſe, & inordinatè proferunt, vt vix intelligatur, quid ipſi velint: alij neq; per capita ſuas rationes adducunt in Hipp. & Gal. authoritatibus tempus conterentes, eaſque ſine neceſſitate, & intempeſtiuè adducentes, vt audientibus nauſeam inducant; non enim cuiuſuis eſt accuratè, & ordinatim omnia ſermone proferre, & eleganter, quæ in conſultatione afferenda veniunt pro ægrotantium vtilitate, & auditorum iucunditate, ſuiq; ipſius honore, & gloria, ſed illius, qui ſæpè in hac arte ſe exercet.

Vt verò collegiantes, ſeu conſulentes boni, & docti ſitis, oportet, vt diligenter huic conſultationis exercitationi, quantum fieri poteſt, ſtudeatis: quod vt exequamini etiam, atq; etiam rogo; vobis enim polliceor me ſemper aſſiſtere velle, voſq; audire, & vbi defeceritis ſupplere, vbi ordinatim, & eleganter rem ipſam declarauerìtis, laudare, & commendare.

Et hæc de neceſſitate, & vtilitate conſultationis medicæ: iam deuenio ad declarandam naturam, & eſſentiam ipſius, quod fieri non poteſt, niſi per definitionem.

DE DEFINITIONE *Conſultationis Medicæ, eiuſq; eſſentia.*

Conſultatio medica eſt enarratio cum præmeditatione diſcurſiua à duobus, aut pluribus medicis in vnum congregatis facta circa auxiliorum, & eorundem materierum inuentionem, vt ſanitas amiſſa recuperetur, & præſens conſeruetur.

Dicimus eſſe enarrationem ad differentiam illius conſultationis, qua ſit in

A mente, aut ſaltem abſq; præmeditatione, aut locutione.

Addimus diſcurſiuam cum præmeditatione ad differentiam enarrationis, quæ fit ſine diſcurſu, aut ratiocinio.

Eſt & tertia differentia à duobus, vel pluribus medicis in vnum congregatis, vt cauſam efficientem, ſimulq; & conditionem neceſſariam oſtendamus, quę eſt veluti forma ipſius; nam vt fiat col-
B legium inter medicos, opus eſt, vt ſint congregati in vnum locum, & plures ſint.

Sed quoniam omnis locutio, aut enarratio in aliquo loco facta à pluribus, verſatur circa res aliquas contingentes, & quæ ſunt in noſtra poteſtate, & quarum electionem habemus, vt ſupra diximus, ſiquidem nullus conſultor de rebus neceſſarijs agit, ſed de illis,
C quæ ab hominibus fieri poſſunt, vt 3. mor. cap. 7. habetur ab Ariſtotile, ideo in definitione dicimus verſari circa auxilia, hoc eſt circa remedia, ſi quidē medicus conſultat de ijs, quæ ſpectant ad finem cōſequendum, nempe ſanitatem; hęc autem nō poſſunt eſſe niſi remedia, aut vocata auxilia à triplici illo diuulgatiſſimo inſtrumento deſumpta, videlicet à diæta, pharmacia, atque chirur-
D gia.

Sed cum auxilia, vel remedia non poſſint eſſe abſq; materia, hinc etiam addidimus verſari medicum circa inuentionem materierum, in quibus auxilia ſunt poſita.

Adiecimus tandem cauſam finalem, nempe ad ſanitatem amiſſam recuperandam, & præſentem conſeruandam, vt oſtendamus hanc definitionem ha-
E bere omnes cauſas, materiam, formam, efficientem; & finem, & conditiones ad definitionem requiſitas; habet enim ſuum genus contractum per ſuas differentias, ad quas quidem immediatè ſequitur.

Et certè medicus conſiderat media, quibus poſſit ſanitatem introducere,

cum

cum ſanitas ſit ſcopus, in quem ipſe tendit: licet eum non ſemper aſſequatur; ſicuti neque orator perſuadet, quamuis optimis medijs ad perſuadendum vtatur.

Vnde ex hac definitione patere ſatis poteſt, circa quas res in conſultando ipſi medici verſentur, nempe circa mediorum inuentionem, quibus ſuum finem conſequi poſſint; conſeruationem ſcilicet ſanitatis, vel eiuſdem recuperationem. Hæc autem media nihil aliud ſunt, quàm auxilia à diæta, pharmacia, & chirurgia deſumpta, quorum aliquando vnum ſatis eſt, nonnunquam duobus, ſæpè omnibus egemus pro morborum, & cauſarum diuerſitate.

DE MODO, ET ORDINE *ſeruando in conſultatione.*

MOdus verò ſeruandus varius eſſe poteſt in conſultatione facienda; nam eſt neceſſe, vt primus, nempe iunior omnibus, hiſtoriam recenſeat, ſuper quam tanquam ſuper baſim, & fundamentum omnis diſcurſus aliorum, qui poſt ipſum dicturi ſunt, firmari debet.

Iam verò hiſtoria duas habet partes, vna ex parte ægrotantis; altera verò ex parte medici, qui primò accerſitus fuit, qui vel auxilia adminiſtrauit; vel nondum quidquam fecit, cum ſimul omnes medici conuocati fuerint.

Si primo modo, illi tria conſideranda ſunt, vnum eſt morbus cum ſuo progreſſu; ſecundum eſt ægrotus cum ſuis actionibus, & paſſionibus; tertium eſt medicus cum ſuis remedijs, & rectam ipſorum adminiſtrationē, de quibus ſingillatim, & hiſtoricè loqui debet. At ſi nihil medicus circa ægrotantem adminiſtrare potuit, non poteſt hiſtoricè loqui, niſi de duobus alijs, nempe morbo, ægroto, & de agendis, quæ non ab hiſtoria, ſed à rationali diſcurſu hauriri debebit.

Sed hic dubitatio exurgit, à quo nam ſuam hiſtoriam exordiri debeat, ab inſultu, & progreſſu morbi in hunc vſque diem; an verò primùm ab ægroto?

Ex vna parte videtur à morbo hiſtoriam debere medicus auſpicari, tanquam ab eo, qui rationem habet inſtitutæ conſultationis; nam ſi is non fuiſſet, ægrotus non conuocaſſet medicos ad conſilium.

Ex altera parte videtur rationi magis conſonum, vt auſpicetur ab ægrotante, tanquam à ſubiecto, in quo fundatur morbus, & in quo multa eſſe poſſunt, quæ morbum excitare, atque fouere potuerunt.

Sed huiuſmodi dubitatio paruipendenda eſt, cum morbus non poſsit eſſe niſi in ſubiecto, & ſubiectum illud ſit, quod morbo affligitur. Verum quidem eſt, quod alio modo primus conſultor hiſtoriam recenſebit ab alijs, qui poſt ipſum dicunt. Nam primus exordiri debet ab inſultu morbi, & per ipſius progreſſum procedere, quouſque deducatur ad ſtatum præſentem, in quo morbus reperitur, quando conſultatio ſuſcipitur.

Alij verò qui poſt ipſum dicunt, ſobriè admodum de ipſa loquuntur omnia ſupponentes; vbi rectè ea allata ſunt; vbi tamen ab alio aliquid omiſſum fuerit, poteſt tangi, & declarari, vt ſuppleat, quod prætermiſſum fuit, ſi potiſsimùm ſit aliquid conſideratione dignum, & quod ad auxiliorum inuentionem, vel ad rectam ipſorum adminiſtrationem faciat.

Secundus ergo dicens, ſi prudens eſt, poteſt breuiſsimo epilogo hiſtoriam iam recenſitam repetere, addendo ſuis locis, quæ à primo dicente omiſſa fuere.

Tertius deinde, quartus, & alij ſupponentes hiſtoriam ad partem diſcurſiuam, & conſultatiuam accedunt, licetq; illis exordiri à quacumq; conſultatio-

nis parte ipſi voluerint; conſultatio enim præter quam quod examinat hiſtoriam, omnia præcipuè proponit, quæ faciunt ad cognitionem, & curationem: inde contemplatur circa res naturales, non naturales, & præternaturales.

Inter ſex res nonnaturales, quas Hipp. reduxit ad quatuor capita, nempe ad ea, quæ aſſumuntur in nobis, quæ ſiunt animo, & corpore; quæ retinentur, & euacuantur; & quæ extrinſecus noſtrum corpus alterant tam neceſſariò, quàm non neceſſariò, aer potiſsimũ conſiderandus, ſub quo præſens cœli conſtitutio, anni tempus, & regio comprehenditur: & hæc eſt vna conſultationis pars.

Altera verò verſatur circa rerum naturalium conſiderationem, circa ſcilicet ægrotantis temperiem, ætatem, corporis habitum, ſexum, & conſuetudinem, ſub qua continetur exercitium, facilis, vel difficilis medicamentorum tolerantia.

Sed non eodem ſemper modo, vt aliqui faciunt, de his loquendum; ſed diuerſimodè, pro vt occaſio ſeſe offert; ſiquidem res naturales in illo ſubiecto, de quo ſuſcipitur collegium, vel notæ ſunt omnibus, vel non. Si primo modo ſupponendæ ſunt, ſin ſecundo, probandæ ſuis ſignis veniunt.

Cum autem inter res naturales temperamentum ſit magni faciendum, idq; vel ſecundùm aliquam partem, vel ſecundùm totum corpus ſæpè conſiderandum proponitur, pro vt morbi ſunt communes, vel particulares.

Vniuerſum corporis temperamentum ſæpè colligitur ex temperie partium præcipuarum, cordis videlicet, cerebri, iecoris, ventriculi, & aliarum: & hęc via poteſt dici à priori cognitio, quia temperamentum totius dependet ab harum partium temperie.

Partium verò temperies poteſt colligi à totius temperamento, quod præter iam allata deprehenditur à colore,

A actionibus, conſuetudine, & huiuſmodi.

Si igitur ſermo ſit de febre, temperamentum totius conſiderandum eſt: ſi de aliquo morbo particulari illius partis temperamentum examinandum, non quidem prolixè, ſed conciſè, & breuiſſima oratione, & quidem cum ratione (cum res præternaturales ſint meta rerum præternaturalium) à qua diſſimili-

B tudo cognoſcatur, & quantum ſit receſſus illius partis.

Deinde circa res præternaturales videndum eſt, an id, quod è corpore auferendum proponitur, ſit morbus, an ſymptoma; ac ita verſandum, vt innoteſcat, quod nam illud ex prædictis fuerit; id quod in diſceptationem cadit. Nam ſi ſymptoma fuerit, inquirere debet breuiſſima oratione, in quo nam

C genere collocari debeat, an ſit in actionibus, an in excretis, an in affectibus corporis, quę qualitates mutatæ vocãtur.

Rurſus ſi ſit in actionibus læſis, determinandum eſt, vtrum ſit in animalibus, an vitalibus, an naturalibus. Si in animalibus, an in ſenſitiuis, an in motiuis. Si concludatur eſſe in ſenſitiuis, colligere oportet, vel eſſe in *hegemonicis*, nempe vel imaginatiua, vel ratio-

D ciocinatiua, vel memoratiua; vel in ſenſibus externis, nempe vel in auditu, viſione, olfactu, guſtu, & ſenſu tactus.

Et rurſus videndum eſt, an ſola ex hegemonicis, an omnes læſæ ſint, an verò cum illis ſenſitiuæ exteriores, vel motricum aliqua; an verò ſine exteriorum ſenſationum læſione vna ex prædictis, vel aliæ duæ lædantur. Et ſic de exterioribus eſt cogitandum, ac motri-

E cibus, an vna ſola, an duæ an omnes ſimul, vt contingit in maximis capitis affectibus.

Inuento autem, quod actionum prædictarum vna, vel plures læſæ ſint, inquirendum adhuc diligenter eſt, in quo nam læſionis genere ſint, an ſcilicet ſint diminutæ, an deprauatæ, an verò abo-

litæ,

litæ, hoc eſt dictu, cognoſcere, & exprimere oportet illas actiones, quas læſas eſſe, vel probamus, vel ſupponimus operari quidem, ſed diminutè, ſicuti in lethargo imaginationem diminutam eſſe ſtatuitur.

Vel deprauatè, aut vitiosè quemadmodum (ſtantes in exemplis actionum læſarum cerebri) imaginatio, vel ratiocinatio in phrenitide deprauatè operatur, cum alio modo iudicet rem, quàm re vera ſit.

Aut actio abolita dicitur, quando nullo modo operatur, vt contingit in apoplexia, vel caro legitimo, in quibus hegemonicæ omnes, ſenſitiuæ exteriores, necnon motrices voluntariæ abolitæ ſunt, reſpiratione excepta.

Quod circa actionem læſam agendum proponitur, illud quoq; & circa alia ſymptomata; nam primò, quod ad qualitates mutatas ſpectat, inquirendum eſt, quænam ſit qualitas, an prima, an ſecunda, quemadmodum calor, vel humiditas, vel corporis ſiccitas, vel frigiditas, vel aliqua ex ſecundis, vt in morbo regio color totius corporis, & faciei mutatus.

Deinde in excretis illud, quod è corpore exit, conſiderandum eſt reſpectu loci, à quo exit, qualitatis, quantitatis, modi, ſubſtantiæ; illudque determinandum venit, an ſit à toto genere præter naturam, an verò alicuius alterius rei, nempe vel qualitatis tantùm, vel quantitatis, vel ſubſtantiæ culpa? concludendumq; breuibus, quod nam illud ſit, quod excernitur, vt in diarrhæa, dyſenteria, alijſq; excretis.

Determinare igitur oportet de ſymptomate, in quonam genere reperiatur ex tribus prædictis, & quomodo. Inuento autem ſymptomate, vel illud eſt primi ordinis, vel ſecundi; ſi primi, nempe actionum læſarum, tunc in ſuum morbum referendum eſt, cum ab ipſo immediatè pendeat, tanquam à corpore vmbra.

A At ſi ſit ſecundi ordinis, nempe qualitas mutata, vel excretum mutatum, quæ non poſſunt mutari, niſi actio læſa fuerit ab aliquo morbo, morbus autem non niſi à ſua prouenit cauſa; ideo eſt opus dicenti, vt ipſum ſymptoma deducat ad ſuum morbum, morbum verò ad cauſam, & ad partem affectam, tanquam ad propriam radicem.

B Iam verò morbus eſt triplex genere, nempe in mala compoſitione, in ſolutione continui, & in intemperie. Rurſus mala compoſitio tribus modis conſideratur, vel reſpectu magnitudinis, quæ vel adaucta nimis eſt, vel diminuta, ſiue in toto corpore, ſiue in aliqua corporis parte, & dicitur apoſtema, ſeu tumor, qui communis eſt per indifferentiam omnibus corporis partibus tam præcipuis, quàm non præcipuis, tam

C internis, quàm externis: vel in figura deprauata, vel numero adaucto, aut diminuto, vel in ſitu mutato.

Solutio autem continui multiplex eſſe poteſt; nam vel fit à cauſa externa, vel interna: ſi ab interna, vel eſt in pulmonibus, & dicitur phthiſis, vel in inteſtinis, & dicitur dyſenteria, aut teneſmus, ſi in recto fuerit; ſi in venis anabroſis, ſeu eroſio, ſi in renibus, & veſica, & vl-

D cus renum, ſeu veſicæ appellatur.

At ſi fiat in partibus externis, & à cauſa externa, pro partium diuerſitate varia quoq; nomina acquirit; nam ſi in carne, vel cute fiat, dicitur vulnus; ſi in oſſibus fractura, in neruis ſpaſmus, in tendinibus apoſmaſma, & ſic de ſingulis.

Si verò in intemperie fuerit, intemperies eſſe poteſt ſimplex, & complica-

E ta, vel cum materia, vel ſine materia; ſi ſimplex, vel calida, vel frigida, vel humida, vel ſicca. Complicata, vt calida, & humida, calida, & ſicca, frigida, & humida, frigida, & ſicca, & vtraque eſt, vel cum materia, vel ſine materia; quæ rurſus, vel vniuerſalis, vel particularis exiſtit.

Si vniuerſalis, quoties eſt calida, & ſicca, cum materia dicitur febris: ſi particularis, pro partium diuerſitate, quibus contingit, acquirit varia nomina; partes enim vel ſunt internæ, vel externæ. Rurſus internarum aliqua eſt præcipua, alia minus præcipua, ſiue in dextera, ſiue in ſiniſtra parte corporis ſitum habeat; poteſtq; quancunq; affectionem pati tam per eſſentiam, quàm per conſenſum, hoc eſt, non ſui ratione, ſed quia conſentit parti patienti: huiuſmodi autem conſenſus, vel poteſt eſſe à toto corpore, vel ab aliqua alia parte.

Intemperies vniuerſalis cum materia, nempe febris, cùm non ab vnica, ſed à pluribus materijs, in quibus accendi poteſt calor præter naturam, dependeat, nempe à ſpiritibus, membris ſolidis, & humoribus, quæ Hipp. per contenta, continentia, & impetum facientia explicat, hinc tria ſunt febrium genera, ephemera nempe, quæ in ſpiritibus, hectica, quæ in membris ſolidis, & putrida, quæ in humoribus accenditur.

Ephemeræ à cauſis externis ſuas differentias aſſumunt; hectica verò à varia, & ſecundùm magis, & minus exiccatione in partibus ſolidis facta, ſuas differentias acquirit; vnde vna eſt differẽtia, quando humiditates exiccantur; ſecunda, quando cambium, tertia quando iam ſubſtantia partium omnium exiccatur.

At quæ accenduntur in humoribus, à materia putreſcente, & à locis, in quibus putreſcunt, differentias acquirunt; nam aliæ à ſanguine, qui ſua propria prærogatiua incaleſcit, & putreſcit intra venas, duas facit febris differentias, vna eſt, quæ ſynocha imputris, altera putris nominatur.

Reliqui verò humores, & intra vaſa, & extra putreſcunt: hinc fiunt, & continuæ, & intermittentes febres. Quæ in bilioſo ſunt genere, dicuntur tertianæ

A continuæ, ſi bilis intra vaſa putreſcat: ſed cum quadam differentia; nam vel bilis putreſcit in vaſis magnis, quæ ſunt propè cor, & fit febris ardens, quæ ſynocha bilioſa dicitur ab aliquibus.

Si verò putreſcat in vaſis quidem magnis, ſed paulò remotioribus à corde, fiunt febres tritæophyes vocatæ; at ſi in alijs, fiunt tertianæ continuæ multas inter ſe differentias habentes,
B quia modò ſimplices, modò compoſitæ appellantur.

At ſi extra vaſa putreſcat, vel ſola bilis putreſcit, vel habet alterius humoris admixtionem. Si primò modo, dicitur febris tertiana exquiſita: at ſi alius humor admiſcetur, vel eſt pituita, vel melancholia.

Si primo modo dicitur tertiana maioris famæ, quæ pro maiori, vel minori
C extenſione acceſſionum appellatur extenſa ſimpliciter, vel etiam ſufficienter, vel multùm, vel plurimùm extenſa. Si verò pituita putreſcat, vel intra vaſa, vel extra primo modo fiunt febres quotidianæ continuæ: ſecundo quotidianæ intermittentes. Et ſic de quartanis intelligendum eſt.

Sed quoniam febres putridæ complicantur cum alijs febribus, nempe
D cum hecticis, faciunt vnam, & primam compoſitionem in genere, & febres compoſitæ dicuntur.

Vel putridæ inter ſeſe complicantur, & hoc duobus modis; nam vel ratione acceſſionum, vel ratione materierum putreſcentium, & locorum: ſi complicantur ex parte acceſſionum, id duobus modis contingit, videlicet per craſim, vel per epiplochim: primo modo eſt,
E quando acceſſiones inuicem confunduntur, ita vt incipiant vno, & eodem tempore, & progrediantur ad finem vſq; confuſe.

Si verò componantur per epiplochim, id euenit duobus modis, vel quia vna acceſſio alteri ſuccedit, antequam ad declinationem perueniat: aliquando in

in fine principij, vel in augmento, vel in ſtatu, vel in declinatione, priori exiſtente acceſſione, altera ſuccedit: vel ipſa iam ex toto declinata, & interuallo exiſtente, altera ſuccedit. Primus modus dicitur per ſubintrantiam; ſecundus verò per ſubalternationem.

At ſi reſpectu materierum putreſcentium contingat febres putridas complicari, tunc efficitur illa diuulgatiſſima febris, quæ hemitritæus vocatur, qui eſt in duplici differentia, vnus verus, alius ſpurius: primus eſt, quando materia pituitoſa putreſcit in venis, & facit quotidianæ continuæ acceſſionem: deinde putreſcit bilis extra vaſa, & facit tertianæ intermittentis acceſſionem, ita ut tertio quoque die appareat vtriuſq; febris manifeſta acceſſio: in ſecunda verò ſolùm adſit acceſſio quotidianæ: & hæc eſt vera ſemitertiana.

Non verus autem hemitritæus, ſeu ſemitertiana ſpuria, & quæ etiam rarò contingit, eſt, quando putreſcit bilis intra vaſa, pituita verò extra vaſa, ita vt vtriuſq; febris acceſſio appareat manifeſta. Hæc ſunt ſymptomata omnia in genere, & omnes morbi, à quibus prodire poſſunt.

Vt autem poſſitis diligentius vos gerere in collegiandi actu, atq; ordinatè, ne ab vno capite recedatis ad aliud accedentes, antequam totum illud à vobis fuerit, quantum decet, examinatum, placet etiam afferre cauſas omnes prædictorum morborum, vt quemadmodum, dixi ſuperiùs, eſt procedendum à ſymptomate in morbum, ita quoq; intelligatis à morbo ad cauſas incedendum eſſe.

Sic etiam poteſt à cauſis ad morbos, & à morbis ad ſymptomata fieri diſcurſus; nam quemadmodum morbus dependet à ſua cauſa, ita & ſymptoma ſuum ſequitur morbum, non tamen indifferenter, cum ſymptomata ſecundi ordinis pendeant ab illis, quæ ſunt primi

A ordinis, nempe ab actionibus læſis; procedimus enim à notioribus nobis, vt duci poſſimus in notiora, & certiora natura, vt ſi color vitietur, mouemur ab ipſo, deinde ad humorem, à quo prodit, vt inde ad actionem læſam, ad partem affectam, & ad morbum, & ad ſuam cauſam, tanquam ad propriam radicem ducamur.

Cauſarum verò aliæ ſunt internæ,
B aliæ externæ; internarum aliæ per ſe, & primò faciunt morbum, aliæ ſecundariò, & per accidens. Priores ſunt in duplici differentia; nam vna eſt immediata, & proxima, alia mediata, & remota: prima vocatur cauſa coniuncta, ſecunda dicitur antecedens.

Vt in exemplo, ſit intemperies frigida, & humida alicuius partis, ſitq; ventriculus intemperatus: hęc intemperi-
C es ſit à materia pituitoſa, ſiue in membranis imbibita, ſiue affuſa: & hæc eſt cauſa coniuncta. Antecedens verò eſt eadem materia in vniuerſo corporis habitu collecta, & parata, vt feratur in ventriculum: & hæc de cauſis internis per ſe.

Cauſæ internæ per accidens ſunt res naturales illius indiuidui, quod in talem intemperiem incidit, vt pote habitus,
D complexio, ætas, conſuetudo; quæ omnia faciunt ad pituitæ faciliorem generationem; conſentiunt enim ipſius generationi.

Exteriores cauſæ ſunt omnes ſex res nonnaturales, vt aer, cibus, & potus, motus, & quies, ſomnus, & vigilia, animi affectiones, inanitio, & repletio, quæ quia noſtrum corpus alterant, dicuntur neceſſariò occurrentes.

E Sunt, & aliæ quæ non neceſſariò eueniunt, ſed vel fortuito, vel ſponte nobis volentibus contingunt, vt immoderata venus, vſus balnei, crapulæ, longa equitatio, aliaq; plura, quæ euenire poſſunt nobis volentibus.

Vbi igitur proponitur vobis caſus aliquis ad collegiandum, hac ratione pro-

proponitur, vt ea omnia contempletini, quibus poſitis è corpore auferre morbum, à quo infeſtatur: impoſſibile autem eſt ipſum auferre, niſi cognoueritis; ad perfectam enim cognitionem omnia ſunt perpendenda, quæ naturam ipſius conſtituunt, ſi quidem 1. phyſicæ auſcult. ſcriptum eſt, quod vt habeatur alicuius rei notitia, ſeu ſcientia, opus ſit cognoſcere & cauſas, & principia rei cognoſcendæ.

Ad morbi igitur propoſiti cognitionem requiritur, vt cognoſcatis omnes, à quibus proficiſcitur, cauſas: hæ autem ſunt res naturales corporis, nonnaturales, à quibus naturales mutantur, & conſeruantur, & præternaturales generantur; hæc enim omnia faciunt ad cognitionem.

Sed non ſatis eſt collegianti hæc cognouiſſe, ſed præterea oportet, vt ordine ſuam patefaciat opinionem, in qua exprimenda poteſt incipere ab vno ex præſentibus, nẽpe vel à morbo, vel à cauſa, vel à ſymptomate; nam talis morbus talem habet cauſam, & talia producit ſymptomata. Cauſa verò immediata producit morbum, hęc autem non poteſt fieri, niſi in tali natura, à talibus cauſis, & talibus poſitis ſymptomatibus is generatur morbus.

Vnde in collegio poteſt à remotis cauſis incipere, ac procedere ad propinquas, inde ad proximas, vt tandem ad immediatam deueniatur, quæ illius, quod quæritur eſt cauſa, neque poteſt eſſe alia, & huiuſmodi proceſſus eſt ordo compoſitiuus.

Poteſt etiam ordine reſolutiuo afferri ab immediata cauſa progrediendo vſq; ad vltimas, & exteriores, vt verbi gratia febris, tertiana ſit ſimplex à bile, putreſcente extra vaſa, tunc inquiret ſuas cauſas collegians, & ex natura morbi ſtatim deducet cauſam immediatam, & proximam eſſe bilem putrefactam.

Bilis autem collecta fuit in habitu bilioſo, in complexione calida, & ſic-
A ca, ætate florente, exercitio valido, ab aeris caliditate, ſiue temporis, ſiue regionis, vel conſtitutionis culpa, à nimio, & vehementi motu, à magnis vigilijs, ab animi affectibus vehementibus, vt a cogitationibus grauibus, ab impenſis ſtudijs, à cibi calidioris vſu, à vini generoſi potu, ab aliqua conſueta purgatione compreſſa, ab excrementis, ab euacuationibus intermiſſis; ita vt
B hæc omnia potuerint generare copiam bilis in iuuene bilioſo calidæ, & ſiccæ complexionis.

Et vbi inuentæ ſunt cauſę efficientes bilis ad eas, quæ accumulatam bilem putreſcere diſponunt, & cogunt, deueniendum eſt: ſunt autem duæ obſtructio, & adſtrictio cutis pororum: hæ etiam ſuas cauſas habent; adſtrictio videlicet fit ab aeris frigiditate, ab vſu balnei ad-
C ſtringentis: obſtructio verò fit, vel à copia, vel craſſitie, vel lentore humorum exiſtentium in corpore.

Videte igitur, quomodo in cauſis morborum inueniendis progredi poteſt vnuſquiſq; qui conſulat de aliquo morbo incipiendo ab immediata, & proxima cauſa, vſque ad remotiſſimas: vel è contra è remotiſſimis ad immediatam vſq; progrediendo, ex quo talem con-
D cludit eſſe morbum, taliaq; ſymptomata, & per morbum, & ſymptomata ducitur in cognitionem ſuarum cauſarum.

Et rurſus eadem eſt methodus procedendi à morbo ad ſymptomata, & à ſymptomatibus ad morbum, quemadmodum in exemplo tertianæ febris manentes, qui febrem tertianam dicit, intelligit quoq; ſymptomata in actionibus
E læſis, in qualitatibus, & excretis mutaris, à quibus ad febrem tertianam procedere licet, & à febre tertiana ad ipſa ſymptomata.

Nam ad tertianam exquiſitam talia ſequuntur. ſymptomata in actionibus animalibus ſenſitiuis, primùm dolor capitis pungitiuus, & acutus, vigiliæ, im-

immoderatæ quandoque delirium, ſitis ingens. A motricibus rigor pungitiuus, horror, *frigus*, in principio acceſſionis. In vitalibus pulſus à principio paruus, tardus, deinde magnus, & velox, inæqualitas febrilis in ipſo pulſu, ſed parua.

In qualitatibus mutatis, & primò in primis calor intenſiſſimus eſt ardentium febrium in modum; in ſecundis, lingua aſpera, labia arida, & ſicca, vt ob ſiccitatem ſcindantur.

In excretis vrina ignea, renuis, ruſa, & ſubruſa: excreta exeuntia per ſeceſſum bilioſa, flaua.

Motus etiam ipſius febris venit conſiderandus, qui duplex eſt; vnus vniuerſalis, alter particularis: primus eſt totius morbi, qui acutus eſt, & citò mouetur: particularis rurſus eſt duplex, periodicus vnus dicitur, qui fit de tertio in tertium diem, & tertianatia periodus appellatur; alter vero diarius nominatur, qui eſt communis omnibus humoribus, ſi quidem vnuſquiſq; humor in corpore dominatur ſpatio vnius diei ſex horis; nam ſanguis in aurora mouetur, bilis in meridie, veſperi melancholia, media nocte pituita.

Primus motus nominatur paroxiſmus de tertio in tertium, qui longiſſimus exiſtens nõ tranſcendit ſpatium duodecim horarum, incipiens cum rigore, & terminans cum ſudore.

Poſita igitur acceſſione, ſeu paroxiſmo tertianario, qui incipiat cum rigore, & terminetur cum ſudore, magis in meridie exiſtens, quàm in alijs diei horis, termineturque cum ſudore, cuius longitudo non excedat ſpatium duodecim horarum, excrementis exiſtentibus bilioſis, vrina ignea, ruſa, vel ſubruſa, calore acri, & mordaci totius corporis cum linguæ ariditate, labiorumq; ſiccitate, cum pulſu paruo, & tardo in principio, in augmento verò velociori, & magno, ingenti ſiti, capitis dolore, vigilijs, & delirio; his poſitis ſtatim, &

A ponitur febris tertiana exquiſita, eique poſita, ponuntur, & ſymptomata prædicta.

Hac methodo ſeruata poterit conſultans diſcurrere circa ideæ morborum inuentionem, eamque ſuis rationibus, & authoritatibus confirmare, ſiue à remotiſſimis cauſis incipiat aſcendendo per omnes, vſque quo perueniat ad immediatam, tandem ad morbum, ſiue

B à ſymptomatibus ideam morbi neceſſariò conſequentibus tam primi, quàm ſecundi ordinis ſuum ſermonem deducat, ſiue ab ipſius morbi idea incipiat per ſymptomata deſcendens ad cauſas immediatas, & ad remotiſſimas perueniens, poterit concludere ideam propoſiti morbi.

Sunt & aliqua, quæ ſequi ſolent ideas morborum, nempe magnitudo, ſeu

C vehementia, motus, & mos, quæ quamuis ſint de ideæ eſſentia, ſolent tamen eam conſequi; ideò de ipſis eſt in collegijs agendum; determinandum quoque an morbus, qui in conſultationem cadit, ſit morbus vehemens, an non magnus, & vtrum ſit malignus, an benignus.

Quod ad ipſius motum ſpectat, ſtatim cognita idea cognoſcitur motus mor-

D bi vniuerſalis, hoc eſt dictu, an ſit acutus, vel minimè acutus, vt dictum fuit de tertiana febre exquiſita: ſed vehementia ideæ morbi eget altiori inquiſitione, & contemplatione, quemadmodum, & mos.

Magnus autem morbus dicitur triplici ratione ex 4. meth. 6. nempe propter partis excellentiam, vel dignitatem, vel operationem, quam præſtat in

E corpore, vt cor vtroque modo dicitur pars præcipua, tum quia eſt pars præcellens, & digna, tum operationis ſuæ ratione, quæ eſt communis, & ad vitam neceſſaria, vnde magnus appellatur morbus illi eueniens, vt febres.

Secundò morbus dicitur magnus reſpectu propriæ eſſentiæ, quam ſympto-

ma-

mata deſcribant nobis: tertiò reſpectu cacoethiæ, hoc eſt malignitatis, ita vt morbus malignus dicatur magnus.

Debet igitur collegians determinare, an morbus propoſitus ſit magnus, & vehemens, & in quonam genere magnitudinis fuerit. Facilè determinabit magnitudinem argumento deſumpto ab ipſa parte, quemadmodum etiam à propria eſſentia; nam ille magnus eſt morbus, qui à vehementiſſimis cauſis ortum ducit, & quem ſequuntur multa, & vehementia ſymptomata ſimul.

De malignitate verò non ita clarum eſt, ſiquidem duplex eſſe poteſt malignitas in morbis, vt colligitur ex Gal. vna quæ dicit repugnantiam quandam in medicamentis, vt ſunt vlcera rebellia, & cacoethe, quæ quod non cedant medicamentis, dicuntur maligna. Altera, quæ præter repugnantiam dicit vitæ periculum; primo modo non dicitur malignus morbus; ſed ſecundo.

Sed ex hoc Gal. loco inſurgit difficultas in ſuis dictis, quia lib. 12. meth. cap. 7. videtur addere aliud membrum, à quo magnitudo morborum deſumitur, nempe facultatem noſtrum corpus regentem, cuius ratione vult, vt magnus dicatur morbus.

Vnde quatuor capita erunt, à quibus magnitudo morbi deſumitur, vna ratione partis dignitatis; altera reſpectu propriæ eſſentiæ; tertia ratione cacoethiæ; & quarta reſpectu facultatis noſtrum corpus regentis, quare vel 4. meth. Gal. eſt diminutus, vel in 12. meth. eſt ſuperfluus.

Difficultas hæc tanti momenti eſt, vt ad ipſam declarandam multi multa dixerint. Nonnulli ſunt, qui exiſtimant facultatem læſam eſſe vnum, & idem cum cacoethia, quia cum ipſa lædat operationem, vel facultates, à quibus operationes prodeunt, habet rationem cauſæ efficientis, & facultatem lædentis, quare qui dicit cacoethiam, dicit facultatem læſam; & per facultatem læ-

A ſam intellexit Gal. cacoethiam, vnde tria tantùm ſunt capita, à quibus magnitudo morbi deſumitur.

Alij dicunt eſſe quatuor capita à Gal. propoſita, à quibus deſumitur magnitudo morbi.

Sed ego omiſſis aliorum opinionibus aio, quod magnitudo morbi duobus modis poteſt conſiderari, primò per ſe, ſecundò per relationem ad facultatem
B noſtrum corpus regentem. *Si primo* modo magnitudo morbi conſideretur, dico eſſe tantummodo tria capita, nempe partis excellentiam, morbi eſſentiam, & cacoethiam, quæ conſiderata fuere à Gal. 4. meth. at 12. meth. comparat morbum cum facultate noſtrum corpus regente, ad cuius relationem poteſt dici magnus morbus, vbi facultas ſit languida, nec poſſit *ipſum*
C ſuperare.

Deinde poſſum dicere vtrobiq; Gal. loqui de indicationibus deſumptis ab ipſis vrgentibus, cumq; vrgentia ſint in duplici differentia, alia reſpectu rerum præter naturalium inter ſeſe, alia reſpectu rerum naturalium, & ſecundùm naturam; 4. meth. loquitur de primis, inter quæ magis vrgens eſt magnus morbus; in 12. verò loquitur de indi-
D cantibus vrgentibus facta comparatione inter morbum, & facultatem naturalem; quæ vbi læſa eſt, nec poteſt ſuperare morbum, tunc illius reſpectu morbus dicitur magnus, quia ſuperari ab ipſa non poteſt.

Ideo virtus habet rationem indicantis vrgentis, ſiquidem opus eſt virtuti primò ſuccurrere, quare facultas læſa non eſt eadem cum cacoethia; ſed quid
E longè diuerſum, non igitur confunduntur ad iuuicem.

Quod modò ad morem ſpectat, procul dubio collegians debet verbis exprimere, an morbus propoſitus ſit malignus, an verò benignus. Sed de malignitate aliquis dubitare poterit, an ſit eadem cum magnitudine, cùm magnus

mor-

morbus dicatur ratione malignitatis; quare malignitas, & magnitudo morbi videntur eſſe vnum, & idem.

Sed de malignitate aliàs tractauimus, nunc tantùm aſſerimus, quod magnitudo morbi, & malignitas ſunt vnum, & idem in ſubiecto, hoc eſt reſpectu ideæ morbi, quæ magna,& maligna eſſe poteſt, verùm ſunt inter ſe ratione, & definitione diſtinctæ; nam alia ratio eſt malignitatis, alia magnitudinis, & vehementiæ; ſiquidem magnus morbus dicit magnum receſſum à ſtatu naturali; malignitas verò dicit aliquid ſuperadditum ipſi magno à natura receſſui.

Dicitur enim malignitas mos ſimilitudine deſumpta ab hominum conditione, quorum alij ſunt bonis, alij prauis moribus præditi;ita & morbi aliqui ſunt benigni, aliqui maligni. Rurſus quemadmodum aliqui homines benigni ſunt re vera, aliqui verò maligni, ſed boni apparent, alij maligni re, & apparenter, ex 4.meth. ita quoq; morborum aliqui ſunt benigni, & maligni apertè, vt vlcera maligna: alij verò ſunt maligni re ipſa, ſed non videntur maligni, circa quos elaborandum eſt collegianti, vt agnoſcat, rectèq; ſuam de illis proferat ſententiam, quam confirmet optimis argumentis deſumptis potiſſimùm à ſymptomatibus ſuperuenientibus, ſeu mox apparentibus.

Sunt autem illa, quæ vel coctionem, vel cruditatem, vel criſim, vel acriſiam demonſtrant, vel ſalutem,aut mortem: vt exemplum haberis ab idea febris tertianæ iam dictę,quam à ſymptomatibus allatis, & à cauſis omnibus colligimus.

Morem verò colligere poteſtis ex mox apparentibus, quæ ſi coctionem oſtendunt, benignum morbum, ſi verò cruditatem, & acriſiam,mali moris eſſe concludite.

Poſt quam primus hiſtoriam ad vnguem declarauerit, tam ex parte morbi, quàm eorum, quæ ipſe egit, vt illum expelleret; deinde & rationem reddiderit

A derit morbi cognitionis, & ſuarum cauſarum, iam primam collegij partem abſoluit: vt verò integrè rem perficiat, ad ea, quæ agenda veniunt, ſuam orationem conuertere debet, vt inde oſtendat, quid faciendum eſſe iudicet. Hoc autem vt ordine incipiat, & ad finem vſque perducat, neceſſe illi eſt ab indicationibus ſermonem exordiri, conſiderareque omnia indicantia, B coindicantia, permittentia, & repugnantia.

Ab indicationibus enim habemus, quid agendum, à coindicantibus, & permittentibus,quid permittat virtus, an id, quod proponitur agendum, ſperari poſſit, ac debeat, nec ne? In his enim omnibus collegiandi artificium poſitum eſt,ideo indicantia,coindicantia, permittentia, prohibentia, ſuaque C repugnantia in collegijs artificioſè admodum, & breuiter quidem, ſed diligenter examinanda ſunt.

Vbi igitur occurrat, poſt diagnoſticam aſſerre ctheterapeuticam, qui primo loco dicit poſt enarratam hiſtoriam, & poſt quam demonſtrauit fuiſſe à ſe benè cuncta enarrata circa ideam morbi, & ſuas cauſas, oſtenderitq; ſe rectè, & vt decet, adminiſtraſſe om- D nia præſidia in hunc vſq; diem, & tempus morbi, ad indicationes eligendas conferre ſe debet,ideo vt eaſdem colligat ab eſſentia morbi cognita, requiritur, quæ conſtat ex idea, & cauſis efficientib.s internis, quæ ſunt humores morbum efficientes, & conſeruantes.

Cùm autem morbi idea ſit ſimplex, vel compoſita, vel cum aliquo ſymptomate, vel abſque ſymptomate, debet E ſtatim collegians determinare, an idea ſit ſymplex, vel compoſita cum ſymptomate, an ſine ſymptomate. Deinde an ſit aliquid, quod vrgentis rationem habeat, nec ne? & ſi non ſit vrgens, animaduertat id, quod habet rationem cauſæ efficientis, & quod habet impedimenti rationem, hoc eſt dictu,

quod ſit aliquid, quod prius auferri debeat, & aliud poſterius.

Iam verò cum ad remedia inuenienda, quibus morbos expellere poſſimus, tres ſint modi à medicis propoſiti, nempe indicatio, analogiſmus, nec non, & experientia, Dogmatici medici primò recurrunt ad indicationes, quæ ab eſſentia morbi cognita depromuntur ea ratione, vt ipſa eſſentia ſit veluti medius quidam terminus ad concludendum indicatum, quod nihil aliud eſt, quàm auxilium; hæc enim indicatio ex materia cognita indicantis procedit oſtendens, & inſinuans remedia, quæ antea erant occulta, & tenebris inuoluta.

Indicatio autem eſt proceſſus quidam ab indicante ad indicatum, qui quidem cùm velociſſimus ſit, videtur eſſe ſine diſcurſu, eſt tamen cum diſcurſu velociſſimo, in quo faciendo non eſt tranſeundum de genere in genus, ſed diuidendum in generaliſſima, & ſubalterna, ita vt à generaliſſimo in ſubalternum, & à ſubalterno in ſpecificum ſit deueniendum, in quo vltimò quieſcimus, ita vt indicans ſemper habeat rationem ſpecificam, non ſingularem, & indiuiduam.

Ex quo quidem ſpecifico indicante colligitur indicati natura, quod eſt auxilium. Indicans autem debet eſſe notius per intellectum ipſo indicato, quod vnum indicans indicet vnum contrarium, & non plura, quod ſit præſens, & ſit illud, quod curatur, quod omnia indicantia debeant referri ad tria, ſcilicet ad vrgens, ad cauſam, & ad impedimentum; quod ſymptomata non indicent, quia ſequuntur morbum, & tandem quod indicatio bona deſumatur ab eſſentia indicantis, vt dictum eſt ſupra, non à conſequentibus eſſentiam, ſunt autem hæc quatuor, actio, paſſio, exiſtentia, & præſentia.

Vbi igitur morbus, & ipſius eſſentia manifeſta fuerit, tunc ad indicationes

A recurrendum eſt; at vbi eſſentia morbi non ſit manifeſta, & cauſa (quæ nihil aliud eſt, quàm humor in corpore peccans) ſit nota, & pars innoteſcat affecta, ſimulq; & virtus valeat, auxilium petendum eſt à ſolo analogiſmo, non ab indicatione, quia indicatio procedit à nota eſſentia, & idea morbi, hic verò ignota eſt.

B Non poſſumus igitur procedere per indicationem, neq; per experientiam inuenire auxilium, quia nondum aliquid obſeruatum eſt per experientiam, quo vti valeamus: ergo per analogiſmum remedium inueniendum venit, qui nihil eſt, quàm inuentio remedij per ſimilitudinem, verùm ſimilitudo triplex eſſe poteſt, vel reſpectu partium corporis, vel affectuum, aut materiæ auxiliorum.

C Sed analogiſmo diuerſimodè vtuntur empirici, ac dogmatici, ſiquidem illi mouentur ſimilitudine partium; nam ſi obſeruant ſymptoma aliquod fuiſſe in brachio, quod à remedio expulſum fuerit, eodem vtuntur in crure moti à ſola conſtitutionis partium ſimilitudine, non animaduertentes ſymptomata prouenire à varijs morbis, quæ varia auxilia requirunt, neque poſſunt vno, & eodem præſidio auferri, quare valde decipiuntur.

D Secundò vbi vident aliquem affectum vnius partis fuiſſe expugnatum ab vno remedio, illud idem in eodem affectu alterius partis vſurpant, vt quando fluxus ſanguinis ab ore fuit compreſſus exempli gratia, terra ſigillata, eodem vtuntur, vbi vident ab inteſtinis exire ſanguinem, ſed decipiuntur, quia non E animaduertunt hunc affectum poſſe à pluribus cauſis prouenire, vt ab anaſtomaſi, diapedeſi, diæreſi, vel anauroſi, quæ non vnico auxilio auferri poſſunt.

Tertiò ſimilitudinem à materijs auxiliorum deſumunt, vt quando medicamentum vnum adſtringere obſeruant,

uant, aliud eandem facultatem habens accipiunt eandem operationem expectantes.

Hinc poſſumus dicere duplicem eſſe analogiſmum, vnum empiricorum, aliud dogmaticorum. Empiricorum analogiſmus eſt paralogiſmus quidam tam reſpectu formæ, quàm materiæ; eo enim vtuntur ignorata cauſa morbi, morboque incognito exiſtente, nullaque facta iam antea experientia per obſeruationem, ſed affectus videtur ſimillimus præcognitis quibuſdam ſymptomatibus, vt in fluxu ſanguinis à quacunq; cauſa prodierit, in quo eodem vtuntur remedio.

At dogmaticorũ analogiſmus non eſt valdè diſſimilis indicationi; nam etſi ignoretur eſſentia morbi, ex cognitione cauſæ loci affecti, & virtute robuſta ad medicamentum à ſimilitudine deſumptum refugiunt: vt in plica, quæ prouenit ex craſſis, & lentis humoribus, remedia accipiunt, quæ poſſint debellare craſſos, & lentos humores, quibus in ſimili cauſa medentur.

Hoc igitur modo vtuntur dogmatici analogiſmo. Experientia quoque remedia inueniuntur quidem, ſed quæ ratione ſint comprobata.

Sed cùm rariſſimè eueniat, vt de morbis nouis, & ignotis fiat inter medicos conſultatio, ſæpè verò de notis, & manifeſtis, circa eos methodus collegiandi eſt applicanda; verùm ea eſt ægrotantium miſeria, vt ſæpè poſt morbum ſimpliciſſimum alij inſurgant, vnde medico plures ſeſe offerunt indicationes curatoriæ, plures præſeruatoriæ, vitales plures (per indicationes curatorias intelligatis eas, quæ à morbo, per præſeruatorias, quæ à cauſis; & per vitales denique quæ à virtute deſumuntur) itaut niſi eſſet egregia Gal. methodus 3. meth. cap. 9. 7. eiuſdem cap. 12. quæ docet à primis fontibus indicationes haurire, quæque ad quædam determinata capita miro ordine A eas redigit, & oſtendit, cui primò, cui ſecundò cui tertiò, & cui quartò ſit ſatisfaciendum, ars medica maximè difficilis eſſet, & ægris admodum exitioſa, medicisque omnibus valdè oneroſa.

Sunt autem hæc tria tantùm capita, ad quæ omnes indicationes quotquot reperiri poſſunt, reducuntur, nempe vrgens, cauſa principalis, & cauſa ſine qua non, ad quam omnia impedimenta B reducuntur.

Primò igitur conſiderandum eſt, an in morbo propoſito ſit aliquid, quod habeat rationem vrgentis, ſiue ſit cauſa, ſiue morbus, vel ſymptoma, licet ſymptoma de ſe nihil indicet (cum ſit ſemper in fieri, & morbum ſequatur, vt vmbra corpus) niſi habeat rationem vrgentis, vel impedimenti.

Vrgentia autem poſſunt eſſe plura; C nam aliqua ſunt, quæ mortem, & vitæ extinctionem minantur, aliqua non vitam, ſed meliorem vitam auferunt: ex prioribus ſunt, quæ vitam actu proſternunt, & extinguunt. Aliqua verò ſunt, quæ non actu vires tollunt, niſi tamen illis ſuccurratur, certam virium ruinam, & breui ęgris promittunt; rurſus eorum, quæ deteriorem vitam pollicentur, quædam ſunt, quæ morbi longitudi- D nem, alia verò, quæ ſtatum turpem portendunt.

Hoc itaq; ex Gal. de vrgentium natura conſtituto, ſi primi generis aliquod vrgens adſit, nempe quod vires collapſæ ſint, illi primò incumbendum eſt: & quando actu præſens eſt, illi ſoli ſuccurrendum, cæteris omnibus neglectis, morbo ſcilicet, cauſa, & impedimentis; virtus enim primò cuſtodienda E eſt, cum à viribus pendeat vita ipſa, quando valet: ergo quando collapſa eſt, præ cæteris recuperanda, ſi exempli gratia adſit febris, quamuis ardens, & ſyncope ſuperuenerit, huic tanquam potentiori attendendum eſt, febre etiam neglecta; nam confugiendum eſt ad vinum, & alia, quæ vires reficiant,

etiamſi aduerſentur febri.

Si verò adſit vrgens, quod vires reſoluat breui, pari ratione virtuti primò incumbendum, deinde affectui; ſemperque oculus dexter ad virtutem, ſiniſter ad morbum habendus eſt. Imo verò ſi indicantia à virtute, & à morbo paria ſint, primò à virtute, deinde ab affectu indicata ſunt deſumenda; nam ſi medicus æque timeat de virtute, ac morbo, primùm debet auſpicari curationem à virtute, deinde ad morbum ſe conuertat.

At ſi vires conſtant, nullumque ex propoſitis ſymptomatibus adſit, adaucter cauſis, & morbis, non autem virtuti attendendum eſt; vnde Gal. 9. meth. 7. dicebat, quod virtus valida ſit deſpicienda, mediocris verò mediocriter conſeruanda; eſt tamen animaduertendum noluiſſe Gal. docere, vt ſpernatur virtus ſimpliciter, ſed quod vbi magnus eſt morbus, vel cauſa vehemens cum robore virium, tunc eſſe primùm incumbendum ipſi morbo, & cauſæ vel ſymptomati.

Vnde illi, qui in virtute inualida vtuntur magnis præſidijs, errant, non ſecus atque illi, qui dum virtutem validam habent, & magnum morbum, permittunt vires labi non vtentes præſidijs validis ad debellandum morbum. Si igitur vrgens adſit in primo ordine omnibus alijs ſpretis virtuti incumbendum eſt.

Ar ſi ſit ex genere eorum, quæ vires labefactant, tunc poſſumus ipſi ſymptomati ſuccurrere quidem, ſed non ſpernere omninò alia, vt quando adeſt fluxus ſanguinis ipſumſanè curamus, non tamen eius cauſam negligimus, vel morbum; quod tamen in ſyncope non facimus; nam ſpernimus omnia, & virtutis tantùm collapſæ, & collabentis ſtudemus reſtaurationi.

Quod ſi vrgens ſit de tertio genere, eorum ſcilicet, quæ minantur longitudinem, & de hoc vrgente (vt ſæpè con-

A tingit) habendus ſit ſermo, tunc ad ipſum debellandum opus eſt conſilium accipere ab ipſomet ægrotante, ſi quidem aliqui ſunt homines, qui vt citiùs ſanentur, ſunt parati quoduis ſubire tormentum, quemadmodum vbi adſit hernia inteſtinalis, aliqui volunt potiùs pati, vt amputetur reſtis, quàm ſemper ferre huiuſmodi pondus; alij è contra, magis cupiunt toto ſuæ vitæ tem-
B pore ferre herniam, quàm huiuſmodi dolorem pati: & quod de hoc dicitur, de alijs quoq; intelligatis.

Quod ad poſtremum vrgens ſpectat circa ornatum corporis, vt quando cicatrix in facie adſit, tunc chirugi tam huic vrgenti attendunt, quàm cauſæ, & impedimentis: ſimiliter nequis aliquando in profluuium capillorum incidat, vtimur adſtringentibus medica-
C mentis, vt pili detineantur, quæ tamen occludunt poros cutis, & vaporationes intrò recedere cogunt, quæ ſua mordacitate poſſunt morbum, & cauſam augere; in his enim vrgentibus ſæpè cogimur ęgrotantibus ſatisfacere ſpernendo cauſam, & impedimenta.

Vbi igitur vnum adſit ex prædictis vrgentibus, in promptu dicere poſſumus, quid facto ſit opus, vbi præſertim
D nullus datur, vel breuiſſimus operandi locus. Poſtquam tractatum eſt de vrgentium amotione, iam ad cauſam principalem auferendam, vt deueniamus, oportet, alioquin ſi medicus putaret morbum auferri poſſe ſine cauſæ ablatione, valdè deciperetur, ac ſi multa remedia applicaret, omnia eſſent fruſtra.

E Ea propter res exigit, vt primùm circa cauſam præcipuam, deinde circa cauſam, quæ habet rationem ſine qua non, verſemur, hoc eſt circa impedimenta, & tandem circa morbum ipſum; nam ſi morbus habeat cauſam, à qua fiat, & foueatur, nunquam tolli poterit, niſi ea fuerit ablata; quemadmodum ſi aliquid ſit impedimentum, non

po-

poterit niſi eo ablato auferri.

Vt in exemplo vlcus, quod inflammationem habet, & eſt ſordidam, & cauum, oportet, vt ad cicatricem medicus ducat. Cauſa in eo præcipua eſt inflammatio, illa igitur primò auferenda, at vbi ablàta fuerit, licet non adſit cauſa, eſt tamen impedimentum, quo minus conſolidari queat, nempe ſordes, quæ auferenda etiam eſt, deinde, & vlcus carne replendum, & tandem ad cicatricem ducendum: at ſi morbus non habeat cauſam, vt hectica, vel ephemera, vel vulnus, nullumque adſit impedimentum, tunc morbus tollendus eſt.

Vbi igitur collegians aſſumpſit indicationes ſuas à morbo, à cauſa, ab impedimentis, ab vrgentibus, debet animaduertere, & rectè explorare, verum poſſit ſperare indicationibus prædictis in hoc caſu ſibi propoſito ſe poſſe medicis auxilijs ſatisfacere; an verò minimè; nam ſi videat non poſſe ſatisfacere, non oportet tempus conterere in auxilijs proponendis,

Sed ſi cognoſcat ſe poſſe ſperare bonum euentum, tunc liberè patefaciat, quem futurum euentum habere debeat morbus; euentus enim, vel eſt ſimpliciter bonus, vel ſimpliciter malus, vel bonus ſecundùm quid, vel malus ſecundùm quid. Nec non, & modum, quo morbus terminaturus ſit, debet manifeſtare, an ſcilicet à natura ſoluendus, an ab arte; & ſi ab ipſa natura, an per criſim, an verò per ſolutionem, quàm Græci liſim appellant.

Si per criſim, an ſenſim, an verò repentè; & ſi repentè, an cum vehementia, an citra vehementiam, an per fluxum ſanguinis è naribus, an per ſeceſſum, & vrinam, vel ſudorem, vel vomitum, aut aliquem alium locum conferentem, an per inſenſibilem aliquam viam, an per abſceſſum; vel ab arte, an ab vtraque, ſcilicet à natura, & arte ſimul.

A Tandem debet tempus prænuntiare determinatum, nempe diem, & horam, Hæcq; ſunt prænoſcenda; ſi vnicus eſt morbus; at ſi plures, debet prædicere, quis nam primò terminaturus ſit, & qui ſecundò.

Qua verò ratione præcognoſcere, & præſagire poſſit futurum morbi euentum, eiuſq; longitudinem, & breuitatem certam, hoc opus, hic labor eſt. Multi
B ſunt, qui ſcriptis rem hanc eſſe facilem oſtendunt, ſed in praxi, hoc eſt, in operibus medicis exercendis ſæpè falluntur.

Ad rectum tamen prognoſticum (quantum humanis permittitur) faciendum oportet præceptum Gal. obſeruare. Eſt autem illud, vt diligenter robur corporis virium per comparationem ad morbum expendamus.

C Verùm cùm non poſſimus alia via vti, quàm ea, quæ eſt à poſteriori, quæ à ſignis roboris, & à ſignis vehementiæ morbi deſumitur, neceſſe eſt, vt ſigna in primis roboris virium ſecundùm naturam contemplemur; deinde ea, quæ vehementiam morbi demonſtrant; nam vbi ſingulorum ſignorum, quæ vtriuſq; robur indicant, numerus, magnitudo, & vis fuerint rectè expenſa, iudicium
D futuri euentus ferre poterimus.

Signa verò, quæ robur corporis indicant deſumi poſſunt à tribus, à cauſis nempe, à iuuantibus, & nocentibus, & ab effectis. A cauſis quidem, vt ſi corpus, de cuius morbo tunc tractatur, ſit à primordio ſuæ generationis in primis, & ſecundis particulis benè conformatum, & ſi humorum, & ſpirituum qualitatem, & quantitatem adeptum
E ſit, in quibus robur virium adeſſe vbiq; ſignificauit Gal. ſi enim à præſenti conſtitutione corpus parum lapſum ſit, dicitur robur virium adeſſe; ſicut enim cum magno lapſu non poteſt ſeruari magnum robur virium, ita cum exiguo lapſu poteſt benè ſeruari.

A iuuantibus deinde poteſt confirmari

mari præſagium, & à nocentibus quoq; vt ſi quæ aliàs ſolebant multum lędere, parum, & nihil lædunt, & quæ aliàs parum prodeſſe conſueuerant, nunc multum proficiunt.

Tertiò ab effectis, quæ ab actionibus potiſſimùm læſis deſumuntur, ab excretis, & qualitatibus, quæ ſymptomata vbi exigua, nec multum à naturalibus diſſimilia ſint, poterimus tutò robur virium inferre.

Examinemus primò actiones naturales, inter quas eſt coctio, quæ vbi probè fit, neceſſariò adeſt robur virium: vnde ab Hipp. dictum fuit coctionem ſecuritatem prædicere: probè autem coctionem fieri ab excretis, & ab vrina potiſſimùm deprehendi poterit, in febribus præſertim, cum vrina è venis, in quibus humores febrem facientes reſident, delabatur.

Atq; huic ſigno tantum tribuit antiquitas, vt ſcripſerit Gal. 1. de dieb. decr. 11. nullum vnquam febricitantem viſum fuiſſe, qui cum vrina probè cocta interierit: & quamuis in alijs morbis particularibus vrina nihil certi poſſit oſtendere, tamen robur virium ex naturalibus actionibus, quæ ſunt totius roboris in corpore fundamentum, habetur.

Vnde Gal. in epid. in hiſtoria mulieris decumbentis apud Siſamenum ſcribit bonam ſpem ab vrinis accipiendam eſſe in morbis particularibus; ſignum enim eſt, quamuis morbi ſæuiſſimi, non tamen ad tantam ſæuitiem perueniſſe humores, vt iecur deſtruere poſſint, quo illæſo bonam ſpem comprehendimus, quia re vera exitiales affectus ſine iecoris maximo incommodo euenire minimè poſſunt.

Alia verò excreta, pręſertim quæ per ſeceſſum exeunt, ſi non valdè ſint à naturæ moribus aliena, tam reſpectu ſubſtantiæ, quantitatis, qualitatis, quā tem poris exeundi ratione, demonſtrant & ipſa robur virium, & operationum naturalium: vbi verò adſint contrariæ A conditiones, contrarium quoque ſignificant.

Sed quamuis operationes naturales ſint fundamentum aliarum actionum, vitalium nempe, atq; animalium, quæ vbi malè habent, neceſſariò ſequitur, vt aliæ quoq; malè ſeſe habeant, tamē actiones, quæ à pulſu prodeunt, quæ ſunt tanquam ſigna naturalium benè valen-
B tium, conſideranda veniunt; nam virtus pulſifica ipſius arteriæ robuſta ſignificat quoq; robur naturalis facultatis, non quidem primò, & per ſe, quia vnum ſub ratione vnius non niſi vnum indicat, & non plura.

Quare robur virium vitalium eſt indicium roboris cordis, quia arteriæ à corde dependent, & proinde primò, & per ſe robur cordis demonſtrant, ſi languidæ verò languiditatem indicant.
C Atqui cùm cor à iecore alimentum aſſumat, hinc eſt etiam, quod ſecundariò denotat robur facultatis naturalis, & ipſius etiam languiditatis; à robore igitur vitalis cognoſcitur robur naturalis actionis.

Idem quoq; de animalibus eſt dicendum tam cognoſcitiuis, quàm non cognoſcitiuis, quæ ſi parum, aut nihil læ-
D dantur, inferendum eſt robur virium animalium.

Quæ omnia debet collegians præcognouiſſe, ac ſcire, vt inde ſtatim poſſit robur morbi virtutis robori opponere, ac ſuum iudicium de euentu proferre. Vehementia enim morbi ex ſymptomatum vehementia, multitudine, & duratione, ex cauſarum vehementia, ex ſpecie morbi, necnon à iuuan-
E tibus, & nocentibus cognoſci facilè poteſt.

Si itaq; morbus peracutus, vel perperacutus eſt cum prauis ſymptomatis, cauſæq; internæ potiſſimùm ſint vehementes, & validæ; parſque affecta ſit principalis cum duratione multorum, & prauorum ſymptomatum, tam in actio-

actionibus læſis, quàm in excretis mutatis, tam in qualitate, quàm quantitate excedentibus, & in motu naturæ deficientibus. Adhæc etiam, quæ iuuare conſueuerant, aut parum, vel nihil iuuent, quæque nocere videbantur, magis noceant, magnus, & vehemens tunc morbus dici poteſt.

Si robur virium ſuperare poſſe videatur morbum, bonum euentum ſemper prædicere tutò poterimus; è contra ſi vehementia morbi ſuperare poſſe virium robur oſtendit, euentum malum ſimpliciter prædicere poterimus; aliquando verò, & bonum, & malum non ſimpliciter, ſi cognouerimus ex æquo pugnare robur virium cum vehementia ipſius morbi.

Tempus quoq; ſeu longitudinem, aut breuitatem euentus, ſiue ad bonum, ſiue ad malum nobis demonſtrabunt res naturales ægrotantis, nempe ætas, temperamentum tam totius, quàm partium, eiuſdem conſtitutio, habitus, facilis, & difficilis tolerantia, anteacta victus ratio, præſens aer. Necnon, & præternaturales id ipſum ſignificabunt, morbus nempe, cauſæ, & ſymptomata; iuuantia tandem, & nocentia.

Res quidem naturales oſtendere poſſunt nobis breuitatem morbi, eiuſdemque euentus longitudinem, hoc modo, ſi ætas florens ſit, temperamentum calidum tam totius, quàm partium præcipuarum, habitus corporis mollis rarus, & laxus, & facilè tolerant morbum, euentus ægritudinis breuis erit.

E contra vbi ſit temperies corporis frigida, ætas declinans, & ſenilis, habituſq; corporis denſus, partes præcipuæ excrementis recipiendis aptæ, ac diſpoſitæ, longum euentum prænuntiant. Aer quoque, quo frigidior fuerit, eò longiores reddit morbos; è contra vbi calidus ſit, breuiores ipſos facit.

Sic de rebus præternaturam dicendum; nam morbus calidus, ſimplex, acutus, euentum breuem: frigidi morbi,

A compoſiti longum oſtendunt. Cauſæ quoq; nempe humores tenues, calidi, breuem; frigidi, & craſſi longum euentum portendunt.

Symptomata in exeuntibus, quæ ſecundùm ſubſtantiam, quantitatem, qualitatem, & exeundi modum ſeruant, breuem; contraria, longum: denique vrinæ coctionem præſeferentes breuitatem, crudæ longitudinem demonſtrant.

B Iuuantia quoq; vbi multam vtilitatem afferunt, breuem morbum fore exiſtimandum eſt: at vbi parum, vel nihil vtilitatis ſentiat æger ab ijs, quæ ſolent iuuare, indicium eſt longitudinis ipſius morbi.

Sed qua ratione, aut per criſim, vel per ſolutionem, vel per abſceſſum euentum prædicere poterimus? Gal. 3. de criſ. vlt. huic quæſito reſpondet petendum eſſe à morbi idea, à cauſa, & ab ex-

C cretis; nam morbus acutus ex bilioſa materia cum ſignis coctionis in vrina in primis periodis, per excretionem terminari poterit.

Diuturnus verò morbus tum à cauſa frigida, tum per abſceſſum, tum per ſolutionem terminabitur: per abſceſſum quidem, ſi vrinæ crudæ, & tenues longo tempore exierint; per ſolutionem, ſi

D vrinæ ſint multæ, craſſæ, & cum multo ſedimento.

Sed cùm ſoluatur morbus per criſim, neceſſariò ſequitur aliquis excretionis motus, qui ad duo capita reuocari poteſt, nempe vel ab internis corporis partibus ad externas: vel è contra ab externis ad internas. Prior motus eſt in duplici differentia; nam vnus eſt, qui fit per ſanguinis fluorem; ſecundus per ſu-

E dorem; alter verò motus eſt à circumferentia ad centrum, qui fit per tria loca, nempe vel per ſeceſſum, vel vomitum, aut vrinæ excretionem.

Cùm igitur morbi, qui per criſim ſolui debent, neceſſariò per has excretiones terminentur, quamuis rarò noſtris partibus fiant, & animaduertantur

cri-

criſes (fortè ob tantas purgationes, quæ à principio in omnibus morbis fiunt, vel per victus rationem non rectè ordinatam, præſcriptamue, vel ob aliquem alium errorem) dantur tamen, & in aliquibus obſeruantur, quarum cognitio omninò habenda eſt, vt in collegio diſtinguere valeamus terminaturum eſſe per vnam, vel per aliam ex prædictis excretionibus.

Poteſt ſanguinis è naribus fluxus prædici à ſpecie morbi, à ſymptomatibus tam actionum, quã excretorum, & qualitatum, & à rebus naturalibus, & non naturalibus, vt ſi ſit ſynocha febris, vel dolor capitis à ſanguine, adſunt pulſus magnus, difficultas anhelitus, quia ſanguis per thoracem tranſit, aurium obtuſiones, in oculis lachrymæ inuoluntariæ, fulgores circa oculos, præcordiorum tenſio ſine dolore, rubedo oculorum, & totius faciei, ætas florens, habitus ſanguineus, complexio calida, & humida, tempus anni calidum, regio temperata.

Sudores verò prędici poſſunt ex priuatione aliorum; nam vomitus, vrinæ, aluuſq; ſuppreſſa erunt, partibus corporis calidioribus, & rubicundioribus exiſtentibus, pulſuſque vndoſus erit, & altus.

Vomitus noſcitur ex capitis dolore, oris ſuperioris mordicatione, vertigine præſente, vel præterita, ab agitatione labri inferioris, & ſputi tenuis deflexu magno, & nauſea. Excretio per ſeceſſum cognoſci, & prædici poteſt, ex priuatione, vel negatione ſignorum aliarum excretionum, quemadmodum ex ijs per vrinam.

His omnibus rectè obſeruatis, & pręcognitis poterit collegians rectè ſignificare euentum morbi, de quo ſuſcepit enarrationem, an poſſit terminari à ſola natura, an ab arte, an ab vtraque; ſi præcognoſcit morbum terminaturum eſſe ſine ope artis, non eſt, vt ad auxilia recenſenda ſe conferat, in quo tempore, & quomodo.

A At vbi percipit requiri medici operam, atq; inſtrumenta cum ſuis auxilijs, tunc circa ea animus conuertendus eſt, ad quæ quidem auxilia deuenientes debemus in primis ea in medium afferre, quæ ad tollenda vrgentia ſunt apta, deinde quæ tollunt cauſam, & impedimenta, & tandem quæ tollendo morbo ſunt idonea.

B De quo quidem morbo adhuc contemplandum eſt, an is vnicus ſit, an pluribus coniunctus: ſi vnicus eſt, & compoſitus cum aliquo, qui ſit eiuſdem naturæ, & iiſdem præſidijs ambo tolli poſſint, ſignificandum eſt. At ſi alio iunctus ſit, qui requirat varia præſidia, tunc mihi videtur vnum habere poſſe rationem cauſæ ſine qua non, illique primò applicanda præſidia ſunt; at ſi

C plures morbi ſint diuerſa medicamenta, & auxilia requirentes, in quibus nec vrgens, nec impedimenta adſint, proponenda ſunt ea, quibus omnibus ſatisfacere valeamus.

Auxilia autem cum petantur à triplici illo vulgatiſſimo medicinæ inſtrumento, diæta nempe, pharmacia, atque chirurgia, non eſt neceſſarium, vt primò incipiamus magis ab vno, quàm ab

D alio; ſed benè opus eſt, cum ab vno horum auſpicati fuerimus, vt omnia auxilia, & auxiliorum materias ad ipſum attinentes in medium afferamus, antequam ad aliud deueniamus.

Primò quidem in victus enarranda ratione, etſi diligentes nobis eſſe conuenit, non tamen oportet prolixè rem agere. Sed cum ſermo ſit circa ſex res

E nonnaturales, cibum nempe, & potum, ſomnum, & vigiliam, motum, & quietem, animi affectiones. inanitionem, & repletionem, modò in vno capite, modò in alio verſari debemus, non tamen in omnibus indifferenter nos diſcurrere debemus.

Nam ſunt aliqui affectus, in quibus aer magis conſiderandus eſt, vt in affectio-

f-ctionibus capitis, & thoracis, in quibus diligenter inſpicere debemus boni aeris mutationem, aut conſeruationem, ſiquidem aer aliquando concurrit cum cauſis fouentibus morbum, nonnunquam verò habet rationem materię auxilij:ſi primo modo alterandus, vel mutandus;ſi ſecundo conſeruandus venit.

Sic in ventriculi, & partium infimi ventris affectibus debemus eſſe magis ſolliciti circa alimenta, & potus. Et quamuis in omnibus morbis motum, & quietem diligenter conſiderare oportest, magis tamen circa affectus brachiorum, crurum, & pedum attentos nos requiratur. Et prout varios affectus præ manibus tractandos habemus, ita variè magis de vno. quàm de altero capite nobis ſermo eſſe debet, ſicut affectus ipſe nobis deſiderare videbitur.

Circa tamen alimenta ita nobis verſandum eſt, vt ea contemplemur, quatenus indicantur à virtute, vel ab indicante præſeruatorio, & curatorio; nam ſi primo modo, quamuis cibus eligẽdus ſit boni ſucci, & facilis coctionis, nihilominus non ſemper in omnibus debet eſſe eiuſdem generis, quia aliquando tenuis, nonnunquam plenus, ſæpè etiam plenior eligendus venit:quare determinatè pręſcribendus eſt in illo morbo, de quo ſuſcepta eſt conſultatio, materiaſq; proponere poſſumus, vt, exempli gratia, eſt panis hoc modo, vel alio paratus, carnes, oua, fercula, fructus, & huiuſmodi.

Si verò conſideremus alimenta, vt indicantur ab indicante præſeruatorio, aut curatorio, opus eſt ſemper adiungere materijs iam dictis aliquam qualitatem medicamentoſam, nempe quæ vel calefaciat, vel refrigeret, vel humectet vel ſiccet:in ſecundis verò qualitatibus, quæ incraſſet, vel attenuet, vel incidat, vel abſtergat, prout iudicabimus poſſe ſatisfacere indicationibus

A prædictis.

Hinc etiam eſt, quod vbi concedendæ ſunt carnes, nonnunquam eas magis elixas, quandoque magis aſſatas probamus aliquibus rebus aromaticis conditas, vel ſuccis refrigerantibus: quandoque fructus aliquos probamus, quandoque reprobamus, pro vt iudicamus poſſe nos ſatisfacere, vel pręſeruatorio, vel curatorio indicanti.

B Circa potum non eſt, vt multum temporis conteramus; nam vel iudicamus conuenire vinum, vel non. Si primo modo, breuibus declarandum eſt, quale nam conueniat, album, vel nigrum, an oligophorum, an aperiens, an adſtringens, an auſterum, an dulce, & huiuſmodi.

At ſi non conueniat vinum, ſed aqua, liberè pronunciandum eſt, an requira-

C tur ſimplex, an medicata; ſi ſimplex, an fontis, an ciſternæ, ſine ebullitione, an cum ebullitione ad ignem, an ad ſolem tantùm.

Rurſus ſi aqua medicata eſt, quæ nam res cum ipſa ebulliri queant, an refrigerandi, calefaciendi, attenuandi, vel incidendi facultatem habere debeant, eſt determinandum, nam quandoque cum ea coquimus, vel cinnamomũ, vel corian-

D drum, vel hordeum, vel quid ſimile.

Et hoc modo agendum eſt circa dięteticum inſtrumentum, nihil vtilis omittendo, nec quidquam ſuperflui addendo: abſolutaque materia, quæ ad hoc inſtrumentum ſpectare iudicauimus, ad aliud inſtrumentum deſcendere poſſumus. Si placet priùs de chirurgico, quàm de alio loqui poſſumus, omniaq; auxilia in medium afferre.

E Hoc loci volo iuniores eſſe admonitos, vt conſiderent tantummodo ea auxilia, quibus putant eſſe vtendum pro morbo profligando, de quo tractãt; nam ſi in chirurgico inſtrumento ſatis eſt mentionem habere de ſectione venæ, fruſtra loquerentur de alijs materijs ad hoc inſtrumentum pertinentibus,

tibus, nempe ſi determinat ſat eſſe ſectionem venæ, non eſt opus vti cucurbitulis, vel hirudinibus.

Sed ſi videat ſanguinis miſſionem conducere præſente indicante, atque permittente, quod etiam coindicans appellatur, vbi valet virtus; & ſi non valet, tunc dicitur contraindicans, vel correpugnans; primo modo determinandum eſt mittendum eſſe ſanguinem.

Sed cum ſanguinis mittendi indicans ſit vitium in maſſa ſanguinis, illudque duplex, nempe in quantitate, & motu, primo modo mittitur ſanguis euacuandi cauſa, ſecundo auellendi. Sed cùm auulſionis etiam duplex ſit genus; vnum, quod reuulſio dicitur, aliud deriuatio, reuulſio, vt plurimùm fit in principio à longinquis partibus; deriuatio verò à propinquis, & ab eademmet parte affecta.

Si igitur opus eſt ſola ſanguinis miſſione, vel euacuandi, vel reuellendi, vel vtriuſq; cauſa, determinandum eſt, quid agendum, & quæ ſit recta adminiſtratio, quæ conſtat ex quatuor, nempe quanto, quomodo, quando, & vbi; hoc eſt, præſcribenda eſt quantitas ſanguinis mittendi, nec non tempus tam reſpectu diei, quàm horæ determinatæ.

Deinde breuibus modus aperiendus eſt, an vnica vice ſanguis peccans ſit euacuandus, an verò ſit facienda illa epiphoritis Græcorum, quæ ſit per plures vices. Tandem ex qua nam parte mittendus ſit, an ex talo, an poplite, an ex brachio: & ſi ex brachio an ex communi, aut baſilica, aut cephalica.

Hæc omnia ſunt rectè, & decenter explicanda, & ſi quandoque erit ſecanda arteria, tradenda, etiam ſunt ſingula, & diligentiùs quidem, tum ob difficultatem mittendi ſanguinis ex arteria, tum quoque ob raritatem operationis.

A Facto verò, & abſoluto diſcurſu de ſanguinis miſſione vniuerſali, videndum an adhuc liceat mittere ſanguinem deriuandi gratia, nempe vel à vena frontis, vel illis, quæ ſunt poſt aures, vel ſub lingua, vel ex iugularibus externis, vt quandoq; in affectibus capitis contingit. Pulchrè quoq; eſt declarandus rectus vſus adminiſtrationis in his particularibus venis.

B Idem quoq; de cucurbitulis, & hirudinibus ſtatuendum eſt, vt à nobis explicentur eleganter ea, quæ ante, & quæ poſt facienda in hoc inſtrumento veniunt.

Quibus expoſitis ad aliud, nempe ad pharmaciam examinandam deuenire oportet, quæ verſatur circa auxilia, quę intus aſſumuntur, & extra admouentur. Rurſus, quæ intus aſſumuntur, C plura ſunt propter variam actionem, & vſum, quem in corpore præbent; nam alia alterantia dicuntur, alia verò ſoluentia.

Inſuper quæ alterant, aut primis qualitatibus actiuis præſertim id efficiunt, aut ſecundis, quorum quædam alterantia, vel incidentia, vel detergentia dicuntur, aut etiam corroborantia: ſunt & alia opiata dicta, ſeu narcotica, quæ D tollunt ſenſum, ita appellata, quod opium in ſe contineant. Adhæc alia quoq; opiata dicta ſunt ob ſimilitudinem compoſitionis. Præterea ſoluentia ſunt in duplici differentia, alia lenitiua, quæ & benedicta dicuntur: alia ſolutiua, & eradicatiua, ſeu electiuè purgantia appellata.

Etiam quæ extra corpus admouentur, varia ſunt pro varijs vſibus, quos E præſtant; nam alia refrigerant, quædam repercutiunt, alia adſtringunt, alia calefaciunt, alia humectant, alia exiccant, alia attenuant, vel reſoluunt, vel dolorem ſedant; quæ adhuc ſunt in duplici differentia; nam alia vocantur propriè anodina, alia impropriè. Priora ſunt illa, quę diſcutiunt, attenuant, reſoluunt

quic

quicquid humoris, flatus, & ſpiritus ſubtus cutem continetur: ſecunda narcotica appellantur, ideſt ſtupefacientia, quod ſenſum in parte tollant affecta: & ſic per accidens dicuntur auferre dolorem.

Tandem alia ſunt, quæ partibus robur indunt, quorum quædam hepati, quædam ſtomacho, alia lieni, alia cordi, alia capiti, cæteriſque alia partibus magis vſitata, & propria ſunt; habentur ſuppurantia, emollientia, & eſcharotica, ſeu cruſtam inducentia, quæ ad partem chirurgicam, ſpectant; de quibus ſæpè in collegijs diſputandum, circa quæ omnia, vbi opus eſt, collegians verſari debet, prout variæ ſunt affectiones præternaturam, quarum curatio ſuſcipitur.

In adminiſtrandis, aut proponenda in collegio medicamentorum ratione non poſſumus de omnibus eodem modo pertractare, ſed in primis oportet ad indicans recurrere, quod eſt vrgens, vel primi, vel ſecundi ordinis, & tunc omnibus alijs ſpretis adducenda ea ſunt, quæ vel ſyncopi, vel fluxui ſanguinis conueniunt. Vrgente verò iam ablato expedit videre, an cauſa det inducias, an non; nam ſi turgens ſit, aut maligna, opus eſt ſtatim proponere purgationem, quæ fit medicamentis eradicatiuis ſiue ſub forma potus, vel boli, vel pilularum: ſed huiuſmodi videtur habere rationem potiùs vrgentis, quàm cauſæ efficientis.

At vbi cauſa efficiens non ſit tam vehemens, aliquando vtimur quibuſdam alteratiuis; nonnunquam verò prius euacuamus materias, quæ ſunt in primis vijs, in ventriculo, atque inteſtinis, deinde materiam in venis, vel in aliqua parte exiſtentem præparamus, qua præparata extra corpus ipſam ducimus.

Cum autem dolor aderit in aliqua parte vehemens, quia tunc vrgens eſt, omnia proponenda ſunt, quæ valeant A dolorem auferre vſq; ad vſum narcoticorum, & opiatorum. Sed huiuſmodi eſt cura coacta: at in cura regulari, vbi dantur induciæ, præparamus humores, ſi craſſi ſunt, & inepti ad motum, antequam ipſos extra corpus educamus: deinde ipſos aliquo pharmaco extra deturbamus: at ſi tenues ſint ſine præparatione educimus reſpicientes ſemper, an aliquid ſit, quod vrgeat, vel impedi- B menti rationem habeat.

Cauſa antecedente educta, vel morbus eſt vniuerſalis, vel particularis. Si febris ſit, poſt purgationem ſtudemus auferre obſtructionem, quia niſi illa auferatur, fieri minimè poteſt, vt putredo tollatur, idq; tam præſidijs internis deobſtruentibus, quàm externis: deinde partes præcipuas roboramus, cor, iecur, & ventriculum tam medica- C mentis intus aſſumptis, quàm extra admotis.

At in morbis particularibus ablata cauſa antecedente quærimus coniunctam euacuare, vt quando timemus inflammationem in aliquo præcipuo membro, vt in capite; nonnunquam verò quædam leuia diſcutientia applicamus in cura tentatiua, vt fecit Hipp. in pleuritide.

D Demum educta materia à parte affecta, ſiue per impulſionem, ſiue per attractionem, partem ipſam tam internis, quàm externis præſidijs corroboramus.

Sed quando dolor vehementiſſimus eſt in aliqua corporis parte exteriori, vbi nulla alia ſit via, qua dolor auferri poſſit, tunc vtimur etiam narcoticis, hoc eſt ſtupefacientibus præſidijs. Et E hæc eſt methodus ſeruanda in collegijs, dum cum alijs medicis conſabulandum erit pro recuperandum ægrotantium ſalute. Sed iam conſultationem vobis propono quæ dictorum veluti exemplum eſſe poterit.

CONSVLTATIO MEDICA PRO PROSPERO COFFO

Philoſopho, ac Medico Doctiſſimo.

INter alios mihi amiciſſimos, nomenq; meum ſtudioſè obſeruantes, te, Proſper, feliciter natus ſum, qui per multos annos meas publicas lectiones ſingulis diebus diligenter frequentaſti, vſque dum doctoratus faſtigium maxima cum laude perueneris. Dilexi te propterea, magiſq; diligam, quòd in patriam tuam reuerſum fructum tuorum ſtudiorum colligere lautiſſimè te audiam; nam quantum profeceris tui omnes conciues apertè demonſtrant cum ad te tanquam ad alterum Aeſculapium, in ſuis ægritudinibus pro auxilio, & conſilio recurrant, nec ſine magna cum ipſorum vtilitate, itaut adhuc iuuenis ſummum medicinæ decus attigeris.

Sed neſcio quo fato, cum in maiori proſperitate, ac animi tui iucunditate eſſes, in grauiſſimam, & longiſſimam ægritudinem incidiſti, à qua moleſtè exagitaris per multos menſes. Optimè factum, quod cum in dies in peius te labi obſeruaſſes, in animum induxiſti tuum ad me ſcribere ſpe fretus te omninò auxilium pro tuo morbo expellendo à me recepturum. Dediſti proinde plures ad me litteras, cui ſemper reſpondens medicamenta multa propoſui, quę ab hac ciuitate diligentiſſimè per fratrem tuum magna cum pietate, & caritate, nec ſine magno diſpendio ad te miſſa ſunt, à quibus, aut nullum, aut admodum exile commodum accepiſti.

C

Quod ſanè mirum non eſt, cum non difficillimum modò, ac arduum ſit, ſed ferè impoſſibile ægrotantes abſentes curare, quod nec citò, nec tutò, nec ritè (vt artis eſt) medicamenta applicari queant, id quod Io. Baptiſta Codronchius tum antiquorum medicorum authoritate, tum validiſſimis rationibus pulchrè demonſtrat lib. de Chriſtiana, & tuta medendi ratione cap. 5.

D

Hoc ipſum frater tuus, qui ſtudiorum cauſa hic Meſſanæ degit, ad me multoties retulit, tuaſq; mihi litteras ſuper hanc materiam tradens referebat te ſummè emaciatum, virtuteſq; corpus regentes defeſſas, & admodum languidas ex tam longo morbo redditas eſſe. Tuum ſtatum valdè dolebam, optabamq; tibi pro viribus meis opitulari: vnde aſſiduè animo verſabam, quid pro tua ſalute facto opus eſſet, cum potiſſimùm

E

mùm à nullo auxilio ad te miſſo, neque à victus ratione recreareris.

In mentem tandem venit huius ciuitatis aeris clementia; adeo enim hic aer ſalubris eſt, vt nunquam obſeruentur morbi epidemiales, & communes, quales in alijs ciuitatibus obſeruari conſueuerūt, eamq; cum inclementia aeris tuæ ciuitatis comparans, quem frigidum valdè, & intenſum eſſe dicebat niue vbique apparente, inquirere cœpi à fratre tuo, an putaret te validum eſſe, vt Meſſanam venires.

Cumque id intellexiſſet ſe tibi per litteras id ſignificaturum dixit, cui etiam innui, quod vbi ſufficeres ad iter faciendum, procul omni dubio vtilitatem tibi comparares; quemadmodum enim à bono in malum aerem tranſmigrare damnum euenire poteſt; ita è contra ex malo in bonum magnum haberi emolumentum.

Tu verò acceptis litteris nulla interpoſita mora deliberaſti experiri, an ab aeris permutatione, & amici diligentia poſſes ex tam longo tempore amiſſam ſanitatem recuperare, qua ſpe, & perſuaſione innixus, itineris longitudine, ac temporis ſpreta immanitate, te ipſum ſemiuiuum exponere fortunæ non dubitaſti.

Meſſanam itaque Trocla patria tua acceſſiſti menſe Nouembri, in qua voti tui Dei beneficio compos factus ſpatio ſeptem menſium ſanus factus domum tuam reuerſus es, quo in loco, vt ſanitate iam recuperata frui poſſes, me percontatus es multoties, antequam etiam hinc diſcederes, vt velim tibi ordinem quendam præſcribere, quo poſſes non modò præſentem ſanitatem conſeruare, verùm etiam ad perfectiorem ſtatum ipſam reducere.

Quod quamuis non me lateat poſſe te abſq; alterius opera, & conſilio egregiè perficere, tamen tibi cui plurimum debeo (ingenuè fateor) meis occupationibus poſtpoſitis morem gerere

A mihi curæ erit.

Sed vti tibi ſatisfacere poſſim, omniaque ex voto ſuccedant, tibique eſſe poſſint, vt optas proficua, oportet, vt paulò altius repetam, atque in medium afferam ea ſymptomata, quæ tantopere te affligebant, vt inde colligere poſſim ideam, & ſpeciem morbi; qui non fuit vnius naturæ, & conditionis.

Nam in primis aderat inſignis quæ-
B dam eluties inexplebilis non ab ſimilis ei, quam Græci boulimon appellant; cogebaris enim quater in die cibum capere: quod genus affectionis ſe in ſeipſum paſſum fuiſſe teſtatur Alexander de Benedictis, & comedendi neceſſitatem Marcellus Donatus in ſua admirabili hiſtoria medica lib. 4. cap. 3. dixit, & repoſuit inter admirabiles eſuritiones.

C Deinde aderat animi defectus, & veluti ſyncope quædam.

Tertiò cordis motus tremulus, arteriarum motus inæqualis, inordinatus, & intermittens accesserat.

Quartò ceruicis vtriuſque lateris tumor.

Quintò crurium languiditas, & ſumma debilitas, & ad motum ipſorum diminutio: & hæc omnia ſymptomata
D ab ipſo boulimo proueniebant; quod ex progreſſu huius diſcurſus apparebit, & curatio ipſa demonſtrabit.

Boulimos quamuis à Gal. 2. aph. 21. à Paulò Aegineta lib. 2. cap. 51. & à Tralliano lib. 7. cap. 4. accipiatur pro ingenti fame, & Auic. lib. 3. fen. 13. tr. 2. cap. 15. eum appellauit famem vaccinam; nihilominus idem Gal. lib. 1. artis cur. ad Glauc. cap. 14. eum definiuit
E eſſe animi defectum propter imbecillitatem virium; & 1. de cauſis ſympt. cap. 7. ſcriptum reliquit eſſe ſymptoma ex indigentia ſimul; & imbecillitate, & frigiditate loci ortum.

Itaq; ex dictis colliges facilè boulimon eſſe in duplici differentia; vnus eſt cuius eſſentia collocatur in magna fame,

&

& ſupra Auicen. appellauit famem vaccinam, & Gal. dicit prouenire à cauſa externa, ideſt à frigiditate, eſſeque caſum virtutis, aut potentiæ, quæ à fame inchoauit, quamuis non adſit: alter boulimos eſt animi defectus cum alimenti indigentia.

Prima ſpecies non niſi à cauſa externa efficitur Gal. authore, nempe à vehementi frigiditate aeris, & per conſequens fit in regionibus frigidiſſimis. Hanc ſpeciem ex Gal. & Auic. ſolet fames canina præcedere.

At ſecunda ſpecies, ſeu differentia, cuius eſſentia eſt in ſenſu indigentiæ, & animi defectu, frequentiùs euenit, & in locis etiam non adeo frigidis, quam in te ipſo expertus es.

Pars, quæ in hac affectione læditur, nulla alia eſſe poteſt, quàm ventriculus, non ſecundùm omnem ſui partem, ſed ſecundùm illam tantùm, qua percipit indigentiam: nulla alia pars in toto corpore noſtro reperitur, quæ indigentiam alimenti percipiat, vno ore ſuperiori ventriculi excepto, quod vel ſecundùm naturam ſe habet, vel præternaturam: ſi ſecundùm naturam, tunc in ipſo fit duplex appetitus, vnus naturalis, alter animalis, & vterque moderatus.

Naturalis appetitus eſt rei euacuatæ appetitio quædam, quæ fit per euacuationem materiæ chyloſæ in capacitate ventriculi exiſtentis: hæc verò fit ab inteſtinis tenuioribus ad ſe illam trahentibus opem ferente virtute ventriculi expultrice.

At appetitus animalis fit per venarum ſuctionem; nam venæ, quæ ad habitum corporis ſunt, à circumuicinis trahunt hoc ordine, vt paruæ à magnis, illæ verò à maximis, nempe à vena caua, & vena caua à iecoris gibboſa regione trahit: gibba à concaua parte, quæ à vena porta; vena autem porta à ſuis ramis, nempe à venis meſeraicis; meſeraicæ ab illis venis, quæ ad ventriculum ſunt.

A Ventriculo verò ab hoc tractu inanito, & exucto, talem ſuctum os ipſius, ob ſenſus acrimoniam, cum ferre non poſſit, ſe ad ſui medelam conuertit, quaſi conuulſus. Eſt autem medela ſuctus, & conuulſionis alimentum, ad quod ſe conuertit: & huiuſmodi eſt animalis appetitus, qui fames propriè appellatur.

B Vnde Galenus 1. de cauſis ſympt. 7. dicebat, quod ad faciendum animalem appetitum quinque ſymptomata ſe inuicem conſequuntur, nempe euacuatio, appetitus rei euacuatæ, ſuctio venarum, ſenſus ſuctus, & tandem ipſa fames, quæ eſt moderata.

Hoc enim modo fit, quando os ſuperius ventriculi eſt in ſuo ſtatu naturali, in quo fames reperitur ſecundùm naturam abſque aliqua virtutis deiectione;
C adeſt enim tantummodo ſenſus indigentiæ.

At vbi adſit indigentia vehemens, ad quam caſus virtutis ſequatur, neceſſarium eſt, vt oris ſuperioris ventriculi conſtitutio lædatur præternaturam, ex qua contingat fieri indigentiam, quam poſtea ſequatur illa virtutis proſtratio,
D ſeu deiectio, cui ſi ſtatim non ſuccuratur alimento, homines in animi grauem defectum cadunt.

Quod tibi per quatuor integros annos, aut circiter id contigiſſe, quàm ſæpiſſimè mihi litteris, & voce affirmaſti, ideo cogebaris quater ſpatio viginti quatuor horarum alimentum aſſumere, hoc eſt dictu inter diem naturalem debebas quater repetere alimentum, &
E quidem ſatis copioſè.

Sed cum hæc conſtitutio tui ventriculi ad præternaturalem ſtatum redacta fuerit, neceſſe etiam eſt dicere ad ſymptoma quoddam ventriculi oris ſuperioris deprauatæ actionis; rectè enim intelligis Gal. 1. de ſympt. cauſ. 7. ſcripſiſſe circa actum appetentiæ eſſe tria genera actionis læſæ, nempe deprauatè, dimi-

diminutè, & abolitè;

Rurſus deprauatam ſubdiuidit in duas differentias, in immodicam cibi, & potus ſumptionem, & in aliciam alimenti qualitatem. Os tui ventriculi ad immodicam cibi quantitatem conuerſum erat, cui conſentiebas facilè: & ex hoc malo vitæ regimine omnia prædicta ſymptomata, tanquam ex fonte prodibant continuò; nam alimentum copioſius, quàm conueniat, & intempeſtiuè iniectum, cruditatem multam faciebat: ex quo apparet ventriculum primò, & per eſſentiam affectum fuiſſe.

Præterea cùm ventriculus ex duabus partibus conſtet, videlicet ex duobus orificijs, ſuperiori nempe, atq; inferiori, nec non & corpore ipſius, os ſuperius læſum erat, vt eſt inſtrumentum ſentiendi indigentiam, vt ſupra dicebam; ventriculi verò corpus, vt eſt inſtrumentum coctionis, idest chylificationis.

Verùm cùm, vt tale eſt, ex pluribus conſtet partibus ſimilaribus ipſum conſtituentibus in vnam hanc actionem conſpirantibus, quamuis non eodem modo, vt ſcis, cùm alia ſit pars, cui agendi actio primariò competat, aliæ ſine quibus, aliæ ad meliorem actionem faciendam concurrant, ſi vna, aut plures partes in inſtrumento lædantur, actionem quoque ipſius lædi neceſſe eſt.

Pars præcipua agendi in ventriculo eſt membrana exterior, carnoſa: partes ſine quibus ſunt os ſuperius, ac inferius. Sed os ſuperius conſideratur, & vt eſt ſine quo alimentum ingredi non poteſt, vel vt eſt ſenſorium quoddam. Os verò inferius habet rationem ianitoris, qui non permittit aliquid extra ipſum egredi, quod coctum non fuerit, & in naturam chyli perfectè conuerſum; deinde præbet chyloſæ iam concoctæ exitum. Membrana interna eſt pars ſine qua non, & ad meliorem operationem facta; nempe ad comple

A xum, & continentiam alimenti, fibris omnibus, rectis, obliquis, & tranſuerſis opem ferentibus.

Iſtæ ſunt partes ventriculi ſimilares ad coctionem facientes, quæ omnes læſæ erant, primò exterior membrana, quæ eſt inſtrumentum primarium coctionis, vt quo, intemperata ad frigiditatem erat, proinde ſuum concoquendi officium minimè exequi poterat per-

B fectè; membrana verò interna relaxata ſuum quoq; complectendi munus minimè obibat perfectè, fibris omnibus ſuis malè affectis, nempe obliquis.

Gal. 1. de diff. ſympt. 4. dicebat, quod quando cibus in ventriculo ingeſtus fuerit, ſtatim vbi ſecundùm naturam ſe habet, ventriculus eum complectitur, & conſtringit; vnde addebat, quod facultatis retentricis, & com-

C plectentis probitas poſita eſt in his duobus, videlicet, vt nullus locus relinquatur vacuus inter cibum, & ventrem: deinde vt tempus concoquendi, & amplectendi cibum, idem ſit: quæ duo quoties non ſibi correſpondent, ſymptomata praua conſequi neceſſe eſt, nempe fluctuatio, celeris excretio, & corruptio alimenti; ad imbecillum enim complexum ſequitur fluctuatio; ad in-

D tempeſtiuum excretio celeris; & ad deprauatum ciborum complexum corruptela ſuccedit.

Quæ ſymptomata in te ipſo non rarò fieri percipiebas; nam tempore coctionis tremorem ventriculi internum habebas, qui ab hac interna membrana tentante ſe conſtringere ad alimentum, proueniebat; quia tam internæ, quàm externæ ventriculi mem-

E branæ officium lædebatur manifeſtè; inde & cruditates, & prauorum humorum generatio. Inter partes ſine quibus coctio non fit, os ſuperius læſum erat, vt dicebam, non vt foramen eſt permittens intus omnia alimenta, & potus ingredi, ſed vt ſenſorium indigentiæ.

Igi

Igitur in tui ventriculi læſione duo ſunt ſymptomata boulimos, & animi defectus. Boulimos, ſeu eſuries eſt ſymptoma actionis ſenſitiuæ oris ſuperioris ventriculi, vt eſt ſenſorium indigentiæ, deprauatè, & diminutè; deprauatè quidem reſpectu copioſioris alimenti; nam optabat magis, quàm opus eſſet: at ſymptoma actionis læſæ ſequitur morbum, qui in hoc caſu alius eſſe non poterat, quàm intemperies frigida, Gal. authore lib. 6. ſupra cit. cap. 7. & 2. aph. 21. vbi dicit quaſdam eſſe eſuries, quæ potu vini tolluntur, quod calidum eſt.

Nihilominus Ariſtoteles lib. 8. prob. 7. & Plutarchus loco præc. exiſtimant hanc affectionem à caliditate prouenire, quibus Alexand. Trall. lib. 7. cap. 4 conſentit. Horum etiam ſententiam ſectatus videtur Auic. lib. 3. fen. 13. tr. 3. cap. 12.

Gentilis ſuper hunc Auic. locum nititur tollere hanc difficultatem, ac conciliare inter ſe hos authores; conſiderat enim calorem duobus modis, primo vt calefacit, & tunc ſæpiùs inducit ſitim: ſecundo modo, quatenus valdè reſoluit humidum craſſum, ad cuius reſolutionem ſequitur frigiditas, quæ inducit famem.

Hæc ſolutio, vt veritatem habeat, probè eſt accipienda; nam per humidum reſolutum in ventriculo opus eſt intelligere alimentum contentum in ipſo, quod iam tranſmutatum ſit, & à calore conſumptum, ad cuius conſumptionem ſequitur frigiditas: vnde Auic. lib. cit. fen. 13. tr. 1. cap. 2. dicebat famem ſyncopalem prouenire à caliditate, intelligas tu, reſoluente humidum alimentale, quo nutritur ventriculus: inde frigidior redditus, debiliorque factus incidebat in famem ſyncopalem.

Sed cùm in præſenti caſu duo ſint ſymptomata, vt ſupra dictum eſt, vnum eſt alimenti indigentia, aliud defectus

A animi. Senſus indigentiæ fit à frigida intemperie, quæ eſt morbus ventriculi per ſe primo, ſiue cum humore aliquo, aut abſque ipſo: abſque humore fit fames ex conſumptione humidi alimentalis, ad cuius conſumptionem ſequitur refrigeratio, atq; corrugatio, hinc immoderata fames, ſeu eſuries.

At animi defectio, quæ non eſt propria paſſio ventriculi, ſed cordis, alia

B ratione ſiebat; cum enim cor duobus modis lædi poſſit, primo per propriam eſſentiam; ſecundo per conſenſum ab aliqua parte, & præſertim ab ore ſuperiori ventriculi, in hoc tuo caſu contingebat, quod os ſuperius ventriculi ab humoribus frigidis, & craſſioribus repletum comprimebat arteriam magnam ſubtus contentam, qua compreſſa ſpiritus vitales *minimè* tranſire po-

C terant, vnde retrocedebant in cor, & lypothimiam, ſeu illum animi defectum afferebant.

Alio modo fit per ſpirituũ reſolutionem à caliditate iecoris in ventriculum tranſmiſſa. Succedit, quod humor bilioſus morſum, & quaſi cardialgiam inducit, cui ob debilitatem oris ſuperioris ventriculi cor in conſortium trahentis lypothimia adueniebat.

D Inuento igitur morbo oris ſuperioris per ſui eſſentiam, qui erat intemperies frigida, & per conſenſum, qui erat calor à iecoris nimia caliditate proueniens cauſæ inueniendæ ſunt, & primò immediata, & proxima, quæ duplex eſt, vna pituita, altera melancholia naturalis: à pituita refrigeratur os ventriculi: vnde Gal. loco cit. dicebat fieri famem caninam ex vitioſo ſucco ven-

E triculi os pungente, atque ſenſum inferente ſimilem ſuctui, qualem in noſtro hoc caſu obſeruauimus, vt plurimum.

Plerique ſunt huius opinionis, vt exiſtiment ad famem animalem conducere melancholiam naturalem, & per conſequens ad illam excitandam vaſcu-

ſculum aliquod ferri à liene ad ventriculi os ſuperius, à quo transfertur hic humor melancholicus. Inter hos authores eſt Paulus lib.3.cap.29. cui fauet Auic. lib.1. fen.1.tr.2.cap.1. quod tamen falſum eſſe anatome ipſa demonſtrat.

Neque dicendum eſt id, quod Auic. lib.3.fen.13.tr.2.cap.7.& Veſſalius tam celebris anatomicus lib. 5.de fab.hum. cap. 9. ſcripſerunt, nempe Gal. conceſſiſſe canaliculum hunc à liene ferri in fundum ventriculi.

Nam ſi legas Gal. lib.5. de vſu par. cap.4. comperies ipſum ſcribere naturam ad ventriculum tranſmiſiſſe humorem hunc nigrum ad eius actionem iuuandam, cum ventriculum contrahat, actio verò ventriculi eſt concoctio: ad actionem igitur faciendam melancholiam tranſmittit natura ad ventriculum.

Vnde hic nullius partis determinatæ ventriculi fit mentio: quare Gal. non poteſt intelligi, niſi de ventriculi illa cauitate, in qua concoquitur alimentum, ad cuius actionem perfectè faciendam opus eſt, vt ventriculus circa alimentum contrahatur, atq; ipſum, vt ſupra dictum eſt, amplectatur.

Quod beneficium accipit à qualitate huius humoris, quæ acerba eſt, atque acida. Hinc Gal. ſummè laudat naturam, quod humorem biliosum, noluerit ferri in ventriculum; nam ſua acredine ipſum pupugiſſet, atque coegiſſet perpetuò alimentum extra mittere, vel per ſuperiora, vel inferiora: è contra ipſam laudat, quod ad ventriculum humorem melancholicum tranſmiſerit nulla facta partis, aut ſuperioris, vel inferioris mentione.

Sed dicès tu fieri poſſe quandoque, vt vbi adſit huius humoris naturalis copia, aliqua ipſius portio deferatur ad os vſque ventriculi; quæ etſi non ſit neceſſaria in fame naturali excitanda, poſſet tamen inducere famem illam mo-

A leſtam corrugando ſua aciditate os ventriculi, atq; ſua frigiditate ipſum refrigerando, ita vt videatur duplici nomine poſſe inducere eſuriem, frigiditate, & aciditate.

Quod facilè concedi poteſt; nam nullum inde colligitur inconueniens. Inte ipſo ab vtroque fieri potuiſſe humore veriſimile eſt, ſed longè ſæpius ab humore pituitoſo, & acido, vt experi-

B entia obſeruauimus.

Caſus Benedicti cum tuo conueniebat; ille enim cogebatur quater in dies aſſumere alimentum, quemadmodum tu ipſe faciebas. Eadem pars in vtroq; affecta erat. Modus quoq; inuaſionis idem. At cauſa diuerſa fuit; nam tu ſæpè à pituita acida, & cruda, aliquando etiam à melancholia, ideo à fœce ſanguinis afficiebaris; ille verò à pra-

C uis, & malignis humoribus; erat enim tunc temporis peſtilentialis conſtitutio, à qua humores praui, & maligni reddebantur.

Qua de cauſa Felix Platerus lib. ſuæ praxis cap. de appetitus deprauati cauſis, cauſam boulimos non modò ab humorum frigidorum qualitate prima, aut ſecunda, nempe acetoſitate, ſed à mala, & venenata qualitate fieri teſta-

D tur. Quare rectè Plutarchus lib. 6.cap. 8. dicebat affectionem hanc eſſe oris ſuperioris ventriculi paſſionem ortum ducentem ab humorum repentino affluxu, cordis defectum cauſante.

Ab iiſdem cauſis, nempe à prauis humoribus tot ſymptomata emergebant; nam, vt ſupradictum eſt, à ventriculo imbecillo, & ad frigiditatem, humiditatemque declinante cruditates perpe-

E tuò fiebant, quibus adiungitur error externus, vel ratione excrementorum retentorum in corpore, vel quia alimenta peccant ratione quantitatis, vel quia intempeſtiuè aſſumuntur.

Auic. lib.2. fen.13. tr.3. cap.2. cauſas cruditatis ad tria capita reducit, ad cibum nempe, ad receptorem, & ad ea,

quæ accidunt cibis. Primò cruditas ratione cibi ſubſtantiæ, aut copiæ, vel qualitatis, aut intempeſtiuitatis, aut ordinis, vel varietatis fit.

Deinde receptoris culpa, ſcilicet ventriculi intemperati ad frigiditatem, in ea potiſſimùm parte, quæ principium coctionis eſt: intemperati quoque penes membranam internam conſtringentem, & amplectentem alimentum, quæ intemperata ad humiditatem erat, vt ex diminuto, & deprauato amplexu in dies obſeruabatur: vnde cruditas continuò fiebat.

Cæterùm copia flatuum poteſt etiam cruditatem inducere ſuſpendendo alimentum in ventriculo contentum: flatuum autem copiam adfuiſſe demonſtrabant rugitus, atque tenſiones in hypochondrijs, ferè continuò apparentes.

Ab huiuſmodi igitur cruditate omnia mala orta in te ſunt; ſcis enim Auic. loc. cit. ſcripſiſſe cruditatem non modò eſſe cronicharum ægritudinum matrem, ſed etiam malignarum originem. A cruditatibus autem in dies genitis, tanquam à minera, eleuabantur vapores, qui in caput eleuati, nec diſcuſſi propter capitis, & cerebri languiditatem, ad ceruicis latera lapſi tumorem illum œdemati ſimilem inducebant, & cum tenuiores eſſent, ſimileſq; pituitæ dulci reſoluebantur facilè: vnde aliquando collum tumidiſſimum, & durum obſeruabamus, nonnunquam abſque aliquo tumore, & ad ſtatum ſuum naturalem redactum.

Tandem pro diuerſitate materiæ cutis affectus videbantur; nam ex craſſiori materia tumor prædictus oriebatur; ex tenuiori, calidiorique inflammationes ad gingiuas, ad palatum, & ad omnes oris partes fiebant: imò verò tanta caliditate præditi erant, vt inducerent veluti gangrænas paruas, ſeu mortificationes in ipſis gingiuis, & aliquando, parotides inducebant.

A Et iſti ſunt morbi, & ſymptomata ortum ducentia à cruditate alimentorum ventriculi.

Symptomata verò oris, & gingiuarum generabantur ex caliditate iecoris inducta à medicamentis, quæ ab externis refrigerantibus iecoris regioni applicitis ſuperabantur.

Duo relinquuntur ſymptomata, vnum erat tremulus quidam internus

B motus: aliud erat in pulſu *inæqualitas*, & intermittentia, de quibus agendum eſt, videndumq; diligenter, quid vnum quoque ſit, quæ pars affecta, & vnde proueniat.

Et primò proponam, quid erat tremor ille internus, quem percipiebas immotis remanentibus omnibus muſculis; nam dicebas te motum ſentire internum toto corpore quieſcente, non

C tamen diſſimilem illi, qui percipitur *in* partibus externis in ſumma hyemis rigiditate, aut in illis, qui timore aliquo perculſi ſunt; idque me præſente quandoque.

Circa hunc fui huius opinionis, videlicet motum hunc eſſe ſymptoma cordis facultatis motricis *deprauatæ*, quod dicitur palpitatio.

Huiuſmodi autem motus deprauatus

D in triplici eſt differentia: *in prima* cor mouetur tremuli motus in modum: in ſecunda motus rarus, & tardus palpitantis in modum ſentitur: in tertia motus adeo vehemens eſt, vt non modò thoracem concutiat, verùm ipſum ita frangat, vt docente Gal. coſtas à ſuo loco euellat. Prima differentia dicitur tremor cordis: ſecunda eiuſdem palpitatio: tertia dicitur ſaltus cordis.

E Vnde vides Arabes, & qui eorum doctrinam ſectantur inſtituiſſe tria capita, de tremore cordis, de palpitatione, & de ſaltu, quæ à Græcis ſub vnico nomine palpitationis comprehenduntur.

At tu qui in Gal. doctrina maximè verſatus es, obijcies mihi *ſecundum* caput 2. de cauſ. ſympt. quo *in loco*

Gal.

Gal. comparans motum palpitatiuum cum motu tremulo, dicebat motum cum rarum eſſe, & per multa interualla: motum verò tremulum frequentem adeo, vt vix terminus motus vnius, aut alterius comprehendi poſſit.

Nam vno incipiente motu contrarius ei ſtatim adiungitur, hinc fit, vt vterque motus imperfectus fit: ſed motus, qui rarus eſt, & per longa fit interualla, videtur potiùs pertinere ad diminutionem, quàm dici poſſit deprauatus: quare motus palpitatiuus eſt cordis motus diminutus.

Deinde idemmet Gal. loco cit. dicebat motum cordis palpitatiuum eſſe diuerſum à motu eiuſdem pulſatiuo: vnde videtur dicendum motum palpitatiuum non eſſe motum deprauatum cordis, cum motus ipſi diuerſi ſint inter ſe; eſſet enim motus deprauatus, ſi moueretur motu pulſatiuo, & à cauſa præternaturali, vt contingit in conuulſione, in qua muſculi à cauſa extranea eodem modo mouentur, atq; moueantur à propria voluntate.

Perpulchræ ſunt obijectiones, ſed mea opinione diſſolui facilè poſſunt: & primò motus palpitatiuus motui tremulo in genere, vel motui tremulo cordis comparari poteſt. Primo modo verum eſt motum palpitatiuum tardiorem eſſe tremulo motu in genere: ſed ſi comparetur motui tremulo cordis falſum eſt; nam motus cordis palpitatiuus adeo frequens eſt, vt terminus vnius motus vix ab alio diſtinguatur, motus verò palpitatiuus eſt vehementior, & frequentior.

Deinde aliud eſt dicere motum tardum, aliud eſt dicere motum debilem, aut diminutum. Tardus motus ille eſt, qui fit per longa interualla, ac etiam à virtute valida fieri poteſt; diminutus verò vix, & cum difficultate fit, nec niſi à languida virtute: palpitatiuus motus, vt dixi, tardus non eſt, ſed velociſſimus, & frequentiſſimus, vnde palpita-

A tio actio eſt deprauata.

Ad ſecundum puto difficiliorem eſſe reſponſionem, ad quam aſſerendam paulò altius repetendum eſt; ſunt enim aliqui, qui exiſtimant in palpitatione deprauatum motum eſſe ratione nimiæ dilatationis, quæ conſueuit maior fieri, quàm cordis dilatationi conueniat, quod etiam verum eſſe fateor.

Sed huiuſmodi propoſitio clarior
B reddenda eſt; nam cùm partes ad patiendam palpitationem aptæ ſint duplicis ordinis; aliæ, quæ nullo motu, aliæ verò, quæ motu perpetuo cientur, vt cor: primæ vbi à materia faciente palpitationem replentur, tunc dilatantur à materia intus contenta ea ratione, qua vtres, & veſicæ ſolent dilatari; dilatantur enim quia replentur, conſtringuntur verò, quia euacuantur, vt
C ventriculus, cutis, & aliæ partes molles.

Aliæ verò partes, quæ mouentur motu dilatationis, & conſtrictionis, contrario modo dilatantur, & conſtringuntur, nempe à facultate ad modũ follium; cor enim, & arteriæ replentur, quia dilatantur, non quia replentur, ideo dilatantur & huiuſmodi dilatatio, & conſtrictio eſt motus naturalis.

D His ita iactis dico, quod motus palpitatiuus eueniens illis partibus, quæ ſuapte natura ad motum ſunt ineptæ, vt ventriculus, aut cutis, non dicitur motus deprauatus, ſed motus à toto genere præternaturam illius partis.

At ſi in partibus ſecundo modo ſe ſe habentibus aliquid in earum cauitates ingrediatur præternaturam, aut in ſpatia, per quæ dilatantur, ſe ſe ingerit,
E tum quia motum dilatationis maiorem, quàm par ſit, faciat; tum etiam quia eorum adſtrictionem impedit, proritatque facultatem ad velociorem, & frequentiorem motum: & hoc modo motus palpitatiuus dicitur cordis motus deprauatus, & arteriarum.

Motum autem pulſatiuum, & palpi-

tatiuum in corde diuerſos eſſe intelligendum eſt reſpectu cauſæ mouentis; cum pulſatiuus fiat à facultate; palpitatiuus verò à materia quadam,ſeu cauſa morboſa, vt flatus, vel materia halituoſa intra cordis cauitates, præſertim ſiniſtram incluſa,quæ dum exitum quærit, cordis virtutem expultricem prorítat, ipſumq; ita cogit, vt vel tardè nimis, vel velociùs, quàm par ſit, moueatur.

Similiter materia contenta in capſula cordis, quæcunque ea fuerit, ſi impediat, quo minus cor dilatari poſſit, quantum vſus ipſius requirit, hinc fit pulſatio frequentior.

Quare meritò dicitur cordis motus deprauatus, dum ipſius ordo,ac rhythmus impeditur, ac labefactatur: non ſecùs motui cordis euenit à cauſa efficiente palpitationem, atque contingat muſculis à cauſa faciente conuulſionem; muſculi enim mouentur ſecundùm eorùm mouendi modum tam à cauſa morbifica, quàm à facultate voluntaria, motu nempe contractionis circa propriam originem; ita & cor eodem mouetur motu, nempe dilatationis, atque conſtrictionis tam in pulſatiuo, quàm in palpitatiuo motu: vnde palpitatio erit motus ipſius cordis deprauatus, non ſecus atque conuulſio in muſculis.

Concludo igitur palpitationem eſſe ſymptoma in genere motus deprauati, accipioq; palpitationem pro genere ad tremorem. Morbus, quem ſequi ſolet, eſt in mala compoſitione, nempe in via, quia ventriculi cordis replentur à materia iam dicta, necnon & ipſius capſula. De intemperie verò dubitatum fuit, an poſſit fieri ex ſola, & nuda intemperie.

Quæ propoſitio vbi limitata fuerit, videbitur habere aliquam veritatem; nam cùm, vt ſupra dixi, palpitatio contineat ſub ſe cordis tremorem, palpitationem, & ſaltum,tremor cordis tan-

A tùm fieri poteſt à ſola intemperie ſine materia,eaq; frigida; quod docuit Gal. 2. de præſag.ex pul.cap. 12. vbi talia profert verba. Iam declaratum eſt 2. de cauſis ſympt. quod imbecillitatem facultatis ſequitur tremor; facultas verò læditur ab intemperie frigida. Quare inter ſpecies palpitationis ſolus tremor fit ab intemperie frigida; aliæ verò ſpecies non niſi à morbo in com-

B poſitione proficiſcuntur.

Eſt tamen notandum tremorem etiam fieri à materia contenta in ventriculis cordis; nam quando materia pauca eſt, & facultas non admodum valida, fit motus hic tremulus, aut,vt melius loquar, motus ſimilis tremori: quando verò materia impetum facit, atque irritat, virtuſque valida eſt, fit palpitatio: ſed cum materia copioſa eſt

C maioremq; impetum facit, valenſque cordis facultas reperitur, fit ſaltus, vnde venio in hanc ſententiam tremorem cordis fieri poſſe ab intemperie ſola, abſque materia, & cum materia.

Aliæ verò duæ ſpecies palpitationis fieri nunquam poſſunt abſque materia, ſiue adſit, ſiue non adſit intemperies cordis frigida.

Cauſæ verò facientes prædictos mor-

D bos, & præcipuè intemperiem frigidam in corde ſunt humores frigidi, & pituitoſi à cruditate iam dicta, ex mala victus ratione, necnon ex longa ægritudine in corpore geniti, & collecti.

Deinde adſunt materiæ collectæ in partibus vicinis cordi, à quibus eleuantur tam flatus, quàm vapores craſſiores, qui in cauitates cordis recepti inducunt prædictas affectiones, proque

E qualitate, & copia modò vnam, modò aliam ſpeciem producunt.

Quamuis materia aliqua poſſit in cor ferri, à qua oriatur palpitatio, vt eſt ſanguinis copia, & de hac loquitur Gal. 2. de locis aff. cap. 2. ſed huiuſmodi potiùs impropriè palpitatio dicenda venit, quàm propriè; nam propria pal-

palpitatio ea eſt, quæ fit à materia vaporabili, atq; flatuoſa.

Aliæ ſunt cauſæ, vt eſt materia aquoſa, ſeu ſeroſa collecta in capſula cordis, à qua producitur illa ſpecies palpitationis, quam Gal. 5. de locis aff. cap.2. appellauit palpitationem cum ſigno, ſeu cum ſonitu, eò quòd cor mouetur per capſulam talem ſtrepitum faciens, qualem facit lapillus in aquam proiectus, & hanc ſpeciem palpitationis te quoque ſæpius in te ipſo percepiſſe mihi non ſemel narraſti.

Petrus Foreſtus ſcribit lib. 18. obſer. 8. in quodam vulnerato ad ſcapulam ſiniſtram in thorace, penetrante vulnere ſe talem palpitationem obſeruaſſe, in qua cor magno ſtrepitu mouebatur, vt non modò audiretur ab his, qui erant in cubiculo, ſed etiam ab alijs extra cubiculum exiſtentibus: quod idem ante ipſum Fernelius elegantiſſimus obſeruauerat.

Quæſtionem de aqua contenta in capſula cordis inter grauiſſimos authores verſari te minimè latere puto; cum alij ſint dicentes in hominibus ſanis, non contineri, ſed ſolùm in malè affectis: Alij verò putant in omnibus hominibus, & ſanis, & ægrotis contineri. Sed huiuſmodi quæſtione relicta dico etiam alias materias eſſe, quæ poſſunt in hac capſula contineri, de quibus omnes authores loquuntur, quæ cum ad propoſitum non faciant, ea ſilentio inuoluo.

Vnde addo hanc palpitationem eſſe in duplici differentia per eſſentiam, & per conſenſum.

Voco per eſſentiam illam, in qua ventriculi replentur ab aliqua materia intus contenta, quæ varia eſſe poteſt, quemadmodum etiam quæ per conſenſum, vt ea, quæ fit à capſula, aut à reliquis partibus in abdomine contentis, à quibus eleuantur vapores cor ferientes, & palpitare ipſum cogentes, vt non rarò tibi contingebat, cui modò

A tremoris in modum, modò palpitantis, tam ſine ſonitu, quàm cum ſonitu cor in thorace mouebatur.

Et hæc ſatis ſint dicta de huiuſmodi ſymptomate, & ſuis cauſis: propero ad pulſus inæqualitatem, & præcipuè ad intermittentiam illã, quam non ſine magna ratione timebas: de cuius quidem natura, & cauſis aliqua proponam in medium, vt agnoſcas facilè nihil in

B hac tam longa, & difficili tuæ infirmitatis curatione neglectum à me fuiſſe.

Et quamuis huiuſmodi medicinæ partem, quæ pulſuum naturam, & cauſas ſpeculatur, cognitu omnium non modò difficillimam, verùm ad explicandùm ob multas, quas habet implicationes, & nodos, arduiſſimam, & ferè inexplicabilem Galenum ſcripſiſſe

C legerimus, 1. de pul. dign. cap. 1. quo in loco dixit totam vitam humanam vix ſufficere ad habendam exactam pulſuum cognitionem; ſeque, quam primum rei medicæ operam dare cœpit, mira cupiditate, vt ipſe loquitur, artis ſphigmicæ comparandæ deſiderio flagraſſe, multumque temporis in ſcribendis huius materiæ commentarijs conſumpſiſſe, non tamen eam ad-

D huc ſe fuiſſe aſſecutum liberè fatetur.

Idque Gal. eueniſſe veriſimile eſt, quoniam à veteribus ante ipſum nihil de pulſuum ſcientia conſideratione dignum, nihilque à ſuo Hipp. quem in omnibus tanquam patronum, & ducem imitandum ſibi propoſuerat ſcriptum fuerat, ſiue quòd nullam is potuerit de pulſibus habere cognitionem, ſiue

E quod ipſam neglexerit, vt magis placet Gal. vtcunque tamen res ſe habuerit, nihil in hac pulſuum meditatione habuit Galenus, quod imitari potuerit; quamobrem mirum non eſt, ſi illi fuit difficillima.

Verùm noſtris temporibus, quibus omnes medicinæ partes elegantiores,

&

& clariores à grauiſſimis authoribus redditæ ſunt, ita vt illuſtrior medicina poſſit eſſe nunquam, hæc præſertim ſphigmica conſideratio à multis ſcriptoribus illuſtrata eſt, atque pulchrè admodum, & perſpicuè declarata, vt facilliùs noſtris temporibus intelligi poſſit, quàm temporibus Gal.

Inter eos, qui hanc de pulſibus ſpeculationem doctiſſimis ſuis commentarijs illuſtrarunt noſtris temporibus fuerunt Franciſcus Valleſius tract. proprio; & in doctiſſimis ſuis controuerſijs Io. Baptiſta Syluaticus lib. controu. 23. & hiſt. medic. præſertim hiſt. 36 & 37. nec non Hercules Saxonia in pulcherrimo, & elegantiſſimo ſuo tractatu de pulſibus, in quo dicta, & ſententias Gal. miro ordine, & doctrina eleganti interpretatus eſt.

Sed ad id, quod propoſitum fuit inquirere, quid ſit pulſus intermittens, & à qua proueniat cauſa, opus eſt in primis ſupponere definitionem pulſus, quę à Gal. 4. de pul. differ. inter alias magis probatur, quod pulſus ſit motus dilatationis, & conſtrictionis cordis, & arteriarum à facultate pulſifica in gratiam conſeruationis caloris naturalis, & ſpirituum animalium generationis.

Ad hoc igitur, vt actio cordis pulſifica celebretur ſecundùm naturam, neceſſum eſt, vt arteria dilatetur, & conſtringatur, ſemper ſeruata vtriuſque motus proportione; quando verò ceſſat vnus motus, tunc dicitur pulſum intermittere, vnde pulſus intermittens deſcribitur in eo libro, qui appellatur Medicus Gal. adſcriptus ad hunc modum.

Cum in celebrandis contractionibus, diſtenſionibuſque tempus vnius pulſus omittit arteria; vel pulſus intermittens eſt, in quo diſtenſionem non ad vnum ictum dumtaxat, ſed vel ad duos, vel tres quoq; facit arteria.

Hanc definitionem confirmauit Gal. 2. de cauſ. pul. cap. 3. vbi pulſus intermittentis differentias ex eo colligi oſtendit, quòd plures, paucioreſque deficiant arteriæ motus. Vnde Paulus lib. 2. cap. 12. per hoc pulſum intermittentem conſtitui pronunciauit, quod circa vnum, vel plures arteriæ motus, vnus valdè minor apparet, ſed etiam aliquando totus motus perit.

Verùm quemadmodum non valdè difficile eſt cuique medico rudi, & inexercitato, dummodo ſciat motum arteriæ, ex motu dilatationis, conſtrictionis pulſum intermittentem cognoſcere: ita è contra medico exercitatiſſimo difficile eſt huius cauſas, ob varias, & ſibi contradicentes opiniones aſſignare, circa quas nunc verſandum eſt diligenter, vt quantum ingenij mei languiditati permittitur, omnium habita cognitione inferre poſſimus, ex quo nam pulſus tuus tam frequenter intermittens euenire potuerit.

Exordior primò à cauſis contentiuis, & generantibus pulſum, quas immediatas, & proximas appellant, quæ numero ſunt tres, nec plures, nec pauciores. Prima eſt facultas, quæ efficientis rationem habet: ſecunda eſt vſus, qui finis eſt, & cuius gratia: tertia eſt inſtrumentum materiæ rationem habens.

Hoc ſtante veriſſimo fundamento ex 1. & 2. de cauſis pulſ. à Gal. iacto, dico pulſum intermittentem vnicam aliquando ſequi cauſam, nempe facultatem languidam; nonnunquam verò Gal. docente 2. de cauſis pul. 2. inſtrumentum ſolum, ſed inſtrumenta læſa, hoc eſt, coarctata, vſu, atque facultate moderatè ſe habentibus, poſſunt facere pulſum intermittentem.

Cui ſi addatur languida facultas, multò faciliùs fit intermiſſio, & eò facilius ſi vſus fuerit diminutus; tunc enim ad magnam, & vehementem faciendam diſtenſionem facultas excitari non poteſt, qualis requiritur pro anguſtiæ cauſa ſuperanda, cùm pulſus huiuſmodi

præter

præter intermittentiam alias ferè omnes habeat inæqualitatis differentias, authore Galeno cap. 2. de cauſis pul. cap. 2.

Sed hoc loci inquires, ſi intermiſſionis cauſa eſt arteriæ anguſtiæ, cur eſt, quòd ſicut ſemel, aut bis pulſus intermittit, non etiam prorſus intermittit, ſed per quædam interualla?

Huic quæſito Saxonia ex Gal. 2. de cauſis pul. 2. pulchrè reſpondet, & duobus quidem modis lib. 3. de pul. cap. 93. primò, quia cauſa, quæ coarctat, non ſemper continua, ſed quandoque intermittens eſt, neque in vno loco permanens, ſed mobilis, atque inconſtans: hincque ſequitur intermiſſio, nec continua, nec ordinata, ſed per quoſdam circuitus accedens, atq; recedens; nonnunquam maior, nonnunquam etiam minor; nam dum in arterijs remanet, anguſtiamq; facit, intermiſſionem quoque producit, & vbi propulſa, aut digeſta fuerit arterias ab intermiſſione immunes relinquit.

Secundò, quia anguſtia non eſt talis, quæ poſſit facultatem mouentem ab omni diſtenſione prohibere: poteſt tamen illam imbecilliorem reddere, ita vt ſemel decumbat; nam cum in omni diſtenſione impedimentum inueniat, pro eoque excutiendo in vanum laboret, tandem paulatim langueſcens cogitur ſemel ſaltem, vel quandoq; etiam pluries à quocunque motu deſiſtere; ita tamen, vt poſt intermiſſionem recuperatis iam viribus ad motũ, vt dictum eſt, priori maiorem, vehementiorem, crebriorem, ac celeriorem reddat: in eoq; tandiu perſiſtat, donec iterum languidior facta, denuo quoque in motu claudicet, idque dum impedimentum excutere valet accidit, vt poſſit ſuperare cauſam anguſtiæ.

Eſt tamen animaduertendum ad pulſuum intermiſſionem faciendam vnum requiri, nempe vt facultas, quæ eſt cauſa efficiens pulſus ſecundùm naturam, lædatur: vnde Gal. 4. de cauſis pul. cap. 14. ſcriptum reliquit facultatis refrigeratæ pulſum intermittentem eſſe proprium. Quæ Gal. propoſitio ita intellecta falſa erit, cùm ab alia cauſa, quàm à refrigeratione pulſum intermittentem prouenire 2. de cauſis pul. 13. & 1. de præſag. ex pul. cap. 4. nos docuerit: nempe à virium imbecillitate, humorum copia, inſtrumentorumque obſtructione.

Quare ad verificandam Gal. propoſitionem, locus ita accipiendus eſt, quemadmodum ſummo cum iudicio interpretatur Io. Bapriſta Sylaticus lib. controu. 23. ſupra iam cit. nempe quod vbi ſcribitur facultatis refrigeratæ proprium eſſe pulſum intermittentem, legendum ſit facultatis læſæ; nam facultas lædi poteſt tum ipſius, tum inſtrumenti ratione.

Quando ſui ipſius ratione læditur, tunc eſt refrigerata, aut calefacta, vel alia qualitate affecta illa pars, cui inhæret, quæ patitur tanquam ſimilare membrum. Si verò læditur inſtrumenti ratione, dicitur propriè facultas impedita; nam pars affecta, hoc eſt arteria, patitur in hac affectione, vt eſt pars organica.

Non igitur pulſus intermittentis cauſa ſemper eſt facultas læſa, ſed vt plurimùm impedita; at huiuſmodi impedimentum poteſt eſſe, vel à natura, vel à morbo. Dari pulſum intermittentem à natura ſcriptum reliquit Gal. lib. ad Poſthumum cap. vlt. quod tamen difficultatem aliquam conſideranti inducere poterit facilè; nam id, quod eſt præternaturam, non videtur eſſe poſſe ſecundùm naturam, aut à natura; at pulſum intermittentem eſſe quid præternaturam à Gal. vbique decantatum eſt, igitur non eſt ſecundùm naturam.

Deinde quamcunq; intermittentiam morboſam cauſam habere neceſſe eſt, Gal. docente 2. de cauſis pul. cap. 2. 3. & 4. talis autem à natura minimè eſſe poſſe

Poſſe clariſſimè conſtat, alioquin concedendum eſſet id, quod eſt præternaturam, eſſe ſecundùm naturam, quod falſum omninò cenſetur.

Nolo immorari circa huiuſmodi quæſtionem, quia parum facit ad noſtrum propoſitum: exiſtimo tamen nullum eſſe inconueniens concedere dari pulſum intermittentem prouenientem ab aliquo morbo, & dari etiam pulſum intermittentem, qui ſit à natura, & dicatur ſecundùm naturam, non quidem intermittentiæ ratione, quia cum intermiſſio, quæcunq; ea fuerit, ſit arteriæ actio abolita, vt ſit ſemper præternaturam neceſſe eſt; neque vnquam poteſt dici ſecundùm naturam, aut à natura.

Verùm ſi conſideretur reſpectu morbi, à quo proficiſcitur, poteſt eſſe præter naturam, & etiam dici à natura, & ſecundùm naturam; nam dictum eſt actionem arteriæ, quæ eſt dilatatio, lædi poſſe per ſe primò, & per accidens: primò quidem ab intemperie, & hoc modo ſemper eſt præternaturam, quia facultas ſemper læditur. Si verò ſecundo modo à mala compoſitione, & tunc impeditur facultas.

At morbi in mala compoſitione cum plures habeant differentias: nam vel ſunt in vijs, aut in numero adaucto, vel in magnitudine, figura, aut ſitu, nullus eſt ex his, qui ad præſentem faciat contemplationem, excepto numero adaucto, aut in via: quorum vnus eſt, qui conſtrictionem, alter verò qui dilatationem impedit.

Primus, qui eſt obſtructio, cum ſit in cauitate arteriarum, aut intra ſuas membranas (obſtructionem verò morbum eſſe docet Gal. pluribus in locis, ſed præcipuè lib. de diff. morb. cap. 8.) ſemper eſt præter naturam. Quare intermittens pulſus ab obſtructione eſt præternaturam, quemadmodum etiam, & ab intemperie, vt dicebam.

At ſi conſideremus pulſum intermit- A tentem reſpectu impeditæ dilatationis, quæ fit ratione ſpatij impediti, per quod ſolet dilatari arteria, lib. 2. de præſag. ex pul. 4. dico morbum facientem hanc intermiſſionem poſſe eſſe, & dici ſecundùm naturam, & præter naturam: ſecundùm naturam quidem hoc eſt, quando in ſpatio, per quod dilatatur ipſa arteria, generetur aliqua portio carnea, quæ vel eſt ad anteriorem arte- B riæ faciem, vel ad poſteriorem, vel ad latera.

Si in anteriori, aut poſteriori parte, præſertim ad eam, ad quam dilatatur arteria, enaſcatur, comprimit, atque coarctat ipſam arteriam; id enim contingere poteſt in ſpatio, per quod mouentur arteriæ, quod euenire ſcripſit Gal. loco iam cit. in naribus, aut in alio quouis meatu.

C Deinde ad latera ipſius arteriæ enaſci poteſt in ſpatio pinguedo, aut quinapiam tale, quod arteriæ dilatationē impediat, & intermittere eam faciat. At huiuſmodi morbus in numero Gal. authore eſt ſecundùm naturam, igitur intermiſſio poteſt eſſe ſecundùm naturam; auctio enim carnis, aut pinguedinis eſt morbus in numero ſecundùm naturam adaucto, non ſecus atque D ſextus digitus in manu, qui etiam dicitur numerus adauctus.

Hoc quidem à principio generationis euenire poteſt nobis adhuc in vtero exiſtentibus, & poſt ortum; nam cùm huiuſmodi morbo reliquæ omnes corporis partes ſanæ eſſe poſſunt, vnde morbus in numero adaucto poteſt dici ſecundùm naturam, talis autem facit pulſum intermittentem, quare pulſus E intermittens eſt, & dici poteſt ſecundùm naturam.

Ioannes Baptiſta Syluaticus lib. 6. obſeru. 23. ſcribit cauſam huius intermittentiæ eſſe malā conformationem, hoc eſt nimiam arteriarum anguſtiam, ob quam minimè fungi poteſt ſuo munere facultas expultrix, vnde cogitur quie-

quieſcere. Quæ viri huius doctiſſimi opinio ſi vera eſſet, ſequeretur, quod arteriæ anguſtæ intermitterent ſemper, quod falſum eſt, vt conſideranti apparere poterit.

Poteſt quoque dici præternaturam, ſi in ſpatijs tophus, aut callus, vel abſceſſus aliquis oriatur, aut inflammatio impediens dilatationem, & faciens pulſum intermittentem, cum iſti morbi in numero à toto genere ſint præter naturam, eodem docente Gal. loco cit. vbi (vt pulchrè noſtis) facit illam diuiſionem morborum in numero adaucto, alios dicens eſſe à natura, & ſecundùm naturam; alios verò eſſe toto genere præter naturam.

Ex his puto clarum eſſe poſſe dari pulſum intermittentem à natura, quamuis ſit de rarò contingentibus, & fortè à Gal. primò obſeruatus; quot enim de hac materia ſcribunt authores, ad hunc Gal. locum ſe referunt, vbi etiam ſcribit ad pulſum diſtinguendum opus eſſe perfectè dignoſcere omnes eius differentias; nam vbi is ſolùm intermittat, in reliquiſque alijs differentijs, ſecundùm naturam ſe habeat, tunc concludi facilè poteſt pulſum intermittentem eſſe à natura.

Id quod etiam probari ex anatome ſolet; nam obſeruatum eſt in arterijs enaſci aliqua oſſicula, quemadmodum memini me ea obſeruaſſe, dum iuuenis eſſem, & ſectionibus admodum deditus, in illis duabus arterijs ſoporarijs ſurſum ad caput, & cerebrum aſcendentibus, & per foramina in oſſe ſphœnoide dicto obliquè delatis, ad lateraq; ephippij figuram acquirentibus, quæ rotunda erant, magnitudinis, & figuræ eorum oſſiculorum, quæ inter internodia digitorum reperiuntur, ſiſamina à Græcis appellata.

Eadem oſſa reperiri in cauitate arteriarum omnium, & potiſſimùm in magna illa arteriæ diuaricatione, quæ ad os ſacrum eſt, ſe obſeruaſſe mihi retu-

A lit Franciſcus Hidermar Germanus Monacenſis, dum eſſet Patauij, & videret adminiſtrationem famigerati illius Anatomici Iulij Caſſerij, qui omnibus hæc oſsicula inuenta in arterijs demonſtrauit dilucidiſsimè figura oblongæ excauata, vnguis digiti parui magnitudine, maiora, & minora, variè figurata pro magnitudine ipſarum arteriarum, medij circuli oblongi inſtar.

B Huiuſmodi igitur oſſicula in arteriarum cauitate enata, ſi ordinem, & naturæ modum ſeruant, nullum impedimentum motui arteriarum inferunt, imò verò puto ea à natura ita eſſe conformata, vt impediant, ne in magnis conſtrictionibus arteriæ concidant nimis, & inde dilatari non poſſint.

Non ſecus enim natura in aſpera arteria, & ramis ipſius circulos cartilagi-
C neos inſtituit, ad hoc vt arteriæ inhibeterur compreſsio; nam ſi comprimeretur nimis expiratione priuaremur. Ita etiam dici poſſet efformaſſe illos muſculos intercoſtales, vt vbi thorax in magnis inſpirationibus dilatatur maximè, conſtringi faciliùs poſſet operâ horum muſculorum, & grauitate coſtarum adſtringi.

Sed quicquid ſit de vſu horum oſſi-
D culorum, dico fieri poſſe, vt à primordio generationis aliquod os maius, quã par ſit, genereтur ex materiæ abundantia, quod in aliqua arteria conſtrictionem ipſius labefactet, & eam intermittere faciat. Et hoc modo fieri poteſt pulſus intermittens à natura, qui ad mortem vſque hominem concomitetur, habeatque omnes alias differentias naturales, ſola excepta intermiſſione.

E Sed percontari poteris, an quemadmodum à primordio generationis eſſe poteſt in aliquo pulſus intermittens, pariter, & aliæ differentiæ præternaturales eiuſmodi eſſe poſſint, vt naturales dicantur, nullam in corpore malam diſpoſitionem ſignificantes, vt Gal. de intermiſsione prænuntiauit?

Exiſtimo non eſſe parem rationem huius præter naturalis pulſus differentiæ: nec Gal. ſcripſit pulſum intermittentem omni alia inæqualitate carentem naturalem eſſe, ſed à primordio generationis fuiſſe talem: ſed quæ talia in nobis ſunt, & fiunt, & ad mortem vſque concomitantur, licet morboſa ſint, eò quòd non proueniant à natura rectè operante, vel ob exceſſum materiæ luxuriantis, quoniam materia hæc B non eſt præter naturam, vt ſupra dictum eſt; à natura fieri dicuntur, reſpectu materiæ.

Aliæ inæqualitatis differentiæ, cum proueniant aut à facultate læſa, vel à copia materiæ, vel eiuſdem craſſitie, nunquam poſſunt eſſe à primordio generationis, & vſque ad mortem homines concomitari, imo verò ſtatim, vel breui temporis ſpacio morbum fa- C cere eſt neceſſe.

Et huiuſmodi cauſę tam intermittentiæ præternaturalis ſunt, quàm aliarum preternaturam pulſus differentiarum; vndè Gal. 2. de præſag. ex pul. cap. 4. ſcriptum reliquit nobis omnes pulſus intermittentis cauſas eſſe lethales. Quare vbi adſit aliqua inæqualitas in pulſu ſemper prænuntiat malum, licet magis in iuuene, minus in puero, & mi- D nus in ſenes; pulſus enim intermittentia præter naturam eſt ſemper mala.

Vnde Gal. loco iam cit. dicebat inæqualium pulſuum pernicioſiſſimum eſſe intermittentem: & ratio eſt, quia pulſus intermittens poſitus eſt in motus ablatione. Hinc Gal. quantum inter ſe ſanitas, morbus, & mors differunt, tantum naturalis motus ab immobilitate, & prauo motu; quod naturalis E motus ſit inſtar ſanitatis, vitioſus motus inſtar morbi, & immobilitas referat imaginem mortis.

Portò mortem repentinam à pulſus intermittentia imminere ſcripſit Gal. non aliter, ac apoplexia; nam vtrobiq; calor cordis extinguitur deſtitutus re-

A ſpiratione. Sed ab huiuſmodi Galeni determinatione excipiendus eſt ille pulſus intermittens, quem naturalem ſupra eſſe diximus; differunt tamen inter ſe ſecundùm magis, & minus eodem Gal. docente loco cit. nam vbi ſecundus ictus, ſeu ſecundus motus ſit priore vehementior, commodius eſt, vbi languidior, deterius, & vbi tardior ſignum eſt periculoſius, celerior verò commo- B dius, deinde qui ſæpiùs intermittit, magis timendus eſt, minuſque rarior.

Verùm ſi pulſuum duorum tempore arteria intermittit, dubitat Gal. an in hoc caſu æger ſuperſtes eſſe poſſit. Tandem pulſus intermittens ratione læſæ facultatis in longè maiori diſcrimine verſatur, quàm vbi à plenitudine, aut ab obſtructione contingat.

C Sed dices eodem loco cit. ſcripſiſſe Gal. pulſum intermittentem in ſenibus, & pueris omni carere periculo, in iuuenibus verò non eſſe tutos. Verùm ſi attentè legantur, quæ de huiuſmodi pulſibus loquitur Gal. comperies facilè illum loquutum fuiſſe per comparationem; nam non dixit abſolutè in ſenibus pulſum intermittentem carere periculo, ſed reſpectu pueri, & iuuenis minimum periculi ſecum afferre.

D Sed hoc in loco, vt difficultas penitus tollatur, animaduertendum diligenter eſt Gal. nos admonuiſſe, vt faceremus diſtinctionem inter raritatem pulſus, & eiuſdem intermittentiam, ne fortè imperitia ducti longam raritatem pulſus intermittentiam eſſe exiſtimaremus.

Raritas enim eodem Gal. authore ab intermittentia triplici nomine differt, E primò quia raritas rhythmum ſeruat, at pulſus intermittentes rhythmum omninò perdiderunt; ſecundo, quia ſi pulſus non modò per vnius ictus tempus quieſcat, ſed diutius etiam, is intermittens ſanè cenſendus eſt: tertiò æqualitatem adiunctam omnium ictuum raritas habet: at pulſus intermittens eſt ſem-

per

per ſinæqualis; nunc enim in tribus, nunc in quatuor, nunc in quinque ictibus, & etiam pluribus intermittere obſeruatur, & quieſcere per vnum tempus, & plura: quæ raritas, & mala quidem eſt, ſed in ſenibus, & pueris minùs mala, non ſecus atq; intermiſſio.

Comparatiò igitur pulſus ſenum eſt cum pulſibus iuuenum intermittentibus, qui in ſenibus ſunt periculoſiores, quàm in iuuenibus: deinde fit comparatio puerorum cum iuuenibus, & ſenibus.

Pulſus intermittentes ſenum pernicioſi ſunt ratione imbecillitatis eorum, quæ duplici nomine illis contingit, nempe & morbi, & ætatis: qua ſtante imbecillitate intermiſſio pulſus ex leuiſſima cauſa illis euenit; at cauſæ leuiſſimæ facilè ſuperantur: è contra firmæ vires, & facultates ſolùm à maximis cauſis deijciuntur, hinc fit, quod illi, qui ſunt habitu valente, neq; diu admodum in morbos inciderunt, ſi in intermittentiam lapſi fuerint, facilè periclitantur.

Quia igitur ſenes à languida cauſa in intermittentiam labuntur, facilè ab eadem ſubleuantur; iuuenes verò, quia non niſi à maxima cauſa, proinde ab eadem facilè deijciuntur: hæc eſt comparatio ſenum cum iuuenibus.

At pueri comparantur cum ſenibus, & cum iunioribus: reſpectu ſenum, magis periclitantur, ſi in intermittentiam pulſus ceciderint, quia etſi poſſint in intermittentiam pulſus incidere à leuioribus cauſis, vt ſenes; ſunt tamen molliori corpore, facultateque pulſifica validiores, quàm ſenes.

Cum iunioribus verò comparati pueri in pulſu intermittente in minus periculum veniunt, quàm iuuenes, duobus nominibus: tum quia facultate pulſifica ſunt imbecilliori, quàm iuuenes: tum & concoctrice firmiore, vt facilè corrigantur. His addit Gal. perſpiratus facilitatem, quæ ad morbos A tollendos alicuius eſt momenti. His de cauſis pulſus puerorum intermittentes minus periculi afferunt, quàm iuuenum.

Quare Gal. concludit intermittentem pulſum iuuenum periculoſum eſſe, minus puerorum; minimè omnium ſenum.

Cum igitur tu iuuenis eſſes, & in frequenti pulſus intermiſſione, non ſine B magna ratione timebas, quamuis ex longo morbo iam ſenex factus videbaris, proinde in intermittentiam illam à non valida cauſa prouenire certiſſimum erat; nam ab euaporatione quandoque, nonnunquam & à leui arteriarum obſtructione eueniebat, à qua tandem liberatus certior factus fuiſti eam non potuiſſe aliunde prouenire, quàm à materia euaporabili ſecundùm magis, & C minus craſſa, nec non & à materia à capite irruente, & in arterias præcipitante, à victus ratione illa, quam obſeruabas genita, qua mutata, adhibitiſque præſidijs euanuit.

Iam verò cum ſatis probatum ſupra fuerit omnem malorum horum originem fuiſſe cruditatem, tam ventriculi cauſa productam, quàm errorum externorum; ventriculum enim nimis refrigeratum, & D humiditate affectum fuiſſe ſatis ſuperque à nobis oſtenſum eſſe puto: hinc etiam primus ſcopus fuit ipſum calefacere, & exiccare, ac victus ratione, & medicamentis aduerſus morbum, & ipſius cauſam pugnare: deinde cor, & arterioſum genus, quantum fieri potuit, idoneis, & appropriatis medicamentis corroborare.

Inſtituta igitur victus ratione, ali- E menti quantitate, atque vicibus mutatis; ſenſim enim reduximus ad duas vices ſingulo die, qualitateque attemperata, vt caliditate, & ſiccitate polleret, eſſetque facilis coctionis cum potu vini optimi, odoriferi, & ſtomatichi, reliquiſque alijs rebus non naturalibus aptè moderatis, ad reliqua tranſimus.

Per pharmaciam deinde percurren-
tes, quamuis multa adfuerit difficultas
in reperiendis medicamentis tam alte-
rantibus, quàm euacuantibus ob malam
ventriculi qualitatem omne medica-
menti genus reſpuentem, tamen ratio-
ne, & experientia aliquos ſyrupos in-
uenimus, quibus potuit alterari, & præ-
parati omnis in eo contenta cruditas,
quam alteratam, & præparatam eduxi-
mus appropriatis auxilijs.

Quæ autem hæc fuerint, tu melius
ad memoriam habes, cum ea adhibue-
rimus pluries quidem, non vnica vice,
vt ſcis, propter illa praua ſymptomata,
quæ in dies excitabantur, vnde etiam
fuimus coacti ad epicraticam purga-
tionem confugere, & ad ligni ſancti de-
coctum, quo per multos dies vſus es:
ante cuius aſſumptionem vorabas ali-
quam tabellulam ex rebus pretioſis, &
cordialibus confectam ſimulq; & ele-
ctuaria, nempe alkermes, diahyacin-
thi, liberantis, & huiuſcemodi, quæ ſem-
per tecum parata habes. Addere eti-
am poteris, ſi placet, quo ordine, &
quo tempore fuerint hæc omnia admi-
niſtrata.

Per chirurgicum quoque inſtrumen-
tum pugnatum eſt: & quamuis rarò ad
tollendam illam ſanguinis prauam co-
piam, quæ cum prædictis humoribus
cordis admixta erat, ſit neceſſarium,
factum eſt tamen, vt auxilijs prædictis,
& maxima tui patientia, & noſtra ſoler-
tia, & Gaſparis Columbæ viri doctiſſi
mi, qui nunquam te deſerere voluit, vt
ad priſtinam ſanitatem reduceretis, ad
quam conſeruandam, & augendam non
eſt, vt ab ordinata victus ratione di-
ſcedas.

Vt tamen peculiare aliquid habeas,
quod ad aerem ſpectat, debes cauere
à crepuſculis Cornelianæ huius ſenten-
tiæ memor: habitare ædificio lucido,
perflato, æſtiuo, hybernum item ha-
bente meridianum ſolem. Caue à ma-
tutino, & veſpertino frigore, itemque

A fluminum auras, atque ſtagnorum, mi-
nimeq; nubilo cœlo te committas, ne
modò calor, modò frigus moueat: quæ
res maximè grauedines, deſtillationeſ-
que concitat, quibus tu ſcis caput tuum
maximè diſpoſitum eſſe.

Corpuſque tibi ſtudio exercendum
eſt, vt totum corpus, & crura potiſſi-
mùm ex tam longo morbo debilia red-
dita, & quodammodo hebetata firmare
B poſſis; ſcis enim ignauiam corpus he-
betare, laborem firmare.

Exercitatio, quæ tibi facienda eſt,
cibum antecedere debet, & vbi benè
concoxeris, amplior, at vbi non conco-
xeris, remiſſior ſit, oportet; ſcripſit enim
Gal. 2. de tue. valet. cap. 9. omnis exer-
citationis illud commune eſſe, vt ex
ipſa caloris augmentum excitetur, quo
excitato, & vigorato ſequuntur melio-
C res coctiones, diſtributiones, excremen-
torumq; omnium expulſiones.

Inter alias exercitationis ſpecies,
quæ à Gal. proponuntur 2. de tu. val.
cap. 8. & alijs capitibus, mihi in te præ-
ter alias moderatas probantur frictio-
nes ad maciem illam tollendam, quam
ex longo morbo contraxiſti propter
digerentis, & nutrientis facultatis im-
becillitatem, & languiditatem, quæ
D frictiones molles, & leues ſint, vt docet
Gal. 6. de ſan. tu. cap. 8. manu, nec a-
deo molli, nec rurſus aſpera, quo ad
corporis tui ſuperficies ruborem con-
traxerit.

Deinde duriori tibi vtendum eſt fri-
ctione, quæ cutem cogat, pauloque
denſiorem reddat: ratio eſt, quia illud
boni ſanguinis, quod ex molli frictione
ad cutem tractum eſt, denſiori cute
E facta non poterit exhalari, facultaſque
nutriendi vim ex hoc calore attracto,
& retento recuperabit, corpuſque tu-
um denuò renutrietur, macieſque in
corpulentiam, & craſſitiem mutabi-
tur.

Hac peracta frictione tria proponun
tur auxilia à Galeno ad eamdem inten-
rio-

tionem, quorum primum eſt vnctio totius corporis oleo, quod medicamentum ſit emplaſticum; aliud eſt dropax, quod non admodum probatur mihi, quemadmodum neque tertium, quod eſt frigida totius corporis lotio. Poſtrema hæc duo auxilia robuſtiſſimis hominibus aptiora ſunt, quæ tibi habitu graciliori, mea opinione, non competunt.

Animi immoderatæ affectiones, ad iram potiſſimùm prouocantes, quantum fieri poteſt, euitandæ tibi ſunt; vitamque iucundam, atque hilarem in conſuetudine grata ducendam tibi eſſe ſatiùs duco: ſomnuſq; moderatus ſemper ſeruandus. Fugiendæ item repletiones, quare à conuiuijs, & compotationibus abſtineas: aluuſque lubrica ſeruetur.

Quod ad alimenta attinet, ſcripſit Gal. 5. de ſan. tuen. cap. 4. difficillimum eſſe ſenibus ſanitati tuendæ præeſſe, æquè ſicut ijs, qui ex morbo conualeſcunt, quòd in vtriſq; ſanitas fallax ſit, & incerta; ita vt conualeſcentibus, & ſenibus æquè difficillimum ſit præſcribere modum conſeruandæ ſanitatis, præſertim ſi contingat conualeſcentis ventriculum languidum, & malè affectum eſſe, quemadmodum tuus eſt, ideo prudentia, & in medicina exacta tua exercitatione, & peritia omninò fac vtaris.

Audias quid Gal. ſcripſerit de illis, qui habitu ſunt bilioſo cum ventriculi imbecillitate: hæc ſunt ipſius verba cap. 9. 6. lib. de tu. val.

Vbi enim totius corporis bilioſus temperamentum eſt, venter autem imbecillus, vtique cibo, qui ventrem roboret, euſtomachum Græci vocant, firmari poſtulat; vbi enim non ita proſpicitur, defluunt in eum, quas corpus aceruat, ſuperuacuæ ſanies, &c.

Deinde cap. 10. ſubdit: peſſimus verò is ſtatus eſt, cum homo hac compoſitione, naturaq; eſt, vt nec ventrem fa- A ciliè ſolubilem habeat, nec vomere facilè poſſit; corrumpuntur enim pituitoſi humores, ſi diu ſint in ventrem morati, adeo vt ipſum erodant, & ſimul vitioſos halitus ad caput ſubmittant.

Vt paulò ante dicebam bonum tibi eſt, quod ſis medicus, & valdè in operibus medicis exercitatus, quo nomine poteris longè melius tibi præcauere, B illis cibis ſemper vtens, quibus ventriculum poſſis ad priſtinum robur ſenſim reducere.

Verùm cùm difficilem habeas vomitum, neque aluum fluidam, ſed adſtrictam, potiùs reperies aliquod genus medicamenti familiare, quo poſſis aluum in primis irritare: tale autem eſſe ſolet, quod conficitur ex nitro, cumino, ruta, & pipere, æquis ſumptis por- C tionibus cum ſaccharo, & vt magis arridebit tibi, fiat confectio, vel electuarium, quod deuorabis ante prandium per quatuor horas; nam iſtud medicamentum egregiè pituitoſam materiam, & flatus è ventriculo pellit, & aluum irritat ad fœces deponendas, ex eiuſdem Gal. doctrina.

At vbi intentio ſit ventriculum medicamento tibi familiari corroborare, D nullum reperiri poteris præſtantius eo, quo hic Meſſanæ vtebaris, nempe diarhodonis abbatis ſub forma ſolida.

Quod ad alimenta ſpectat, quæ in continuo cibo tibi eſſe debent ob continuam, & craſſam pituitam, quæ in ventriculo generatur, & quæ à capite deſcendit, debent eſſe quidem boni ſucci, & facilis coctionis, ſed quæ nonnihil attenuandi facultatem habeant.

E Panis propterea tibi ex optima farina parandus eſt, benè coctus, & fermentatus, aniſo, aut cinnamomo paratus.

Carnes gallinæ, turturis, perdicis. Verùm Gal. de attenuante victu cap. 8. concedit corpus gallinæ, ſed his, qui corpora exercent ſua, præſertim ſi in

locis

locis montuoſis fuerint enutritæ: illis verò, qui non exercentur, modicum carnis gallinarum, columbarum, atque turturum, nec non perdicum concedit.

Sed cum hac diſtinctione, vt perdices, & turtures per diem aeri ſaltem exponantur, vbi mortuæ fuerint, quò friabiles reddantur; tunc enim alimentum corpori præbent bonum, & ſanguineũ, minimeq; viſcoſum generant, vt palumbarum carnes, quæ difficiliores ad concoquendum ſunt excrementitiam carnem habentes. Columbæ etiam, & palumbæ ex vſu tibi eſſe poſſe quandoque puto, ſi eas aeri frigido per diem integrum expoſitas relinquas.

Reliquæ carnes, quæ ſunt boni ſucci, & facilis coctionis tibi in eſcam eſſe debent, non tamen ſemper eodem modo præparatæ; nam opus eſt, vt ventriculum omnibus aſſueſcas, aliquando elixis, ſæpiùs aſſatis, conditis cum ſucco aliquo granatorum, præcipuè aurantiorum, limoniorum aromatis quibuſdam, & huiuſmodi habentibus facultatem irritandi appetitum. Cœna ſit tibi parca, lautiùs prandium.

Dubitabit hic aliquis, an animalium viſcera, vt ſunt hepar, & ventriculus ex vſu eſſe poſſint? ratio eſt, quia Gal. lib. de atten. vict. rat. cap. 8. ſcriptum reliquit ea eſſe excrementitia, difficilia ad concoquendum, & craſſi ſucci; hinc fortaſsè grauiſſimus Mercurialis hepata gallinarum ægrotantibus non conuenire ſcripſit.

Verùm inteſtina animalium, atque viſcera interna conſiderantur, vel in quadrupedibus, aut in volucribus. Si ſermo ſit de quadrupedibus, omnia ſunt, & craſſi ſucci, & difficilis coctionis, atque excrementitia: ſed ſi ſermo ſit de volucribus Gal. lib. de bon. & A vit. ſuccorum cap. 6. nec non 5. de alim. fac. cap. 21. tollit de medio hanc difficultatem dicens in omnibus volucribus, & ventriculum, & hepar, & alia viſcera eſſe praua, quòd in illis adſint conditiones illæ malæ.

Sed ſi ſermo ſit de anate, & gallina altili, dicit ventriculum, & hepar optimum eſſe; imò Gal. loco iam cit. ſcribit anſeris ventriculum eſſe boni ſucci, B & iucundum guſtui, poſt quem *eſt ventriculus* gallinarum, & paulò poſt loquens de hepate anſeris addit, vbi alimenta ipſarum fuerint lacte imbuta, quod non modò iucundiſſimum eſt, ſed quod potenter nutriat, & optimè, & probè in ventriculo coquatur. Id quoque de gallinarum hepate intelligendum eſt.

Sed quoniam *alia eſt ratio victus* at- C tenuantis, alia paulum nutrientis, & incraſſantis, ſi loquitur de attenuante victu, exiſtimo neque ventriculum, neque hepar gallinarum, aut anſerum conuenire, quòd difficilis ſint coctionis ob multas venas ſubſtantiam hepatis percurrentes, quod conſiderans Mercurialis non conuenire hepata gallinarum ſtatuit ijs, quibus vtendum eſt victus ratione attenuante: deinde ven- D triculus gallinæ craſſus, & ad *digerendum* durus eſt, at vbi non eſt attenuandum, probo tam gallinæ, quàm anſeris iecur. Alæ quoq; anſerum, quod coctionis ſint facilis, & boni ſucci à Gal. probantur, necnon & gallinarum.

Hæc omnia, quę vt tibi morem gererem, adduxi, adeo manifeſta, perſpectaq; iamdiu habes, vt nihil ferè adiumenti afferre tibi poſſint; nihilominus, quia te E incitante ſcripta ſunt, pergratum mihi facies, ſi libenter accipias, veluti ſignum amoris erga te mei. Vale.

FINIS TERTIAE PARTIS.

INDEX
RERVM NOTABILIVM
IN HAC TERTIA PARTE
Contentarum.

A

ACceſſiones ſi nõ ſunt manifeſta, vt ſynochis fieri conſueuit: Hippocrates et Galenus dicunt reſpiciendam eſſe conſuetudinem: hæc ſunt de elementis in triteæphy. fol. 306. col. 2. l. E.

Actio ventriculi eſt concoctio, ad quam faciendam natura tranſmittit melancholiam. fol. 489. col. 1. l. B.

Actiones corporis noſtri, ex propria natura eme[illegible]it, non ex ſi[illegible]u mutato. fol. 6. col. 1. l. C.

Aer tanquam [illegible]inus quædam eſt, craſſos humores ſecum ferens, proinde medicamenta humid ora ſunt idonea ad craſſos humores expellendos. fol. 367. col. 2. l. D.

Aer calidus facultatem habet calfaciendi, ſimul atq; madefaciendi hinc foramina cutis adſtricta relaxat, humores concretos liquat ut facilè per cutis poros educantur, ſi quis tamen in eo diutius moratur, exiccatur. fol. 435. col. 1. l. A.

Aegrotus ſi ſæpè decumbit ſupinus, rarò ad latus ſæpè ad pedes ſenſim delabitur, dentis dantur tum pedes, tum crura, atque brachia; ceruicemq; inæqualiter mouet, geſticulationes, multa fiunt, intempeſtiuè floccos colligit, malè agitur, fol. 274. col. 2. l. E.

Aetius ſcribit quod inuitus coitus maris, et fœminæ ſit ſterilis, contra verò amor genituram conciliat. fol. 70. col. 1. lit. A.

Albertus Magnus lib. 9. cap. 1. ſcribit totam ſententiam Ariſtotelis eſſe peruertendam, nimirum plurimas mulieres ſingulo menſe, paucas tertio menſe purgari. fol. 31. col. 1. l. D.

Alberto Magno non placet hoc dictum; nam dixit modum rem ipſam, cuius eſt modus, inſequi, nam violenter fieri, aut tardè fieri eſt modus. quem res inſequitur. fol. 136. col. 2. l. D.

Alexander Maſſarias in additamento apologetico ſcribit [illegible] in corpore cacochymo de[illegible] ſanguinem mitti. fol. 419. col. 2. l. B.

Alexander [illegible] ſcribit nullum poſſe pra[illegible] p[illegible]iri, quando [illegible]ibus in ventre [illegible] ex nidoroſis vaporibus [illegible] ipſa aqua. fol. 428. col. 2.

Alexander Trallianus probat pepones, quos conceſſit [illegible] bit a [illegible] deinde propina[illegible] aqua frigida, qui ſtatim ſudore excitato, aut aliis fluore à febre liberati ſunt, ſæpe vſq; ita cu[illegible] febre [illegible] tertiana febre [illegible]. fol. 243. col. 1. l. B.

Al[illegible] ex [illegible] conſtans; no[illegible] qua non poteſt per [illegible]ationem inueniri. fol. 301. col. 1. l. B.

Alim[illegible], & potus, et medicamenta calida [illegible] febrem fa[illegible] monſtrat experientia. f[illegible] l. E.

Alim[illegible] praua qu[illegible] tribus modis obſunt, q[illegible] ſunt, quæ prauitatem actiua[illegible] et potentia[illegible] habent, vt ſunt al[illegible] cepæ, et quæ ſunt huius generis. fol. 207. col. [illegible]

Alimentum [illegible] adminiſtratum generationem humoris bilioſis inhibit, uſq; [illegible] putrefact[illegible], et quod genitum eſt, [illegible] fol. 241. c[illegible] l. C.

Alim[illegible] famil[illegible] famili[illegible] panem [illegible] Galenus lib. 7 de partium [illegible] 8 [illegible] tuenda [illegible] cap. 7 [illegible] alime[illegible] ſtatuit, et [illegible] 27. ſi opti[illegible] fuerit par[illegible] ſuccessi[illegible] col. [illegible] l. F.

Alimenta ſi [illegible] ab in dicant[illegible]

eſt ſemper ad unguere materys iam dictis ali quam medicamentoſam qualitatem. fol. 481. col.1./.D.
Altomaris propoſitio conſtare non videtur; nam calor alter innatus, eſt alter aduentitius, ſeu acquiſititius, ſunt vnum, et idem re inter ſe. fol.1 7 col.2.l.B.
Aluus ab inſtante humore qui facit febrem, pungitur, atque irritatur, at in cauſa illegitima ita non eſt, quia humor non eſt tam tenuis. fol.364 co .2.l.B.
Aluum fluere euenit nonnunquam, et dyſenteria ob corrodentem, et mordentem ſalis qualitatem; quæ inteſtinorum tunicam internam abradit fol.365.col. 2.l. D.
Analogiſm s eſt inuentio r me ij per ſimilitudinem, fol.474 col.2.l.B.
Analogiſmo diu r..nerdè vtuntur empirici, ac dogmatici .fol.474.col 2...C.
Animi defectio non eſt propria paſſio ventriculi, ſed cordis fol 488.col.2.l.B.
A utius Phæſius in oeconomia verborum Hippocratis p u a loca affert, quibus probatur hanc vocem (ſorbitionem) per antonomaſiam quandam ſignificare cremorem ptiſanæ ea ratione paratum, vt ſorbilis reddatur. fol. 368.col.2.l.A.
Antiqui Medici tempore interualli ſolebant ſuos ægros ad conſueta munia mittere, quaſi exiſtimarent tunc homines eſſe potius ſanos, quam ægrotos. fol.217.col.1.l.B.
Anticipatio ſequitur febrium naturam, vt in tertianis et quartanis animaduertitur, quæ ad finem ſq, anticipant fol.223.col 2.l.A.
Aphoriſmus 12. prima partic la, oſtendit qua tu r capita, à quibus t m vniuerſalia morb rum t mpora, quam particularia haberi facilè poſſunt. fol,221.col. .l.B.
Appetitu in animali quinq; ſymptomata ſe inuicem conſequuntur fol.486.col.2.l.B.
Aquæ potū prohibent corporis gracilitas, caloris innati, ac virtutis languiditas, viſcerū inflāmatio, aut debilitas, vt gulæ, ven ricu i, oris ſuperioris, iecoris, pulmonum, ſep i raſ uerſi renum, aut veſica fol 1 7).col. l E.
Aqua potū permittunt bonus corporis habitus, Græci appel ät euſarcon, calor naturalis validus 9.meth.medēdi c. . fol.279.col.1.l.B.
Aquæ exhibendæ Galenu permittit ægrotanti tantum ad bibendum, quantum poteſt vnte bau tu trabere ..l.281.col 1.l.B.
Archigenes in diuidendis tempori s, cæteris omnibus medicis diligentior diuidebat finem dec nationis in duas partes. huius aligentiam vt nim ex uiſitam, & inutilem
irridet Galenus. fol.216.col 2.l.B.
Argenterius aduerſus Galenum, & Auicennam valdè errat, vbi dicit non rectè ab ipſo in definitione febris acceptum fuiſſe calorem. fol.180.col 2.l.D.
Ariſtoteles ponit differentiam inter marem, & fœminam, à facultate, & partibus, mas potentiam habet generandi, fœmina verò in ſe ipſa. fol.4.col 2.D.
Ariſt.7.hiſt.2.ſcribit fatilius agi cū bis mulieribus, quibus breuiori tempore, hoc eſt biduo, vel triduo, non excedit fol.31.col.1.l.B.
Ariſtoteles & Galenus in eo conueniunt, quod viri ſemen efficientis cauſa, menſtrua verò materialis rationem habet. fol.57.col.1.l.C.
Ariſtoteles 1. de generatione animalium c.19. & 20. in fœminis contendit nullum adeſſe ſemen, vel ſterile, atq; inutile fol 60.col.1.l.A.
Ariſt. & eius ſequaces putāt ex ſolo viri ſemine, vt effectiuo, & ex ſanguine menſtruo, vt materia generari fatū. fol.60. col. l. A.
Ariſtoteles 4. de gene at. animalium n l eſſe ait, quàm carnem mulieris, vtero c nc p s, cui planè cōſentit Galenus. fol.75 col 2.l.D.
Ab Ariſt.4.meteor.multa, ac præclara eſſentiā putr. dinis exactiſſimè declarantia tradita ſūt, tā à Græcis, quā à latinis recepta, à Gal. potiſſimū 1.de differ. febr.ū, & ab Alberto Magno 4.meteor.mirum in modum amplificata fol.132 col.1.l.B.
Ariſtoteles 4. meteor. ſcriptum reliquit putredinē eſſe cōtrariā generationi, er e do eſt ſecundùm naturam.fol.135 c 2 B
Ariſtoteles lib de iuuentute, & ſenectu nō decimaquarta ſectione problematum p o ſcriptum reliquit ieiunantium ſtomachos fieri æſtuoſos, & incenſos fol.208. col l.B.
Ariſtotelis vigeſima ſecunda problema n ſcriptum reliquit corpus temperatum n morbos ſæpius incidere, & ei iue è contra verò ſi intemperatū ſit, minu ro tat, ſed diffi liu curatur. fol 21 4. .B
Ariſtoteles exiſtimat lienem eſſe tanquam ur quoddam alterum, quod vagant mo res à ventriculo recipiat, eiſq, con uat. fol.372.col. 2.l. A.
Ariſt tel s 3 mora.ium Nicomachiorum ad magnas res conſultores adhibenas unt, nob s i ſis iffidentes, quaſi ſufficere ad diſcerner ſu ſoli nequeamus. fol. 463. c . 1. l.C.
Ar ſtoteles, cui conſentit Plutarchus, exiſtimat hanc affectionem à caliditate prouenire. f l.488. col.1.l.B.
Aromata conia ſ la caliditate febr m indu curt: hi addi poſſunt alimenta boni ſucci

& bonæ ſubſtantiæ, ſed propter aliquos putrefactionis modos æquale vitium prædictie acquirunt, et fortè etiam peius. fol. 207. col.1.l.E.

Arteria ſi quandoq; erit ſecanda, conſideranda ſunt ſingula, et diligentius quidem, tum ob difficultatem mittendi ſanguinis ex arteria, tum quoq; ob raritatem operationis. fol.482.col.1.l.E.

Arteriæ in magna illa diuaricatione, quæ ad os ſacrum eſt, ſe obſeruaſſe mihi retulit Franciſcus Hidermar Germanus Monacenſis, dum eſſe Patauij, et videret Anatomen factam à Iulio Caſſerio. fol. 497. col. 2. l.A.

Athenæus, & Auicenna ſcribunt propter vſum aliquem, ſed non propter eundem, verum potius, vt aliqua ſimilitudo, & conuenientia appareret in vtroq; ſexu in prima membrorum conformatione. fol. 60. col. 2. l.E.

Auerrois.3. colliget dicit, quod prouocans vrinam, prouocat etiam et menſtrua, cui ſubſcribit Valleſius in hiſtoria Lariſsæ. fol.55. col.2.l.A.

Auerroes ſcriptum reliquit muliebrem hiſtoriã quandam cuiuſdam mulieris ſuæ vicinæ, quæ iurauit ſe concepiſſe in balneo, in quo antea vir ſemen emiſerat. fol. 60. col. 1. l. D.

Auerroes deliramentum, quod voluerit, tum ob membri virilis longitudinem, et refrigerationem ſemen infoecundum reddi. fol.64. col.2.l.E.

Auerroes dicebat nullam aliam eſſe cauſam molæ, quàm debilitatem naturæ, & corruptionem digeſtionis, priuationiſq; vltimæ coctionis. fol.77.col.1 l. A.

Auerrois rationes ne quicquam roboris contra Galenum habere, imò ſententia, quam ipſe ſibi tribuit, eadem eſt ac illa Gal. fol 152. col.2.l.B.

Auerroes tertio colliget ſcriptum reliquit in principio naturã nondum materiam contraſtat, quia vel uti ſuffucata eſt, hinc nihil ad vrinam deſcendit, quo poſſit aliqua ex prædictis diſpoſitionibus decerni. fol. 218. col.2.l.E.

Auerroes lib.3.colliget, & Valleriola, lib. 4. ſuarum enarrationum, enarratione tertia affirmant fieri poſſe à vitellina, et eruginoſa, aut etiam porracea. fol.233,col.2. l.C.

Auerrois ſcribit hanc Galeni ſententiam eſſe veluti cantilenam quandam, et rationem accidentalem, ipſe verò exiſtimat hunc effectum prouenire à nimia partium caliditate, à qua alimentum, quod debet conuerti in partium ſubſtantiam, caleſcit, quo calefacto augetur caliditas totius corporis, hinc percipitur annotatio illa incompreſſa. fol.448. col.2.l. A.

Augenius hic putat lib. 5. de febribus cap. 12. non poſſe fieri hanc febrem, niſi à bile tenuiori, nõ ab ea, quæ eſt in venis, quæ nõ facit febrem, ſed diſponit ad faciendam febrem. fol.233.col.2.l.C.

Augenius ex aduerſo contrarium defendit, nempe ſanguinem non eſſe mittendum, niſi in ſanguinis vitio præſente plenitudine. fol. 419.col.2.l.D.

Augmentum, ſeu incrementum febris eſt hora, in qua mouetur caliditas innata ad reſiſtendum materiæ motu manifeſto. fol.217. col. 2. l.C.

Auicennas lib.3. ſcriptum reliquit menſtrua ſemper in qualitate, & quantitate ſua, in tempore ſuo, ſecundum conſuetudinem ſuam, in omni periodo eſſe cauſam ſanitatis mulieris, & mundificationis eius ab omni nocumento. fol.29.col.1.l.D.

Auicennas ſcriptum reliquit intemperies, quæ ſunt cauſa ſuppreſſionis, duas eſſe ſimplices, frigidam ſcilicet, & ſiccam, necnon calidam, & ſiccam. fol.37.col.1.l.C.

Auicennas, & Aliabbas, & alij plerique dicunt, in ſemine emittendo maiorem voluptatem percipere mulieres, quàm viros. fol. 63. col.1.l.C.

Auicennas non abſtinet in hora impregnationis à hiera Gal. à pilulis fœtidis, atq; à elyſteribus mundificantibus matricem: ſed Auicennas audacior videtur; nam præſidia hæc videntur potius ſummam perniciem afferre, tam matri, quàm fœtui. fol. 88. col.2.l.B.

Auicennas concedit à pituita poſſe fieri circuitus tertianarios, & quartanarios. fol.159 col.2.l.D.

Auicennas in aſſignando ordine complexionum, atq; gradu in ordine ad febres, non videtur conuenire cum Galeno, fol.211. col. 1.l B.

Auicennas complexiones corporum, earumque tractationem ad duo capita reducit, ad corpora parata, & non parata ad febres ſuſcipiendas, & non ſuſcipiendas. fol.211. col. 1.l.C.

Auicennas cur dixit non apparere ſigna coctionis in principio, nec diſpoſitionis contra-

traria, & non dixit non apparere ſigna coctionis, nec eruditatis? fol. 218. col. 2. l.C.

Auicennas lib.4.fen 1. ſcriptum reliquit, quod morbi ſtatus cognoſci non poſſit, niſi poſtquã abijt. fol.219.col.2.l.B.

Auicennas tres affert differentias febris tertianæ, nempe continuam, periodicam & ardentem: periodicam diuiſit in exquiſitam, & non exquiſitam, ſeu in puram, & non puram, quam nothbam, ſeu ſpuriam vocant. fol. 230.col.1.l.D.

Auicennas diuiſit bilem non naturalẽ in duas differentias; vnam ſic dictam, quod aliquid propria natura admiſcetur, alteram verò, qua citra alterius rei admixtionem mutatur a propria natura. fol: 230. col.2. l.D.

Idem Auicennas diuidebat bilem in duas differentias, vnam, quam vocabat maioris famæ quando admiſcetur illi pituita, alteram verò appellauit minoris famæ, quia ei admiſcetur melancholia, fol. 230. col. 2. l. E.

Auicennas lib. de virtutibus cordis tractatu ſecundo non modo gallinarum, ſed perdicum oua ſummè laudat, eo quod temperata ſint, & citò in bonum ſanguinem conuertantur, & quia pauci ſunt excrementi, viresq; cordis reſtaurari valeant. fol. 242.col. 2. l. B.

Auicennas ſcribit in ardente febre, non adeſſe acceſſiones: Galenus è contra 2. de criſibus cap.6. ſcribit nullum adeſſe genus febrium putridarum continuarum, quod non habeat acceſſiones. Solutio eſt, quod acceſſionum euenientium febribus ardentibus biliosis aliæ ſunt manifeſtæ cum rigore, & frigore, vt ſunt omnes tertianæ, exquiſitæ præſertim, aliæ verò immanifeſtæ. Galenus loquitur de acceſſionibus manifeſtis; Auicennas verò de immanifeſtis. fol. 273. col. 2.l.D.

Auicennas non modò febrem ardentem indicãs eſſe aquæ frigidæ potus ait, verum etiam ipſius cauſam, quæ eſt bilis. fol. 279. col. 1. l. D.

Auicennas tantum aquæ ad bibendum febrienti concedit quouſq; membra frigore tremãt, colorq; corporis ad colorem viridem tendant quaſi ſanguis ſit velut mortificatus, fol.281. col.2.l.C.

Auicennas ſcribit ſuper aſſumptos tamarindos dormiendum: non probo ſententiam Iacobi de partibus dicentis poſt tamarindos eſſe dormiendum, quia à tamarindis exiſtimat poſſe aliquam nutritionem prouenire; nam medicamentum vincit, alimentum vincitur. fol.286. col. 1.l.C.

Auicennas hanc febrem ad humorales redigit, & de ipſa tanquam mediæ cuiuſdam naturæ inter ephemeras, & humorales putridas ſeorſum habet. fol.318.col. 1.l.D.

Auicennas continuam quotidianã appellauit laticam. Saxonia inquit eſſe dicta à latendo, quod lateat, vt vix & cum difficultate cognoſci poſſit. fol.332.col.1.l.A.

Auicennas verò hanc febrem ad phlegmaticas reducit, eamq; eſſe dicit, in qua calor reperitur intus adurens, & partes corporis exteriores frigent. fol.349.col.2.l.E.

Auicennæ epiala eſt febris, in qua intus in internis partibus frigus, exterius verò calor. fol.350.col.1.l.C.

Auicennæ opinio de febre quartana eſt, quod generetur ex melancholia naturali tam alimentali, quàm excrementitia. fol. 372. col.1.l.D.

Auicennas ſcribit non modò venarum oſcula, & cauitates occludi, verum villos, atq, curſus. Sunt qui dicant voluiſſe Auicennam per villos venarum intelligere paruas, atq; capillares venas, quæ expoſitio magis ingenioſa, quàm vera. fol.416. col.1.l.D.

Auicennas ad vtranq; reſpicit plenitudinem, & primò ad illam corporis totius. fol.420. col.2.l D.

Auicennas ſcribit apertè quod ſi obſtructio fuerit ex craſſis humoribus, non egemus ſanguinis miſſione ſuperflua, id eſt phlebotomia, neque euacuatione exuberante. fol. 421. col.1.l.A.

Auicennas vomitoria laudat, quibus per ſuperius os ventriculi poſſit materia euacuari. fol.429.col.1.l.D.

Auicennæ opinio non modo inguinum inflammationem, ſed omnium glandularum corporis pro bubone habet. fol. 431.col.2.l.D.

Auicennas ſcribit febres illas, quæ apoſtemata ſequuntur, quoties ab antecedente cauſa fiunt eſſe putridas, & febres quidem ſequentes ea, vt plurimum eſſe ephemeras, & ſi non ſunt ephemeræ, ſunt malæ. fol. 432. col.1.l.B.

Auicennæ doctrina niſi oſcitanter legatur, vera eſt, neque contradictione implicita, ſemperq; loquitur de febribus ſequentibus apoſtemata, quarum aliæ ſunt putridæ aliæ ephemeræ, & aliæ etiam malignæ. fol.432. col. 1.l.E.

Aui-

Auicennas iubet in hac febre mittendum eſſe ſanguinem, quod ſanè fieri poteſt duplici de cauſa, tum vt euacuetur ſanguis, & tum quoq; ut prohibeatur ferri in partem bubone affectam. fol.433.col.2.l E.

Auicennas prima primi 4. adduxit ſpecies humiditatum: primam eſſe dixit in regione venarum capillarium; ſecundam, quæ à ſanguine fit: tertia eſt nutrimentum: quarta humiditatem eam appellauit, quæ à primordio noſtræ generationis ſingulas partes ſeruat continuas, & gluten quibuſdam dicitur. fol.437.col.1.l.D.& E.

Ex Auicennæ ſententia prædicatur in genere de omnibus humiditatibus naturalibus, quæ tres præcipuè ſunt; videlicet ros, cambium, & gluten, ſeu humidum radicale; magis tamen propriè de glutine dicitur. fol. 440. col.1. l.E.

Auicennas notat in hecticis calidiorem reperiri locum eum, qui ſummitatibus digitorum tangitur circa arteriæ, & venæ tactæ regionem. fol.446.col.2 l.B.

Auicennas cauſas cruditatis ad tria capita reducit, nempe ad cibum, ad receptorem, & ad ea quæ accidunt cibis. fol. 489. col, 2, l.B.

Auicennas ſcriptum reliquit cruditates non modo eſſe, chronicarum ægritudinem matrem, ſed etiam eſſe malignarum originem. fol.490.col.1.l.C.

Authores tam recentiores quàm vetheres tenēt quod et quinto menſe, et vltra vndecimum poſſit vitalis fetus produci, vt Auicennas et Petrus Aponenſis qui ſcribunt non nullas mulieres peperiſſe quandoq; vndecimo quarto menſe. fol.84 .col 1.l.B.

Authores multi Ariſtotiles doctrinam de putredine multis verbis conſpurcarunt. fol, 132.col.1.l.B.

Author.4.acutorum alio modo dicebat de alui fluore in cauſo legitimo, et alio modo in illegitimo: in priori dixit eiectiones eſſe pallidas duplici ratione, tum quia bilis tenuis fuerit, tum quia febris vrens augeatur à flaua bile. fol.364.col.2.et 1.l.A.

Auxilia deſumuntur à triplici illo medicinæ inſtrumento, dicta nempe pharmacia, atq; chirurgia, nec eſt neceſſarium et primo incipiamus magis ab vno, quàm ab altero. fol.480. col.2.l.C.

Auxilia ſunt in duplici differentia, alia lenitiua, quæ, et benedicta dicuntur al a ſolutiua, et eradicatiua, ſeu electiue purgantia appellata. fol.382. col.2.l.D.

B

B*Alnei ex Galeno 8.method.med. cap.2. & lib.10.c.10 plures erant partes, prima erat mora in aere calido, ſecunda lauatio in aqua calida, tertia lauatio in frigida, quarta erat ſudor, qui vel frictione, vel vnctione excitabatur. fol. 434. col. 2. l.E.*

Benedictus Victorius, qui tam in Bononienſi, quàm in Patauino *Gymnaſio Medicinam cū ſua laude interpretatus eſt, de quotidiana ſcribit opus eſſe, vt cognoſcamus materiam, an vrgeat, an verò ſua copia moleſtiā faciat fol.344.col.1.l.B.*

Benedictus V*ictorius inter noſtri temporis prælicantes eximius in curando maraſmo proponit clyſteres nutrientes, ſeu reſumptiuos, fol.459.col.1.l.D.*

Bibentes aquam paludoſam, aut fæculentam, ſiue ex lacunis, aut piſcinis, vel alio modo corruptam, ab imminente febre conſeruari nequeunt. fol,207 col.2.l.B.

Bilioſus humor, ſi putreſcit extra vaſa, vel ſolus putreſcit, vel admiſcetur ei pituita, aut melancholia. fol.199.col.1.l.D.

Bilioſos nonnulli voluerunt humores omnes febres producere, nullas fieri à pituita ſalſa; alimentum enim in bilem conuertitur legitimo cauſo, non autem in illegitimo. fol.365. col.1.l.B,

Bilis ſyncera putrefacta extra vaſa facit febrem tertianam fol.233.col.1.l.E.

Bilis ſi dandum eſt frænum, quod non eſt neceſſarium, nullum poteſt magis aptum reperiri, quàm humor ille, qui habeat contrarias qualitates. fol.253.col 2.l. A.

Bilis eadem, ſi in venis putreſcit remotioribus à membris præcipuis, producitur febris tertiana continua proportionata, tam ſimplex, quàm duplex, tam exquiſita, quam notha, non ſecus atque dictum fuit, capite de tertianis intermittentibus. fol.270 col.1.l.A.

Boethij vxor hac affectione laborans conuocatis multis medicis cum Galeno pro conſultatione exiccandum eſſe non ſolum vterum, verum vniuerſum corpus. fol. 55. col. 2. l. A.

Boulimos à Galeno 2. aphoriſmor. 21. accipitur pro ingenti fame. Galenū ſectatus eſt. Palus egineta: & Trallianus, Auicennas verò appellauit famem vaccinam. fol. 485. col. 2.l.D.

Boulimum Galenus definiuit eſſe animi defe-

ctum

ctum propter imbecillitatem vinum, & primo de cauſis ſymp. ſcripſit eſſe ſymptoma ex indigentia ſimul imbecillitate, & frigiditate loci ortum. fol.485.col.2.l.E.

Boulimos eſt in duplici differentia, vnus eſt cuius eſſentia collocatur in magna fame, ex Auicenna appellatus fames vaccina: & Galenus ſcripſit prouenire à cauſa externa, ideſt à frigiditate, eſſeq; caſum virtutis. fol. 486.col.1.l.A.

Boulimos alter, eſt animi defectus cum alimenti indigentia. fol.486.col.1.l.A.

Bruta animantia mammarum ſitum in inferiori ventris parte obtinent: at habentia cornua, aut vngulas ſolidas inter foemora mãmas habent. fol.101,col.1.l.B.

Bubonis nomine in doctrina Galeni intelligendæ ſunt glandulæ illæ, quæ ad inguina ſunt, vnde idem Gal. lib. 1. ad Glauconem 2. bubones, illas inflammationes, quæ prædictis glandulis eueniunt, appellat. fol.431 col.2.l.C.

C

CAcochymia in frigida non eſſe mittendum ſanguinem, & multo minus in illa, quæ facit quotidianam exquiſitam, quia ipſa euenit naturis frigidis, tempore anni frigido, in hyeme, & iis qui victus ratione frigida, ac vita otioſa vtũtur. fol. 348.col.1.l.B

Caleis exemplum à Galeno allatum eſt, vt nobis denotet affectum ſimilem, quo ad caliditatem. fol.448.col.2.l.B.

Caliditatem accendi extraneam in partibus ſolidis dupliciter contingit: vel ſcilicet in neruoſa, & membranoſa ſubſtantia: vel in quarta humiditate, quam humidum ipſarum appellant. fol.441.col.1.l.B.

Calor ambientis ſua vehementi actione ſequitur humidi euaporationem, & tandem putrefactionem. fol.141.col.1.l.D.

Calor natiuus agit in materiam non naturalem, vt quod ex toto putruit, abiiciat, quod autem ex toto non putruit, corrigat. fol.152.col.1.lit.D.

Calor natiuus à Galeno modò appellatur ille, qui in ſanguine menſtruo, & ſemine ſubiectatur, modò qui in ſanguine venali, & ſpiritu, aliquando verò in ſolo ſpiritu, nonnunquam etiam in omnibus iam dictis fol. 175.col.2.l.D.

Calores ex Galeni ſententia plures ſunt in noſtro corpore, quod ab omnibus philoſophis, & medicis receptum eſt, vnus dicitur natiuus, alter aduentitius. fol.175.col 2.l.E.

Caloris innati tertia portio ea eſt, quæ in omnibus membris corporis noſtri remanet, thermon emphiton ab Hippocrate dicta & à noſtris calidum implantatum fol.176. col.1.l.A.

Calor implãtatus à calido influente conſeruatur, & niſi ab eo refocillaretur, non poſſent vlla partium fieri operationes; nam ab hoc calore tanquam ab efficiente fiunt omnes corporis operationes. fol.176.col.1.l.A.

Caloris, qui in ſemine, & ſanguine mẽſtruo reperitur, quod à primordio generationis ingreditur primam membrorum conſtitutionem, dum in vtero efformamur, prima eius portio eſt, quam Hippocrates archigonon appellauit: caloris innati altera portio, quæ poſita eſt in ſanguine venali, & ſpiritu, ab hepate, & corde fluens, in ipſiſq; genita eſt, calor natiuus, ſed influens vocatur, fol.176 col.1.l.A.

Calor influens eſt in ſanguine venali, & ſpiritu arteriali, deinde implantatus calor perficitur, & conſeruatur ab influente, vnde influens videtur habere rationem efficientis, implantatus verò perfectibilis. fol.176. col.2 l.C.

Calor implantatus eſt in ſemine, et ſanguine menſtruo, à quibus fiunt omnes corporis partes, quibus efformatis remanet in illis inſitus, et complantatus calor. fol.176. col.2. l.B.

Calor implantatus mouetur à centro ad circumferentiam, et è contra à circumferentia ad centrum, nunquam partem deſerens, cui implantatus eſt. fol.179. col.2.l.D.

Calor, qui in ſpiritibus præter naturam accenditur, poteſt eſſe multus, non tamen acris, quemadmodũ vbi in tenuiori ſanguine parte accenditur, ſed ſi in humoribus, aut partibus ſolidis incendatur, tunc et multus, et longè acrior percipitur. fol 400. col. 2. l.D.

Canalis in penem inſculptas, præbet [illegible] litatem, et ſemen ad vterum deducat fol. 5. col.2.l.D.

Calor influens à centro ad circumferẽtiam mouetur à iecore, & corde, in quibus generatur, & ad partes reliquas quaſi impulſus. fol.176.col.2.l.D.

Capiuaccius lib. de febribus cap. 16. Aute. ſermonem inſtitutum eſſe ait in hunc modum: apoſtemata tempore febris, vel præcedunt febrem, vel ipſam ſequuntur: ſi ipſa apoſtemata præcedant, febres ephemeræ, vt pluri-

maxim

mum oriuntur; atque ſi apoſtemata ſequantur febres huiuſmodi ſunt putridæ. fol.432 col.1.l.D.

Cardanus 2. de ſanitate tuenda c. 7. ſcriptum reliquit piſce nam ab ſucci bonitatem nihil ea præſtantius, quamuis Authore Galeno de bonitate, et uitio ſuccorum ſcribat minus alere quam panis. fol.308.col.2.l.B.

Carnis tria genera, quemadmodum nomine conueniunt, ita quoque ſunt partes corporis noſtri viuentes, quia & ipſæ nutriuntur. fol.439 col.2.l.A.

Carnes quædam ex ſemine, aliæ ex ſanguine, & ſemine fiunt, ex Galeno 1. de ſemine, vbi ait: parenchymata, quæ habent ſub rubrum colorem, facta ſunt ex ſanguine menſtruo, & ſemine. fol.439.col.2.l.B.

Carnoſæ partes Gal. Authore 3. method. med. cap.3. variæ ſunt: primum carnis genus ex ſanguine generatur, & ex eodem ſanguine nutritur. fol.439.col.2.l.B.

Carnes, quæ album colorem præſe ferunt, à ſolo ſemine ortũ ducũt. fol.439.col.2.l.D.

Caro aliarum omnium partium, vt venæ ortum ducit a primordijs generationis, à ſemine ſimul cum fibroſa & membranoſa. fol. 439. col.2.l.E.

Caro, quæ propriè à Gal. & Auicenna fuit appellata humidum innatum, ſeu humiditas radicalis. fol.440 col.1.l.A.

Carnes, quæ ex ſanguine, & ſemine fiant, egent maiori alteratione, ideo ex rore nutriuntur. fol.440.col.1.l.B.

Carnis nomine id ſignificauit Galenus lib. 10. meth. med. quod primo de differ. febrium intellexit per natiuam humiditatem. fol.440.col.1.l.C.

Carnoſa pars ſi parum conſumitur, fit illa ſecunda ſpecies hecticæ, quæ media eſt inter primam, et tertiam Gal. Authore. fol.441. col.2.l.C.

Caſeatio lactis in mammis tempore foetus in lucem editi, eſt tumor præter naturã mãmarum à lacte indurato, atque concreto factus actionem lædens. fol.110. col.2.l.D.

Cauſa, ſiue Galenum, ſiue Auerroem ſequamur ob quam contingit non omnes febres putridas vnica acceſſione terminari, ſed pluribus ſuccedentibus. fol.148.col.2.l.B.

Cauſæ procatarcticæ aliæ ſunt exteriores; aliæ, quæ progreſſæ, vel manifeſtæ dicuntur, febres ephemeræ ſequuntur, et exteriores, et manifeſtas, quia apoſtemata, à quibus prodeunt, vel ab exterioribus procedunt, vel à manifeſtis. fol.432.col.2.l.B.

Cauſarum primitiuarum, ſiue per ſe, ſiue per accidens calefaciant, aliæ ſunt, quæ exterius corpori noſtro occurrunt, vt calor, ſiue ab igne, ſiue à ſole proficiſcatur, vel ab alia cauſa, aliæ à rebus, quæ intra corpus noſtrũ aſſumuntur, vt ſunt cibi calidi, vel pharmaca. fol.401.col.2.l.B.

Chorion membrana à Græcis dicta, multæ venæ, & arteriæ in ipſa generantur, quæ tandem in grandioris caudicis ramos coeunt, deinde duæ aliæ tunicæ in brutis, & totus foetus formatur. fol.56.col.1.l.E.

Chriſtophorus Auiga ſcriptum reliquit hunc Ariſtotelis locum eſſe vitiatum. fol.30.col. 1.l.E.

Cibus quando in ventriculũ ingeſtus fuerit, ſtatim vbi ſecundum naturam ſe habet ventriculus, eum complectitur. fol. 487. col. 2. l. B.

Coagulatio ex Ariſtot. quædam à calido fit, vt ſal, quædam a frigido tantum, vt cryſtallus, quædam ab vtroque, nempe calido, & frigido, vt thus, & ſimilia. fol. 59.col. 2.l.D.

Cognitio flatus duplex eſt, vna coniecturalis, altera demonſtratiua, & certiſſima. fol. 219.col.1.l.D.

Coitus immoderatus, & ebrietas tanquam cauſæ externæ ſterilitatis virilis ſunt. Satis inciſæ venæ poſt aures vir. ſteriles reddunt ex Hippocrate, de aqua, aere, et locis. fol. 66.col.2.l.B.

Colis, ſeu membrum virile, non dilatatur ventris in modum, quia repletur, ſed è contra repletur, quia dilatatur, non ſecus, atque arteriæ. fol.6.col.2 l.A.

Colis actio trifariam læditur, non ſecus atque omnes corporis actiones læduntur, abolitè diminutè, & deprauatè. fol.7.col.1.l.E.

Colis patitur duobus modis, per eſſentiam, & per conſenſum: per eſſentiam quando patitur intemperiem frigidam, & humidam: per conſenſum autem. fol.8.col.1.l.A.

Collegiãdi ars inter alias medicinæ partes, quæ medicos doctos, ab indoctis diſtinguit fol. 462. col.1 l.E.

Collegians debet determinare, an morbus propoſitus ſit magnus, & vehemens, & in quonam genere magnitudinis fuerit. fol. 472.col.1.l.A.

Collegians debet verbis claris exprimere, an morbus propoſitus ſit malignus, an verò benignus. fol.472.col.2.l.E.

Collegians hæc omnia præcognouiſſe, ac ſcire debet, vt inde ſtatim poſſit robur morbi viribus robore opponere, ac ſuum iudicium, de

de euentu proferre. fol.478.col.2.l.D.
Collegium omnibus his recte obſeruatis, & præcognitis poteris et [illegible] quo ſe ſæpe enarrationem fol.480.col.1.l.E.
Collegiam in administranda. aut proponenda in dicamentorum ratione non debet de omnibus eodem modo pertractare, ſ. a inprim. recurrere ad indicans vrgens. fol. 483. col.1.l.C.
Combuſtio differt à putrefactione, quia putrefactio duplex principium ſuæ corruptionis habet combuſtio vero vnicum tantum. fol. 137. col.2.l.A
Combuſtio poteſt dici eſſe præter naturam, & violenta putrefactio verò modò naturalis modo nonnaturalis. fol. 138. col.1. l.A.
Complexiorum aliæ ſunt ſimplices aliæ compoſitæ: ſimplices ſunt calida, frigida, humida, & ſicca; combinata, ſeu complicata ſunt calida, & ſicca, calida, & humida; frigida et humida; frigida, et ſicca.
Complexiones calida, et humida pronæ ſunt ad febres putridas: nulla eſt propterea inter Galenum, et Auicennam contrarietas cum diuerſimode loquantur. fol.213. col. 1.l.C.
Complexiones ſunt tanquam diſpoſitiones corporum ad ſuſcipiendas febres, quamuis aliæ ſint, quæ eadem corpora ad febres ſuſcipiendas diſponant. fol.214.col.2 l.E.
Conciliator, eiq; Hermolaus Barbarus conſentit dicens [illegible] per ſe calefacere; nam inquit idem [illegible] et ineptos, quare per ſe eſt calida, per accidens eſt refrigerans. f. 74. col.2.l.D.
Conciliator differentiam cum [illegible] et plerique [illegible] reſpondent, quod in partu naturali dies critici à principio morbi, in non naturali a partu ſunt numerandi. fol 94. col.1.l.D.
Conceptus à [illegible] ſemine à [illegible] fuit, ſi partus fœmina per [illegible] quando genitura [illegible] excedit tunc illa ſeit qua die intra ſe [illegible] concepit, Hipp. fol.57.col.2. l.C.
Concipiendi inſtrumenta indita ſunt cum voluptatis ſenſu, [illegible] hac ratione omnia animalia, [illegible] rationis expertia, et ætate tenera [illegible] inſtituta procurant, [illegible] ſit [illegible]. fol.63.col.1.l.E.
Con[illegible] medica ad diſtinguendos medicos [illegible] ab ignaris neceſſaria eſt fol.462. col.2.l.F.
Coniunctor nuncius de rebus neceſſarijs agit: ſed de illis, quæ ab hominibus fieri poſſunt. fol.464.col.2.l.C.
Conſumptio efferueſcentiam ſequitur, nihil his verbis Galenus innuere [illegible] ſecundum gradum, nam conſumptio illa [illegible] progrediens, vel conſ[illegible] ſecundam [illegible] ditatem ſimul cum tertia ex toto, vel vſque ad aliquem terminum. fol. 441. col. 1. l.B.
Cordis elementa [illegible] ſequitur virtutis debilitas, & languor. fol 441. col. 2. l.B.
Cordis virtus imb[illegible] redditur, tum caloris, tum etiam ſi [illegible] huiuſmodi eſt illa tertia [illegible] quam in partibus ſordidis [illegible] Galenus ſe affixam. fol 4[illegible] .E.
Cornelius Celſus [illegible] quedam eſſe auſpicandum [illegible] intelligere [illegible] ſuæ conditus eſt [illegible] qui a Romanis dicitur [illegible] fol. 379. col. 1 l.C.
Cornelius Celſus in huiuſmodi febriculis proponit naugatinem, et [illegible] fol 452. col.2 l.B.
Corpora calida et ſicca, [illegible] et humida diſpoſita ſunt ad omnes febres in genere ſuſcip[illegible] calida tamen, et ſicca magis pro[illegible] ad varias acutas, et [illegible] fol. 213.col. [illegible].B.
Corpora temperata facilius incidunt in febres, quàm intemperata [illegible] facilius ab [illegible] liuuntur. f.l.214.col.2. .B.
Corpora ſenis [illegible] frigida, et [illegible] minus putredini [illegible] ſunt, [illegible], et ſicca ſint. M[illegible] ambæ iſtæ qualitates [illegible] repugnant. fol. 214 col. 2.l.D.
Corpus glandoſum ad radicem penis ex[illegible], triplicem producit vtilitatem, vna [illegible] ad excitandam venerem; ſecunda, vt in [illegible] ejaculatio percipiatur tertia [illegible] meatum vrinarium madore aſpergas. fol.3. col.2.l.B.
Corpus membr[illegible] genitalis virilis ex duobus ligamentis conſtat, vt erigi poſſit, ſub quo eſt canalis quidam membraneus, qui ſemini, et vrinæ aſcitur communis canalis. fol. 4. col.1.l.C.
Corpus temperatum, cum habeat cum febre affinitatem, ſequitur, quod magis, et facilius a febri, quàm intemperatum afficiatur. fol.214.col.2.l.B.
Corruptio dicitur, et de via, et de termino ad quem

quem, quod à Galeno vndecimo methodi medendi cap. 8. apparet, & ab Ariſtotele loco præcitato. fol 135. col. 2. lit. D.

Cruditas apparet in febribus ſalubribus; coinquinatio verò in febribus exitialibus. fol. 218. col. 2. lit. D.

Cucurbitæ natibus applicatæ ſæpe conferre ſolent materiam deriuando, & reuellendo. fol. 16. col. 1. lit. D.

Cucurbitas ait Galenus, ſi mulieri per hæmorrhoidas ſanguis fluat, commodè deriuare ad venas vteri. fol. 42. col. 1. littera A.

Cucurbitis, & de hirudinibus ſtatuendum eſt, vt ea explicentur eleganter. quæ ante, et quæ poſt facienda in hoc inſtrumento veniunt. fol. 482. col. 2. lit. B.

Curationem reſpiciunt indicationes, indicata, hoc eſt auxilia, & rectus vſus trium inſtrumentorum, nempe diæta, pharmacia, et chirurgia. fol. 233. col. 1. lit. A.

Curationis, exiſtimo aduerſus vulgi opinionem, maximam partem poſitam eſſe in recta, et ordinata victus ratione. fol. 377. col. 2. lit. C.

D

DEclinatio eſt hora, in qua calor naturalis perfectè obtinuit victoriam ſupra morbificam cauſam. fol. 217. col. 2. l. D.

Decubitus ſupinus arterias calefacit ad colem delatas, quæ erigunt colem. fol. 14. col. 2. lit. A.

Definitio putredinis Ariſtotelis declarat naturam putredinis in vniuerſum, non ſecus atq; definitio febris Auicennæ declarat eſſentiam, & naturam ipſius febris. fol. 134. col. 2. lit. A.

Definitio ex Ariſtotele 2. poſterior cap. 5. eſt oratio clara ipſius quod quid eſt eſſe rei ſignificans. fol. 174. col. 1. lit. C.

Definitiones in accidentibus ita tradi debent, vt ab omnibus intelligantur, nec ſatis eſt dicere in definitione febris rem contineri in potentia, ſed opus eſt, vt formaliter contineatur, et apertè declaretur genus. fol. 174. col. 1. lit. C.

Definitiones accidentiũ ita tradi debent, vt ab omnibus ſcholaribus intelligantur. f. 174. col. 1. lit. D.

Dies pares in tritæophya, etſi mitiores videantur, ſunt tamen peiores, quia à malignitate, et praua cacochymia ſuffocatur calor innatus. fol. 293. col. 2. lit. C.

Dioclis ſententia fœminas ſæpè coeuntes rarò concipere, vel quod ſemen non emittant, vel paucum, vel quia deſtituuntur prolificis, vel quia vterus exſolutus ſemen non retinet, aut quia intemperatur. fol. 69. col. 2. lit. E.

Dioſcorides lib. 2. cap. 17. de hoc colubri ait proprium exuuium veris tempore per viam deponens hominibus vtilis, et proficuus redditur, et ni fallor, hic ſerpens is eſt, qui apud Italos biſcia, de quo rurſus dicebat Dioſcorides ſenectam anguium vino decoctam aurium dolori prodeſſe. fol. 289. col. 1. lit. C.

Diſpoſitiones corporum deſumuntur à complexionibus, ſeu à temperamentis. fol. 210. col. 2. lit. E.

Diſpoſitum eſſe corpus ad febres ſuſcipiendas nihil aliud eſt. quam habere potentiam, & impotentiam naturalem ad febres, quæ à complexionibus eorundem corporum proueniunt. fol. 210. col. 2. lit. D.

Dolor vbi ſit vehementiſſimus in aliqua corporis parte, ſi nulla alia ſit via, qua auferri poſſit, tunc vtimur narcoticis. fol. 483. col. 2. lit. B.

Donatus ab Altomari de medendis febribus, ſcripſit hunc calorem adſcititium quatuor modis ab innato differre, nomine videlicet, eſſentia, qualitate, et operatione. fol. 177. col. 1. lit. B.

Dyſenteriæ ſolent quandoque fieri à materia ſalſa, quando videris febrem eſſe ardentem cum ariditate linguæ, ipſiuſq; ſalſedine, et cum inexplebili ſiti, dicas eam eſſe ex ſalſa pituita. fol. 365. col. 2. lit. B.

E

ELementa poſſunt duobus modis conſiderari, vel vt ſunt corpora ſimplicia, et in ſuis regionibus ſecundum ſe tota, vel vt ſunt mixta alijs corporibus, primò modo non corrumpuntur, quia non putreſcunt, ſecundò modo putreſcunt. fol. 139. col: 1. lit. E.

Eorum, quæ ad noſtrum corpus referuntur, alia ſpectant ad animum, alia ad coniunctum: quæ ad animum referuntur, ſunt ira, furor, triſtitia, cogitatio. fol. 402. col. 1. lit. A.

Epididimidis corpus ſuperiori parte vtriuſque teſtis incumbit, à quo vaſa abducentia producuntur, et ſemen deponunt in alia vaſa

ſeminalia. fol. 3. col. 1. lit. D.

Epiphanius de quouis morbo ſalubri, quod peior ſit in ſtatu in ſua eſſentia quàm in alijs temporibus aſſerit. fol. 227. col. 2. l. B.

Euſtachius Rudius lib. 1. de occultis morbis cap. 11. ſcribit poſſe de illis haberi aliquam cognitionem per indicationem, ſed de materia hac decade 8. tractatu de lapide bezaar, & contraherba. fol. 301. col. 1. lit. C.

Euſtachius Rudius lib. 3. de ſignis, & curatione intemperierum totius corporis, ad hunc ſcribit modum: unicam ex Galeni diffinitionem ſubijciemus examini, cum ſola inter reliquas, tum veriſſima, & perfectiſſime, tum breuiſſima, & maximè admiratione digna ſit. fol. 173. col. 2. l. D.

Euſtachius loquens paulò inferius de Auicenna definitione talia profert verba, ſed quidnam habet definitio, quam Auicenna prolixo ſermone tradidit, quod in breui, & lucidiſſima definitione Galeni virtualiter non contineatur? fol. 173. col. 2. l. D.

Euſtachius inquit impoſſibile eſſe, vt natiua caliditas ignea reddita ſit, & non ſit accenſa: quod dictum veriſſimum eſt apud doctos, & peritos: at iuuenibus in medicina vix initiatis hoc conſtare minime poteſt. fol. 173. col. 2. lit. E.

Excrementa, quæ in profluuio effluunt, gignuntur, vel vitio partium principalium nutritioni famulantium, vel vitio totius, quod per ſe non nutritur. fol. 54. col. 1. l. D.

Excrementitius humor melancholicus is eſt, qui poſtquam in hepate à calore naturali tranſmutatus eſt chylus in ſanguinem, ſecernitur à prædicto naturali extraq; iam celebrata coctione expellitur ad venam, quam portam appellant, à lieniſq; virtute attractoria per ramum portæ ſibi deſtinatum, tanquam per canalem attrahitur. fol. 371. col. 2. lit. B.

Excrementitius ſuccus melancholicus manifeſtat quartanam, quando lien percipitur tumefactus, atq; durus, nullaq; alia febris hanc præceſſerit. fol. 376. col. 1. lit. D.

Excreta. In hac febre in vrinis nullum ſignũ putredinis obſeruatur, vnde ſubſtantiæ craſſa, et cocta in principio ſunt, colore tamen paulo magis rubicundiore, quàm in vrinis ſanorum apparent. fol. 321. c. 1. l. A.

Experientia compertũ eſt plurimas mulieres eſſe, quæ ſingulo menſe expurgantur; è cõtra verò pauciſſimas, quæ tertioqueq; menſe tantũ purgationem habeat. fol. 31. c. 2. l. E.

Experientia quotidiana demonſtrat pituitoſa ſæpè degenerare in febres erraticas, quare Auicennæ ſententia digna doctiſſimorum virorum aſſenſu, non reprehenſione. fol. 373. col. 1. lit. B.

Experientia remedia inueniuntur quidem, ſed quæ ratione ſint comprobata. fol. 475. col. 1. lit. B.

F

F*Acultatem læſam vnum, et idem cum cacoethia eſſe aliqui exiſtimant. fol. 472. col. 1. lit. E.*

Facultatis retentricis, et complectentis probitas poſita eſt in his duobus, vt nullus locus relinquatur vacuus inter cibum, & ventrem; deinde, vt tempus concoquendi, et amplectendi cibum idem ſit. fol. 487. col. 2. lit. C.

Fames canina ex Galeno fit ex vitioſo ſucco ventriculi os pungente, atque ſenſum inferente ſimilem ſuctui. fol. 488. col. 2. littera E.

Febribus in intermittẽtibus mitior pars eſt totius circuitus, apyrexia Græcè, infebricitatio latinè, ſeu intermiſſio: in continuis verò endoſis, latinè remiſſio. fol. 147. c. 2. l. C.

Febres putridæ non omnes vnica tantum acceſſione, vt ſynochi conſtant, et cur quæ pluribus conſtans per circuitum repetant. fol. 155. col. 2. lit. B.

Febris Auicennæ definitionem probarunt, quotquot in publicis Academijs totius Europæ, Italia præſertim docuerunt, non ſolum Arabum doctrinam, et Græcorum ſequentes. fol 173. col. 2. lit. C.

Febris definitio, quam tradidit Auicennas, et nos interpretati ſumus, vera eſt à communi omnium conſenſu probata. fol. 173. col 2. lit. D.

Febris in definitione Galeni, ait Euſtachius, id proponere omninò ſuperfluum erat, nempe genus, cum habeat febrem eſſe conuerſionem natiuæ caliditatis ad igneam naturam, ſat eſt ſimpliciter, et virtualiter contineri. fol. 174. col. 2. lit E.

Febris vbi Euſtachius dicit cauſam efficientem non eſſe ponendam in definitione Galenica, manca igitur ea, et inutilis eſſe apparet, quod omnes definitiones debent conſtare ex materia forma, et efficiente. fol. 175. col. 1. lit. A.

Febris in Auicennæ definitione, quod ponit pro genere Saxonia, non poteſt eſſe genus. fol. 175. col. 2. lit. B.

Fe-

Febris concludimus definitionem Galeni declarare eſſentiam, & formam ipſius febris, non autem vt dicebat Augenius ſolummodo modum generationis. fol. 194. col. 2. littera E.

Febris eſſentia, & natura poſita eſt in calore, qui tribus modis conſiderari poteſt. fol. 197. col. 2. l. E.

Febris ephemera non poteſt diuidi in alias febris ephemeræ differentias, cum ſubiectum vnicum habeat. fol. 197. col. 2. l. E.

Febris diaria, cuius ſubiectum vnicum eſt, non poteſt diuidi in alias febris ephemeræ differentias. fol. 197. col. 2. l. E.

Febres, quas putridas vocamus, cum ſubiectum habeant multiplex, & æquiuocum, ab eius diuerſitate innumeræ deſumuntur differentiæ. fol. 198. col. 1. l. D.

Febres quædam putridæ ſunt, ſed à putredine excellenti ortum ducentes, quæ in duplici adhuc ſunt differentia, cum aliæ ſint peſtilentes veræ, aliæ non veræ. fol. 199. col. 2. littera B.

Febres nonnullæ dantur, quæ pro ſubiecto partes ſolidas habent, & à Medicis vocantur hecticæ. fol. 199. col. 2. lit. C.

Febrium differentiæ accidentales à Galeno ſunt in duplici differentia; aliæ dicuntur propinquiores eſſentialibus, aliæ verò remotiores. fol. 202. col. 1. lit. D.

Febris morbus ea eſt, intra quam, & ſuam cauſam nihil mediat. fol. 203. col. 2. l. A.

Febres aliæ ſiunt ſine ordine, à Plinio ſtatæ, & erraticæ dicuntur; Celſus eas vagas appellat. fol. 203. col. . lit. C.

Febris, vt febris eſt, ſuapte natura eſt ſemper morbus, ſed appellatur ſymptoma, quando ſequitur aliquem morbum, ſimilitudine quadam; nam vera ſymptomata ſemper ſequuntur morbum. fol. 203. col. 2. lit C.

Febris eſt quid præter naturam, cauſa finali caret, ſed de illis cauſis agendum, quæ calorem ignis accendere conſueuerunt, id eſt ea omnia, quæ calorem augere poſſunt in corpore humano fol. 204. col. 1. lit. D.

Febris cauſa in corpore ſunt vicinia corporis, ſeu cōtactus rei calefacientis, deinde eſt motus tam animi, quā corporis, tertiò eſt putrefactio, quartò prohibita tranſpiratio, quintò cibus, & potus calidus fol. 204. col. 1. littera B.

Febrem boni cibi nimia quantitate aſſumpti facere poſſunt, ſi adſit prohibita tranſpiratio, ad quam ſequitur plenitudo primum, deinde ſubſequitur febris. fol. 207. col. 1. lit. B.

Febris periodica, vel eſt pura, vel non pura, ſiue exquiſita, vel non exquiſita, continua, vel ardens, vel acuta, vel neque ardens, neque acuta, ſed tertianæ naturam referens, quæ continua naturam tertianæ referens dicitur. fol. 232. col. 2. l. D.

Febris ad cognitionem pertinent præſentia, & futura; præſentia ſunt definitio, cauſa, & ſymptomata: futura ſunt euentus, modus, atq; tempus. fol. 233. col. 1. lit. A.

Febris tertianæ proprium ſymptoma eſt pungitiuus, & acutiſſimus rigor, in inſulto primo, ſeu in paroxiſmi, aut acceſſionis initio. fol. 236. col. 1. lit C.

Febre in tertiana exquiſita curanda duæ inſurgunt indicationes, vna à febre; altera à cauſa. fol. 244 col. 2. lit. D.

Febre in tertiana exquiſita, in qua indicans eſt, & permittens, quod eſt virium robur, mittendus eſt ſanguis. fol 252. col. 1. l. B.

Febris tertiana notha, à Galeno dicitur ſimpliciter tertiana notha, cuius acceſſiones longitudine ſuperant quatuordecim horas, & attingunt quindecim, & ſexdecim. f. 255. col. 2. lit. C.

Febris tertiana notha, aut illegitima eſt febris putrida, ortum ducens à mixtione bilis, & pituitæ extra vaſa putreſcentis. fol. 256. col. 2. lit. A.

Febris hæc in longum protrahi ſolet ad quadraginta dies, & aliquando extenditur ad ſex menſes vt Galenus docet in illo iuuene, qui cæpit febricitare in principio autumnalis æquinoctij, & attigit finē æquinoctij vernalis. fol. 260. col. 1. lit. C.

Febres, quæ ex bile putreſcente intra vaſa ſunt, ſiue ea ſyncera fuerit, ſiue non ſyncera, neceſſe eſt, vt ſint continuæ febres, quæ inter ſe tamen differunt pro locorum diuerſitate, nam ſi venæ ſint magnæ, & præcipuis proximæ, febris illa producitur, quam Græci cauſon, Latini ardentem vocant, & concluſam. fol. 270. col. 1. lit. A.

Febres ardens eſt duplex, vna quæ ſynochos dicitur, altera verò, quæ cauſos appellatur, ſeu ardens. In prima febre, ſiue ſynochos ſit putris, expectanda eſt coctio, in ſecunda verò, nempe in febre ardente, nulla expectata coctione, danda eſt aqua potio. fol. 280. col. 1. lit. E.

Febrium tritæophyarum maligna eſt cacochymia, & multiplex: vires acquirunt eundo;

diebus criticis exacerbeſcunt, grauiſſimis ſymptomatibus ægros cumulant: denique nihil ſit; nihil apparet in huiuſmodi febribus, quod me'n non magis ægrotos, & medicos terreat, quàm ſpe bona conſoletur. fol. 288. col. 2. lit. E.

Febre de tritaophya loquens Ludouicus Duretus lib. 1 de coacis prædictionibus ad hunc modū ſcribit: febres tritæophyæ ſunt natura malignæ, & idea, magnitudine, more, & motu periodico, uniuerſali, & particolari. fol. 288. col. 2. lit. E.

Febres, quæ de tertio in tertium exaſperantur multæ sūt, vt hemitritæus, ſeu ſemitertiana, tertiana tam continua, quàm intermittens, necnon, & tritæophya, licet cum differentia. fol. 289. col. 2. l. A.

Febris tritaophya nomen deductam eſt à nomine Græco phŷ, vel à verbo phyo, quod produco, vel genero, aut etiam imitor ſignificat, ita vt nihil ſonet tritæophya, niſi febrem imitantem tertianam ſignificem f. 289. col. 1. lit. A.

Febrem hanc non deſunt, qui à ſerpente nomine ophis deriuent, quem adeo venenoſum putant, vt ſuo morſu ſtatim hominem vita priuet. fol 289. col. 1. lit. B.

Febrium tritaophyarum incertos appellat rigores Hippocrates, qui medio febris curſu exacerbantur: valdè maligni medium curſum vocat Hippocrates medium iter periodi particularis, quæ horis quadraginta octo abſoluitur. fol. 292. col. 2. littera B.

Febres erraticæ ſunt in duplici differentia: aliæ dicuntur erraticæ per ſe, aliæ per accidens: per ſe dicuntur à Cornelio Celſo vagæ, à Plinio ſtatæ, quæ veniunt abſque ordine: has attactos euenire ſcripſit Hippocrates. fol. 292. col. 1. lit. C.

Febres erraticæ per accidens illæ ſunt, quibus contingunt incerti rigores, qui medio febris curſu exacerbantur. fol. 292. col. 1. l. D.

Febres tritæophyæ ex diuerſorum humorum cacochymia fiant, quorum calidior pars acutam febrem accendit frigidiore interim putreſcente, per cuiuſque febris importunitatem natura quieta eſſe non poteſt. fol. 293. col. 2. lit D.

Febris tritaophya, quæ per initia paroxiſmos graues habet diebus paribus, aut diuturnitatē morbi, aut peſſimam criſim ſexto die venturam indicat. fol. 296 col. 1. lit. D.

Febribus in tritaophŷs eſt ſimul cū putredine malignitas, quæ comparata febri rationem vrgentis habet, & quandoque talem, vt ſit opus malignitati obuiam venire. fol. 297. col. 1. lit. B.

Febrium quatuor primæ differentiæ exoriuntur, nam ſi febris in ſanguine accenditur, ſit febris ſanguinea, ſi in bile bilioſa, ſi in pituita pituitoſa, ſi in melancholia melancholica. Sanguinea dicuntur ſynochæ: bilioſæ ardentes, & tertiana: pituitoſa quotidiana, ad quas pertinent aliæ, vt lypiria, & epyala: melancholica verò quartana dicuntur, quibus ſubiacent quintana, ſextana, et quæ ſunt huius generis. fol. 198. col. 2. lit. A.

Febris in curatione ægrotantes ab immūditŷs, quantum fieri poteſt, cuſtodire ſe, debent, indumenta, & ſupellectilem, quibus vtuntur, nitida habere debent, vnde non poſſum ſatis admirari conſuetudinem illam vulgarium ſuperſtitioſam, medicorumq; multorum timiditatem, qui non modò tunicas, aut lecti ſyndones inunctionibus, emplaſtris conſpurcatas, & ſordidas immutare prohibent. fol. 299. col 2. lit. C.

Febre hac qui laborāt, aliquando appetitus deiectionem patiuntur, atque ideo cogendi ad alimentum accipiendum, quamuis ſemper in pauca quantitate; magnam enim copiam alimenti perferre nequeunt. fol. 306. col. 2. lit. C.

Febri tritaophya multis modis aquæ pro potu parantur, præſertim fontanæ quæ optimæ ſunt ſtillatæ, aut in quibus diſſoluta ſit iulapŷ violacei aliqua copia, aut mi[illegible]ta [illegible] vino granatorum, vel cum ſucco [illegible] commendari ſolet. fol. 307. col. [illegible] A.

Febris maligna in principio non contraindicat ſanguinis miſſionem; in principio enim febris maligna præſente mitcante, & permittente mittendus eſt ſanguis. fol. 309. col. 2. lit. D.

Febris hæc vnicam tantùm facit acceſſionem, mouetur autem, vel ſemper ſeipſam augendo, vel ſemper ſeipſam imminuendo, vel ſemper vniformis, & vndequaque ſibi ſimilis apparet: prima ſpecies dicitur epacmaſtica; ſecunda dicitur paracmaſtica, & tertia homotona vocatur. fol. 318. col. 2 lit B.

Febris nouum quodam genus à putridis, & ephemeris diſtinctum conſtituere videtur Galenus; ſiquè tantum in vniuerſum primas febrium differentias conſtituit ephemeras, putridas, & hecticas. fol. [illegible]8. col. 1 lit. E.

Fe-

Febrium varietas ex diuerſa ratione inflammationis, & reſolutionis pendet; nam quando accidit ſic inflammari, vt maior fuliginum copia ex inflammatione ſuſcitetur, quàm diſſipetur, epacmaſtica oritur, quando res ſecus paracmaſtica: vbi verò aqualis ſit reſolutio generationis, dicitur homotona. fol.318.col.2.lit.C.

Febrium pituitoſarum, ſeu phlegmaticarum, tres ſunt differentiæ, prout pituita, à qua ortum ducunt, triplex eſt differentia, ad quam omnis pituita ratio refertur. fol.331. col.1.lit.B.

Febris quotidiana cauſam ex Gal. ſtatuimus eſſe pituitam putreſcentem, quæ pro loci diuerſitate, in quo putreſcit, modò continua, modò interpolata efficitur, ſiue alimentalis, ſiue excrementitia ſit. fol. 333. col. 1. littera C.

Febris lypiriæ alterum genus eſt illud, de quo in præſenti loquitur Auicenna, cum quo Galenus; ita vt ex parte lypiriæ nulla ſit diſcrepantia inter Galenum, & Auicennam. fol.350.col.2.lit.C.

Febris ſyncopalis videtur potius eſſe ſymptoma quoddam conſequens malam intemperiem oris ſuperioris ventriculi. fol.358.col. 1. lit.C.

Febris humoralis cauſa eſt materia craſſa pituitoſa in ventriculo exiſtens quæ ortum ducit à nauſeatiua ſatietate, his præſertim contingens, quibus os ſuperius ventriculi ad admodum debile, & languidum eſt. fol. 359.col.1.lit.B.

Febricitare incipiunt, vbi maxima crudorum ſuccorum copia vna cum oris ventriculi offenſione, vel ex cruditatibus, vel alia quapiam occaſione congeſta ſit. fol. 359 col.1. lit.C.

Febris ſyncopalis non poteſt fieri niſi os ſuperius ventriculi malè afficiatur. fol. 359. col. 1. lit.C.

Febris ardens illegitima ſit à ſalſa pituita in venis magnis putreſcente, cum alui ſolutione, ſiti magna, lingua ſicca, aſpera, ſalſa, vrinæ interceptione, vigilia, & extremarum refrigeratione. fol. 363.col.2.lit.B.

Febris legitimus cauſus ex amara ſit bile; illegitimus verò ſit ex ſalſa pituita: eſt & aliud ſymptoma, nimirum aluus ſoluta, de quo quidem in legitimo non ſit mentio; nam Hippocrates tex. 4. de cauſo legitimo, dicit deiectioneſque, & liquida, & pallida fiunt. fol.364.col.1.lit.C.

Febris hæc cauſus illegitimus appellatur ardens ob accidentia communia, quæ habet cum vera ardente, nempe linguæ ariditatem, et ſiccitatem, nec non ſitim magnam. fol. 365. col.2.lit.B.

In hac febre ſi vtamur calidis, augebimus febrem, et quod in hoc casu notatione dignum eſt, calore adaucto magis pituita ſalſa redditur, quapropter cenſent magis diluendam eſſe hanc pituitam cum frigidis, et humidis. fol.366. col.2.lit.D.

Febris quartana poteſt omnes ætates, et omnes naturas indifferenter corripere, vt ſunt pueri, puellulæ, iuniores, qui habitus ſunt ſanguinei, aut pituitoſi, vel bilioſi. fol.370. col.1.lit.D.

Febres quartanas rarò fieri inde eſt, quod diſcuſſio febrium ad hoc genus pertinentium vix à medicis pertractetur, aut conſideretur, cum tamen Galenus, et plerique Græci de quartana febre agant. fol. 370. col.2. lit. D.

Febris quartana eſt putrida ortum ducens à melancholia, ſeu ab humore melancholico. fol.371.col.1.lit.A.

Febris quartana non primò ſtatim die cum rigore inuadit vehementi, ſed progrediente febre, atq; aucta vnaque rigor augetur. fol. 373. col.2.lit.D.

Febris quartana ex alimentali melancholia facta cognoſcitur à totius corporis temperie, ab autumnali tempore, et hyemali, et ab antecta vita. fol.376.col.1. lit.B.

Febris quartana ſit à ſucco melancholico naturali, ſiue alimentali, ſiue excrementitio, dummodo nullus adſit tumor, aut antiquata obſtructio in liene; omnium febrium ſecuriſſima eſt, & longiſſima. fol.376. col. 2.lit.B.

Febres quartanæ lienis tumorem durum ſequentes ſunt, et difficiles curatu, et etiam lethales, quemadmodum illa, quæ hepatis tenſionem, et vitium comitantur. fol. 377. col.1. lit.C.

Febres iſtæ, de quibus eſt ſermo, à quibuſdam ſed rarò, et per longa tempora fuerunt inſpecta. fol.389.col.2.l.D.

Febrium harum omnium cauſam eſſe melancholiam putreſcentem quidem, ſed ſecundum ipſius maiorem, et minorem quantitatem. fol.390.col.2.lit.D.

Febres, quæ dicuntur morbi, poſſunt componi cum febribus ſymptomaticis: neque Galenus voluit dicere febres ſymptomaticas in ſua eſſentia eſſe compoſitas. fol. 391. col.2. lit. D.

Febres hectica, quamuis poſſint ratione materiæ componi, vt potè hectica cum putrida; nihilominus maior difficultas eſt in compoſitione febrium putridarum. fol. 391. col. 2. lit. E.

Febres quædam ſunt, quæ conueniunt inter ſe generis ratione, atq; materia, in qua accenduntur, vt in exemplo febris tertianæ continuæ conuenit ratione materiæ, & generis, nempe continuitatis cum tertiana intermittente: differt verò generis ratione, et ſi reſpectu materiæ conueniat. fol. 391. col. 2. lit. E.

Febris continua cum intermittente, tum ſua ipſius materia, tum alterius, et cum continua alterius vnitur: exemplum primæ diuiſionis, vt tertiana continua cum quotidiana continua: exemplum ſecundæ diuiſionis, vt febris tertiana cum quotidiana, aut quartana: exemplum tertiæ diuiſionis, vt continua quotidiana cum intermittente tertiana, vel quartana, aut quotidiana intermittente. fol. 392. col. 1. lit. B.

Febrium compoſitiones eodem docente Galeno fiunt duobus modis, vnus à Græcis dicitur fieri per epiplochin; alter verò per craſim, ideſt per confuſionem. fol. 392. col. 2. littera B.

Febres ſi complicantur, etiam ſi continua vna ſit, altera intermittens, nomen retinent à materia, vt tertiana continua cum intermittente appellatur febris continua compoſita. fol. 392. col. 1. lit. C.

Febris vera igitur ſemitertiana eſt continua compoſita ex quotidiana continua, et tertiana intermittente. fol. 395. col. 1. l. B.

Febris huius cauſa eſt materia pituitoſa, & materia bilioſa: pituitoſa putreſcit in venis; bilioſa verò extra vaſa, inde eſt, quod ratione pituitæ eſt continua, ratione verò bilis poteſt dici intermittens. fol. 396. col. 2. lit. C.

Febris ſynocha duplex fieri poteſt differentia, prout ſanguis incaleſcit abſque quod putreſcat, et ſeruetur ſine putredine, vel putreſcat. fol. 401. col. 1 lit. C.

Febris ephemera vel ſemper, vel vt plurimùm ducit à cauſa procatarctica, hoc eſt ab euidenti, aut exteriori. fol. 403. col. 1. littera B.

Febris ephemeræ tota ratio curationis ex prohibita tranſpiratione per victus rationẽ fit, quæ eſſe debet boni ſucci, facilis coctionis, nec multum nutriens, ſi adſit plenitudo: at ſi adſit humorum craſſities, oportet, vt habeat nonnihil aperientis. fol. 418. col. 2. lit. E.

Febris hectica vltimus terminus primi gradus eſt, quando tota prima humiditas eſt conſũpta, cum ſecunda efferueſcentia: ſecundus verò gradus, quando hæc conſumitur, vt ſcribit Galenus lib. 8. methodi medendi. fol. 440. col. 2. lit. E.

Febris hectica prima ſpecies, ſeu differentia, ſeu gradus eſt, quando iam conſumpta eſt prima humiditas: id eſt ros, efferueſcente iam ſecunda, nempe cambium; nam in vnaquaque ſpecie adeſt plurima latitudo diſpoſitionis ſecundùm magis, & minus, fol. 440. col. 2. l. E.

Febris hectica poſtremus gradus eſt, quando à calore diſſipantur fibroſæ, & membranoſæ partes, quod lib. de differ. febr. ad hunc modum Gal. declarauit. fol. 441. col. 1. l. A.

Febre in hectica conſumptio primæ humiditatis cum efferueſcentia ſecunda eſt vltimus terminus primæ differentiæ, quæ facillimo negotio poteſt curari, quod virtus cordis nondum aliquid mali perpeſſa ſit. fol. 441. col. 1. l. A.

Si primo modo, tunc cordis particulæ, quæ ſunt veluti elementa illius, ſicciores redduntur, at alimenti inopia tenuiores, & tunc cordis virtus imbecilla redditur, fol. 441. col. 1. l. C.

Febris hectica in hunc ſe habet modum, vt in prima ſpecie calor accendatur in rorida illa humiditate, ſecundumque magis, & minus adſint diuerſæ differentiæ, fol. 441. col. 2. l. E.

Febris hectica poſtrema differentia eſt, quando humidum adeo conſumitur, vt partes ſummè exiccentur, & fit febris illa, quæ eſt facilis cognitionis, et difficilis curationis, fol. 442 col. 1. l. B.

Febribus in maraſmodes dictis, colliquantur quidem pinguedines, ſed recentes, quæ nihil aliud ſunt quàm pars cambij conuerſa in humidum radicale. fol. 442. col. 2. l. [illegible].

Febris hecticæ definitio, quæ eſt febris [illegible]ſa in partibus corporis ſolidis, tres ſunt gradus, aut differentiæ. fol. 443. col. 1. l. D.

Febris hectica fieri poteſt à principio [illegible] præcedente febre, et poteſt poſt aliqu[illegible] ex prædictis febribus euenire. fol. 444. [illegible] 1. l. E.

Febris hecticæ tertia illa ſpecies, quã maraſmũ appellamus, non modò ſequitur prædictas febres, ſed multarum partium tabes, quem-

quemadmodum cordis in primis, vt ait Auicennas. fol.445.col.1.l.C.

Febres concludimus continuas acutas in omni tempore poſſe habere compreſſas annotationes; hecticas verò nunquam, niſi ab aſſumpto cibo, nec vera eſt annotatio, ſed conſtitutio ſimilis annotationi. Si vultis hanc rectè agnoſcere, ſequenti die obſeruare poteritis, num ab aſſumpto cibo reuertatur, quae ſi contingat, clarum eſt iam hecticam eſſe. fol.448.col.1.l.A.

Febribus in calidiſſimis, ſi carnes molles cum adipis copia fuerint, ſenſim liquantur. fol. 449 col 2.l.E.

Febris hectica triplex ſpecies ex Galeno: prima rorem conſumit, & eſt ex eodem facilis cognitionis. fol.450 col.2.l.B.

In curanda hac febre duae ſunt indicationes, vna deſumitur à morbo, altera à virtute. fol. 451.col.1.l.E.

Finis, cur facta ſit caro, multiplex eſt, vt primo de vſu part. habetur; facta eſt enim ad conſeruationem, ad propugnaculum, & ad tegumentum aliarum partium, fol.439.col. 2.l.C.

Flatuum copia poteſt cruditatem inducere ſuſpendendo alimentum in ventriculo contentum. fol.490.col.1.l.B.

Fluor mulieris eſt deſtillatio vteri diuturna, per quam totum corpus expurgatur, & inter deprauatas vteri fluxiones reponitur. fol.53.col.1.l.A.

Fluxus immoderatus menſium diuerſus eſt à fluxu muliebri; nam in primo affectu fluit ſanguis, qualis per menſes, ſed immoderatius; in fluore muliebri non fluit ſanguis, ſed excrementa aquoſa, & varia. fol. 47. col.1.l.E.

Foemina habet pudendum, & vterum: pudendum quidem ad recipiendum membrum virile; vterum verò ad recipiendum ſemen eiaculatum à pudendo virili. fol. 4. col. 1. l.E.

Foetus humanus duas tantummodo membranas habet, quibus inuoluitur, nempè chorion, & amnion, bruta verò praeter chorion, & amnion habent membranam illam vocatam allantoidem, quae eſt illa membrana, quae per vracum recipit vrinam à veſica. fol.56.col.1.l.E.

Fernelius euidenter hanc partem recipit, contra verò lib.7. de hominis procreatione affirmat foeminam ex ſeipſa aliquando ſine viro molam producere. fol. 76. col.2.l.D.

Foetus ſi naſcitur ante ſeptimum diem, ortum illius dicas eſſe ante tempus debitum, & intempeſtiuum; hinc dicitur abortus, vel aborſus. fol.84.col.1.l.C.

Foetus ſi mortuus fuerit in vtero, quamprimum medicamentis tam internis, quàm externis vtendum, & vſque ad ferra deueniendum eſt. fol.92.col.2.l.B.

Franciſcus Valleſius, lib. controuerſiarū, controuer. 4. ſcribit ab Hipp. epidemiorum hiſtorias ſcriptas non fuiſſe, vt praeceptore; ſed vt obſeruatore, quia enarrabat tantum hiſtoricè, & experimenta captabat, vt ſententias poſtmodum in aphoriſmis, & prognoſticis exponeret, fol. 95. col. 1. littera E.

Franciſcus Perrellus lib. de febribus intermittentibus ſcribit ſe reperiſſe, ſeu falsò veram rationem ex Anatome, huius quaeſiti vltimi. fol.161.col.1.l.E.

Franciſcus Valleſius Galenum admiratur hoc loci, qui fieri potuit, vt tantam capiat de obſcuritate Hippocratis admirationem, cum per ſorbitiones attractorias poſſimus etiam intelligere medicamenta ſub forma potus, quae trahendi facultatem habent, fol. 368. col.2.l.B.

Frigiditas ſi domi[illegible]etur in corpore, acida, & cruda fieri poterit pituita: ex hac igitur pituita in ventriculo genita, continua, ac interpolata fieri poteſt quotidiana, vnde primo ad Glauc. cap.5. quotidianam rarò aduenire, quin os ventriculi patiatur. fol. 333. col.1.l.C.

Fructus nonnulli conueniunt, qui citò coquuntur, & putredini reſiſtant, nec tam facilè corrumpantur, inter quos fraga connumerantur. fol.242.col.2.l.D.

G

Galenus lib. 14 de par. vſu, et 2. de ſemine, ſcribit omnes partes, quae ſunt in viris, eſſe in mulieribus. fol. 5. col. 1. littera E.

Galenus libro de praecognitione ad Poſthumum 16. ſcribebat, propter vxam Borty vxorem profluuio vteri laborantem 400. aureos reportaſſe. fol. 28. col. 2. lit. B.

Galenus libro de ſanguinis miſſione 18. ſcriptum reliquit, ante tempus eruptionis menſium mittendum eſſe ſanguinem per quatuor dies, ex vena poplitis, vel tali. fol.41. col.2. lit.B.

Galenus idem ſcribit lunam determinatum tem-

tempus menſtruorum in mulieribus conſiruare. fol. 41. col.2. lit.D.

Galenus 6. epidemior. ſectione 3. mittit ſanguinem ex talo in illa muliere, qua per octo menſes paſſa eſt ſuppreſſionem menſium ad libram vnam. fol.41.col 2. lit.E.

Galenus propoſuit velle nos docere commodū vſum ſectionis venarum cubiti, et crurum, et dicit omnes partes ſuperiores thorace, et in thorace contentas iuuari ſectione vena in cubito. fol.51. col.1. lit.A.

Galenus ad Glauconem in inflammatione crurum venam in cubito ſecat, et in inflammatione partium ſuperiorum per inferiora ſanguinem ducendum eſſe iubet. fol. 51. col.2. lit.C.

Galeni eſt ſententia 5. methodi medendi, quod ea, quæ erumpunt per vterum deriuanda ſint, vel per aluum, vel per vrinam. fol. 52.col.1. lit C.

Galenus ait humores prædictos deriuari debere primò per aluum purgantibus, ſecundò per vrinam diureticis, tertiò per cutem frictionibus, et linimentis. fol.56.col.2.lit.B.

Galenus vult vtrumque ſemen concurrere dupliciter, nempe virum ſemen tanquam efficiens præbere, mulierem verò menſtrua, & ſemen non tantum pro materia, ſed etiam pro efficiente exhibere. fol. 57. col. 1. lit. B.

Galenus videtur irridere Ariſtotelem, qui naturam alids tantopere ſuſpectam habens ineptam hic credat. fol.59.col.1.lit.A.

Galenus ſcriptum reliquit in ſemine primum efficiens validū eſſe, materiale pauciſſimum; è contra in ſanguine menſtruo plurimum materialis, quo ad vim, & facultatem imbecillimum reperiri. fol.60.col.2.lit.D.

Galenus licet viſus ſit innuere fœminas ſine concubitu viri poſſe molam concipere, id ex aliorum, non ex propria tulit ſententia. fol.62.lit.A.

Galenus 14. de vſu part. ſcribit ſemen mulieris non ſeorſim agere, ſed coniunctim cum virili, ſimulq; vim agendi habere. fol.63. col.2.lit.C.

Galenus exiſtimauit aduerſus Auerroem aliam eſſe rationem finis putreſcentis, & aliam humoris, ex quo febris generatur. fol. 148.col.1. lit.B.

Galenus non aſſerit, quod particularis acceſſione inſultum faciat, ſed vult in interuallis acceſſionum vniuerſalium generari par excrementum ex pari alimento, à pari membrorum diſpoſitione. fol.153.c.2.l.G.

Galenus 2. de differ. feb. vltimo rationem reddit, cur acceſſiones quotidianæ citius repetant tertianis. fol.157.col.2.l.D.

Galenus libro ad Lycum cap.6. ſcriptum reliquit calorem hunc non agnouiſſe eum, neque alium ex antiquis. fol. 178. col.1. lit. B.

Galenus, & Auicennas idem ſentiunt, vbi is ait, quod febris ſit calor extraneus: ita omnes Authores idem volunt. fol.196.col. 2. lit. B.

Galenus ſummus philoſophus, & medicus alios medicos vulgares reprehendit, quod febrem in ſuas proprias differentias partiti ſint perperam, & abſque iudicio. fol.196. col.2. lit.D.

Galenus oſtendit motum arteriarum in corpore prohibere putrefactionem, ratione ſui motus, non autem dicit, quod ſi deficiat obedientia arteriarum inflationem, & tranſpirationem prohiberi. fol. 208. col. 2.lit.C.

Galenus 11. meth. cap. 4 tranſpirationis prohibita cauſam vnam affert, nempe adſtrictionem cutis, & uaſorum obſtructionem, quæ fit à craſſitie, & lentitie, & humorum multitudine. fol.208.col.2. lit D.

Galenus, & Auicennas eas cauſas febris tantummodo in medium attulerunt, quæ poſſunt in nobis calorem accendere, non ſecus atq; contingit in rebus exterioribus ignem accendi. fol.209.col.1.lit.A.

Galenus, & Aphrodiſeus ſcripſerunt Æthiopum corpora frequentiſſime à febre confici: propter igitur hanc corporum diſpoſitionum uarietatem, corpora ſecundum magis, & minus ad febres ſuſcipiendas parata. fol.210.col.2.lit.B.

Galenus dicebat libro 1. de diff. febr. cap. 4. oportere in toto ſermone de cauſis febrium hac memoria retinere, quod nulla cauſarum, ſine patientis diſpoſitione agere poſſit. fol.210. col.1. lit.D.

Galenus primo de criſibus tria affert principij ſignificata; primum eſt morbi inſultus, ſeu inuaſio; ſecundum tempus temporaneum appellat; tertium principium eſt temporis ſpatium morbi, in quo materia eſt cruda. fol 216.col.2.lit.C.

Galenus ſcriptum reliquit imbecillitatem virium eſſe cauſam longitudinis morbi; ſi igitur imbecillitas virium eſt cauſa longitudinis morbi, non poterit eſſe ſignum breuitatis, & acutiei morbi. fol. 221. col. 2. lit. C.

Ga-

Galenus lib. 1. de criſibus ſcribit, neque ſolam anticipationem, neque ſolam poſtpoſitionem ſignum eſſe, vel augmenti, vel declinationis. fol.223.col.1.lit D.

Galenus 1. de criſibus dicebat contingere aliquando duas acceſſiones ſibi æquales ſtatum circumſcribere, nonnunquam verò vnam. fol.223. col.2. lit.B.

Galenus lib. 2. aphoriſmor. dicit in morbi ſtatu ſalubris accidentia eſſe maiora, diſpoſitionem verò eſſe leuem. fol.226.col.2. lit.D.

Galen. lib. 1. de criſibus ſtatus febris cognoſcitur, quia citius, & fortius acceſſiones inuadunt, nam vbi maior eſt efferueſcentia, ibi maior eſt febris, ſed in ſtatu eſt maior efferueſcentia, ergo in ſtatu eſt maior febris. fol.227.col.2.lit. D.

Galenus, & Traliianus concedunt, ne dum carnes ſuum, ſed cerebrum, & pedes ad incraſſandam bilem, eamq; attemperandam. fol.242. col.2. lit.C.

Galenus lib. de bonitate, & vitio ſuccorum ſcribit, quod niſi melones aluum ſtatim ſubeant, corrumpuntur, et humores ex corruptula hac faciunt, qui non longè à mortalibus venenis abſunt. fol.243. col.1.l.C.

Galenus ſcriptum reliquit duriores fieri pulſus, quod magis in dies pituita ab intimis partibus ad extimas attenuata à calore diffunditur. fol.258.col.2.lit.E.

Galenus, & Auicennas ſcribunt vrinam à principio crudam eſſe in tertiana notha, diuq; durare abſque aliquo coctionis veſtigio, in hacq; febre obſtructiones fiunt magnæ, caloriq; ſua frigiditate maximè repugnat. fol.259.col.1.lit.D.

Galenus dicebat primum aeris nos ambientis temperamentũ mutare corporis diſpoſitiones ad ſtatum ſibi ſimilem, deinde corpora, quæ a naturali conſtitutione receſſerint, particulari indigere auxilio. f.271.c.2.l. E.

Galenus lib. 9. methodi medendi dicebat aquam indicari à febre, hac autem cum ſit paſſio calida, & ſicca. neceſſariò indicat aquam, quæ eſt frigida, & humida. fol.279. col.1.lit.C.

Galenus de tritæophya loquens dicebat, quod dum adeſt in corpore, accendit alios humores, qui putreſcunt, & putrefacti inducant aliam febrem, quæ quo ad apparentiam remiſſior, quo ad eſſentiam valdè contumax eſt. fol.289 col 2. lit.C.

Galenus oſtendit tritæophyas exaſperari de tertio in tertium, quaſi [illegible] ſolis hoc nomen competat, quod die ſingulo exaſperentur; eſt quia non ſolùm vnam imitantur, ſed duas tertianas continuas, ſiue ad inuicem corriſpondentes. fol.290.col.1. lit.D.

Galenus lib. epidemior. 2. tex. 25. & ſequentibus particularem medendi hanc febrem rationem attingit, ſed quibuſdam ſolum præceptis vniuerſalibus eius curationem terminat. fol.296.col.2. lit.C.

Galenus, quando magnam hanc febrem appellat, reſpicit ad quantitatem caloris, non ad qualitatem acrem, & mordacem, quia magna potius ratione quantitatis caloris, quã qualitate; ſicut ex aduerſo ardens potius ratione quantitatis quã qualitatis nominari debet. fol.328.col.2.lit.C.

Galenus inquirit, an ſi ſanguis accidat putreſcere, poſſit periodum facere qualem periodum ſit ſequutura ipſa febris; reſpondet exemplo pleuritidis, quod tertianarum. fol.328.col.2.lit.E.

Galenus 2. de differ. febr. cap.6. à pituita dulci ſcribit oriri hanc febrem, quam appellat quotidianam: à pituita ſalſa fit illa ſpecies febris ardentis, illegitima à Galeno dicta: ab acida verò generatur illa ſpecies febris, quæ epiala appellatur. fol. 331. col.2.lit.A.

Galenus 1. ad Glauconem ſcribit nunquam obſeruatum eſſe iuuenem calida, & ſicca complexionẽs paſſum fuiſſe quotidianam. fol.333.col.2 lit.D.

Galenus 2. de criſibus cap.3. loquens de pulſibus quartanarum, dicebat, quando quartana inuadit, & iuuenis fuerit ægrotus, talis ſit arteriæ motus, qualis ſit in ætate decrepita, ſed iſti ſunt minores, quàm eſſe poſſunt. fol.334. col.2.lit.A.

Galenus 1. ad Glauc.c.12. omnem huius febris curationẽ, nempe quotidianæ ad tria capita reuocat, primũ verſatur circa alterãtia medicamenta, ſecundũ circa ventriculi corroborationẽ, quod in ſtatu agendum eſt; tertiũ verſatur circa materia pituitoſæ extra corporis eductionem. fol. 342.col.2. lit.D.

Galenus nuſquam ſcripſit febrem quotidianã fieri à ſalſa pituita, ſed benè falſum cauſonem. fol.343.col.1.lit.B.

Galenus 2.de diff. febr. cap. 6. ſcribit febrem epialam eſſe, in qua ægrotantes ſimul febricitant, & rigent, caloremque, & frigus eodem tempore, in quauis corporis particula ſentiunt. fol.350.col.1.lit.B.

Galenus licet diſtinxerit lipirias ab ardẽtibus, quas malignas appellant, nihilominus adeo

conuenire ad inuicem oſtendit. fol. 350. col. 1. lit. E.

Galenus lib. 12. meth. med. cap. 1. dicebat, quod ſi vno remedio tum ſymptoma liniri, tum morbus curari poterit, id non erit ſymptoma reſpicere, aut ſymptomatis cauſa remedia ſumere. fol. 358. col. 1. lit. D.

Galenus 10. methodi medendi pluribus capitibus de febris ſyncopalis cauſis ita loquitur, vt duplex ſit febris ſyncopalis differentia, vna qua humoralis, altera ſubtilis appellatur. fol. 359. col. 1. lit. A.

Galenus 12. methodi medendi cap. 5. dicebat ventriculum ob exquiſitum ſenſum, tum alia ſymptomata non pauca, tum verò ſyncopem accerſire, quæ nihil aliud eſt, quàm præceps virium lapſus, aut reſolutio. fol. 359. col. 1. lit. E.

Galenus 12. methodi medendi cap. 6. de curatione ipſorum loquens dicebat priores eſſe euacuandos aſſiduè, & paulatim, iſtos verò eſſe paulatim, & aſſiduè nutriendos, quia in illis ſit ſpirituum oppreſſio, in iſtis verò reſolutio. fol. 360. col. 2. lit. E.

Galenus in 13. commentario hanc deiectionem perpendens, dicebat pituitoſum humorem, neque facilè excerni, neque febrem augere, neque ſitim ardentem habere. fol. 364. col. 1. lit. D.

Galenus videtur reddere rationem huius diuerſitatis, quia inquit, qui patiuntur illegitimum cauſum, non reguntur potu. fol. 364. col. 2. lit. C.

Galenus quatuor prerogatiuas tribuit pituitoſo humori, prima, quod facilè nõ excernatur, ſecunda quod febrem non augeat; tertia quod ſitim ardentem non habeat ille, qui patitur febrem, quarta quod neque in ſpiritum vertatur. fol. 364. col. 2. lit. E.

Galenus laudat vinum dulce tanquam ceteris craſſius, vt auxilietur natura ad expellendos pituitoſos humores in bronchijs contentos. fol. 367. col. 2. lit. D.

Galenus 3. de locis affectis diuidebat humorem melancholicum ſecundum ſubſtantia varietatem. fol. 371. col. 2. lit. D.

Galenus ſecundo de criſibus ſcripſit, quod qui tertianam à quartana primo ſtatim die neſcit diſtinguere, neque omnino medici meretur nomen. fol. 376. col. 1. littera A.

Galenus proponit in curatione febrium quartanarum victum boni ſucci, & facilis coctionis, qui vbi habeat medicamentoſam qualitatem, ea debet eſſe frigida, & humida. fol. 378. col. 2. lit. D.

Galenus ſcriptum reliquit, quod certis diebus medicamentum, quod Diatrion pipercon, & diaſpoliticum dicitur, ſit aſſumendum. fol. 379. col. 1. lit. B.

Galenus 1. ad Glauconem loquens de curatione febris quartanæ per pharmaciam, in primis verbis ipſius capitis ſcribit, non oportere febrem quartanam ruditer in principijs tractare, ſed blande, & molliter. fol. 380. col. 2. lit. C.

Galeni mens eſt, vt curetis in hac febre aluum mollem reddere, ſi talis ſponte non ſit. Sunt, qui exiſtimant poſſe vſurpari lenientia medicamenta. fol. 380. col. 1. litt. D.

Galenus lib. 1. ſectione ſecunda tex. 7. de morbis vulgaribus dicebat, quemadmodum Hippocrates lib. præſagiorum omnem abſoluit de diebus decretorijs, & de circuitibus diſputationem; ita nuſquam de quintanis, vel ſeptimanis, vel nonanis meminit, non modò in præſagijs, ſed nè in aphoriſmis quidem. fol. 388 col. 2. lit. E.

Galeni præceptum, quod eſt, oportere medicum in operibus exercitatum rectè animaduertere, atque in praxi obſeruare, num huiuſmodi circuitus dentur, quos vbi re vera aduertat, concludendum eſt dari. fol. 389. col. 1. lit. D.

Galenus 2. de criſibus cap. 7. appellat febres compoſitas eas, quas ſymptomaticas vocant. fol. 391. col. 1. lit. C.

Galenus lib. 2. de different. febr. cap. 8. ad hunc ſcribit modum; ex febribus compoſitis quædam ſunt cum aliqua membrorum paſſione, quædam verò ſine: priores ſunt febres ſymptomaticæ, quia ſequuntur alicuius membri inflammationem. fol. 391 c. 1 l. D.

Galenus vult nobis oſtendere, quod febres, quæ ad compoſitionem veniunt, ſunt humorales putridæ, quarum aliquæ ſunt accidentia, quia ſequuntur partium inflammationem; aliquæ verò ſunt morbi propriè dictæ. Hæ autem febres ad inuicem poſſunt vario modo componi, tam per complicationem, quàm per confuſionem, quinimò in fine capitis poſſe ait ſymptomaticas componi cum alijs febribus. fol. 391. col. 2. lit. C,

Galenus 2 de diff. febr. 7 ſemitertianā hanc febrē appellatam fuiſſe ſcribit [illegible] quotidiana continua, [illegible] eſt igitur hemitritæus [illegible]

febres

febris horrifica continua compoſita ex duabus ſimplicibus, nempe ex tertiana, et quotidiana, quemadmodum etiam innuimus cap. de tritaephya. fol.394.col.1 .lit. D.

Galenus 2. de differ. feb. cap. 8. videtur concedere eam eſſe ſemitertianam, non tamen veram: hæc autem duplex eſt, vna exquiſita, altera verò non exquiſita. Hemitritaeus *exquiſitus is eſt, in quo æqualis portio humoris pituitoſi, atq; biliosi reperitur. fol. 395.col.1.lit. A.*

Galenus meminit cuiuſdam iuuenis lib.8.methodi medendi cap.2. qui cũ ruri, ac balneo aſſuetus eſſet, ingreſſus eſt balneum aluminoſæ aquæ, quod aluulum appellabat, inde orta eſt febris ephemera ex aſtrictione. fol.402.col.2. lit.B.

Galenus pro potu omnibus febribus ephemeris vinum concedit album, ſubſtantia tenue, quod non modò coctioni opem ferat, ſed ſudores promoueat, at vberius ijs, qui ob curas, vigilias, ac moerores in febrem inciderunt. fol.415.col.1. lit.E.

Galenus, dum tractat de miſſione ſanguinis, ait nullis ſignis exiſtentibus, id eſt illius plenitudinis, quæ facit obſtructionẽ, in qua etſi nulla appareant ſigna, eſt tamen deueniendum ad ſanguinis miſſionem. fol. 420. col.2. lit.C.

Galenus loquitur hoc loci de ſanguinis miſſione reuulſiua, quæ in picrocolis, in quibus repletionis ſigna non adſunt, fieri debet, hoc etiam eſt, quod voluit Auzenius. fol. 422. col. 2.lit. A.

Galenum admiratur Trallianus, quod non modo diatrionpipereon concedat, ſed quod extra ventriculum admoueat purpuram nardino oleo, abſynthio, & maſtiche imbutam. fol.429.col.2.lit.E.

Galenus 8. meth. m.d. cap.6. ait, qui febre ephemera ex bubone febricitant, minimè medicos conſulere, niſi vel buboni, aut vlceri medeatur. fol.434.col.1. lit.D.

Galenus, & Auicennas de balneo in his febribus tam vſitato, Auicennas nihil, Galenus verò ſobriè de ipſo loquitur, niſi quod dixerit medicos poſt curationem bubonis iubere ægrotantes lauari. fol. 434. col. 1. lit. E.

Galenus lib.1. de differen. febr. 9. nomen hecticarum aſſumpſit ab habitu, eo quod quemadmodum eſt qualitas difficilè à corpore mobilis, ita quoq; hecticæ febris, quam vocant noſtri habitualem, quia totum corporis habitum occupat. fol.436. col.2. littera C.

Galenus ipſemet, nec alius eſt, qui dicat accendi calorem in membranoſa, & neruoſa ſubſtantia eas conſumentẽ, et adurentẽ, quia conſumerentur à caliditate extranea partes, & vrerentur breui tempore. fol.441. col 2. lit.B.

Galenus non intendebat nobis perſuadere, quod in partibus prædictis accenſus ſit calor, ſed in parte illa glutinoſa, nempe in humido radicali, quod continuitatem partium prædictarum conſeruat, ſecundum cuius conſumptionem partes exiccantur magis, & minus. fol.441.col.1.lit.D.

Galenus ex meth. med. dicebat nefas eſſe huiuſmodi ſingularum partium fibras à malignis febribus colliquari, ſicut carnes. fol.442.col.1.lit.E.

Galenus lib. 10. meth. med. loquens de illis, quibus inedia eſt noxia, dicebat hanc eſſe valdè infeſtam corporibus calidis, & ſiccis. fol.443.col.2.lit.B.

Galenus, & Auicennas concludunt poſſe à principio febrem hecticam, non ſecus atq; alias febres homines inuadere. fol 444.col. 1. lit. A.

Galenus 10. meth. med. cap.8. ſcriptum reliquit febrem marcidam fieri à diaphragmate, ſed rarò: qui hac febre corripiuntur, antequam perfectam fiat ipſa, intereunt. fol.445.col.2.lit.B.

Galenus ſcribit ſe vidiſſe tabem ex diuturna coli inflammatione, ventriculi, veſicæ, ac renum, ex dyſenteria, aut leuitate inteſtinorum. fol 445 col.1.lit.E.

Galeni cantilena magis rationi conſona videtur, quàm ſolidus Auerrois diſcurſus. fol. 440. col.2. lit.B.

Galenus facilè, & multò melius percepit rem hanc de incompreſſa annotatione ipſo Auerroe. fol.449.col.1.lit.B.

Galenus habet maraſmi duas ſignificationes: vna ſecundum naturam, & eſt extrema ſenectus. fol.450.col.1.lit.C.

Galenus ex Philippo appellat ex ægritudine ſenectutem, in qua non ſolum ſenes, ſed etiam ſæpe pueri incidunt, & huiuſmodi appellatur tabes. fol.450.col.1.lit.D.

Galenus 1. de diebus criticis ſcriptum reliquit nullum vnquam febricitantem viſum fuiſſe, qui cum vrina probè cocta interierit. fol.478. col.1.lit.C.

Galenus naturam laudat, quod ad ventriculum humorẽ melancholicum tranſmiſerit, nulla facta partis ſuperioris, vel inferio-

ris mentione. fol.429.col.1. lit.D.

Galenus humorem bilioſum noluit ferrè in ventriculum; ſua enim acredine ipſum pupugiſſet, atq; coegiſſet perpetuò alimentum extra mittere. fol.489.col.1. lit.D.

Galenus 4. de cauſis pulſuum ſcriptum reliquit facultatis refrigerantis pulſum intermittentem eſſe proprium. fol. 495.col.2. lit. A.

Galenus lib.2. de præſagitione ſcriptum reliquit nobis omnes cauſas pulſus intermittentis eſſe lethales. fol.498 col.1. lit.C.

Gallinæ inter partes Galenus probat magis alas libro de bonitate, & vitio ſuccorum, vbi facit comparationem alarum gallinæ, & anatis, ambas laudans quidem, ſed magis gallinarum. fol.242.col.1. lit.C.

Gāmarorū caudæ in lacte vaccino infuſæ per horas ſex, deinde coctæ in lacte amygdalarum dulcium commendantur valde. fol. 454. col 1. lit.D.

Garſias ab Horto ſcribit ſuæ patriæ gētes aciditate tamarindorum loco aceti uti, eſſeq; medicamentum non alimentum aptum ad humores purgandos. fol.186.col 1. lit.C.

Gemelli quidam, ſiue ſenſu ſimiles, ſiue diſſimiles, neque poſſunt ſeruari, in homine verò nunquam, niſi ambo, vel mares, vel fœminæ ſint. fol 90.col.2. lit.D.

Generationi faciendæ tria requiruntur, nempe efficiens, materia, & locus: hæc autem ſunt in muliere; nam adeſt ſemen, quod eſt efficiens, ſanguis menſtruus, qui eſt materia, & locus in quo, qui eſt vterus. fol.60.col.1. lit B.C.

Generatio, & collectio ſanguinis copioſioris indicium potius eſſe videtur caliditatis, quàm frigiditatis 2. de partibus animalium cap 2. fol.292. lit.E.

Glandulæ ſi intumeſcant tumore calido, vel phlegmonoſo, aut eryſipelatoſo, aut ex vtroque mixto, poteſt oriri febris ephemera, quam Galenus ex bubone, Auicennas autem ex apoſtemate fieri dixit. fol.431.col.2. lit.E.

Gonorrhæa eſt in duplici differentia, vna eſt profluuium ſeminis inuoluntarium, alia verò pollutio. fol.19.col 1. lit. A.

Gonorrhæa quando contingit ex vaſorum relaxatione, euenit ratione morbi cuiuſdam præcedentis. fol.20. col.2. lit.D.

Gonorrhæa, quæ ex humorum, & ſeminis copia contingit, auxilia omnia à quocũ inſtrumento accepta eo tendere debent, vt vtrumq; diminuant. fol.21.col.2. lit.B.

Gonorrhæa antiquata, nec rectè curata hominem perducit ad corporis frigiditatem, cachexiam, hydropem, tabem, & tandem ad mortem. fol.21.col.1. lit.A.

Gonorrhæa qui ſtomachum debilitatum habent, non niſi difficulter, & longo tempore curari poſſunt. fol.21 col.1. lit.B.

Gonorrhæa in mulieribus difficilè curatur: ſenes ad tumulum perducit, eo magis ſi à contagio prouenerit. fol.21.col 1. lit D.

Gonorrhæa ex nimia caliditate renum proueniens, ipſos reſpicere oportet medicamenta apponendo, quæ diximus conuenire renibus inflammatis. fol.24.col.1. lit.E.

Græci Authores omnes appellarunt putridas, ab eo quod frequentius, non ſæpius euenit, vt febres ab humoribus fiant putridæ. fol. 197.col.1. lit.E.

Græci febres nothas extenſas eas appellant, quæ à bile cum pituita, aut ex ſone putrefacta ortum ducunt; Arabes verò, quæ à melancholia veniunt. fol. 259. col. 1. littera C.

Græci & Arabes in materia lipiriarum tractanda non conueniunt; nam in primis Arabes lipiriam vocant: at Galenus 2. prognoſticor.4. ponit lipiriam inter febres illas acutas, in quibus ob viſcerum magnam inflammationem interiora calent, frigent verò exteriora. fol.349.col.2. lit.E.

H

HAbitus corporis tenuis, & macilenta corpora hecticis febribus faciliè t[illegible]tur, obeſa verò corpora, & pinguia magis obnoxia ſunt febribus putridis. fol.215. col 2. lit.A.

Hecticam præter inediam alia ſunt, quæ poſſunt ab initio generare, nulla exiſt præcedente febre, quemadmodum de illa muliere ſcribit Galenus. fol.443.col.2 lit E.

Hecticorum facies ſimilis eſt quam Hippocrates 1. prognoſticor. deſcribit nihil apparere niſi cutis, & quia circa pulſum animaduertit Galenus durum, & tenſum, & debilem: Auicennas ſcribit eſſe inſtar caudæ muris. fol.450.col.2. lit.C.

Hemitritæi natura cum conſtet ex tertiana, & quotidiana, appellanda eſſet tertiana, et quotidiana ſimul, aut nomen inueniendum, quod ipſius naturam declarare poſſit. fol. 393. col.2. lit.C.

Hemitritæus non ſolùm eſt febris integra, ſed febris peſſima, quàm maximè lethali[s]

dem eſſe dixit Hippocrates. fol. 393. col. 1. lit. E.

Hercules Saxonia ex authoritate Eraſti admonet non eſſe mittendum ſanguinem in febre maligna, et peſtilenti ortum ducente a prauis edulijs, qualem ſupponimus febrem tritæophyam ortum ſuum ducere, ſed Saxonia loquutus fuit per comparationem ad febrem peſtilentem. fol. 309. col. 2. lit. C.

Hymenaus. eſt membrana de qua non conuenit apud Authores, cùm alij dicant dari, alij negant, alij in quibuſdam: hinc exoritur alia controuerſia, an ex hoc cognoſci poſſint virgines, an non virgines. fol. 67. col. 2. lit. E.

Hippocratis fuit ſententia primo de morbis mulierum, ſi menſtrua per ſex menſes ſupprimantur, non amplius prouocari poſſe, et malum eſſe incurabile. fol. 36. col. 2. littera D.

Hippocrates ſterilitatis tres præcipuas affert cauſas, prima eſt vteri diſtorſio, aut inuerſio, ſecunda eſt vterus nimis patens; tertia ſi os vteri ex pudendo excidit. fol. 64 col. 1. lit E.

Hippocrates vult, vt mulier ex parte veſtibus muniatur, itaut odor non egrediatur, & ſuffimentum ad nares pertingat, atque hic ait ſe hoc experimento feliciſſimè fuiſſe vſum. fol. 70. col. 2. lit. C.

Hippocrates 6. epidemior in principio apophthoram, Galenus verò deperditionem vocat, & imperfecti fœtus emiſſionem interpretatur. fol. 184. col. 1. lit. D.

Hippocrates ſub nomine continentium, continentorum, et impetum facientium comprehendit omnes febres. fol. 197. col. 1. littera B.

Hippocrates 6. epidemiorum ſcriptum reliquit febrium quaſdam eſſe manui mordaces, alias mites, alias poſt inſurgentes, alias acutas, et quæ ſequuntur. fol. 200. col. 1. lit. A.

Hippocrates dixit æſtate fieri febres ardentes, contrarium verò ſcribit Ariſtoteles, prima ſectione problematum 29. fol. 204. col. 2. lit. B.

Hippocratis, et Galeni doctrina ex qua elicitur præcognoſcendum eſſe ſtatum morbi. fol. 219. col. 2. lit. D.

Hippocrates lib. 1. epidem. comment. 12 tex. 45. ſcribit coctionem iudicij celeritatem, et ſecuritatem demonſtrare. fol. 219. col. 2. lit. E.

Hippocratis propoſitum in inſtituenda victus ratione in temporibus omnibus morborum videtur omnia dirigere ad ſtatus præcognitionem.

Hippocrates, et Galenus coctionem ita celebrant, vt ſit certiſſima futuri ſtatus præcognitio demonſtratiua. fol. 220 col. 1. littera C.

Hippocrates 2. aphoriſmor. vigeſimoquinto dicebat æſtiuas quartanas eſſe breues, autumnales verò eſſe longas, eas præſertim, quæ hyemem attingunt. fol. 222. col. 1. lit. D.

Hippocrates 3. in primum epidemiorum ſcriptum reliquit tertianam exquiſitam, cito terminari, ſeu iudicari, neque eſſe lethalem. fol. 239. col. 2. lit. D.

Hippocrates 3. in tertium epidemior. tex. 79. in Axione in octauo die miſit ſanguinem, quia non erat febris tertiana, ſed maligna febris, cum dolore laterali, in quo opus fuit ſanguinem mittere, tam cauſa euacuationis, quam reuulſionis vtroque indicante præſente, & virtute non repugnante. fol. 254. col. 2. lit. C.

Hippocratis doctrina, vbi de quantitate alimenti determinanda ſcripſit, deſumendam eſſe voluit à viribus, et à morbo, condonauit etiam aliqu[illegible] regioni, ætati, et conſuetudini. fol. 263. col. 1. lit. C.

Hippocrates nos docere voluit libro de aere, aquis, & locis habitantes plagas ſeptentrionales, vt in [illegible] pati febres diuturnas, & eos qui habitant ortum, & occaſum [illegible] non tentari peripneumonia, aut pleuritide, vel alijs acutis morbis. fol. 222. col. 1. lit. E.

Hippocrates 4. aphoriſmor. 58. dicebat rigorem ſuperuenientem cauſonidi ſolutionem ipſius facere. fol. 275. col. 1. lit. C.

Hippocrates dixit aluum ſolutam, vt nobis oſtenderet ipſum ſolum excernere, quod non excernere aduerſatur. fol. 364. col. 1. lit. D.

Hippocrates ſubdit venter fluit, non tamen ſecundùm humoris alicuius ideam, ſed ijs, quæ in alimentum ſunt miniſtrata, corruptis. fol. 364. col. 1. lit. E.

Hippocrates 4. acut. tex. 14. & 15. duo ſigna habet, quæ nec pathognomonica ſunt, neque aſſidentia cauſi legitimi, ſed vnum, vt plurimum ſuperueniens, aliud verò, docente Valleſio, per accidens ſuperueniens. fol. 365. col. 2. lit. E.

Hippocrates 6. epidemior. tex. 7. ſcriptum reli-

reliquit quartana laborantes magno morbo non corripiuntur, ſi prius vero obſidentur, & ſuperuenit quartana, liberantur. fol. 377. col. 2. lit. A.

Hippocrates cum his locis de flatu, ac iudicio aliarum febrium tractauerit, potuiſſet etiam de huiuſmodi febribus agere; at cum nihil determinatè de ijs ibi tradiderit, dubitat Galenus, an ipſæ dari poſſint, & an ipſemet Hippocrates id aſſerat. fol. 388. col. 2. littera E.

Hippocrates in libro de alimentis, quod confirmauit Galenus lib. 1. de facultatibus animalium, triplex aſſignat alimentum, nempe verè alimentum, quod eſt veluti alimentum, & quod futurum eſt alimentum. fol 437. col. 1. lit. A.

Hippocrates primo Acutorum tex. 12. & Galenus in commentario dicunt, quod materijs ijſdem ad victus rationem facientibus tam boni, quàm mali vtentur. fol. 462. col 1. lit. D.

Hiſtoria medica duas habet partes; vna ex parte ægrotantis, altera ex parte medici, qui primò accerſitus fuit. fol. 465. col. 1. lit. D.

Homines aliqui ſunt, qui manifeſtè gaudent dictionibus obſcuris, quamuis apertè agnoſcant virtutem orationis eſſe perſpicuitatem, proclamentq; è contra vitium dictionis ſitum eſſe in obſcuritate. fol. 369. col. 1. & 2. lit. A.

Humiditates corporis fieri poteſt aliquando, vt ſint magis diſpoſitæ, quàm ſint ſpiritus, hinc accenduntur illæſis permanentibus ſpiritibus, quod ſcitè Algazelis exemplo declaratur. fol. 444 col. 2. lit. A.

Humores præter naturam dicuntur excrementitij, non tamen excrementa ſunt præter naturam, quia ſuccedunt ex neceſſitate materiæ. fol. 332. col. 2. lit. E.

Humor, qui pro freno bilis inſtitui debet, vt habeat contrarias qualitates, ipſi bili, ut vt infit, neceſſe eſt, aliàs quin non poſſet eam frenare. fol. 253. col. 2. lit. A.

Humores bilioſi licet colligantur in corpore, non tamen ex his poteſt fieri febris, niſi aliæ ſuccedant cauſæ, quæ eos putreſcere faciant, quemadmodum eſt obſtructio, aut adſtrictio, ad quas ſequitur prohibita tranſpiratio, quam immediatè ſequitur putredo. fol. 272. col. 2. lit. B.

Humores bilioſi hoc idem faciunt, ſed contrario modo; nam cum ſint faciles diſſipabiles, hinc facilè diſſoluuntur in acceſſionibus febris, et in ſyncopem ducant. fol. 360. col. 2. lit. D.

Humores vbi contineantur in ventriculo, opus eſt, vt os ſuperius comprimant, ſecumque cor in conſortium trahant, & ſyncopem faciant. fol. 360. col. lit. E.

I

Iacobus de Partibus ſuper hunc Auicennæ locum ſcriptum reliquit differre congelationem lactis ab ipſa caſeatione, primo quia caſeatio fieri poteſt à calido, & frigido, congelatio verò perpetuò fit à frigido. fol. 124. col. 1. lit. D.

Iciunantium ore multum olent, quod aer immotus, atq; calefactus incalet, & putrefacit humores fol. 208. col. 1. lit. C.

Ignauia colis proueniens à conuulſione, vel reſolutione muſculorū difficillimo negotio curatur. fol. 1.9. col. 2. lit. D.

Ignauia colis curanda eſt carnis renum ſcincorum drach. 3. infuſa in vino odorato deglutita, quod pro ſecreto inſigni habetur. fol. 12. col. 2 lit. D.

Ignis putreſcere minimè poteſt duplici ratione, necnon quia calorem ſupra ſe maiorem non habet. fol. 139. col. 1. lit. D.

Incompreſſam annotationem docet Galenus nihil aliud eſſe, quam alterationem quandam in calore, & pulſu factam, itaut calor adauctus videatur, pulſuſq; maior, atq; velocior. fol. 447. col. 1. lit. C.

Incompreſſa annotatio ex Galeno duobus modis conſideratur, vel quando ſemper per vnam, aut duas horas ab aſſumpto cibo contingit; vel quando indifferenter in alijs etiam temporibus euenit: primo modo eſt ſemper proprium ſymptoma febris hecticæ, quod illi ſoli, & ſemper competit. fol. 447. col. 2 lit. E.

Incompreſſæ annotationis in cauſa, quæ fit in hecticis, diſcrepant Galenus, & Auerrois, Galenus id euenire ſcribit partibus ſolidis per affuſionem alimenti, quod calci contingit ex aſperſione aquæ gelidæ; nam ipſa, vt apparet ſenſui, euaporat, atq; ita calefit, et ſi quis eo tempore manu tangat, facilè ſe aduri percipiat. fol. 448. col. 1, lit. E.

Indicans purgandi in tritæophya eſt materia maligna, quæ ad benignum reduci minimè poteſt; permittens eſt virtus valida, quibus duobus præſentibus ad purgans mediocrem tum deueniendum eſt, quod non ſolum ſa-

ſa-

cultatem habet exturbandi peccantem humorem, ſed etiam habeat ſibi admixtum, quod malignitati reſiſtere poſſit. fol.312. col.2. lit.E.

Indicatione ſanguinis miſſionis præſente, & permittente, ſemper, et quocunque tempore ad ſanguinis miſſionem properandum eſt. fol.385.col.2.lit.C.

Indicationibus habemus quid agendum, et ab indicantibus, et permittentibus quid permittat virtus. fol 473.col.2.lit.B.

Indicatio eſt proceſſus quidam ab indicante ad indicans, qui quidem cum velociſſimus ſit, videtur eſſe ſine diſcurſu. fol. 474. col. 1. lit B.

Indicantia referuntur ad tria, ad vrgens, ad cauſam, et ad impedimentum: ſymptomata non indicant, quia ſequuntur morbum. fol.474. col.1. lit.D.

Indicati natura, ex ſpecifico indicante colligitur, quod eſt auxilium: debet autem eſſe notius per intellectum ipſo indicato. fol. 473. col. 1. lit.D.

Indignitia vehementi, ad quam caſus virtutis ſequitur, opus eſt, vt ſuperioris oris ventriculi conſtitutio lædatur præter naturam. fol.486. col.2. lit.C.

Indiuiduum partes conſeruantes, ſiue alterius indiuidui ope regunt, et fouent. fol.1. col 2. lit. A.

Inedia ex Galeno libro de ſanguinis miſſione aduerſus Eraſiſtratum, per ſe nihil eſt, ſed priuatio quædam, veluti cœcitas nullum in rebus obtinens locum, & penuria quædam, quam ſtatim ſequitur ſiccitas, quæ eſt lima caloris. fol.209. col.1. lit.C.

Inæqualitas, & interuallum, ſeu integritas paroxyſmi, non ſunt tempora febrium. fol.216. col.2. lit.B.

Inæqualitas in pulſu ſemper prænuntiat malum, licet magis in iuuene, minus in puero, & minus in ſene; pulſus enim intermittentia præter naturam eſt ſemper mala. fol.498. col.1. lit.D.

Inflammationes conſiderantur duobus modis, vel reſpectu magnitudinis morbi, vel reſpectu vehementiæ eiuſdem. fol.229. col.2. lit. B.

Ioannes Baptiſta Syluaticus lib. 1. controuerſiarum controuerſia 4. elegantiſſime ſcripſit nihil antiquius medicinam facientibus eſſe videtur, vſu ſurculi ex pane conciſo, aut contrito. fol.301. col.2. lit. A.

Ioannes Baptiſta Syluaticus ſcribit cauſam huius intermiſſionis eſſe malam conformationem, hoc eſt nimiam arteriarum anguſtiam. fol.496. col 2. lit. B.

Ioannes Coſtaus vir doctiſſimus diuidit febres in ephemeras, & putridas, inde addebat complexionem calidam, & ſiccam ad diarias febres recipiendas, calidam verò, & humidam ad febres putridas aptam eſſe. fol. 211. col.2. lit. B.

Ioannes Coſtaus vir ſpectata doctrina exiſtimauit poſt poſita Galeni, & Auicennæ opinione ſequendam eſſe Auerrois ſententiam. fol.280. col. 1. lit.C.

Ioannes Coſtaus 1. fen. apud Auicennam cap. de humoribus ſcripſit, quod Auicennas aliquid conſiderauit, quod à Galeno non fuit animaduerſum; nam fieri poteſt, vt ab vno indiuiduo omnia non dignoſcantur. fol.372. col.2. lit.D.

Ioannes Coſtaus ſcribit Galenum omnes febris hecticæ differentias in natiuum humorem referre, nihilque loquutum fuiſſe de carnoſa, aut fibroſa, vel membranoſa ſubſtantia. fol.438. col.2. lit.C.

Ioannes Coſtaus inquit Galenum per natiuam humiditatem, ex qua nutriuntur partes intelligere cambium, quod, cum eſſeruefcit, facit primam ſpeciem febris hecticæ, dum conſumitur facit ſecundum gradum, dum ex toto conſumptum eſt, tertium gradum. fol.439. col. 1. lit. B.

Ioannes Coſtaus deceptus eſt ab nomine ſarx, ideſt caro; nam eſt nomen æquiuocum, quia prædicatur de tribus carnis generibus, quæ ſunt in corpore noſtro. fol.439. col.1. littera C.

Iſaac liypariam appellauit, quam lipiriam Galenus vocat, eam ipſam vocant epialam, qui 27. problem. 2. inquirens, cur qui ſupplicio ſunt condemnati, ſitiunt, reſpondet contingere ijs, vt euenit illis, qui febrem epialam patiuntur. fol. 350. col. 1. lit. D.

L

LAc an in propria mammarum ſubſtantia generetur, an verò in venis, hinc clarum fit, num à calido, an frigido tanquam ab efficiente producatur. fol.99. col. 2. lit. E.

Lactis defectus eſt ſymptoma de genere occultis mutatis; nam cum ſit quid præter naturam, opus eſt, vt redigatur, vel ad morbum, vel ad cauſam, vel ad ſymptoma. fol.105. col.1. lit. A.

Lac

Lac poteſt conſiderari, vt alimentum, & vt medicamentum: primo modo acceptum bubulum primas partes obtinet, quia craſſius eſt, ſecundo loco aſininum. fol. 456. col. 1. lit. B.

Lien illius humoris, qui eſt veluti fæx ſanguinis, parioris, atq; tenuiorem partem trahit, ex qua nutriri poſſit, quod ſuperfluit, in ventriculum demandat. fol. 371. col. 2. lit. C.

Lien paruum viſcus tot, & tantas magnas habet arterias, longè maiores, quàm ſint in hepate viſcere omnium maximo. fol. 387 col. 1. lit. D.

Lieni ſunt neceſſaria multæ, & magnæ venæ, vt ſuo calore opem ferant alterationi, comminutioni, atq; in tenuẽ ſanguinem transmutationi. fol. 389. col. 1. lit. E.

Locus ambiguus in Auicenna, circa quem interpretandum non omnes conueniunt, quia Gentilis eius diligentiſſimus expoſitor in tam pauca, & breui oratione notat contradictionem fol. 432 col. 1. lit. C.

Ludouicus Duritus dicebat, quod tritaophyæ febris acceſſiones diebus imparibus ſunt eximiæ, & excellentes. fol. 293. col. 1. lit. B.

M

M*Agnitudo morbi duobus modis poteſt conſiderari, primò per ſe; ſecundo per relationem ad facultatem noſtrum corpus regentem. fol. 472. col. 2. lit. A.*

Magnum morbum febrem dici poſſe tertianam in fieri, at in facto eſſe nõ poteſt tertiana exquiſita eſſe magnus morbus. fol. 253. col. 2. lit. B.

Magnus morbus dicitur tribus modis, propter partis excellentiam, vel dignitatem, vel operationem, quam in corpore præſtat. fol. 471. col. 2. lit. D.

Maleficium per biennium durans, ex Diuo Thoma in ſupplimento tertiæ partis ſummæ de gratia 58. Articulo 2. ſed quia hæc non ſunt medicæ contemplationis, & tantum ſacris præſidijs tolluntur, omittimus. fol. 70. col. 1. lit. E.

Malignitas dicitur mos ſimilitudine deſumpta ab hominum conditione, nam alij ſunt bonis, alij prauis moribus præditi. fol. 473. col. 1. lit. C.

Mammarum venæ, & vteri mirabilem ſocietatem natura conſtituit ad gignendum, & nutriendum fœtum. fol. 35. col. 1. lit. A.

Mammæ ſunt in vtroque ſexu per ſe propter aliquem vſum præciſè, nam in fæminis pro lactis generatione, & nutritione, in viris verò minimè. fol. 60. col. 2. lit. E.

Mammæ duæ in humano genere tantummodo reperiuntur, quod omnibus ſatis notum eſſe puto. fol 98. col. 2. lit. C.

Mammarum vſus primarius eſt ad cordis tutelam ex Ariſtotele. Galenus verò vult primariam vtilitatem, & maximam eſſe lactis generationem, ad quod obeundum munus cordis calore egent. fol. 99. col. 1. lit. E.

Mammæ ita conſtructæ ſunt inter membranam, atq; cutem, vt contentæ, quibus magis hæc ipſa papilla adhæret, itaut vix ſeparari poſſit. fol. 99. col. 1. lit. B.

Mammæ talem vſum præſtant in corpore, vt lac generare aptæ natæ ſint pro fœtibus enutriendis. fol. 99. col. 1. lit. E.

Mammæ in homine ſitum habent in pectore, ſeu thorace; in brutis verò in ventre inferiori. fol. 100. col. 2. lit. C.

Marem, et fœminam, ſicut euidens eſt ſimul ad generationem concurrere; ita non apparet, quid vterque præſtet. fol. 56. col. 1. lit. B.

Maſſarias ſentire videtur, quod ex ſanguinis miſſione detrahantur ſucci, quibus detractis fuligines ad cutem non amplius, aut in minori quantitate ferri poterunt. fol. 422. col. 2. lit. B.

Materia vbi fluxerit, vel reſoluenda, vel ſuppuranda: ſi partim fluat, partim fluxa ſit, admiſcenda veniunt medicamenta repruentia cum reſoluentibus. fol. 434. col. 1. lit. C.

Materia contenta in capſula cordis, quæcumque ea fuerit, ſi impediat, quo minus cor dilatari poſſit, fit pulſatio frequentior. fol. 492. col. 1. lit. B.

Medicamentorum tria afferuntur genera à Galeno, quorum quædam ſunt lac prouocantia, alia menſes, alia lotium, ſeu vrinam, quæ omnia ſunt calida, differentia ſolum in menſura caloris. fol. 55. col. 2. lit. B. et C.

Medicamenta vrinam prouocantia ſunt duplicia, quædam primò, & per [illegible] ſecundariò, & per accidens, in quo genere aſ[illegible]rum, & apium ſunt. fol. 55. col. 2. [illegible] tera E.

Medicamenta conuenientia, & magis idonea ad aluum expurgandam, et [illegible] ventris inferioris curandos, q[illegible] ſumpta po-

tes

tus propinantur medicamenta, quæ in forma ſolida offeruntur. fol.368.col.2.lit.E.

Medici in examinandis mulieribus ægrotis ſapè timidius, quàm par ſit, cum mulieribus ipſis agunt, hinc ab Hippocrate omnes arguuntur. fol.28.col.1.lit.D.

Medici allucinantur omnes exiſtimantes profluuium muliebre generaliter eſſe affectum frigidum, & ab humoribus frigidis prouenire. fol.55.col.1.lit.C.

Medici obſeruant in febribus quatuor tempora, principium, augmentum, ſtatum, et declinationem, tam vniuerſalia, quàm particularia. fol.215.col.2.lit.E.

Medici per tempora non intellegunt menſuram motus, neque anni mutationem, ſed illa, quæ in tertia ſignificatione continentur. fol.215.col.1. lit.E.

Medici nonnulli febrium tempora in tres partes diuiſerunt, in principium, medium, et finem. fol.216.col.2.lit.A.

Medici aliquot exiſtimarunt tempora in morbis non eſſe neceſſaria ſemper. fol.216. col.1. lit.E.

Medicinæ partes elegantiores, noſtris temporibus à grauiſſimis authoribus redditæ ſunt, itaut illuſtrior medicina poſſit eſſe nunquam & de pulſibus conſideratio, ſeu ſphigmica à multis ſcriptoribus illuſtrata eſt. fol.494.col.1, lit.A.

Medicorum ad euitandas ineptas diuiſiones neceſſe eſt, vt animum ijs, quæ à Galeno docentur, adhibeamus. fol.197.col.1.lit.C.

Medicus quemadmodum ſolers eſſe debet, atq; oculatus in aere reſpiciendo, quando concurrit, vt materia auxilij, ita quando habet rationem cauſæ lædentis, et fouentis morbum. fol.452.col 1.lit.C.

Medicus non conſultat de fine, nẽpe de ſanitate, ſed de medijs ad ipſam conſequendam, ſi non adeſt, et ſi adeſt ad conſeruandam. fol.463.col.1.lit.A.

Medicus conſiderat media, quibus poſſit ſanitatem introducere, cum ſanitas ſit ſcopus, in quem ipſe tendit, licet non ſemper aſſequatur. fol.465.col.1.lit.A.

Medicus debet eſſe rectè operantis naturæ miniſter, et obſeruator, hinc ad illius imitationem ſorbile aliquod propinare debet medicamentum, quod ad inteſtina ducat materiam, tanquam ad locum conuenientem. fol.368.col.2.lit D.

Melancholia tardius mouetur, quia et quantitate minima eſt, et vtraque qualitate primæ putredini repugnans, nec lentoris particeps, vt pituita. fol.161. col.1. lit. A.

Melancholia ſi intra vaſa putreſcit, ſit quartana continua; ſi extra, ſit intermittens. fol.199.col.2.lit.A.

Melancholia præter naturam alia eſt ſanguinea aduſta, alia bilioſa, tertia pituitoſa, poſtrema eſt illa, quæ ſit ex aduſtione melancholiæ naturalis: omnis melancholia præter naturam appellatur aduſta, quia ſanguis, bilis, pituita, & melancholia aduruntur, ita vt ex illis ſiat cinis. fol.372. col.1 lit B.

Melancholia ab excrementitia quartanã generari tam ex Galeno, quàm ex Auicenna, & omnibus medicis receptum eſt. fol.372. col.1 lit. E.

Melancholicæ febres cur omnium longiſſimæ, pituitoſæ omnium breuiſſimæ, bilioſæ medium ſtatum ſortitæ ſint. fol. 155. col.1. lit. C.

Melancholicus humor eſt in duplici differẽtia, alius naturalis, et alius præter naturam: naturalis eſt duplex, alter alimentalis, alter excrementitius. fol.371.col.1.lit.D.

Melancholicus humor eſt veluti fæx ſanguinis, admodum ſpiſſus, facibus vini non abſimilis, qui à facultate lienis attenuatur, opem ferentibus arterijs multis, quæ per corpus ipſius diſſeminantur. fol. 371.col.2. lit. D.

Melancholicus humor alius quàm ſuperior eſt eſſentia multo tenuioris, qui vomentibus eum, atq; olfacientibus videtur admodum acidus, quique terram fermentat, atque ampullas, quales in feruentibus iuſculis ſupernatare videmus, excitat. fo.. 371. col.2.lit.E.

Melancholicus humor etiam ſi in terram cadat, eam tamen minimè fermentat, niſi in maxima febre, in qua prœaſſari magnopere contingit. fol.371. col.2 lit.E.

Melancholicus humor præter naturam eſt in quadruplici differentia, prout materia, quæ aduri poteſt, in quadruplici differentia reponitur, vt Auicennas ait lib. 4. fen. 1. cap.1. & libri primi fen prima cap de humoribus. fol.372.col.1.lit.A.

Melancholicus humor aſſuctus tractioni ipſius lienis, vbi non expurgatur, in venas meſeraicas regurgitat. fol.372. col.2.lit.B.

Melancholicus humor talis ſuaptè natura eſt, vt nequeat in alium humorẽ conuerti; hinc tales circuitus requiritur, vt fiant à melancholia putreſcente. fol.390.col.2.lit.C.

Melancholicus humor, vt putreſcat, & faciat circuitum quartanarium, requiritur debita ipſius quantitas. fol.390. col.1. littera B.

Membranarum teſtium duæ ſunt communes, videlicet ſcortum, & innominata propriæ verò ſunt erytrois, & dartos, fol.2. col.2. lit. D.

Membrum virile, ſi eſſet contortum, aut flaccidum, aut rigidum ſemper, inutile redderetur. fol.5. col.2. lit. D.

Membrum virile in coitu dilatatur, non ſecus atque faciant arteriæ, et cor. fol.6. col.1. lit. A.

Menſes, ſeu menſtrua, vt plurimum in quadrageſimo, et quinquageſimo anno ceſſant, aliquando citius, aliquando tardius. fol.30. col.2. lit. B.

Menſes, conſtat ex 5. epidemiorum hiſtoria in vxore Borgiæ, à principio fuiſſe ſuppreſſos per quatuor annos, qui et redierunt. fol.36. col.2. lit. D.

Menſium in ſuppreſſione crurum venas ſemper ex Galeno eſſe ſecandas; hinc Hippocrates. 2. epidemior. 4. in fine magnopere laudatur, qui in Stimargiæ famula, ſuppreſſis menſibus venam talo proximam ſecuerit, fol. 41. col. 2. lit. D.

Menſtrua pluribus nominibus denantur, fol.29. col.1. lit. E.

Menſtrua neceſſaria ſunt, tam pro indiuidui muliebris conſeruatione, quàm pro ſpeciei propagatione. fol.30. col 2. lit. D.

Menſtrua, ſeu menſes 7 de hiſtoria animal. 1. ſcribit, magna ex parte euenire circa decimum quartum annum, fol.30. col.2. lit. B.

Menſtruum eſt ſanguis in muliere ſuperuacaneus, crudus, ſed vtilis, ordinatus, et ſecundùm naturam profluens. fol.29. col.2. lit. A.

Menſtruum dicitur ſanguis crudus, vt diſtinguatur à ſemine, quod eſt excrementum coctum. Hic verò ſanguis nõ eſt vndequaq; coctus, quamuis proportione reſpondeat ſemini. fol.29. col.2. lit. B.

Mentham ſcribit Ariſtoteles eſſe frigidam, quod ſemen genitale extinguat, eique aduerſetur, cum reliqui omnes Græci, vt Galenus Dioſcorides, et alij tantum negent, et omnes conueniant mentham calefacere, et exiccare, immò venerem prouocare. fol. 74. col. 2. lit. D.

Mercatus de putridarum febrium natura, et curatione affert ſex tertianæ febris differentias; vna eſt ſalubris, alia verò pernitioſa, quæ ſunt numero quinq; fol.233. col.2. lit. D.

Mercatus lib. 6. de febrium putrid. cognitione, & curatione cap. de tertiana exquiſita, ſcribit oportere primum conſiderare flauæ bilis quantitatem, et multa alia dicit, nihilominus ad hæc duo capita omnia facilè rediguntur, nempe, vel ad cacochymiam, et ad ſanguinis copiam. In copia ſanguinis, mittendus eſt ſanguis, in cacochymia purgandum. fol.253. col.1. lit. D.

Mercurialis ſcribit mendum eſſe in verſione particulæ græcæ atroos. fol.31. col.2. lit B.

Mercurialis inquit eſſe differentiam, & prauè exponit, nam confundit cauſas fluxus muliebris cum cauſis tenuitatis ſanguinis. fol.54. col.2. lit. A.

Mercurialis animaduertit Ariſtotelem ita loquutum fuiſſe tertio politicor vt potuerit ſuſpitionem inducere Aegyptios medicos principium febrium accepiſſe pro illo ſpatio, quod ad tertium diem vſq; extenditur. fol.217. col. lit. E.

Mercurialis ſcriptum reliquit: ptiſana per ſe ſola non conuenit, quia non conſtat niſi ex aqua, hordeo, & coctione, hinc ob nimiam humiditatem adaugere putredinem, ideoq; opus eſt intus aliquid apponere, vt eſt ſuccus granatorum, aut quid ſimile. fol.303. col.1. lit. B.

Miſtio facta ex vtriuſque, viri nempe, & mulieris ſemine comprehenditur ab vtero, extenditur, et dilatatur. fol.56. col.1. lit. D.

Mola quid ſit, non conuenit inter ſcriptores; alij enim dicunt eſſe tumorem ſcirrhum referentem, qui modò vterum occupet, modò orificium vteri, quod et Moſchio, et Cleopatra in gynæcijs dixerunt. fol.75. col. 2. lit. D.

Mola an à nimio calore, vel frigore, et multo ſanguine gignatur? Auicennas præter multitudinem ſanguinis ſcribit vehementiam caliditatis illius eſſe cauſam. fol.75. col.2. lit. E.

Molæ quædam conditiones competunt Ariſtotele ſcribente; dicebat enim aliquando per tres, quatuor, et plures annos, quandoq; per totam vitam durare. fol. 71. col. 2. lit. D.

Molæ cur plures facilius eijciantur, quàm vna, ex Hippocrate. fol. 77. col. 1. littera E.

INDEX

Mola cauſas duas aſſignat Hippocrates, alteram ſanguinem menſtruum copioſum in vtero contentum; alteram ſemen viri morboſum, & ad conceptum faciendum inutile. fol.76.col.2.l.B.

Monſtrum nihil aliud eſt, quàm peccatum deficientis naturæ à ſuo fine propter aliquod impedimentum. fol. 75. col. 1. littera C.

Montani ſententia vera non eſt immo potius irridenda, qui vult ſolum ad voluptatem datam eſſe mulieri ſeminis emiſſionem fol.62.col.1.l.E.

Morbi ſpectantes ad coles, ſeu membrum virile ſunt, vel ex parte ſui, aut ratione vaſorum. fol.7.col.1.l.B.

Morbi euenientis coli ex parte ſui, eſt quia canalis communis ita afficitur, ne ſemen per eum meet, vel quia non erigitur, vt poſſit eiaculari, vel quia ſemper erectus, & rigidus manet. fol.7.col.1.l.B.

Morbi proprij colis actionẽ lædẽtes, duo ſunt, priapiſmus, & ſatyriaſis. fol.7.col.2.l.B.

Morbi peracuti eſt ad ſtatum properare, in quo ſtatim excitatur pugna, vnde oriuntur labores. fol.229.col.1.l.B.

Morbi acuti ſunt in duplici differentia; alij particulares thoracis; alij verò ſunt vniuerſales; ſi ſermo ſit de acutis morbis thoracis aqua vtroq; modo ebibita, hoc eſt affatim, et confertim amareſcit ſemper, et nunquam extinguit ſitim. fol.283.

Morborum mulierum tractatio adeo difficilis eſt, vt nulla in medicina ſit difficilior fol.28.col.1.l.B.

Morborum cognitio nulla alia ratione tam exacte à Medico inquiritur, niſi, vt ij, poſſint curari: tunc vel morbus auferri poteſt ſimul cum ſymptomate, vel ſymptoma tale eſt, vt curationem ad ſe totam trahat. fol.358.col.1.l.D.

Morbos amplectendos decreui, qui et conceptum, et partum reſpiciunt, quos certum eſt frequentiores, difficiliores, ac cæteris omnibus ſcitu eſſe vtiliores. fol. 28. col. 2. l.C.

Morbus acutus eſt in duplici differẽtia vnus, qui propriè acutus, alter impropriè: propriè acutus ille eſt qui tres habet conditiones, vt ſit velox vehemens, & continuus, alter verò qui vnicam habet conditionem nempe motus velocitatem febris tertiana eſt morbus acutus ſecundò modo, non primò. fol. 240.col.1.lit.C.

Morem verò colligere poteſtis ex mox apparentibus, quæ ſi coctionem oſtendunt, benignum morbum, ſi verò cruditatem, & acriſia mali moris eſſe concludit. fol. 473. col.1.lit.C.

Mortem repentinam à pulſus intermittentia imminere ſcripſit Galenus, non aliter ac apoplexia; nam vtrobique calor cordis extinguitur. fol.498.col.1.lit.E.

Motus membri virilis mixtus eſt ex motu voluntario, & inuoluntario, & naturali. fol.5.col.2.lit.E.

Mox apparentia quædam ſunt critica, quædam demonſtrantia cruditatem, et coctionem. fol.223.col.2.lit.D.

Mulier ſi intemperie frigida laborat, non appetit coitum, non percipit voluptatem, rarò, vel nunquam ſemen effundit. fol.33.col.2. lit.E.

Mulier vt ſemper humanum foetum concipiat, à natura conſtitutum eſt, & quicquid præter hunc concipit, deprauatus dicitur conceptus. fol.75.col.1.lit.B.

Mulier quærit Ariſtoteles hoc loci, cur ſola inter cætera animalia morbis vteri obnoxia ſit. fol.77.col.2.lit.E.

Mulieres ſæpè ignorant ſè ægrotare, vnde non detegunt medicis proprias ſuas ægrotudines, niſi quando altius radices egerint. fol.28.col.1.lit.B.

Mulieres quamuis intelligant ſè ægrotare, præ pudore, & verecundia non audent medicis ſua mala communicare. fol. 28. col.1.lit.C.

Mulieres magis, vel minus ſanas fieri, ſecundumq; magis, & minus ad conceptum gerendum, ipſiuſq; partum diſpoſitas reddi. fol.29. col.1. lit.C.

Mulierem aliquam procul dubio alicui viro comparata eſt calidior, ſed ſimpliciter loquendo non ita. fol.30.col.1.lit.C.

Mulieres rarum eſt, ſingulo menſe continuo, & affatim purgari, aut largius: è contra verò frequentius tertio menſe largius, et continenter purgari. fol.31.col.2.lit.E.

Mulieres teſtes habent tenuius ſemen, et crudius continentes, neq; eſt præter rationem, ſi aliqui putẽt eas laborare gonorrhæa, licet affectio ſemper ſoleat appellari profluuium muliebre. fol.53.col.1.lit.D.

Mulieres ſteriles inter cæteras tanquam macula, et ignominia affectæ notabantur, et propterea multas legimus effudiſſe lacrymas ad Deum, vt foecunditatem implorarent. fol.64.col.1.lit.C.

Mulieres dupliciter inueſtigari poſſunt, pri-

mò ſuffita, deinde per linamentum, ſi colores oculis impoſiti inficiant ſaliua foecunda fol.79.col.2.lit.B.

Multa ſunt difficultates, tam in cognitione, quàm in curatione tractatus de morbis mulierum, quæ ipſum pulchriorem, et iucundiorem reddunt; nam, vt in adagio communiſſimo, eadem pulchra, quæ difficilia ſunt. fol.28.col.1.lit.E.

Munditiem, et linteorum nitorem ægrotantibus, conferre certum eſt, præſertim ſi febre tritæophya laborent. fol. 300. col. 1. lit.C.

Mulieribus paucis ſingulis menſibus, plurimis verò intermiſſo uno menſtrua moueri, fol.31.col.1.lit.B.

N

Natura tantam voluptatem in maris, & fœminæ coitu communicauit, vt hac ipſa non ſolùm homines allecti, ſed bruta animalia irritata ſuum genus conſeruent ſuperſtes. fol.4.col.1.lit.E.

Natura tanto amore ſuum opificium proſecuta eſt, vt voluiſſet illud æternum, & immortale procreare. fol.5.col.1.lit.E.

Natura cum animaduertiſſet ſuum opificium fuiſſe factum ex materia corruptibili, nempe oſſibus, neruis, arterijs, hinc eſt non poſſe perpetuò conſeruari. fol.5. col.2. lit. A.

Natura id, quod potuit pro indiuiduo immortali ſeruando, auxilium ferre voluit, vt ſaltem per ſpeciei propagationem conſeruaretur, mediantibus partibus dictis, & coniunctione maris cum fœmina. fol. 5. col.2. lit. A.

Natura mira ſagacitate, & induſtria penem conſtituit, ne flaceſcere poſſet. fol.5. col.2. lit.C.

Natura ita comparatum eſt, vt mulieres, & concipere, & nutrire poſſint fœtum, quem in ſe ipſis concipiunt. fol.30.col.2.lit.C.

Natura habet ſupra cauſam morbificam integram victoriam, eſtque perfecta morbi declinatio, in qua ægrotantes minimè moriuntur. fol 225. col.1.lit.C.

Naturæ rei declarandæ ſat eſt, vt dicamus partes ſolidas accenſas eſſe, hoc eſt non eſſe in fieri, ſed in calefacto eſſe. fol.443. col.1. lit. C.

Naturali conceptioni requiritur concubitus maris, & fœminæ: ſterilitas fit vel vitio, maris, vel fœminæ, vel vtriuſque. fol.64. col.2. lit.B.

Naturalis motus ex Galeno eſt inſtar ſanitatis, vitioſus motus inſtar morbi, et immobilitas refert imaginem mortis. fol.498. col.1. lit.E.

Nicolaus Florentinus, qui ſuo tempore habitus fuit alter Galenus, dicebat ad hanc rem determinandam coniecturis potiùs, et opinione, quàm ratione vtendum eſſe. fol.212. col.1. lit.A.

Nihil eſt, quod poſſit calorem ignis, ad ſe trahere; ille verò attrahit ad ſe calorem aliorum. fol.139.col.2.lit.B.

Notandum eſt ex libro de phlebotomia Galeni cap.2. albiores mulieres magis iuuari ſcarificatione, nigriores verò venæ ſectione. fol.42.col.1 lit.A.

Non valet hoc argumentum. In aliquibus animalibus ſola ſeminis virtus infunditur, ergo ſemen generaliter fœtus materia non eſt. Sicut neq; valet hoc: teſtes in quibuſdam animalibus deſiderantur, ergo generaliter in omnibus non ſunt neceſſarÿ ad generationem. fol.59. col.2.lit.C.

Nullum eſt inconueniens dari pulſum intermittentem prouenientem ab aliquo morbo, & etiam à natura. fol.496.col.1.lit.A.

O

Obſeruatur ſæpè eos, qui ſunt craſſi, et frigidi habitus in otio degentes, crapulis, atque ebrietatibus deditì, plurimumq; balneis poſt cibum vtentes, à quotidianis corripi, præcipuè tempore hyberno; ſed rarò etiam quotidianæ eueniunt, vnde Galenus ſcripſit ſe duas quotidianas tantum vidiſſe. fol.333.col.2.lit.D.E.

Obſeruatum eſt frequentiſſimè ſectionem venæ ſaluatellæ in manu ſiniſtra magnopere contuliſſe. fol.386.col.2.lit.B.

Obſtetrices propter internarum partiū imperitiam, vel alias cauſas, tam internas, quàm externas, remedÿs non facilè locum affectū attingunt. fol.28.col.1.lit.D.

Obſtructio fit à craſſis, et lentis humoribus, à copia, ideſt à multitudine humorum, et qualitate; adſtrictio fit à rebus interius adſtringentibus. 256.col.2.lit.E.

Octomeſtris partus non eſt vitalis, et ſæpè etiam hoc menſe moriuntur mulieres, non eſt tamen abortus, ſed peculiaris prærogatiua dicitur octomeſtris partus. fol. 84. col. 2. lit. A.

Oleum in lucerna declarat primam humiditatem;

tatem; oleum verò in lychnio lucerna affu-ſum ſecundã ſignat humiditatem, tertiã ve rò refert illa humiditas, quæ partes lychnij ſimul continuitate conſeruat. fol.442.col. 1. lit.C.

Oſſicula in cauitate arteriæ inuenta, ſi ordinem, et naturæ modum ſeruent, nullum impedimentum motui arteriarum inferunt. fol.497.col.2.lit.B.

Oua gallinarum recentia à Galeno ſummè probantur ad Glauconem libro, et cap. citato, quod bonum generant ſuccum, magiſq; conueniunt, ſi cum ſucco granatorum, aut aurantiorum, vel limonum, ac ſorbilia, aut tremula fiant. fol.242.col.2.lit.A.

P

PApulæ, quæ ab expulſione naturæ fiunt, apertè oſtendunt, an hic motus ſit criticus, & tunc nihil efficiendum eſt, ſi ſymptomaticus, plerique dicunt eſſe mittendum ſanguinem. fol.312.col.1.lit.A.

Papulis planis liberè fieri poteſt miſſio ſanguinis, quia nec criticè, nec ſymptomaticè mouentur. fol.311.col.2.lit.E.

Parmenides contendit mulierem eſſe viro calidiorem: Parmenidi conſentit Hippocrates libro de morbis mulierum. fol.30. col.1. lit. A.

Paroxiſmi in ſtatu ſunt vehementiores cæteris, vbi poſt vehementiſſimum paroximũ ſequatur mitior, tunc ſignum ſtatum iam abyſſe. fol.220 col.2.lit.E.

Paroxiſmorum æqualitas eſt, quando eadem hora inuadunt; anticipatio, quando primi paroxiſmus horam antecedunt; poſtpoſitio eſt, quando horam ſubſequuntur; paroxiſmi non appellantur æquales reſpectu ſolius inuaſionis, ſed ob alias conditiones. fol. 223.

Paroxiſmi in declinatione concedit Galenus poſſe ægrotantes mori. fol.225. col.1. littera D.

Pars affecta quæ ſit, & vbi excrementa hæc generentur, non ſatis patet; quidam enim ſunt, qui vel in totum, vel in principes partes, vel in vterum, Galenus dicebat nullius partis eſſe proprium affectum. fol.53.col.2. lit B.

Pars affecta eſt ventriculus, ſed ſecundum illam tantum partem, quæ percipit indigentiam; appetitus naturalis eſt rei euacuatæ appetitio quædam, animalis verò appetitus fit per venarum ſuctionem. fol. 486. col. 1. lit. E.

Pars præcipua agendi in ventriculo eſt membrana exterior carnoſa; partes ſine quibus ſunt os ſuperius, ac inferius. fol.487.col.2. lit.B.

Partes propagandæ ſpeciei continentur in abdomine, non ſecus atque partes nutritioni famulantes. fol.1. col.1.lit.A.

Partes ad prolem gignendam egent alterius indiuidui ope, nempe ſexu muliebri, pro ſuo gignendi munere. fol.1.col.2.lit.A.

Partes generationi famulantes, ita ſe aptant, in actu procreationis, vt non modò cum vtilitate, ſed iucunditate, et delectatione ſuo fungantur officio. fol.1. col.2.lit.A.

Partes in maribus, quæ ſemini tribuuntur, aliæ ſunt, quæ materiam ſeminis præparãt, aliæ ad ſeminis productionem eam diſponunt, aliæ ſemen generant, aliæ ipſum genitum abducunt, aliæ à partibus producentibus recipiunt, aliæ à partibus conſeruantibus ſumunt, & in muliebrem ſinum eiaculant. fol.2.col.1.lit.B.

Partes primæ in maribus generationi inſeruientes ſunt vaſa ſeminalia conſtantia ex venis, & arterijs ortum ducentia à vena caua, & ab arteria aorta. fol. 2. col. 1. lit. C.

Partes ſemini deſtinatæ eleganter à natura fabrefactæ ſunt, & licet in vnam ſeminis naturam conſpirent, non tamen omnes eodem modo. fol.6.col.2.lit.D.

Partium ſemini deſtinatarum, vna eſt, cui debetur prima agendi ratio, vt ſunt teſtes, aliæ ſine quibus, aliæ ad meliorem actionem, aliæ ad conſeruationem. fol.6.col.2. lit. D.

Partes inferiores ait iuuari ſectione in cruribus, quas partes inferiores interpretatur eas iuxta coxam, ventriculum, veſicam, & vterum; renes vero tanquam ancipites, & in medio loco conſtitutos ponit. fol.51.col.1. lit. A.

Partes corporis ſolidæ ſi benè temperatæ fuerint, nullamq; labem habeant, non oritur ſyncope. fol.359.col.2.lit.A.

Partes recedunt à ſtatu naturali dupliciter, primo modo quando alimentorum penuria ſubſtantia partium diſſipatur, ſecundo quando à propria temperie plurimum recedunt. fol.359.col.2.lit.B.

Partes carnoſæ primi generis, vt nutriantur, non eſt opus, vt ſanguis aliquam accipiat in partibus alterationem, ſed ſufficit illa alteratio, quam Auicenna appellauit primam

mam

mam humiditatem. fol.440.col.1.lit.B.

Partes neruoſæ ſi accenderentur in hectica, ægri viuerent breuiſſimo tempore, at obſeruamus illos, qui tabe laborant, diù, & per annos viuere; quare cum diximus calorem accenſum in partibus ſolidis, non affirmamus accenſum formaliter, ſed in fibris, & membranoſis. fol.441.col.2.lit.B.

Partes ad patiendam palpitationem aptæ, duplicis ſunt ordinis; aliæ quæ nullo motu; aliæ quæ perpetuo motu mouentur, ſed de hac materia aliàs diximus. fol.491.col.2. lit. B.

Partus ſecundùm naturam cur in capite fiat, reſpondet Ariſtoteles 4. de gener. animal. quia partem ſupra vmbilicum maiorem fœtus habet, quàm inferiorem; maiora autem plus ponderis continent; veluti quæ in ſtatera pendent, eò vergunt, quò trahuntur. fol.90.col.2.lit.C.

Pariendi tempus ſoli homini varium eſt datum, cum & ſeptimo menſe, & octauo, & nono, & decimo, & vndecimo pariat; docte Hippocrate. fol.84.col.1 lit. A.

Paruitas membri ſuſcipientis non eſt ſufficiens immutare typum circuitus, ſed acceſſionis ſolum longitudinem. fol.154.col.1. lit. B.

Pedes ſuis, & tota ipſius caro rarò à Galeno 1. ad Glauconem cap.9. libro de renum vitio, et curatione vſurpatur, ita et cerebrum. fol.242.col.1.lit.E.

Penis, ſeu colis non perforatus eſt ſterilitatis cauſa, Ariſtoteles 4. de generatione animal. huius hiſtoriam habemus apud Amatū Luſitanum centuria prima curatione 23 f.65. col. 1.col.1.lit.D.

Periodus durationis menſium non omnibus eſt idem, Hippocrates 1. de morbis mulier. in ſana muliere ſtatuit fluere ad duos, aut tres dies; longius autem tempus, aut breuius morboſum, aut ſterile vocat. fol. 31. lit. B.

Periodus græcè, latinè circuitus, nihil aliud eſt niſi totum illud tempus, quo ægritudo redit in ſimilem diſpoſitionem, à Græcis paroxiſmus, à Latinis acceſſio, ſeu exacerbatio dicitur. fol.147.col.2.lit.C.

Periodus à Græcis, à noſtris circuitus, nihil aliud eſt, quàm tempus intenſionum, et remiſſionum in morbis factum, vel ab eodem in idem reditus. fol.224.col.1.lit.D.

Perſica fructus, qui ex Aegypto huc trāslatus eſt; non mutauit formam, ſed nactus alimento factus eſt eſui idoneus, ſic oues mutato alimento nec capris, nec capræ ouibus ſimiles euadunt. fol.61.col.2.lit.E.

Pituita ocius repetit bili, quia quantitate ſuperat bilem, licet qualitate frigida, craſſa, et lenta ſit. fol.161.col.2.lit.E.

Pituitoſa materia ſi putreſcit intra vaſa, fit modo quotidiana continua, modò febris ardens impropriè. fol.199.col.1.lit.E.

Pituita eſt humor frigidus, et humidus, qui ſi daretur frenum bili, ipſe omninò eſſet prò freno bilis inſtituendo, nam per venam cauam ſimul cum alijs humoribus diſtribuitur. fol.253.col.2.lit.A.

Pituita, dulcis videlicet, et duæ præter naturam, ſalſa nempe, et acida: pituita ſalſa talis redditur ob putredinem lib. 2. de differ. febrium cap.6. 2. de naturalibus facultatibus cap.9. fol.331.col.1.lit.C.

Pituitæ plures ſunt aliæ ſpecies; nam adeſt vitrea, inſipida, aquoſa, pontica, ac gypſa, vt ab Auicenna habetur lib.1.fen.1.cap. de humoribus. fol.331.col.1.lit.C.

Plato 6. de legibus ad finem plura ſcripſit apud Romanos huius rei exempla eſſe, apud quos, vt notat Plutarchus nuptiæ corā ſuis Pontificibus dirimebantur, qui multa horrenda, et dira peragebant. fol.70.col.1. lit. E.

Plato in timæo ad elementa conuerſus ex horum proportione ad humores referre tentauit diuerſitatem circuituum. fol. 156. col.1.lit.A.

Plenitudo vna eſt reſpectu totius corporis, altera reſpectu extimarum partium obſtructarum: ſi primo modo adſunt ſigna plenitudinis, tum quo ad vaſa, tum quo ad vires: ſecundo modo nulla ſunt plenitudinis ſigna. fol.420.col.2. lit.B.

Plenitudo eſſe non poteſt in pueris, aut in ſenibus. fol.421.col B.lit.B.

Plinius 7. hiſtoriarum ſcripſit omnes mulieres triceni diebus purgari, ſed largius trimeſtri ſpatio. fol.32.col.1.lit.C.

Plinis ſcripſit ſeptimo ſuæ hiſtoriæ fuiſſe quendam nomine Eneum Mecoenatem, qui toto vita ſua tempore febre laborauit alium verò Antipatrum ſingulis annis die ſuæ natiuitatis febre correptū fuiſſe, & ſemper. fol. 210.col.2.lit.A.

Plutarchus, & Mercurialis contra Ariſtotelem volunt molam fieri inutili, & compreſſa coctione. fol.76.col.2.lit.E.

Præſtigia, & maleficia, quæ dari experientia conſtat, vnde etiam iuriſprudentes de frigidis, & maleficiatis legem tulerunt, & in-

tir

ter. cætera, quæ matrimonium diſſoluere poſſunt. fol.70 col.1.lit. B.

Priapiſmus dicitur à Priapo Dionyſij filio. fol.13.col.1.lit.E.

Priapiſmus Galeno autore, 6. de locis aff.cap. 6. eſt colis immoderata diſtenſio. fol.13. col.1.lit.E.

Priapiſmi periculum eſt, quia ſæpè, qui eo tententur, affliguntur neruorum diſtenſione. fol.15.col.1.lit.B.

Priapiſmus, & ſatyriaſis rarò ſenes, iuuenes verò ſæpè inuadunt. fol.15.col.1.lit.B.

Profluuium mulieribus accidit vtero nihil laborante, cum totus corpus expurgatur, id verò fit potiſſimum mulieribus pituitoſioribus. fol.53.col.2.lit.D.

Profluuij muliebris in curatione affectionis, duæ ſeſè offerunt indicationes, altera pertinet ad purgationem totius; altera ad morbum earum partium affectarum. fol. 54. col.2. lit.D.

Prognoſticum, vt fiat, quantum humanis permittitur, oportet præceptum Galeni obſeruare, vt virium robur per comparationem ad morbum expendamus. fol.477. col.2. lit. B.

Pudenda, et vterus, ſi vel natura, vel præter naturam claudantur, dicuntur imperforatæ mulieres. Auicennas clauſuram vocat, quod Moſchio Author eſt. fol.67.col.1. lit. C.

Puerperis à die partus, an morbi ſint computandi dies critici? Hippocrates, & Galenus generaliter docent à die partus, minimè à die morbi. fol.83.col.2.lit.E.

Pulmonum affectionibus vinum craſſum epotum à viſcidis, & lentis humoribus prodeuntibus, rectè videtur. fol. 367. col. 1. lit. D.

Pulſus huius febris dici poteſt æqualis facta comparatione cum inæqualitate putridarum: at facta collatione ad pulſum ephemerarum eſſe inæqualem primo modo intellexit Galenus 2. modo Auicennas. fol. 320. col.2. lit B.

Pulſus quotidianarum febrium cum pulſibus quartanarum comparauit Galenus inquiens eos minores eſſe per comparationem ad quartanarios, vt quartanarij ſi comparentur cum tertianarum. fol.333. col.1. lit. C.

Pulſus enim in febre quotidiana ipſis pulſibus quartanarum, ac ſunt pulſus quartanæ minores pulſibus tertianarum, tandem quotidianarum ſunt minores, quã ſint pulſus quartanarum, & tertianarum febrium. fol.334.col.1 .lit.C.

Pulſuum notitia perquam difficilis, & longa eſt, quæ cum plures habeat partes, in ſola ſyſtoles cognitione teſtatur Galenus ſè viginti annos conſumpſiſſe. fol. 461. col. 2. lit. C.

Pulſus intermittens ab obſtructione eſt præter naturam, quemadmodum etiam ex intemperie. fol.496.col.1.lit.E.

Pulſus intermittens reſpectu impeditæ dilatationis quæ fit ratione ſpatij impediti, per quod ſolet dilatari arteria, poteſt eſſe, & dici ſecundum naturam, & præter naturam. fol.496. col.2. lit. A. Ad latera ipſius arteriæ enaſci poteſt, in ſpatio pinguedo, aut quidpiam tale, quod arteriæ dilatationem impediat, & intermittere eam faciat. fol. 496.col.2.lit.C.

Pulſus intermittens dici poteſt ſecundùm naturam. fol.496.col.2.lit. B.

Pulſum intermittentem dari poſſe à natura clarum eſt, quamuis ſit de raro contingentibus, & fortè à Galeno primo obſeruatus. fol.497.col.1.liB.

Pulſus, qui ſæpius intermittit, magis timendus eſt, ſi pulſus duorum ictuum arteriæ intermittit: dubitat Galenus, an æger ſuperſtes eſſe poſſit fol.498.col.2.lit.B.

Pulſus raritas Galeno Authore ab intermittentia triplici nomine differt. fol. 498. col.2. lit.E. Senes à languida cauſa in intermittentiam labuntur, facilè ab eadem ſubleuantur: iuuenes verò è contra. f. 499. col.1. lit.C.

Puluis priapi taurini ex ouo ſorbili acceptus, aut priapi ceruini in puluerem redacti, & in vino generoſo infuſi ad drach.j. ab Auicenna commendatur. fol.12.col.2.lit.D.

Purgationis quantitas illius materiæ, quæ ab vtero exit, reſpondet ex Hippocrate ad viginti vncias, aut circiter. fol. 93. col. 2. lit. D.

Putredo poteſt duobus modis conſiderari, vel reſpectu cauſarum, vel reſpectu modi. 1. modo, & putredo, & generatio ſunt naturalia entia; ſecundo modo putredo eſt præternaturam, generatio verò ſecundùm naturam. fol.136.col.2.lit.D.

Putredine iam dicta humores in corpore putreſcunt in febribus putridis, cum autem ipſi ſint corpora fluida vix, & cum difficultate eorum humidum extrahi poteſt. fol.139. col.2.lit.E.

Putredo eſt corruptio propriè, & ſecundùm na-

naturam caliditatis, in vno quoque humido ab ambiente, & hæc definitio Ariſtotelis eſt definitio. fol.142.col.2.lit.D.

Putredinis definitio Galeni, vndecimo methodi med.cap.8. eſt mutatio totius eſſentiæ corporis ad corruptelam à caliditate aliena. fol.143. col.1.lit.C.

Putredinis materia ad febres dignoſcendas pertinet, quod maior harum pars ab ea tanquam ab immediata, & proxima cauſa prodeat fol.152.col.1.lit.D.

Putredo, & prohibita tranſpiratio non eſt vna, & eadem res, quia quamuis à prohibita tranſpiratione fiat putredo; poteſt tamen in noſtro corpore ab alia cauſa fieri. f.209. col.2.lit.B.

Putredini facultatem habentia reſiſtendi inueniuntur per indicationem: quæ malignitatem auferunt, per experientiam habētur, vt ſunt alexiteria, ſeu alexipharmaca, vel etiam bezoartica vocata. fol.301.col.1.lit.B.

Q

QVartanis capti non admodum à conuulſionibus obſidentur, ſi verò capiantur, & quartana ſuperueniat, liberantur, quod Cornelius Celſus obſeruauit. fol.377. col.1.lit.B.

Quies non eſt immediata cauſa caloris, nec poteſt inter cauſas immediatas febris reponi. fol.209.col.1.lit.B.

Quotidiana febris duplex, vna continua, altera periodica: ſi extra venas putreſcit pituita, facit quotidianam exactam interpolatam; ſi intra venas putreſcit, facit continuam quotidianam 2.de differ.febr.8. f.331. col.2.lit.E.

R

RAnarum coxa, earūq; ius, ſi ebullita ſint cum gallina, & capone, commendantur, fol.454.col.1.lit.B.

Raſis 1. diuiſionum cap. 148. & 149. & 5. aphoriſmor. quo in loco narrat hiſtoriam Domini cuiuſdam, cui propinata fuit aqua, & ſanus euaſit, è contra verò mortuus fuit ſeruus, cui denegata fuit. fol.279. col. 2. lit.E.

Raſis 18. continentis videtur afferre duplex genus febrium lipiriarum, et vnum cum malignis febribus acutis. fol.350. col.2. lit.B.

Regio produxit febres, hinc Alexander Afrodiſeus ſcribit Aethiopes ſæpè febribus tentari. fol.204.col.2.lit.C.

Regio poteſt indicare morbi tempora; nam in regionibus calidis, & ſiccis, vt in Aſia, & Hiſpania, & multis locis Siciliæ, & Meſſanæ potiſſimum morbi fiunt calidi, et febres acutæ, quæ celerrime ad ſtatum perueniunt. fol.222.col.1.lit.D.

Res admodum difficilis eſt genus aliquod in ſuas proprias differentias diſtribuere. fol. 196.col.1.lit.B.

Robur virium ſi ſuperare videtur morbum bonum euentum ſemper prædicere poteſt, à contra ſi vehemētia ſit morbi, oſtendit euentum malum eſſe. fol.479.col.1.lit.C.

Robur in animalibus virtutibus, tam cognoſcitiuis, quàm non cognoſcitiuis ſi parum, aut nihil lædatur, inferendum eſt robur virium vitalium. fol.478.col.2.lit.C.

Rudius addit poſt Auicennā, calorem hunc in corde accenſum eſſe: quod pariter dicit in Galeni dfienitione implicitè, & virtualiter contineri. fol.174. col.1.lit.D.

Ruſticæ ſaltatrices, & quæ calidiori, & ſicciori temperamento ſunt, parum purgantur, atque etiam quæ ad virilem naturam proxime accedunt. fol.34.col.2.lit. B.

S

SAluatella ſiniſtræ manus ſecta contingit ſanguinem à liene euacuari, aut ſaltem eum, qui in ſuo magno ramo ad manum confluit. fol.386.col.2.lit.D.

Saluatella in ſectione cur potius ſequitur euacuatio ſanguinis melancholici, quàm per aliam, hoc eſt ratione occulti cuiuſdam naturæ modi; non enim eadem nota ſunt nobis, & naturæ. fol.387. col.1.lit.A.

Sanguis menſtruus ordinatè ab vtero fluit. Alij humores à matrice fluentes abſq; vllo ordine exeunt. fol.29.col.2.lit.C.

Sanguis menſtruus exit ſecundùm naturam, omnis alius ſanguis exiens eſt præter naturam. fol.29.col.2.lit.C.

Sanguis in muliere poteſt dici calidior colore quodam excrementitio, non proprio. f.30. col.2.lit.B.

Sanguis cur propriam periodum non retinebit, cum ſiue ſola luna vtaris, ſiue luna, et alijs non minus habeat propriam habitudinem, & ad lunam, & ad alios. fol. 156. col.2.lit.A.

Sanguinem eſſe frenum bilis, dato quod verum

rum ſit, ſequeretur id, quod aſſumitur ſi ſolus ſanguis exiret, intus remanente bili. f. 253. col. 2. lit. B.

Sanguis non eſt frenum bilis, proinde ſi mittatur ſanguis, furioſa reddi non poteſt bilis, vt multi dicunt. fol. 253. col. 1. lit. E.

Sanguinem eſſe frenum bili falſum eſt, primò quidem quia ſanguis vnicam habet contrariam qualitatem bilis, quæ eſt humiditas, quare non videtur apta frenare bilem. fol. 253. col. 1 lit. E.

Sanguis alteram habet qualitatem, ſed ſymbolam, quæ eſt caliditas, cuius ope non videtur poſſe frenare bilem. fol. 253. col. 2. lit. A.

Sanguinis fluxione, etiam fluxione è naribus, fit primo in primum epidemior. tex. com. 9. quando humor ſuapte natura calidus, et aeris ad eam partem fertur, & ora venarum ſua acredine aperit. fol. 276. col. 1. lit. D.

Sanguis ſuam ſeruans naturam nullum datur genus medicamenti, quo poſſit extra duci, vt exiſtimabat Coſtæus. *fol. 280. col. 2. lit. E.*

Sanguinem conuerti in bilem, quantum ad partem tenuiorem; in melancholiam verò quantum ad craſſiorem, neque enim quomodocumq; putreſcat, id accidit, ſed vbi vehementer, & propterea Galenus dicebat conuerſionem illam fieri cum ſanguis vehementer aſſatur. fol. 328. col. 1. lit. E.

Sanguinis miſſio vnde ſit facienda, eſt inter Authores diſſidium, probatur mihi ſanguinis miſſio ex ſaluatella ſiniſtri lateris, quam Benedictus Victorius in ſua empirica, quod conſenſum cum venis caua, quæ ad ſiniſtrum latus ſunt, habeat. probat. fol. 386. col. 1. lit. E.

Sanguinem mittimus, vbi non adſunt ſigna plenitudinis, vt impediamus motum ſanguinis irruentis in cutem, & extremas venas. fol. 422. col. 1. lit. D.

Sanguis dum contentus eſt in venis, eſt futurū partium alimētum, deinde propinquum fit, & quaſi alimentum, tandem euadit alimentum verè. fol. 437. col. 1. lit. A.

Sanguis vbi extra venas fuerit per omnes partes diſperſus, attrahitur ab vna quaque ſecundum ſui exigentiam, ita enim comparatum eſt natura, vt partes ab hac maſſa non ſecus trahant ſibi alimentum, ac faciunt partes plantarum ab ipſa terra. f. 440. col. 1. lit. C.

Sanguinis mittendi indicans eſt vitium in maſſa ſanguinis duplex, in quantitate, & motu, primo modo mittitur euacuandi cauſa, ſecundo euellendi. fol. 482. col. 1. lit. B.

Satyriaſis præter erectionem adiunctam habet palpitationem. fol. 14. col. 2. lit. D.

Satyriaſis Paulo Autore, in vaſorum ſeminalium reſolutionem. aut conuulſionē terminatur, inde ægrotantes moriuntur, & ſæpè cum ſudore frigido. fol. 15. col. 1. lit. C.

Saxonia locum Galeni affert tertio in tertium epidemior. tex. 1. quem paucos vidiſſe admonet, quem nec ipſum vidiſſe puto, cum Galenus ne verbum quidem de hac re habeat. fol. 208 col. 2. lit. B.

Sectionem venæ opportunè, et cum iudicio factam nō ſolum non eſſe periculoſam in abortu, ſed perſæpè vtiliſſimam, è contra verò cathartica nunquam vtilitatem, ſemper incommodum afferre. fol. 88. col. 1. lit D.

Seminis profluuium fit quando flaccido, & minimè erecto cole, ſemen inuoluntariò exit: gonorrhœa à Græcis dicitur à latinis ſeminis profluuium. fol. 18. col. 2. lit. D.

Semen ſi exiens mordax ſit, in toto canali ardor, & dolor inſignis percipitur, & eo magis exeunte vrina. fol. 20. col. 1. lit. E.

Semen in gonorrhœa quamuis ſanum ſit, temporis progreſſu labefactatur. fol. 20. col. 2. lit. B.

Semen rarò euenit per conuulſionem à vaſis ſpermaticis exire. fol. 20. col. 2. lit. D.

Semen virile diſputatum diu eſt inter philoſophos, & medicos, an rationem cauſæ efficientis habeat, et non materiæ, vel vtriuſq; fol. 29. col. 1. lit. A.

Semen vbi recipitur in vterum, primò contrahitur membrana, qualis in placentis fieri ſolet, ſemen enim pulti, vterus inſtrumento reſpondent in hac membrana, quam Græci chorion vocant. fol. 56. col. 1. lit. D.

Semen in via Ariſtotelis ſunt quidam dicentes impertiri vim menſtruo, et facultatem efficientem, quæ deinde extra vterum effluit, vel in flatum, vel in ſpiritum diſſoluitur. fol. 56. col. 2. lit. E.

Semen virile tantum efficiendi uim præſtat, nullo modo materiam, fœmina uerò ſola

menſtrua tanquam materiam tribuit, quæ nullo modo efficiendi uim habet: hæc Ariſtoteles. fo. 57. col. 1. lit. A.
Semen vir. ex Galeno neceſſariò retinetur in utero, quia ſi proflueret, nullo modo fieret conceptus, quod Galenus probat tribus rationibus. fol. 57. col. 2. lit. B.
Semen retentum maiorem noxam, quàm retenta menſtrua producere; hinc mulieres in ſomnis pollutionem non minus pati, quàm viros. fol. 61. col. 1. lit. C.
Semen à mulieribus effluere qui negant, omnibus ſenſibus fidem derogant. fol. 61. col. 2. lit. A.
Seminis miſcella vtriuſque ſexus in conceptu neceſſaria eſt: unde medici conſuerunt, ut ad prolis generationem ſœminæ conentur emittere ſemen. fol. 62. col. 2. lit. D.
Semen in viris accidere in 14. anno, ſed vigorem acquirere in 21. unde Legislatores puellis à 17. ad 20. viris à 20. ad 35. Plutarchus in vita Licurgi, Plato de legibus. fol. 69. col. 1. lit. E.
Semis nomine nos appellare conſueuimus ea, quæ non ſunt perfectè, & abſolutè talia. fol. 392. col. 2. lit. E.
Senilia corpora in putredinem terminantur, tanquam ad finem naturalem. fol. 214. col. 2. lit. C.
Separatio humidi à ſicco duobus fit modis, vel ſucceſſiuè, vel in inſtanti: primo modò remanet forma ſubſtantialis rei putreſcentis; ſecundo modo remanet, ſed fit eius interitus. fol. 134. col. 2. lit. E.
Serapio idem ſentit cum Auicenna, & Galeno, quod lipiria ſit febris, in qua partes intus calent, extra frigent. fol. 350. col. 1. lit. B.
Serpens ophis ex Ariſtotele lib. 8. de Hiſtoria animalium cap. 17. eſt nihil aliud, niſi ſerpens coluber appellatus; quare non eſt ille, qui morſu ſuo homini vitam adimit. fol. 289. col. 1. lit. B.
Serpentes, qui unico morſu ſtatim interficiunt, illi ſunt, qui ſub aſpidum genere continentur, & tres præcipuè à Galeno connumerantur, de theriaca ad Piſonem, nempe phtias, cherſea, & chilidonea: unus phtias Regina Aegypti Cleopatra unico morſu vitam breuiſſimè ſubſtulit. fol. 289. col. 1. lit. D.
Sexus virilis magis videtur diſpoſitus ad febres ſimpliciter, ſexus verò muliebris magis ad febres putridas pronus. fol. 215. col. 1. lit. B.
Signa, quibus dignoſcitur huiuſmodi febris, ſunt non modò ardens ſitis, ſed inextinguibilis, non tamen intenſa adeo, & violenta, ſicut in veris ardentibus febribus. fol. 365. col. 2. l. C.
Signa roboris corporis deſumuntur à tribus, à cauſa, à iuuantibus, & nocentibus, & ab effectis. fol. 477. col. 2. l. D.
Sitis ardens, ſed inextinguibilis, non tamen intenſa adeo, & violenta, ſicut in veris ardentibus febribus, ſed potius quemadmodum illa, quam hydropici patiuntur. fol. 365. col. 2. l. E.
Speciei humanæ propagatio fieri nequit, niſi mediante copula maris cum fœmina. fol. 29. col. 1. l. A.
Spiritus vitales in arterijs, & corde contenti ex reſpiratione, atq; tenuiore ſanguinis parte regenerantur: poſſunt diſſipari, atque alterari à pluribus rebus. fol. 359. col. 2. l. E.
Status eſt pugna inter materiam morbificam, & naturam, in qua tandem apparet aliquod victoriæ ſignum. fol. 217. col. 2. l. D.
Status reſpectu ſymptomatum peior pars eſt totius morbi, reſpectu verò morbi, et cauſæ eſt leuior, et melior pars. fol. 228. col. 1. l. D.
Sterilitas Antiquitus deſpiciebatur, quod ſacræ literæ teſtantur, nihil ſterilibus mulieribus acerbius, & calamitoſius euenire poſſe exiſtimabant Hebræi. fol. 64. col 1. lit. B.
Sterilibus fœcunditatem reſtituere inter omnia officia, quæ medici mulieribus poſſunt præſtare, glorioſum, & propemodum diuinum cenſeri debet. fol. 64. col. 1. lit. D.
Sterilitatis cauſa ex parte viri eſt Ariſtotele 1. de generatione animalium, longitudo virilis membri. Ariſtotel. imitatus eſt Auicennas. fol. 64. col. 1. lit. D.
Sudores prædici poſſunt à medicinam facientibus ex priuatione aliorum excretorum, nempe uomitus, urina, atque alui. fol. 480. col. 1. lit. C.
Suppreſſorum menſium natura nihil aliud eſt, quàm excrementum retentum ab actione uteri labefactata dependens. fol. 33. col. 2. lit. D.

Sym-

Symptomata in hac febre ſunt in duplici differentia, alia quæ durante morbo affligunt, alia quæ, ſunt veſtigia quædam relicta à morbo; hæc ſolent vires infringere, & proinde medicum ad ſui curationem trahere, vt ſunt propenſio ad ſomnum, lethargus coma, & id genus alia. fol. 261. col. 2. l. E.

Symptoma vbi cogimur ſpreta affectione primariò curare, tunc dicitur ſymptoma totam ad ſe trahere curationem. fol. 358. col. 1. l. E.

T

TEmperamenta diuiduntur ad pondus, & ad iuſtitiam: non datur temperamentum ad pondus, vt doctiſſimus Camillus Baldus meus conciuis, libello de humanarum propenſionum ex temperamento prænotionibus ſcribit. fol. 210. col. 2. littera D.

Temperamentum ad pondus ſi daretur, non ſequeretur paſſio, nec alteratio, nec per conſequens vnio, nec miſtio miſcibilium alteratorum vnio; nam in eo agentia, & patientia in æquali eſſent virtute fol. 210. col. 2. l. B.

Temperamentum ad iuſtitiam eſt in ſanguine venoſo, & arteriali: ex venoſo nutritur totum corpus, ex vitali fiunt ſpiritus vitales, à quibus fiunt animales. fol. 211. col. 1. l. A.

Temporis nomine tria intelligi poſſunt, primum menſura motus: ſecundum anni tempora: tertium decurſus quidam rerum omnium. fol. 215. col. 1. l. D.

Tempora non ſemper in omnibus febribus obſeruantur: in lethalibus nunquam adeſt declinatio, cum ægrotantes moriantur, vel in principio, vel augmento, vel in ſtatu. fol. 216. col. 1. l. D.

Tempus aquæ bibendi non eſt omnibus idem, cum alij coctionem deſiderint, vt Galenus, alij verò ipſam negligant. fol. 27). col. 2. l. D.

Teſtes in viris duo ſunt exterius collocati vtrinque vnus, quatuor membranis circumuoluti. fol. 2. col. 2. l. C.

Teſtis ſubſtantia, in qua ſanguis tranſmutatur in ſemen, glandulioſa eſt, vel glandulis ſimilis, mollis, & fungoſa. fol. 2. col. 2. l. E.

Teſtium ſubſtantia tranſmutat ſanguinem in ſemen, aut ſperma perfectè. fol. 2. col. 2. littera E.

Teſtes vaſa abducentia habent, à quibus abducitur à teſtibus ſemen iam perfectum: vaſa hæc neruea ſunt, rotunda, dura, prodeuntia ab illo corpore, quod epididimis appellant, minimè perforata. fol. 3. col. 1. l. D.

Teſtes poſtquam nutriti ſunt, & ſatiati ex ſemine, aliud proijciunt in varicoſa paraſtata. fol. 3. col. 1. l. E.

Teſtes vtero vtrinque annexi ſunt cum ſeminarijs vaſis in mulieribus, ergo ſicut in homine, ita in fœmina gignunt, & deferunt ſemen pro foetus generatione. fol. 60. col. 2. l. F.

Teſtes, & vaſa illa cum in mulieribus tumant, maximè tentantur libidine, & hoc eſt, quia omnibus ſemine præditis animalibus natura quandam voluptatem ſemen excernendi in illis poſuit. fol. 61. col. 1. l. D.

Teſticuli galliculorum probantur, non tamen eorum, qui nondum venerem experti ſunt, ſed eorum, qui libidini indulſerunt. Hepar gallinarum conuenit tanquam alimentum, habens facultatem incraſſandi. fol. 242 col. 1. l. D.

Teſtudines ſunt in duplici differentia, aliæ nemorales, aliæ aqueæ: priores ſunt præſtantiores. fol. 454. col. 1. l. B.

Theſſalus, et ſui diſcipuli nonniſi poſt tres dies, ægrotantes febre nutriebant, quos Galenus, et diatritarios irridet, acerrimè redarguit. fol 217 col. 2. l. B.

Tranſpirationi faciendæ tria requiruntur ex Saxonia libro de febribus cap. 1. via ſcilicet aperta, facultas expultrix valida, et obedientia inſtrumenti. fol. 208. col. 1. l. E.

Trincauellius, et Mercurialis decipiuntur, vbi dicunt Galenum iuſſiſſe, vt mulier in arena calida mane decumberet. fol. 55. col. 1. l. D.

Triplex eſt carnis ſpecies iuxta Fernelij ſententiam, vna in muſculis, ſecunda in viſceribus, tertia in glandulis reperitur, verum ex Galeni ſententia aliæ ſunt ſpecies carnis, vna quæ eſt in lingua, altera in glandulis, et aliæ. fol 97. col. 1. l. B.

Typos autem Græcè, ordo latinè vertitur, licet à nonnullis cum periodo confundatur, vt obſeruat Galenus; reuera tamen ab ea diſtinguitur. fol. 147. col. 2. l. D.

Typus propriè loquendo ſignificat ordinem in periodo ſeruatum, vnde ex febribus periodicis alias dicimus hoc, alias autē illo typo redire, vt de quarto in quartum, vel de ter-

tertio in tertium. 147.*col.*2.*l.*D.

V

V*Apores calidi, et maligni partim per arteriarum, perſpirationem, partem per inſpirationem ad cor trahuntur, qui ipſum calefacientes inducunt febrem malignam.* fol.205.col.1.l.C.

Varicoſa paraſtata anfractuoſo fine deſinunt, qui finis magnus eſt, et amplus ab Herophilo paraſtata cirſoides dictus, à Fallopio veſiculæ dicta, quibus in retinetur ſemen, et per canalem communem eijcitur in vuluam, et hæc ſunt omnia vaſa ſeminalia. fol.3.col.1.l.B.

Vaſa ſeminalia ortum ducentia à trunco venæ, et arteriæ deorſum deſcendentia ad teſtes ita implicantur ad pubem, ut nullo modo ſeparari queant ibid.

Vaſa ſeminalia diuiduntur in arteriam, et venam: vena à trunco venæ cauæ, et arteria à trunco aorta, deorſumq; per muſculos lumborum deſcendunt ad pubis regionem. f.l.2.col.1.l.C.

Vaſa ſeminalia enaſcentia à trunco vena cauæ, et arteriæ nomen ſibi proprium acquirunt, quod recipiunt ab hedera, aut capreolorum vitis, aliis enim gyris interta reperiuntur, et dicuntur vaſa pampiniformia, aut hederaria. fol.2. col.1.l.D.

Vaſa ſeminalia præparatoria quatuor ſunt numero, duo vtrinque, vna vena, et vna arteria in dextero latere, tam vena, quàm arteria à proprio trunco enaſcuntur, at in ſiniſtro latere prodit ab emulgente arteria. fol.2. col.1.l.E.

Vaſa ſeminalia habent ſanguinem, et ſpiritum à ſuis truncis, & tanquam canaliculi quidam à ſuis fontibus trahunt pro ſeminis materia, fol.2.col.1.l.E.

Vaſa ſeminalia complicata ad pubis regionē quaſi in ſacculo recepta à peritonæo dilatato cremaſteribus muſculis vnita neruulis exiguis, qui degenerant mirabili artificio in ſubſtantiam teſtium. fol.2.col.2.l.B.

Vaſa ſeminalia ſanguinem rudi quadam delineatione ſeminali mutatum, in ſubſtantiam teſtium deponunt. fol.2.col 2.l.B.

Ventriculi ad cognoſcendas affectiones, et partium naturalium maximè faciunt vrinæ. fol.449.col.2.l.B.

Ventriculi alia eſt pars, cui agendi actio primariò competit; alia ſine quibus, alia ad meliorem actionem. fol.487.col. 1.l.C.

Veſſalius libro de hum. fabrica putat, quod in partu excernitur, totum eſſe ſecūdinam, at decipitur, quod poſt foetum immoderatè exit, et quaſi vltimo loco, totum id dicatur ſecundina, tanquam ſecundus partus. fol.93.col.1.l.D.

Victus ratio ad conſeruandas res naturales debet eſſe boni ſucci, facilisq; coctionis, quæ in bonum ſanguinem conuertatur fol. 241.col.2.l.A.

Victus inordinatam rationem longè præſtantiorem eſſe aiunt, quàm rectum regimen in quartanis, quinimò non deſunt dicentes exceſſum aliquem, vel in potu vini generoſi, vel crapulis, cæteris remedijs eſſe efficacius, et præſentaneum auxilium. fol.377.col 1.l.E.

Victus in enarranda ratione, etſi diligentes eſſe conuenit non tamen op[illegible]*et prolixè rē admodum agere.* fol.480.col.2.l.D.

Vidius ſenior libro 5. *de febribus cap.* 7. *fuit huius opinionis, ut pituita ſalſa ſit humidis, et frigidis diluenda* fol.367. col. 1.l.A.

Via occluſa facultas non valida, et inſtrumenti inobedientia producunt prohibitam tranſpirationem. fol.208.col.1.l.E

Vinum omne dulce ſtatim craſſum eſſe inquit Vidius: id epotum incommodare iecori, atq; lieni, quia eſt cauſa obſtructionis vaſorum tenuium, quæ ſunt ad hepar, atque ad lienem. fol.367.col.1.lit.C.

Viragines mulieres audaces, viriles, voce graui aliquādo barbutæ ſunt ſteriles, quod multus calor omnem ſanguinem diſſipat fol. 67.col.2.lit.D.

Virgines, & quæ nullum concubitum [illegible] *expertæ, non caret ratione poſſe* [illegible] *molam.* fol.70. col.2.lit.B. *Qui putant molas ſine ſemine viri generari, ab Ari*[illegible]*otele, & Galeno recedere videntur.* fol.76 col.2. lit. C.

Viri non poſſunt laborare tali profluuio, quod non ſint frigidi, ut mulieres: non deſunt tamen, qui credant hanc affectionem poſſe viros pa[illegible]*i.* fol.53.col.1 lit.D.

Virilis [illegible] *us proprium gignendi inſtrumentum pluribus donatur nominibus* fol. 3. col.2. lit.C.

Virili à ſemine alij dicunt non tantum à ſubminiſtrari efficiens, ſed etiam materiam: à fœmineo verò dumtaxat materiam. fol.56. col.2. lit.E.

Virium debilitatem demonſtrare acutum morbi, è contra validitatem pronunciare mor-

morbi longitudinem. f.221.col 2.lit.C.

Virium vitalium robur indicium eſt roboris cordis, quia arteriæ à corde dependent. fol. 478.col.2.lit.B.

Virtus in ſtatu morbi eſt magis valida, quia iam apparet victoria ſuper cauſam morbificam, quod cognoſcitur coctione apparente. fol.226. col.2.lit.E.

Virtus habet rationem indicantis vrgentis, quare facultas læſa non eſt eadem cum cacoethia, ſed quid longè diuerſum. fol.472. col.2. lit.D.

Vrgentia ſunt in duplici differentia, alia reſpectu rerum præter naturalium inter ſeſe, alia reſpectu rerum naturalium. fol. 472. col.2.lit.C.

Vrina tenuis, ignea, ſubruffa, deinde in ipſa apparet nebula, ſeu ſuſpenſum, atq; etiam ſedimentum album, lene, & æquale bona eſt, & laudabilis. fol.239.col.1. lit.E.

Vteri ſi phlegmones à venis crurum perpetuò iuuantur, quomodo prohibet Galenus laborantibus inflammatione vteri menſium prouocationem? fol.51. col.2.lit.C.

Vterus ex Philoſopho eſt veluti quoddã animal appetens generationem, & ſemen ad ſe trahens, unde etiam in coitu perſentitur aliquando foetus ad extremum glandis. fol. 57. col.2. lit. D.

Vteri os perfectè adeo clauditur, vt nihil ab eo exire poſſit poſt conceptum. fol.58.col.1.l.B.

Vteri clauſuræ Aëtio docente fiunt tribus modis 1. ſi labra pudendorum prorſus vniantur, ſi partibus naturalibus via intercipiatur, & tandem ſi omnibus his patentibus vteri oſculum apertè claudatur. fol. 67. col.1.lit.D.

Vteros ſpiſſos habentes ſunt infecundæ, quia prorſus extinguitur ſemen, vel hebetatur, & ineptum redditur. fol. 67. col. 2. littera B.

Vteros quibuſdã mulieribus ſine periculo exciſos fuiſſe tradũt, et quid experientia confirmat de partu Cæſareo. fol.68. col.2.l.C.

Vteri motus, quia conuenit cum ratione, & cum Anatome tantis, & firmis neruulis alligari, vt nõ poſſit aliquo modo tanquam auidum animal per corpus generari, Fernelius magis videtur authorum horum quam Galeni recipere ſententiam adductus ex prolapſu vteri. fol.68.col.2.lit.C.

Vterus adeò egregiè eſt fabricatus à natura, vt vſque ad foetus perfectionem extendi poſſit. fol.86. col.1.lit.D.

Vterum vſque adeò paruum poſſe procreari, vt nequeat foetum, vſque ad perfectionem continere. fol.86.col.1.lit.E.

X

XIphia piſcis tam famoſus non ineptè conuenire videtur pro alimento harum febrium, quòd faciliùs digeratur, quàm caro ſuilla, & ſuccum frigedum, & humidum generat, & moderatè craſſum. fol. 242.col.2.lit. C.

REGISTRVM.

§ + §§ A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii KK Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr Sſ Tt Vu Xx Yy Zz Aaa Bbb Ccc Ddd Eee Fff Ggg Hhh Iii KKK Lll Mmm Nnn Ooo Ppp Qqq Rrr. *a b c d e.*

Omnes ſunt duerniones, præter §§ qui eſt ternio.